13 fug.quia † primo dici potest,ꝙ malè loquatur per superius al leg.pro hac ultima par.& quia Bal.præsupponit,ꝙ in institutione facta de filijs includantur etiam filiæ, cuius contrarium vult Pe.de Anch.i l.tres fratres.de pac.uidelicet dicto casu quo filiæ per masculos excludunter a statuto, qa cũ illo videtur testator voluisse se conformare, & sic de masculis tm̃ sensisse , p no.p Bar,in l vt iurisiurandi.§.si liberi.de ope. lib. cum suis cõcor.& quã decisionẽ Pet.de Anch.refert Ale.in l. hæredes mei. §.cum ita.ad Treb.& in l.Gallus.§.i.de libe.& posth.& in consi.127.vol.j.& vbi appellatione filiorũ venirent dicto casu ẽt filiæ,vt dicit Bal.adhuc non ob.sua decisio, quia si filiæ sunt in totũ exclusæ,aliqua pars illis non debetur per statutum.Et iõ ĩstitutio facta de filijs in parte de iure illis tãgẽte, nõ põt quoad filias verificari in parte illas tangere ex forma statuti, quæ nulla est,cum excludantur in totum per statutũ,ppea dicta uerba referũtur de necessitate ad partem debitam de iure cõi,arg.le. 2.de lib.& posth.& l.fundus,qui locatus.de fun.inst. & p Bar, in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q.de ver.ob.Nec ob.ẽt,quod vult Gui.de Sura.& Io.And.locis in contrariũ all.quia contrariũ,vt dixi,vult Bal.in l.illa institutio.& Ant.de But.& Abb. in d.c.Quintanallis.& Abb.in rub.de consue. & in d.ca. cum nobis. de elect. & Roma. in rub. de arbitr. Et ista est communis opi.quæ præsertim locum habet in casu nr̃o pp qualitatẽ personarum,ex qua oritur pſumptio,ꝙ senserint de iure hebraico non de iure communi Romanorum.d.§.equitij. Et sic quãuis etiam opinio contraria simpliciter loquendo esset vera, tamen isto casu locum non haberet ratione prædicta.Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum an per secundum tollatur habentem clausulam,caßans et irritans omne aliud testamentum,quando vnum tantum testamentum præcessit non facta aliter de uerbis derogatorijs expreßa mentione.& nu.2.*
3 *Testamentum dupliciter considerari potest,formaliter & materialiter.Testamenta tot dici poßunt,quot sunt in eo dispositiones si testamentum materialiter consideretur.& nu.4.*
4 *Per clausulam,caßans & irritans omne aliud testamentũ,dicitur fieri generalis mentio de contentis in testamento, non autẽ specialis, nisi testamentum formaliter consideretur. & numero 6.*
5 *Approbans omnia contenta in testamento,dicitur in genere approbare,non in specie,propter multa in eo contenta,nisi particulariter de contentis in eo dicatur.*
7 *Clausula non simpliciter derogatoria , sed secundum quid,debet in specie exprimi,non autem in genere.*
Clausula derogatoria dicitur specialiter exprimi,si dicatur non obstante clausula derogatoria, licet singulariter non sit expressa.
8 *Specialis mentio primi testamenti non fit quando eius qualitates non exprimuntur.*
9 *Testamentum primum non sufficit singulariter exprimere ,nisi de clausulis derogatorijs fiat mentio.*
Testamentũ dẽt capi materialiter in hac materia derogatoria.

CONSILIVM V.



VERBIS vtriusque testi diligenter ponderatis vr̃ prima facie dicendum,ꝙ prępualeat testm̃ vltimũ, sicut de iure debet regulariter præualere. §. posteriore.insti.quibus modis testam.infir.l.si quis priore.ad Treb.& l.sancimus.C.de test.Nec obstare videntur illa verba derogatoria,de quibus in priori testamento , videlicet ꝙ uoluit illud pręualere omnib.alijs testamẽtis tã factis quam in futurum faciendis,nisi in eo vel in eis, qđ & quæ ipsum testatorem qñcunque in futurum fieri cõtinget, fiat specialis & expressa mentio de pñti testõ. Et nisi in eo vel illis ex presè dixerit præsentis uolũtatis testĩ se pęnituisse, qm̃ intẽtionis suæ fore & esse dixit,& protestatus fuit, ꝙ præsens testm̃ suum omnibus præualeat, ꝙ mutari aut infringi nolle, nec posse per subsequens aliud testm̃ qñcunq; & quomodocũque post ipsum faciendũ,nisi in eo,vel illis fiat specialis & expressa mentio pñtis testĩ,&c.Nam diligenter ponderanda sunt verba derogatoria,ſm Bar.in l.si quis in prin.testĩ.de leg.3.in ver.quid si testõr dixit sic,&c.in 4.col. Cum ergo dixerit testator nolle,ꝙ sequens testm̃ valeat,nisi expressa & specialis sit fa
1 cta mentio pſentis testĩ,per sequens † testm̃ illud tollitur, si in eo pcedẽs testm̃ casset & annullet expresse & specialiter,etiam si de verbis derogatiuis in primo non sit facta specialis mẽtio. Quia testator non dixit velle , ꝙ de verbis derogatiuis sit specialis & expressa mentio facienda , sed solum ꝙ de dicto testõ fieri debeat expressa & specialis mentio.Et iõ quamuis Bar. in d.l.si quis in prin.testĩ.velle videatur,ꝙ verbis derogatiuis appositis in priori testõ specialiter sit derogandum in posteriori, per illum tex.& in l.si mihi & tibi.§.in legatis.de leg.1. cũ quo alij transeunt cõiter cum concord.de quib.ibi per Modernos hoc tñ habet locum,qñ ad hoc tendit derogatio præcedens ad sequentia,ut quia dictũ sit,uolo sequens testm̃ ualere,nisi in illo apposita sint talia verba,vel aliud simile quid sit factum.Sed quando derogatio prædicta nõ tẽdit,ut de illa sit specialis mẽtio facienda,sed ꝙ simpliciter de testõ sit facta mentio , tũc de illo satis est facere specialem mentionem,& de verbis derogatiuis generalem,ut probari uidetur ex uerbis Bar.d.l. si quis in principio testamenti.& in uer.præalle. dum dicit, ꝙ debemus inspicere qualiter uerba derogationis sint concepta. Si enim sint

ſint concepta ſecundum primum modum:de quo ibi in glo. ut
quia ſit dictũ,nolo valere,ſi quod teſtm̃ factum fuerit,tunc ſm
Bart.reuocãdo primum teſtm̃ nominatim,& dicendo,hoc ulti
mum volo valere,vr̃ ſatisfactũ illi legi : quia ſpãliter primi teſta
menti fecit mentionẽ,& dixit vltimũ velle valere, & ſic aſſeruit
ꝯtrium eius,qđ prius dixerat. Et iſte vr̃ caſus noſter, quia dixit
teſtator,ultimum nolle valere,niſi de priori facta ſit ſpecialis &
expreſſa mentio. Si ergo de teſtõ ſpecialiter,quamuis de uerbis
derogatiuis in primo teſtõ appoſitis facta ſit generalitter men-
tio,dr̃ eſſe ſatisfactum;quia aliud non importãt dicta verba de
rogatoria.Et ſubdit Bar.in loco ꝑdicto,ꝙ ſi ponamus verba de
rogatoria eſſe concepta ſm alios modos in glo. poſitos,vt quia
dixit teſtator, ſi quod aliud teſtm̃ fecero,nolo valere,niſi ſerua
ta ſit talis ſolennitas : tunc oportet, ꝙ dicat caſſans & irritans
oẽ aliud teſtm̃ & uerba derogatiua in illo poſita.aliàs non vr̃ aſ
ſerere ꝯtrium eius,qđ dixerat.& ſic dicit Bar.debere intelligi.gl.
in d.§. in legatis. Et iſto mõ non fuerant concepta verba derò-
gatiua in caſu nr̃o.Sed,vt dixi,voluit teſtator, ꝙ ultimum non
valeret,niſi de primo teſtõ ſit facta ſpãlis mentio.Satis eſt ergo,
ꝙ in ſequenti ſpecialiter primi teſtamenti facit mentionem, &
non eſt neceſſe, ꝙ caſſet & irritet verba derogatoria in illo ap-
poſita.Quod aũt expreſſè & ſpãliter de primo mentionem fe-
cerit in ſecundo,& per ꝯñs,ꝙ ſit ſatisfactum probatur.Nam li-
cet hoc vltimum teſtamentum alia duo pręceſſiſſent,tamen pri
mum nedum ex diſpoſitione legis fuit reuocatũ & ruptum,ſed
ẽt ex ordinatione teſtatoris,qui in ſecundo teſtamento,in quo
appoſita fuerunt ꝑdicta uerba derogatoria,gñaliter caſſauit,an
nullauit, & irritauit omne aliud teſtm̃, & ſpecialiter teſtamẽtũ
ab eo conditum & rogatum per Gulaſſũ notarium Carpẽſem.
qua reuocatione primi ſtante,ſequit̃ ꝙ unum ſolum teſtm̃ præ
ceſſit ultimum,perinde ac ſi ſolùm ſecundũ & non primũ fuiſ-
ſet conditũ.Quia igitur illa verba,de quibus in ultimo teſtõ, vi
delicet caſſans,reuocans,& annullans omne aliud teſtm̃,& ul-
timam voluntatẽ,codicillos, & alia quæcunque conſtarent fa-
cta hactenus,& quomodocunq; & qualitercunq; &c. non pñt
referri niſi ad ſm,& ad proximum præcedens teſtm̃, & non ad
primum expreſſè caſſatũ & annullatum in ſecundo, quia qđ ſe
mel caſſatum eſt & annullatum,amplius caſſari non põt & an-
nullari.l.nam & ſi ſub conditione.§.poſt defectum.de ini. rup.
& irr.teſt.Ideo de ſecundo in hoc vltimo dicit̃ facta expreſſa &
ſpecialis mentio.l.2.ff.de lib.& poſth.Et iſtud ẽt voluit Bart.in
l.2.de lib.& poſth.& in d.l.ſi quis in prin.teſtam. dicens, ꝙ qñ
unũ teſtm̃ tm̃ præceſſit,ꝙ per illa uerba,caſſans & irritans om
ne aliud teſtamentnm,dr̃ de illo facta nominatim mentio, per
d.l.2.Idem ergo & in caſu noſtro,in quo (ut dixi) dicta verba
non poſſunt referri ad primum, ſed duntaxat ad ſm. Et quam
uis Ang.& quidam alij in d.l.2.teneant ꝯ Bart.tamen reprehen
dunt Bar.eo caſu,quo ẽt de uerbis derogatiuis erat faciẽda ſpe-
cialis mentio,ut in exemplis,de quibus feci mentione ſuperius.
& hoc quia tunc de teſtõ dicit̃ facta tantummodo ſpecialiter
mentio, & non de verbis derogatiuis , de quibus ẽt debuit fieri
mentio ſpecialis,ſecundum Soc.qui ita declarat in d.l.ſi mihi &
tibi.§.in legatis . Sed eo caſu quo ſolum de teſtõ debet fieri ſpe-
cialis mentio,& non de verbis derogatiuis:tunc ſufficiunt dicta
verba,caſſans & irritans oẽ aliud teſtm̃,qñ non pñt referri,niſi
ad unum,vt in caſu noſtro,quia tũc de illo dicit̃ nominatim fa-
cta mentio.d.l.2.& prout uidet̃ de mente Bart. in d.l. ſi quis in
prin.teſtam. in ver.pręall.dum declarãt primum exemplum gl.
& illud ſuperius retuli. Et idem expreſſius ſentit Soc.ĩ d.§. in le
gatis.dum fatetur , ꝙ per alia verba dicit̃ facta ſpecialis mentio
teſtĩ, ſed nõ verborum derogatiuorum,prout ẽt fieri debuit in
caſibus prædictis,& non in primo exemplo gl.in d.l.ſi quis.nec
ẽt in caſu noſtro,ut colligitur ex ꝑmiſſis.Et plus voluit Bal.in l.
humanum.C.de legib.& in auth.hoc inter liberos.C.de teſt. ꝙ
ſemper & indiſtincte ſufficiant illa uerba, caſſans & irritãs om
ne aliud teſtm̃,quia,ſecundũ eũ,cum non poſſit præcedere, ni
ſi unum teſtm̃ ualidum,ẽt ſi plura fuiſſent facta,quia ſemp po-
ſterius tollit præcedens,ut in iuribus præal.de illo videt̃ per ver
ba prædicta fieri ſpecialis mẽtio.d.l.2. de lib.& poſth. ¶Sed ꝑ-
miſſis non obſtantibus ꝯtrarium iudicio meo,eſt verius. Nam
circa clauſulam derogatoriam uoluntatis,de qua agitur, eſt cõ
ſiderandum,ꝙ aliqñ derogatur abſolute & ſimpliciter, vt quia
dicit̃,ſi aliud teſtm̃ fecero,nolo illud ualere. & iſte nõ eſt caſus
noſter,ſed dicto caſu loquitur glo.in d.l.ſi quis in prin.teſtamẽ
ti.in primo exemplo.& tunc loquitur Bar.ibi in uer.præalle.dũ
cõcludit,ſufficere,ꝙ reuocetur primũ teſtm̃ nominatim, & di
catur,ꝙ vult ultimũ teſtamentum ualere. Qualiter aũt dicatur
teſtamentum reuocari nominatim,non declarat aliter.Et quã-
uis intentio ſua eſſe videatur , ꝙ non ſit neceſſe de clauſula de-
rogatoria mentionem facere propter differentiam , quam fa-
2 cit inter hunc caſum & ſequentem: † non videtur tamen,quòd
etiam dicto caſu ſufficiat illa clauſula , caſſans & irritans om-
ne aliud teſtamentum,&c. etiam ſi unum tantum præceſſiſſet,
tanquam dicatur tunc de prædicto teſtõ facta mentio generali
ter,non autem ſpecialiter & nominatim,vt fieri debet, dic. leg.
ſi quis in prin.Et in hoc contra Bar.in ſpecie tenet Pau. de Caſ.
in conſi.363.In facto præſenti,&c.in 2.col.dicens,ꝙ differen-
tia Bar.quam facit inter primam formam traditam per gl.in d.
l.ſi quis.& alias ſequentes,eſt potius verbalis, q̃ realis,quia etiã
ſi in ſecundo nõ dixiſſet caſſare primum,& velle valere vltimũ,
omnino hoc tacite ſubintelligeretur, quia qui hoc vltimum te-
ſtamentũ facit,hæc omnia uelle videtur.d.§. poſteriores & d.l.
ſi quis priore.Ergo talis expreſſio quantum ad hoc nihil opera
tur.l.3. de leg.1.Et ideo ſi talia verba non expreſſiſſet, primum
iſto caſu non reuocaretur,& hoc eſt certum.Ergo idẽ eſt,ſi di-
cta verba ſint expreſſa.nec gl. facit differentiam inter unam for
mam & alteram.ideo omnibus caſibus debet fieri mentio ſpe-
cialis de uerbis derogatiuis,qđ probatur vltra eũ.Nam teſtamẽ
tum poteſt conſiderari formaliter,& hoc reſpectu dicitur vnũ.
3 l.ſi is qui.de teſt.Et † conſideratur etiam materialiter,hoc eſt re
ſpectu contentorum in teſtõ.& conſiderando illud iſto modo
dici poteſt,ꝙ tot ſint teſtamenta, quot ſunt diſpoſitiones in il-
lo contentæ,argumẽto.l.ſcire debemus,de ver. obl.cum ibi no
tatis per Bart.in 2.ſolu.data ad l.qui duos.de cõtrahen.emp.Ex
quo ſequitur,ꝙ teſtm̃ põt tanquam genus prædicari de ſuis ſpe
ciebus puta de hæredis inſtitutione,legato , tutelæ datione , &
clauſula derogatoria , & quælibet ſpecies de ſuis indiuidus . Et
4 ꝓpea ꝑ dictam † clauſulã,caſſans & irritans omne aliud teſtm̃,
&c.dicitur generalis fieri mentio de contentis in teſtamento,&
ꝑ ꝯñs de dicta clauſula derogatoria,nõ aũt ſpecialiter,ſicut fie-
ri debuit,d.l.ſi quis. Et ita conſulendo dicebat Aret.vt refert &
ſequitur Soc.in d.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de leg.1. in conſi.
163.incip.Non fuiſſet opus.in 4.col.Et quamuis prædicti non
dicant,Imo.ẽt in d.l.ſi is qui.de teſta.& in c.cum eſſes. de teſta.
conſiderat modo prædicto teſtm̃ . Nam, ſm eum,quamuis te-
ſtamentum dicatur eſſe quid indiuiduum.l.furioſum.C.qui te-
ſta.face.poſ. illud eſt uerum ex diſpoſitione iuris ciuilis, ſed cõ-
trarium videtur ex æquitate iuris gẽtium,& aliàs ſm regulas iu
ris ciuilis in alijs actibus,quia ex quo diſpoſitio fit ſuper pluri-
bus rebus ſeparatis,uidetur ꝙ tot ſint diſpoſitiones, quot ſunt
ipſæ res,arg.d.l.ſcire debemus, ex quo infert,ꝙ aliquãdo teſtm̃
ad pias cauſas perfectum quoad quid ratione uolũtatis,& quo
ad aliud imperfectũ valere poterit, tanquam conſiderentur di-
uerſa teſtamenta,quorum alterũ ſit perfectũ, & aliud imperfe
ctũ.Et iſtud confirmatur ſm Aret.& Soci.in dict.loc. per l.1.§.
inter filium.cum ibi no.per Bar.ad leg.Cor.de falſ. dicentes,ꝙ
5 vbi ẽt nõ eſſet niſi unum † teſtm̃,& diceretur , approbo omnia
contenta in tali teſtõ,eſſet generalis approbatio, & ſic , quãuis
facta ſit reſpectu certi & determinati teſtamenti, tñ reſpectu le
gatorũ cõtentorũ in teſtõ,dicitur eſſe approbatio generalis &
nõ ſpecialis,niſi fiat mentio de tali legato.Et ꝓpterea dicit Bar.
etiam ibidẽ , ꝙ tunc generalis habet vim ſpecialis approbatio-
nis,qñ vnũ tm̃ capitulum contineretur in teſtõ,per d.l. 2. de li.
& poſth.Sic igitur & ĩ caſu noſtro, caſſatio & irritatio teſtamẽ
ti dicitur generalis reſpectu contentorum in teſtõ. Et prædicta
ſunt etiam de mente Pau.de Caſ.in d.§.in legatis. vbi per gl.ibi
dicit,ꝙ de primo teſtõ dr̃ facta ſpecialis mentio,qñ eſt etiam fa
cta mentio de ſuis qualitatibus,& non aliter.Quia ergo de qua
litatibus teſtamenti non fit mentio ꝑ illa uerba , caſſans & irri-
tans,&c.non dicitur de illo ſpãliter & nominatim facta mẽtio.
Nec ob.dum Soc.dicit in loc.prædic. ꝙ ubi unum ſolum teſtm̃
6 † ualidum præceſſit, ꝙ per uerba prædicta ſit facta mentio ſpe
cialis teſtamenti,per d.l.2. ſed clauſulæ derogatoriæ dicitur fa-
cta mentio generaliter . Quia dicitur facta mentio ſpecialis te-
ſtamenti,inquantũ capitur formaliter & contextualiter,ſeu in
genere,hoc eſt,pro mentis teſtatione,quia qđ poteſt nomina-

ri seu specificari sub nomine generis, ut etiam Bart. fatetur in d. l. si quis in princ. testamenti. & in hac materia non sufficit, ꝙ de testo in genere sumpto sit facta specialis mentio, sed oportet, ꝙ de dispõne derogatoria in illo contenta specialiter fiat mentio, quæ, ut dictum fuit, dr̃ testm̃ in specie, capiendo illud materialiter, secundũ Doctores in loc. præall. ¶ Aliqñ vero, & secundo cl'a non est simpliciter & absolutè derogatoria ad sequẽtia, sed
7 ẜm quid, & sub conditionem † si dicatur, si aliud testamentum fecero, nolo illud ualere, nisi in illo sit aliquid expressum vel appositũ, puta oratio Dominica, vel Aue Maria. & isto casu Bart. in d. l. si quis in principio testamenti. & alij in d. §. in legatis. uolunt, ꝙ non sufficiat generaliter reuocare testamentum, sed etiã facienda sit specialis mẽtio clausulæ derogatoriæ, de qua in illo. Et dr̃ fieri specialis mentio de ea, si dicatur, non obstante clausula derogatoria, licet singulariter non sit expressa. Et iste est ꝓpriè casus noster, quia non dixit testator simpliciter & absolute, aliud testamentum nolle ualere, sed dixit, ꝙ non ualeret, nisi de præsenti testamento expressa & specialis esset facta mentio. & sic uoluit vltimum non valere, non quidem absolute, sed sub conditione, si de præcedenti non esset spãlis mẽtio facta. Oportet ergo, secũdum prædictos, ad validitatem ultimi, quòd de dicta clausula derogatoria sit facta specialis mentio, quod in casu nostro factum non reperitur, sed tantum fuit dictum, cassans & irritans omne aliud testementum factum qñocunq; & qualitercunque, per quæ uerba gñaliter & non spãliter de clausula ꝓdicta dicitur mentio facta. ẜm Doct. in locis preal. & ideo non valet ultimum testm̃ ex defectu volũtatis, quã facit abesse clausula derogatoria in præcedenti testamento apposita dicto modo. d. l. si quis in principio testamenti. & d. §. in legatis. & l. si ita scriptum. in prin. de l. j. ¶ Nec obstat, ꝙ in casu nostro verba derogatoria tendant solùm ad hoc, vt fieri debeat tãtum spãlis & expressa mentio primi testamenti, & non verborum derogati-
8 uorum, † de quibus in illo, cum sit solũ dictum, nisi de præsenti testamento sit facta expressa & spãlis mentio. Quia spãlis & expressa mentio primi non dicitur aliter fieri, nisi qñ de suis qualitatibus, & sic de prædicta clausula derogatoria est facta mentio secundum Pau. de Cas. in d. §. in legatis. & in d. consi. per gl. ibi, quam ẽt hoc modo intelligit Bar. isto casu, in d. l. si quis in principio testamenti. & idem tenent cõiter alij. Nam si dicatur, ꝙ non ualeat vltimum testm̃, nisi in illo describatur oratio Dominica, est necesse, ꝙ de clausula derogatoria dicto modo expressa spãliter fiat mentio. Ergo eadem ratione idem quando dicit, ꝙ non ualeat, nisi expressa & spãlis mentio sit facta de primo, quia utroque casu ad validitatẽ vltimi uoluit testator aliquid dici, vel fieri in illo. ¶ Et propterea sicut primo casu spãliter non est facta mentio testamenti, nisi exprimatur qualitas in illo apposita mediante clausula derogatoria, & ita in secundo casu non dicitur facta spãlis mentio prioris testamenti, nisi de dicta clausula ẽt loquatur testator. Et istud puto uerissimũ & de intentione omnium. Et licet Soc. in d. §. in legatis. & in d. consi. dicat, ꝙ sit facta spalis mentio testamenti per dicta verba, cassans & irritans, &c. quando vnum tãtummodo præcessit testm̃, per dictam l. 2. de libe. & posth. nihilo minus in proposito istud nõ est verum, & contra not. per Ang. Rap. Imo. Pau. de Cas. & Ale. in d. l. 2. vbi Alex. ex mente prædictorũ concludit, ꝙ in materia exhæredationis, de qua ille text. loquitur, sufficit, ꝙ de corpore constet, etiam per verba generalia & indefinita, per l. Titius. in prin. eo. tit. Sed in materia nostra non dr̃ spãliter expressum ꝑ verba gñalia, etiam si constet de quo testamento loquatur testator, nisi isto casu exprimatur qualitas, quæ resultat ex uerbis derogatorijs, vt etiam dicit Paul. de Cast. in d. consil. 363. circa prin. Et plus voluit in d. l. 2. de lib. & posth. ꝙ etiam si esset facta
9 mentio primi testamenti singulariter, vt † quia dictum fuisset, non obstante tali testamento facto tali die coram talibus testibus, & rogato per talem notarium, ꝙ adhuc istud non sufficeret, nisi de verbis derogatorijs facta mẽtio fuisset. Et forte quãdo hæc verba in hoc ultimo testamento fuissent apposita, quia tunc singulariter dicitur facta mentio primi testamenti, loquitur Bartol. in casu præcedenti, dum vult, quòd de primo testamento sufficiat facere mentionem nominatim, prout fieri dicitur modo prædicto, & non quando dictum est simpliciter, cassans & irritans omne aliud testamentum, &c. quoniam, ut dixi, quando & qualiter de primo nominatim dicatur facta mentio Bart. non declarat. Preterea, ut etiam in præcedentibus dixi, debet intelligi dictum Socini, scilicet, ꝙ dicatur facta mentio specialis primi testamenti, capiendo illud formaliter & in genere, sed est secus, si capiatur materialiter, ꝓut capi debet in hac materia. Vnde nominatim & specialiter potest dici facta mentio testamenti, ut ipse dicit, extra materiam, de qua agitur. Sed quia de verbis derogatorijs non est facta mẽtio per illa verba cassans & irritans, &c. ut etiam ipse fatetur, ideo ad propositum de testamento non dicitur facta specialis mentio, ẜm Pau. de Cast. in d. §. in legatis. & in d. consi. ex mente aliorum. ¶ Nec obstat, dum Bart. in locis in contrarium alleg. voluit, ꝙ vbi vnũ solum testamentum pręcedit, ꝙ nominatim & specialiter de illo dicatur facta specialis mentio, etiam per illa verba generalia, cassans & irritans omne aliud testamentum, &c. ex quo non possunt ad aliud referri, d. l. 2. quia Doctores ibi communiter, & Paul. de Cast. in d. consi. & similiter Soc. in consilio superius allegato, in hoc tenent contra Bartolum: quia unum testamentum validum semper tãtũ præcedere potest; etiam si plura sint facta, d. §. posteriore. cum concordantibus. vnde sequeretur ꝙ numquam de uerbis derogatiuis specialiter esset faciẽda mẽtio, ꝯ dictã l. si qs in pricipio testi. Nõ dr̃ ergo specialis testi aliter facta mẽtio, nisi eo casu, de quo verbis derogatiuis, sic de qualitate specialiter loquitur testator, ẜm prædictos Doct. immo ẜm Pau. de Cas. in d. consilio, etiam si fuisset, cassans omne aliud testamentum conceptum sub quacunque forma uerborum, hoc non sufficeret, ut ibi plenius per eum. Ideo in casu nostro uerbum illud, quomodocũque & qualitercunque, illud operatur, nec per illud potest dici facta specialis mentio, quæ in proposito est necessaria. Et per hæc patet, qđ etiam male loquitur Bal. in l. humanum. C. de legibus, & in auth. hoc inter liberos. C. de testam. & contra quem tenent alij in locis prædictis, & de quo per Soc. late. in d. §. in legatis, & in d. suo consilio. Et licet Alex. in consil. 134. in j. vol. uideatur cum Barto. & Bald. transire, tamen in d. leg. 2. tenet oppositum. & contrarium tenent communiter alij, nec Alexan. in hoc tantum se fundat in dicto consilio, sed principaliter, quia in casu suo facta fuerat de uerbis derogatiuis specialis mentio, quæ sufficit, ut dixi. Præterea in casu nostro præcesserunt duo testamenta, ut ex secundo apparet, quo casu etiam Barto. tunc fatetur ꝙ de uerbis derogatiuis debet fieri mentio specialis. Nec obstat, qđ primum in secũdo specialiter fuit cassatum, quia talis expressio tanquam facta per eum modum, per quem tacite inest, de necessitate nihil operatur. d. l. 3. de leg. 1. & l. non recte. C. de fideiuss. quia etiam si testator primum non annullasset expresse, tamen non potuisset ualere, d. §. posteriore. quia non potuit cum duobus testamẽtis decedere, & ideo non refert, utrum tacite primum annullet per confectionem secundi, uel expresse. ¶ Nec obst. dum dicebatur, qđ Ange. & alij in d. l. 2. non loquuntur, quando sufficit facere specialem mentionem testamẽti, vt in casu nostro, quia ut in præcedentibus dixi, non dicitur ad propositum de illo fieri specialis mentio, nisi etiam de qualitate ipsius, hoc est, de verbis derogatorijs, de quibus in illo testator mentionem fecerit. Concluditur ergo, quod pręcedens testamentum ualet, & non ultimum. Laus Deo.

¶ Testamentum solenniter factum, an reuocetur, si testator simpliciter dicat de eo pœnitere, declaretq; ipsum irritum & cassum cum omnibus in eo contentis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum solenniter factum non reuocatur, si reuocatio fiat absque alia hæredis institutione, etiam si sit facta coram septẽ testibus. & num. 7.*

2 *Testamentum primum perfectum nõ reuocatur per posterius imperfectum, nisi cursus temporis decennij a primo testamento vsque ad reuocationem sit elapsus, uel a reuocatione usq. ad mortem testatoris, secundum aliam opinionem.*

Clausula derogatoria in primo testamento tollitur per cursum decennij, licet in secundo de ea non fiat mentio.

3 *Decennium debet præcedere reuocationem, nec sufficit quod subsequatur.*

4 *Testamentum ab initio nullum ex defectu solennitatis respicientis fauorem publicum, ex post facto non confirmatur.*

Lega-

Legatum alimentorum ab initio nullum, confirmatur cursu trienny cum solutione.

5 *Testamentum primum tollitur, si testator dicat in reuocatione se pœnitere prioris testamenti, quia vult intestatus decedere, maxime adiecta clausula, omni meliori modo, &c. uenientes enim ab intestato uidentur instituti nominatim, quia certi sunt, qui ab intestato sunt successuri.*

Clausula, omni meliori modo, importat institutionē omissā, quā do ad actum est necessaria, quando persona instituti est certa.

6 *Hæredis institutio debet nominatim fieri, & de persona instituti constare saltem per indicia & demonstrationes, etiam si sit adiecta clausula, omni meliori modo, quę personam nō certificat, nec consensum declarat.*

Institutio hæredis quando ualeat etiam eo non nominato.

8 *Iuramentum non operatur in his quæ debēt specificari. & quando habeat uim clausulæ, omni meliori modo.*

9 *Iuramentum quando habeat uim expressi.*

10 *Clausula omni meliori modo, non habet uim clausulæ derogatoriæ, nec aliquid operatur in his, quæ nominatim debent specificari. & num. 8.*

Iuramentum habet maiorem uim, quam clausula omni meliori modo.

CONSILIVM VI.

SVPER casu, de quo quæritur, arbitror rectè cōclusum per clariss. do. consultorē, ꝙ testm̄ solēniter factum non sit reuocatū, quantūcunq; testōr corā septem testib. dixerit postmodū, ꝙ de illo pęnitebat, siue pœnituit, & pœnitet, de præsenti, & licet declarauerit ipsum nolle valere, ac ēt ipsum testm̄ cū omnibus & singulis legatis, pactis obligationibus & institutionib. in eo insertis, cassauerit & annullauerit, & ꝓ casso, irrito & annullato haberi voluerit & mandauerit. Et hoc rationib. & causis eius animū mouētib. ad sic faciendum oī meliori mō, via, iure, forma, & causa, quib. magis, melius & efficacius an ualidius de iure fieri pōt, & dēt, &c. Quia ex hmōi simplici reuocatione absq; † alia hæredis institutione testamētū prius solēniter factum non reuocatur, ēt si talis reuocatio simplex facta reperiatur coram vij. testibus, vt probatur in l. sancimus. C. de testa. & in §. ex eo. insti. qui. mo. test. infi. & prout voluit Bart. in l. si iure, de leg. 3. & idem in effectu vult Bald. in dict. leg. sancimus, & Petr. de Anch. & Imo. in c. cum esses. de testa. & Rapha. Cuma. in repet. l. si filius qui in ptāte. de lib. & posth. & Alex. in l. si ita scriptum. §. regula. eo. tit. Et ita est cōis opi. q̄uis Imo. aliter videatur dicere. Circa igitur duo, q̄ vr̄r facere in contrariū, est insistendum. Et primo, quia ex quo a die cōditi primi testī elapsum est decenniū, vr̄ † ꝙ ex posterioris volūtate iuncto cursu dicti tpis testm̄ pcedens sit reuocatū. l. sancimus. C. de test. Sed ad illud est rn̄sum, & rectè, ꝙ oportet, ut decenniū sit elapsum a tpe testi, antequā superueniat dicta volūtaria reuocatio, ſm gl. ibi, quam sequitur Cy. in fi. & Ang. & Pau. de Cast. in prin. & ēt Bald. dū vult, ꝙ primū testm̄ habens clausulam derogatoriā, tollatur per ſm conditum post decennium, quāuis in illo non sit apposita clausula derogatoria ad præcedentia, & hoc vt cursus dicti tpis aliquid operetur, arg. illius text. Et sic præsupponit, ꝙ elapso prius decennio a die prioris testamenti aliud testamentū fuerit conditum, & cum quo transeunt alij Mod. Cū ergo reuocatio prædicta reperiatur facta intra decenniū a tpe testi, nihil pōt operari, ſm opin. prædictam, quæ cōiter tenet. Et etiam ſm aliam opi. recitatam in d. l. sancimus. per gl. est idē dicendum, quia uolunt prædicti, ꝙ requiratur tps decennii inchoandi post dictam reuocationem, & finiendi ante mortem testōris, quod ēt in casu nostro non contingit: quia ante decenniū decursum a tpe dictæ reuocationis mortuus est testator, secundū ergo utranq; opinionem, si decennium nō præcessit reuocationem, vel non sit secutum, reuocatio nō ualet ab initio, nec ualidatur ex postfacto. Et propterea quamuis a tempore testamenti vsque ad mortem testatoris decennium reperiatur elapsū, illud non sufficit ad reuocationē testamenti pcedētis. d. l. sancimus. nec reuocatio, q̄ medio tēpore interuenit, operatur aliquid, ex quo ante illā decenniū non præcesserat. & sic quia ab initio ualida non erat, uel est secutum, & sic quia ex postfacto non fuit reconualidata dicto cursu temporis mediante.

3 Et arbitror ēt uerius de iure † ꝙ sit necesse ꝙ decennium præcedat, & non sufficiat, ꝙ subsequatur dictam reuocationem. Et rō diuersitatis est in promptu: Nam dicta reuocatio per se est nulla, si cursu tpis non iuuetur, vt in iuribus prædicti. Qn̄ igit decennium præcesit, tunc propter cursum dicti tēporis ualet ab initio dicta reuocatio, & iō testm̄ est reuocabile. Sed qn̄ ante decennium sit reuocatio, illa est nulla ab initio. igitur tractu tēporis. i. decennii non pōt recōualidari. l. quę ab initio. de reg. iur. & in terminis istud vult etiam Bar. in l. 1. §. si filius, de leg. 3.

4 ubi dicit, ꝙ si testm̄† est ab initio nullum ex defectu solennitatis introductæ in fauorē publicum, quod ex postfacto non potest confirmari, per no. in l. non dubium. C. de legi. Et quamuis Bar. ēt dicat, ꝙ fallit quandoq; fauore alimentorum, quia confirmatur per cursum triennij cum solutione. l. i. C. de lega. Hoc tamen non obstat, quia sumus extra causam alimentorū, & q̄a in casu d. l. 1. non confirmatur legatū solo cursu tpis, sed ēt mediante solutione & præstatione triennali rei legatæ. At in casu nostro dicta reuocatio nulla ab initio solo cursu decenni post decursi confirmaretur, quod non est concedēdum, ſm Bar. in d. §. si filius. Vnde dicendum est, ꝙ opi. gl. & sequacium in d. l. sancimus. sit vera, ſm quam est necessarium ad validitatem reuocationis simplicis, ꝙ ante illam a die conditi testamenti præcedētis decursum sit decēnium. quod isto casu nō reperitur factum. & ꝓpea ex isto capite non pōt dicta reuocatio esse ualida. Secundò ad validitatem dictæ rauocationis adducitur, qđ

5 † vbi testōr dixisset, se pœnitere prioris testī, quia vult intestatus decedere, tunc quia viderentur instituti veniētes ab intestato, induceretur reuocatio primi testī, ſm Bar. in d. l. si iure. & ꝓ ut in effectu vr̄ fuisse dictum isto casu, ꝑ clausulam, oī meliori modo, &c. quæ importat institutionē omissam, qn̄ ad actum est necessaria, ſm Bal. in l. quoties. C. de hær. inst. & Raph. in l. his verbis. in prin. ff. eo. & Pau. de Ca. in cōs. 355. & Alex. in l. nō oīs. §. fi. ad Treb. & faciunt no. per Bal. in l. vinū. si cer. pe. & per Ant. de But. in c. examinata. de iud. & in c. lr̄æ. de dila. & per Im. in l. nemo potest. de lega. j. vbi ponūt Do. ad propositū uarios effectus dictæ clausulæ, & tanto magis, quia Imo. ēt in §. rl̄a. uoluit, ꝙ ēt absq. d. clausula valeat simplex reuocatio facta coram septē testibus, & vr̄ de mēte gl. in l. heredes palā. §. si quid post. de test. Et q̄uis alii aliter dicāt, qn̄ tn̄ adiecta ē illa clausula opi. Imo. vr̄ posse ꝓcedere. Et istud est, quod magis urget. Sed pro

6 rn̄sione pmittendū est, ꝙ† hęredis institutio dēt fieri noīatim, & de persona instituta dēt constare ēt aliter q̄ ex sola noīs expressione, hoc est, per indicia & demōstrationes, ne sola noīs expressio inducat ambiguitatem, l. hac cōsultissima. C. qui test. fa. pos. l. iubemus. C. de test. l. hæredes palā. in prin. ff. eo. tit. Qn̄ ergo testōr in ipsa reuocatione dixit, quia volo intestatus decedere, tunc apparet, ꝙ est facta contēplatione veniētiū ab intest. ideo illi intelliguntur instituti & uocati. l. si quis ita hæres, &c. de hær. inst. & ualet talis institutio tāquā noīatim facta, quam uis nomen eorū propriū non sit expressum, quia certi sunt illi qui ab intestato sunt successuri, iō hn̄r pro noīatis. l. 2. de lib. & post. & l. fundus qui locatus. de fun. inst. sicut ēt expresso noīe proprio nō est necesse aliàs demonstrationes exprimere, si cōstet de corpore, ut quia nomen sit singulare, ſm glo. in d. l. hac

7 consultissima. dū† ponit exēplū de Gallopresso, sed quando testōr simpliter testm̄ reuocauit, & ꝙ intestatus decedere vellet, non dixit, talis uoluntas vt testm̄ valere non pōt, quia quare reuocauerit, & cuius contemplatione non apparet, & ignoratur utrum sic fecerit inuitu veniētium ab intestato, uel quia uoluerit alios hæredes instituere, aut ad effectum, ut ab instituto auferretur hæreditas, velit ab indigno, secundum Alex. in d. l. si ita scriptū. đ li. & post. Et per ꝯn̄s ꝑsona instituti remanet incerta, & nō pōt reuocatio ualere, ut in iuribus præall. Et ista rō militat ēt quando expressa est illa clausula, oī meliori modo, &c. q̄a per illā ꝑsonā, cuius fauore facta fuerit reuocatio, nō magis certificatur, quā si non eēt expressa. & propterea reuocationē nō pōt ualidare. Et hoc in specie decidi uidetur ex no. per Bald. in

8 l. 4. §. quæsitum. in fi. si quis cau. ubi† dicit, ꝙ iuramētum nihil operatur in his, quæ dēnt specificari. Allegant gl. in authē. sacramenta puberū. C. si aduer. vend. & faciunt etiam no. per Bar. cū quo alii cōmuniter transeunt in d. §. j. quæsitum. & per Doc. in c. 1. de commod. & i l. 1. C. eo. ubi ex dictis Doc. colligitur, ꝙ iu

ramētum non hēt uim specialis & expressi cōsensus. Sicut ergo nihil operat iurm in his, quæ dēnt specificari, idem est ēt dicendū de clausula, oī meliori modo, q̄ uirtualiter dr̄ inesse in iurō. l.cū pater.§.filius matrē.de leg.2.& prout vult Bart.& Doc.in l.j.§.si quis ita.de verb.obl.dū dn̄t, ꝙ iuramentū in se continet, ut actus oī meliori mō ualeat, & ꝑ pn̄s institutionē, q̄ dēt personā certā cōtinere, ut in iurib.pall.dicta clausula, oī meliori modo, &c.nō pōt ualidare, sicut nec iurm hēt uim spālis expressio
9 nis, ut dixi. Et quāuis Ro.in d.§.si quis ita, dicat † ꝙ iurm habet uim spālis cōsensus, ꝑ d.§.filius matrē, & prout ēt uoluit Bal.i d.l.1.C.commo.in 2.q. illud tū ꝓcedit quantū ad solennitatis defectum, ut.s.ille suppleatur per iurm, sed ubi deficit actus ex defectu consensus, iurm nihil operatur, ſm Bart. in l. si quis pro eo.in fi.prin.de fideius.per l.fi.C.de non nu.pec.& Bart.& alios, in d.§.q̄situm.& ꝑ Mod.in d.§.si quis ita. Et prout contingit in casu, in quo simplex reuocatio non ualet ex defectu consensus, de quo nō cōstat, ex quo nō apparet ex qua causa, & cuius contēplatione facta fuerit dicta reuocatio, ſm Alex.in d.§. regula, ideo clausula, omni meliori modo, non supplet, neq; declarat cōsensum, uel personā hæredis. sicut ēt per iurm non ualidaretur, & tū, ut dixi, hēt uim clausulæ, oī meliori mō. immo etiam hēt maiorem uim, ſm Soci. in l. si mihi & tibi.§.in lega-
10 tis.de leg.1.ubi dicit, ꝙ † clausula, oī meliori modo, non habet uim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia, sed iuramentū idem importat, q̄d dicta clausula, & ultra hoc hēt uim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia. Et ad allegata in contrarium ex p̄missis colligitur responsio, quia uirtus dictæ clausulæ operatur effectum circa defectum solennitatis omissum, puta institutionis, quando persona est certa, sed per illam incertitudo non tollitur circa personam, neque remouetur, ideo nihil operatur. Et ista, iudicio meo, uera est, & clara responsio. Laus Deo.

¶ Feudatarius de bonis feudalibus in testamento an possit disponere.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius regulariter de feudo disponere prohibetur.*
2 *Verbum, alienare, affirmatiuè prolatum, continet etiam alienationem, quæ fit per ultimam uoluntatem.*
3 *Repetitio intelligitur cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *Mandatum operatur quo ad futura tantum, non quo ad iam facta. & idem de licentia.*
5 *Constitutum appositum alienationi rei emphyteuticæ facit emphyteutam cadere a iure suo etiam ante traditionem, licet aliàs sit secus.*
6 *Constituendo procuratorem uidetur quis gesta ratificare, nisi illa ignoret.*
7 *Licentia collata post mortem concedentis illo mortuo durat.*
8 *Mandatum post mortem collatum, quando possit ab hærede reuocari.*
9 *Verbum, disponere, ultimam uoluntatem propriè importat.*
10 *Generalis concessio non refertur ad casum specificatum.*
11 *Copulatiuæ pars, alteram declarat.*
12 *Verba, ad voluntatem tuam, faciunt conditionem.*
13 *Defectus conditionis adiectæ qualitati, non uitiat contractum, sed solam qualitatem.*
14 *Consensus generalis domini in alienatione feudi sufficit.*
15 *Verba generalia restringuntur ad actum, cui ratio potest conuenire.*
16 *Consensus, & voluntas quando dicatur mandatum, & quando non.*
17 *Voluntas & licentia quando morte finiatur.*
18 *Approbatio actus ab illo ignorante ante valeat, si de eius præiudicio non agatur.*

CONSILIVM VII.

PRIMA facie dicendum uidetur, quòd serenissima Regina Ioanna non potuerit in testamento disponere de terris feudalibus, de quibus agitur;
1 quia feudatario † hoc regulariter prohibetur, c.j. de success.feu.& c.1.§.donare. qualiter olim.feu. alien.poterat, &c. Imperialē.in princ.de prohi.feu.alien.ꝑ Fed.

Nec obstare ur̄ licentia disponendi de dictis terris concessa per Catholicum regem dictæ serenissimæ reginæ ex multis, & primō, quia talis licentia uidetur finita per mortem dicti regis, sicut etiam per mortem finitur mandatum.leg.actione.§.morte. ff.manda.& insti.eo.§.morte. quia paria sunt, facere aliquid de uoluntate alicuius, uel de mādato illius.l.post dotem. secundū sextam lecturam Dyni, & ibi notant ēt Doctores, sol.ma. Secūdò, quia licet in literis regalibus prius dicatur & narretur, qualiter rex fecit & de p̄senti facit mercedē p̄dictæ serenissimæ reginæ, ꝙ semper possit disponere usq; ad summam quinquaginta milliū florenorū su ꝑ terris, &c. nihilo minꝰ paulò post subiiciuntur hęc uerba: Dicemo & comandemo per questo, che ad ogni uolūtà de la ditta serenissima regina date lo assenso in nostro nome, perche possa uendere, & alienare à chi essa uorrà, &c. Ex quib. uerbis apparet, ꝙ de intentione regis nō fuit, dare immediate licentiā alienandi prædictæ reginæ, sed mediante persona locūtenētis, ad quem literę diriguntur. Et propterea dū superius narratur, ꝙ dedit & dat licētiam disponendi, dēt subaudiri, s.secūdum modum infrascriptū, & sic mediante assensu p̄stando per ipsum locumtenētem regiū, & hoc gratia cōtrarietatis euitandę, ut declarat Bar.in simili in l.fi.§.idē q̄siit de cō dic.indebiti. Et non tantū assensus dicti locumtenentis præstari mādatur in cōtractu uēditionis, sed in quocunque actu alienationis, ut patet ex illis uerbis, perche possa uendere & aliena
2 re, &c. sub quo uerbo, alienare, † tanquā gn̄ali & prolato affirmatiuè, cōtinetur alienatio, quæ fit per ulumam uoluntatem.l. si quis prioris.§.cæterum.C.de secundis nup.& notat Bar. in l. si ita quis.§.ea lege.de uerborum obligationib. & in l.peto.§. fratre.de l.ij. Quia ergo legatum fuit factum sine assensu dicti locumtenētis, reuersa sunt bona feudalia ad dn̄m, ut in iuribus allegatis superius. Nec ēt ex literis serenissimi regis moderni ur̄ dici posse, ꝙ legari potuerint dicta bona, quia per illum augetur solum gratia in quantitate, sed non in qualitate, q̄m cōcedit ꝙ dicta serenissima regina de suo statu disponere possit usque ad summā ualoris quinquaginta millium florenorum, prout catholica maiestas regis mortui cōcesserat, & ꝙ dicta florenorum quīquaginta millia intelligātur ducati aurei, &c. Dicta er
3 go relatio, † scilicet prout catholica Maiestas concesserat, inducit repetitionem cum oībus suis qualitatibus.l.a filio.§.testator eum sequenti.de alimen.& ciba lega.& notat Bar.in l. si quis seruum.§.fi.de legatis secundo.& in l.1.§ fin.si fami.furtum fecisse dica.& in l.j.de receptatoribus.& in l.sanctio legum. de pœnis.& per consequens sicut ex primis literis requirebatur assensus locumtenentis, ut dictum est, hoc etiam intelligitur repetitum in ultimis. Præterea cum huiusmodi concessio facta ꝑ dictas posteriores literas, facta reperiatur post mortē reginæ, nihil operatur quantum ad alienationem iam factam, sed de facienda in futurum, intelligitur. sicut † de mādato dicitur, quod
4 operatur quo ad futura tantum, & non quo ad iam facta, per notata per gl.in l.si uero non remunerandi §.si post creditum. ff. manda.ex qua probatur, quod ille, qui agit ex mandato, dēt probare, quòd mandatum præcessit actum, quē expediuit mandatarius. Et idem tenet Bald.in l.ob hæc uerba. de infamib. & Alex.in cons.58.in primo uol.& in consi.197.in 1.col.2.uolu. Et istud etiam probatur ex notatis ꝑ Pau.de Cast.in l.si qs filio exhæredato.§.irritum.de iniusto, rupto & irrito test.dū uult, ꝙ licētia cōcessa emphyteutæ post alienationē iā factā, q̄ dn̄s ignorauit, nihil operari possit, qa nō est uerisimile, ꝙ si sciuisset pœnā iā cōmissam, ꝙ illa remisisset. q̄ rō hēt locū in casu nr̄o, in quo ad cōmissionē pœnę nō est traditio necessaria, cum ex legato ipso iure transferatur dn̄iū sine traditione. l.a Titio. de furtis.& sic a lege fit facta executio secundū Bart. in talis scri-
5 ptura.§.in fine.de legatis.1. Nā licet ꝑ † simplicē alienationē ante traditionē non cadat emphyteuta à suo iure, secundum Spe. in tit.de locat.§.nunc.aliqua.uers.195.& Io.An.& Ant.de Bu. in c.potuit.da locat.& Ale.in consi.163.col.2.in secundo uol. illud est ex eo, quia dicto casu dominium non est trāslatum, sine cuius translatione non pōt dici alienatio facta.l.alienatum. in principio, de uerb.significationib. Et ꝓpea ubi in contractu est appositum constitutum, emphyteuta & feudatarius cadit a suo iure, etiam ante actualem traditionē, & hoc quia mediāte traditione illa ficta, fuit dn̄ium translatum.l.quod meo.in principio, de acqu.possessione.secundum An.de But.in cons.34.&

Pau.

Pau.de Cast.in l.1.§.si rem.ff.depositi.Pari ergo ratione dēt ammitti feudū in casibus,in quib. per alienationem,ipso iure trāsfertur dominiū,vt in casu nostro.Et vbi ēt in casu,de quo agit, pœna adhuc cōmissa nō diceretur ante actualē traditionem,ex quo tñ serenissimus rex,qui de nouo cōcessit licentiam alienādi, mortē reginę ignorauit confirmatur legatum per illā prius
6 factū.sicut videmus† ꝙ licet quis cōstituendo aliquē procuratorē,videat ex hoc ratificare prius gesta ꝑ illū nomine constituētis,vt est casus notabilis in l.Iulianus.ꝗ satisd.cogātur,& ibi notāt Doctores,illud tñ fallit,qñ cōstituēs ignorauit gesta ante mandatum,ẜm Io.An.in additionib.Spe.in ti.de procurat.§.j. vers.quid si procuratori. ꝗa non videt quis ratificare ea quæ ignorat.l.qui cū tutoribus.§.fi.de trāsac.& l.si quis ita.§.pen. de test.tutela.Et cū eo transit Alex.in d.l.Iulianus. Nec contrariū dicit Pau.de Cas.in d.§.irritum.in fi.dū uult,ꝙ si princeps cōcedat,ꝙ quis in flumine publico possit facere molendinū,ꝙ poterit iam retinere,ēt si princeps hoc ignoret,quia dicto casu secundū eū,non agitur de eius præiudicio,prout agi dicitur in casu ꝑcedēti,pariter & in casu nostro,quia quamuis non præiudicetur in pœna,si nō fuit cōmissa,præiudicatur tñ dño mediante alienatione facta in extraneū nō cōprehēsum ī inuestitura, iō ignorans non intelligitur illā approbasse, sicut nec in casu Io.An.de quo supra. Preterea quāuis ius nō fuisset quæsitū regi ex alienatione serenissimæ reginæ,quia tñ ad eum reuersum erat feudū per mortē illius,& sic ex alia cā ius quæsierat, ucrisimiliter nō ꝑ cōfirmasset legatū iā factum, si de hoc scientiā habuisset.Et sic ēt isto casu militat ratio Pau.de Cas.in d.§.irritū. quę ꝑ eū assignatur,qñ emphyteuta ante licentiā alienandi ceciderat à iure suo mediante alienatione ꝑcedenti. Sed ꝑmisis non obstātibus cōtrarium arbitror uerius. Nam ex primis literis regalibus nō tm̄ fit mētio enunciatiuè de concessione disponēdi facta serenissimæ reginæ, sed ēt dispositiuè illi cōceditur ꝙ possit semper disponere,ut patet ex illis uerbis,uidelicet,gli hauemo fatto come per la presente facemo,mercede, che sempre che uorrà possa disponere,&c.Et hmōi concessio disponēdi cōfertur ēt post mortē regis,ut probatur ex illo uerbo,semper,quod exponitur,id est,omni tēpore.l.1.sol.ma.iuncta glo. in uerb.semper.Si ergo uoluit,eam posse disponere omni tꝑe, sequitur ꝙ est data facultas uiuēte rege, & post mortem regis cōcedentis,ut probatur ex notatis per Bar.in l.centurio.de uulgari & pupil.substit.uersi. quæro utrum substitutio cōpendio-
7 sa facta per verbū cōe,&c.dū dicit,ꝙ† propria significatio istorum uerborum,s.quandocunque filius meus decesserit,importat siue decesserit uiuo testatore, siue eo mortuo, uel ante testm̄,siue post.Et licentia durat etiam mortuo rege, sicut mādatū,ꝙ finitur morte regulariter,ut superius fuit dictū,ꝑ mortē non finitur,si post mortē mandantis conferatur. l.si uero non remunerandi.§.fi.cū l.sequenti.ff.mādati.& traditur in l.māda
8 tum.C.eo.ti.Et† licet ab hærede posſit reuocari.l.fundi, & ibi notant Moderni, de acq.pos.ī casu tñ nostro nō fuit ꝑ hærede reuocatū,sed magis confirmatū.immo nec ab herede reuocari potuisset,quia demū pōt mandatū post mortē collatum hæres reuocare,qñ fit ad commodū hæredis. & est secus,si sit in rem suam,uel ad cōmodum tertii,secundū Bald.in l.id quod pauperibut.in ult.col.C.de episc.& cler.Idē ergo eadē rōne qñ ēst ad commodū mandatarii,ut in casu nostro,& sic ī hoc potuit successori uniuersali præiudicare,qui tenetur factum defuncti approbare.l.cū a matre.C.de rei uen.& l.uenditrici.C.de reb.alie. non alien.& per Bar.in d.l.id quod. Et non solū dicitur data licētia disponendi inter uiuos,sed etiam uer ultimam uoluntatē
9 ut probatur ex illo uerbo,disponere,quo † rex ꝓpria significatione importat ultimā uoluntatē,ut colligitur ex no.per glo.in rub.sol.mst.quam sequitur Dy. & Bar. & quam ad hoc magis in specie ponderat Ale.& qui allegat ēt Albe.de Rosa. in dictionario suo,in uerbo,disponere.Et quamuis posset ēt actum inter uiuos importare,ut tenet Alex.in loco præallegato, nihilo minus in casu nostro ad illū nō refertur, ex quo paulo post cōmittit rex & mandat locūtenenti,ꝙ ad oēm uoluntatem serenissimę reginæ ꝑstet assensum,ut possit uēdere & alienare.Cū ergo prius rex generaliter concesserit ꝑtātē disponēdi, & deinde de uēditione in specie faciat mētionē ī hoc ꝑ speciē deroga-
10 tur generi.Et hoc† mō.s.quia gñalis concessio nō refertur ad casum specificatū,secūdū Bar.ī l.quæsitū.§.si ꝗs fundū. in fine, de fundo inst.ubi dicit.ꝙ qñ genus & spēs cadit inter casus,puta.si fiat dispositio in unū casū,& alia fit in oēs casus in eadē uolūtate,ꝑ speciē derogatur gñi,secūdum modū ꝑdictū, hoc est, ꝙ gñalis dispō nō refertur ad casū specificatū,per l. sāctio legū de pœnis,& l.doli clausula.& l. stipulationes cōmodissimū. de uer.ob. Nec reqrit rex cōcedēs, ꝙ in actu ultimæ uolūtatis importato per illud uerbū, disponere, & sub quo actus uenditionis & alienationis īter uiuos,de quo est facta specialis mētio,ut dixi,nō icluditur,dēat adhiberi assēsus locūtenētis, ꝗa hoc nō exprimitur quo ad dictū actū ultimæ volūtatis,nec est necessarius,cū rex quo ad illū simpliciter ꝑstiterit suūassensū.Nec qualitas assensus locūtenētis posita in sequēti actu alienationis inter uiuos,dici pōt repetita in actu ꝑcedenti,secundum Bart.in l.in repetendis.in vlt.col.de leg.3.Et sic patet ꝑ ꝑdicta, ꝙ in cōcessione alienādi ꝑ vltimā voluntatē,ꝗ,vt dictū est,importat ꝑ illud uerbū, disponere, potuit cōsensus locū tenētis omitti, ꝗa rex cōcedēs cōsensit, & alteri⁹ cōsensum adhiberi nō mādauit. Et ꝑ ꝑdicta patet,ꝙ non obstant illa verba sequētia, videlicet. Dicemo & comandemoue per questo, che ad ogni volontà de la ditta serenissima Regina date lo assenso in nostro nome,perche possa vendere,& alienare,&c. quia hoc loco dicitur requiri cōsensus locūtenētis in actu alienationis inter viuos,& nō illa,ꝗ fit ꝑ ultimā voluntatē,ꝗa illi rex prius cōsenserat,& qđ fieri posset simpliciter cōcesserat. Nec ob.ꝙ dicat,che possa uēdere,& alienare,&c.quasi ꝙ sub ultimo uerbo,alienare,tanꝗ gñali includatur ēt alienatio facienda in vltima volūtate, ꝗa uerbū ꝑdictū restrīgitur hoc loco ad alienationē faciēdā inter uiuos, & ex cā onerosa, ꝙ ꝓbatur.Nā dicit,che possa uēdere, & alienare.Ex prima igitur parte illius copulatiuæ,in qua ponit uerbū,uendere,declaratur altera pars in qua exprimitur uerbum, alienare,ut sicut loquitur cōcessio prius de uēditione,ꝗ ē alienatiōe īter uiuos, ita ēt de illa alienatiōe,s. inter uiuos ītelligat sequēs uerbum gñale ex qua sequatur dñij trāslatio, quia sicut una pars alternatiuæ declarat alterā partē alternatiuæ dub.l.j.
11 ff.de reb.dub.& ibi notant oēs.Ita † ēt una pars copulatiuæ declarat alterā,ẜm Rom.in consi.231.inc. Præmissorum Doctorum,&c.& Mod.in d.l.j.in prin. & in specie ꝓbatur, in l.fi.C. de iure emph. ibi,minime licere emphyteutæ sine consensu dñi meliorationes suas uendere, uel ius emphyteuticū transferre, nā hæc ultima uerba intelliguntur de alia translatione simili uēditioni,de qua prius dixerat,& sic de alienatione,quæ fit ex causa onerosa,& non de illa,quæ fit ex causa lucratiua,puta ex donatione,uel legato,ẜm glo.ibi communiter approbatam. Nec refert,ꝙ inter prædicta illo casu ponatur alternatiua, ꝗa ī hoc ab illa non differt copula,ut dixi. Nec etiam obstat, si dicat,ꝙ in casu.d.l.fi.hoc operatur ratio,quæ per glo.& Doct. assignatur,quia etiam in casu nostro militat alia similis ratio,videlicet, quia in præcedentibus rex simpliciter consensit alienationi faciendæ per vltimam voluntatem,ideo de ista non intelliguntur sequentia verba, d.l.doli clausula. cum alijs superius allegatis. Et dato ēt,ꝙ vbi fit mentio de assensu locum tenentis hoc intelligatur dictum respectu cuiuslibet alienationis,& sic tam inter viuos quam vltimæ voluntatis,& tam causa onerosa quā lucratiua,nihilo minus omissio dicti assensus nihil nocet,nec ꝓpter
12 hoc legatum annullatur, quia non requiritur † simpliciter,sed ad omnem voluntatem serenissimæ reginæ, quæ uerba faciunt conditionem,si serenissima regina voluerit,vt est text.in l.post dotem.ẜm quintam lect.soluto matrim.Et magis clare hoc decidit Bart.in l.centesimis.§.fi.de ver.obl.versi.quid si non appono dictionem,si,&c.vbi vult,ꝙ si promitto tibi dare decem ad tuam volūtatem,videar dicere si tu volueris, per dictam.l.post dotem.Et idem tenet in eo.§.vers.vltimo formo, &c. Et sequit ēt Alex.qñ dicta verba referuntur ad actū momentaneū, ut in casu nostro,per dictā.l.post dotē. nec conditio habetur ꝓ impleta ad incommodum dictæ reginæ, tāquam per eam steterit, iuxta l.iure ciuili.de condi.& demonst. quia hoc non habet locum in conditione pendente a voluntate implere debentis, d.l. centesimis.§.fi.& ibi no.Moderni,& no.in l.cum ab eo.de contrah.emp.Nec ēt ex defectu talis conditionis vitiat cōtractus, quia dicta cōditio non est apposita cōtractui, nec eius substantiæ,sed sola qualitas contractus,i. dictus assensus locūtenentis
13 est in conditione positus. Ex defectu igitur † conditionis sola qualitas deficit,& ꝯtractus remanet ualidus,vt est casus,ī l.2.ff.

9 *Teſtamentum per curſum decennij nõ tollitur,quando primum habet clauſulam derogatoriam,etiã clauſulæ derogatoriæ,quæ poſſet apponi in ſecundo.*
10 *Curſus decennij non inducit contrariam uoluntatem,ſed obliuionis præſumptionem,ideo non plus operatur quam expreſſa contraria uoluntas.*
Voluntas expreſſa plus operatur quam tacita.
11 *Dictio,nullatenus, habet ſignificationem modi & temporis.*
12 *Teſtator poteſt diſponere, ne obliuio allegetur in ſecundo teſtamento,ne recedatur a primo.*

CONSILIVM X.



QVIA de validitate primi teſtamenti habentis clauſulam derogatoriã ad ſequentia in forma ampliſſima dubitatur,& utrum per ſecundum intelligatur ſublatum multa pro & contra dici poſſent,qa ſuper hoc uariæ reperiuntur Doctorum opiniones,& pro vtraque parte deducuntur multa. Verum quia materia eſt ſatis trita, ſuperfluum eſt inſiſtere circa non neceſſaria.Illud igitur certum eſt ſecundum communes concluſiones & ueras, ꝙ primum teſtamentum derogatorium ſequẽtium ꝑ ſecundum ſimpliciter, & per ſe conſideratum non fuit ſublatum, quoniam in primo teſtatrix dixit, quòd illud nullatenus mutare intendit, nec reuocare. Et caſu quo pur uellet mutare, & reuocare,non uult ualere ipſam ſuam reuocationem, & mutationem, niſi in illa adſint ſcripta ipſa uerba prolata ore proprio ipſius teſtatricis, uidelicet Aue Maria, dominus tecum, benedictus fructus uentri tui. Et ſint d.verba in forma ſpecifica,& præciſe ita,ꝙ neque plura, neq; pauciora verba ſcripta & prolata reperiãtur. Nec ſufficit, ſi diceret & ſcriptum reperiretur,ꝙ velit ipſam uoluntatem ſuam aliis præualere,in quibus eſſent aliqua uerba derogatoria,de quibus non recordaretur, niſi eſſent expreſſa ipſa uerba ſupraſcripta, videlicet Aue Maria,dñs tecum,benedictus fructus ventris tui. Et ſubiunxit etiam teſtatrix hęc verba.Cum intentio ſua & firmum propoſitum ſit,ꝙ præſens teſtamentum & ultima uoluntas cœteris omnibus per eam factis,ſi quæ reperirentur,& in futurum faciendis præualeat,& teneat,&c. † Huiuſmodi ergo uerba ſunt
1 derogatoria uoluntatis,quæ poſſunt apponi in teſtamentis. l. ſi mihi & tibi.§.in lega.de l.1.& in l.ſi quis in princ.teſt.de leg. 3.Non autem ſunt derogatoria poteſtatis,quam tunc nihil operantur,ſm Doctores in dictis locis, quia non poteſt teſtatõr ſibi auferre poteſtatem teſtandi.l.ſtipulatio hoc modo concepta,de uer. obl.Non enim dixit teſtator,ꝙ nolebat poſſe reuocare teſtamentum, & ſic non fuerunt uerba abnegatiua ptãtis ſeu potentiæ,ſed intentationis tantummodo,quia dixit,ꝙ nullatenus mutare & reuocare intendit. Vnde ſolum declarat, ꝙ non hẽt propoſitum reuocandi, non aũt ꝙ nolit poſſe reuocare,immo facultatem reuocandi ſibi reſeruat,ut colligitur ex illis ſequentibus,videlicet,Et caſu quo pur uellet mutare, &c. Et ſimiliter uerba prędicta non ſunt derogatoria ſolennitatis:
2 Quia † ſolennitati dicitur derogari, quando teſtator dicit uolo

lo in sequenti testamẽto talem solennitatem seruari, & ulteri' non processit. & similiter etiam tunc nihil operatur hæc clausula, quia de solennitate non pertinet ad eum disponere cũ sit publici iuris, ſm Doc. ubi supra, per l. nemo potest. de leg. 1. Et est tex. secundum unum intellectum in l. diuus. §. licet. de iure codi. & iõ ualet tunc secundum testamentum non seruata etiã dicta solennitate, sed quando testõr dixit ꝙ nolebat sequens testamentum ualere simpliciter vel sub certa conditione talis solennitas non fuerit seruata ut in casu nostro, & tunc dr̃ derogatio uoluntatis, prout etiam declarat Pau. de Cast. in consi, 163.

3 In facto pñti. Et † tunc ad hoc vt per secundum tollatur primũ est saltem necesse, ꝙ prioris testamenti fiat mentio, & de qualitate eius, hoc est, de uerbis derogatoriis in eo appositis, ut quia dicatur, non obstante alio testamento, in quo etiam apposita sit clausula derogatoria, secundum gl. & Doct. communiter in d. §. in lega. & Bar. in d. l. si quis in principio testamenti. & est cõmunis opinio, ꝓut etiam late prosequitur & concludit Pau. de Ca. in d. consi. & Ale. in consi. 144. in j. uolu. & in cõsi. 7. 4. vol. cum concordan. de quib. ibi plene, & per eum & alios Modernos in d. §. in legatis. Ex quo sequitur, ꝙ per secundum testamentum per se consideratum, ut dixi, hoc primum non tollit, quamuis in illo sit clausula, cassans & annullans omne illud testamentum aliàs factum, & uoluit hoc præsens testamentum ꝑualere omnib. alijs testamentis, &c. quia ꝑ hoc nõ dr̃ facta mẽtio specialis prioris testamenti, & suæ qualitatis. i. derogationis in eo contentæ, sed in genere. qđ non sufficit. d. l. si quis in principio testamenti. & per Doctores in dictis locis. & prout etiam in specie uult Fed. in cõsi. 47. Habita, &c. vbi dicit, ꝙ dicta clausula cassans & irritans, generalis non sufficit. Et idem vult Pa. de Ca. & Alex. in d. consilio, & alij per eum allegati, & Sal. in l. sancimus. C. de test. Et quia in casu nr̃o nõ tm̃ derogatur testamento faciendo, sed etiam clausulę derogatoriæ in ea apponendæ, ut cõstat ex illis uerbis. Nec sufficiat, si diceretur, & scriptũ reperiretur, ꝙ uelit ipsam uoluntatem suam alijs præualere, in quibus essent aliqua uerba derogatoria, de quib. non recordaretur, &c. Et isto ideo casu non sufficit etiam specialem mẽtionem facere de prima qualitate, id est de verbis derogatoriis testamenti, sed etiam de derogatorijs ad derogationem. Adeo ꝙ fuisset necesse dicere non obstante aliquo testamento, in quo derogetur secundo, nisi seruata sit certa solennitas, & etiam si in eo contineatur reuocatio dictæ clausulę, ꝙ non uult talem reuocationem tenere, secundum Pau. de Cast. in consi. 55. Passus iste, &c. in fi. ubi ad hoc allegat Bar. in d. l. si quis in principio testamenti quem dicto modo intelligit et declarat. Et idem colligitur ex notatis per Pau. de Cast. in auth. hoc inter libe. C. de

4 test. † Nam, vt ibi dicitur, testamentum inter liberos hẽt clausulam derogatoriam ad aliud sequens testamentum inter extraneos conditum a iure tacite subintellectam. Si ergo, dicit Pa. de Cast. in dicto testamento inter liberos apponatur expressa clausula derogatoria, de utraque derogatione secundum eum, facienda est specialis mentio puta, non obstante testamentorũ facto inter liberos cum clausula derogatoria. Sed dubium orit̃

5 maius ex alio, uidelicet † quia secundum testamentum cõditũ fuit post decennium iam decursum, quo casu Bal. cum quo alij transire vñr in l. sancimus. C. de test. & So. in d. §. in legatis. in fi. uult, ꝙ primum tollatur, etiam si specialiter de verbis derogatorijs non sit facta mentio, quia testator de facili non potest recordari de clausula derogatoria propter cursum dicti tẽporis, & quia decennium debet aliquid operari, ut ibi. Sed ad istud rñdetur. Et primo, ꝙ istud dictum Bal. non probatur iure, & est contra intentionem aliorum. Nam solet esse dubitatio, quando procedit priuilegium habens clausulam derogatoriã, qũo & qualiter reuocari possit & debeat. Et quamuis uariæ fuerint opiniones, tamen communis est opinio, quod requiratur specialis mentio clausulæ derogatoriæ, sicut in testamentis, adeo quod non sufficit illa clausula, non obstantibus priuilegijs, quibuscunque, etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de uerbo ad uerbum, ut uoluit Cyn. in leg. j. C. quando Impe. inter pup. & uid. & Calder. in consil. 11. de priuil. & Card, in consi. 51. dominus Gre. Papa, &c. & Fed. in cons. 233. Casus talis est, &c. & Pau. de Cast. in d. consi. 53. & in consilio 416. Quoniam adiectione, &c. referens, quod idem consuluit Laurẽ. de Rodulphis. & hanc partẽ tenet ẽt Lud. Ro. in consi. 327. Istæ sunt rões, &c. & in cõs. 336. Qđ indultũ Petri, &c. & Abb. in c. cũ instãtia. de cẽsi. & Fel. in c. accedens. de ꝓscri. ubi dicit istam esse cõem opi. & ꝙ illam tenet ẽt Maria. in tract. de visitatio. fol. 23. Et † tamen in principe propter multitudinẽ nego-

6 tiorũ præsumitur ignorantia prioris priuilegij & clausulæ derogatoriæ in eo appositæ, ẽt ante decenniũ. c. cũ olim. & ibi per oẽs, de re iud. & per illũ tex. dicit Bar. in l. ꝙ iussit. in fi. eo. tit. ꝙ in principe & in iudice ordinario præsumitur ignorantia etiam in facto proprio, propter multitudinẽ negotiorum, & sic non minus inducitur præsumptio obliuionis in principe ex sola negotiorũ multitudine, quam in priuato ex cursu lõgi temporis, & tamen secundũ ꝓdictos, priuilegiũ habẽs clausulã derogatoriã non tollitur, nisi princeps de uerbis derogatorijs faciat spãlẽ mentionẽ, ergo & in casu præsumpta obliuio ex cursu dicti tẽporis nõ dẽt sufficere ad tollendã derogationẽ præcedentẽ, nec est curandum, ꝙ seruetur de stylo, quia satis est quantũ ad rem nostram, ꝙ ita sit de iure. Et tanto magis in principe præsumitur ignorantia, quando reuocat priuilegia antecessorum suorum habentia clausulas derogatorias. l. uerius. C. de proba. & l. qui in alterius. de reg. iur. Nec pro opin. Bal. facit tex. in d. l. sanci

7 mus, immo, secundum etiam Are. ibi probatur † contrarium, scilicet, ꝙ quis post longum tempus præsumitur durare in eadem uoluntate. Secundo responderi potest, ꝙ Bal. loquitur, quando uerba derogatoria erant simpliciter prolata, ita quod futurum non respiciebant directo & expresse, ut quia dictum fuit, secundum quod ipse exemplificat, quod primum testamentum pręualeret, cum intendat decedere testatus secundum formam primi testamenti, & non secundi. Nam isto casu procedere potest dictum Bald. & sic quod testamentum factum post decenniũ præualeat, non tantum præcisè ratione decennij, sed etiam propter interuallum, licet de clausula derogatoria apposita in primo non sit facta mentio, per nota. per Barto. in leg. non solum §, morte. de oper. no. nun. in quinta colum. & in leg. pacta no-

8 uissima. per Bar. & alios. de pac. ubi concluditur ꝙ † simplex ꝓtestatio declaratoria uoluntatis nõ trahitur ad actum factũ ex interuallo, si ad futurum non dirigatur expresse, per l. per retẽtionẽ. C. de vsur. & l. cum plures. §. locator horrei. ff. loca. ſcđm vnum intellectum. Sed si uerba derogationis & protestationis dirigantur ad futurum, porrigitur ad omnem actum, etiam qñcunq. & ex interuallo factum, arg. l. si ita stipulatus. la. 2. de fide ins. Et iste est casus noster. Quia testatrix dixit, uelle testm̃ cæteris omnibus per eam factis, & in futurum faciendis præualere. Et iõ ista protestatio & derogatio porrigitur ad omne aliud testm̃ factum ẽt post decennium. Et ꝙ ista sit intentio Bar. in d. §. morte, apparet, dũ dicit, ꝙ porrigitur ad omnes actus futuros ergo ẽt ad illos, qui facti sunt post dictum tempus l. Iulianus, ĩ prin. de leg. 3. Et pro hac opin. Bar. ẽt ibi alleg. dictã. l. si quis in prin. testi. & dictũ §. in legatis. quæ iura intelligit dicto modo, s. quando protestatio exꝑsse respiciebat futurum. Et idẽ etiam dicit Alex. in d. l. pacta nouissima, s. ꝙ in casu dictarum legum protestatio fuit dicto modo concepta, & propterea, ſm eum, trahitur ad codicillos factos quandocunq. per ꝙ uerbum qñcunq. quo utitur Alex. in dicto loco manifestè constat, ꝙ intẽdit protestationem, & derogationẽ, de qua in d. l. si quis in prin. testam. trahi ad codicillos ẽt factos post decennium, quia hoc importat illud uerbum, quandocunq. Et vbi decisio Bal. in d. l. sancimus. non intelligatur & saluetur eo modo, & in casu prædicto, de directo esset contra decis. Bar. & aliorum, in locis prædictis, quando uerba derogatoria directò respicerent futurum. Et sic tunc non potest esse vera, nec locum habere. Et istud puto uerissimum. Tertio respondetur cessantib. etiam prædictis,

9 † ꝙ testõr in casu nostro uoluit, ꝙ non sufficiat, etiam si diceretur, & scriptum reperiretur, ꝙ uelit ipsam uoluntatem suam alijs præualere, in quibus essent aliqua uerba derogatoria, de quib. nõ recordaretur, nisi essent apposita ipsa uerba suprascripta, &c. Vnde ut in præcedentibus fuit etiam tactum, hoc loco uoluit testator derogare, nedum simpliciter testamento sequenti, sed etiam clausulæ derogatoriæ in eo appositæ. Si ergo propter hoc vult ꝙ primum præualeat, quamuis in seqũti spãlis mentio sit facta de clausula derogatoria apposita in primo testõ, eodem modo secundum testm̃, ꝙ a primo distat ultra decẽnium, non debet tollere primum, quia primo casu per spãlem mentionem primi testamenti, & qualitatis in illo appositæ, solet

let tolli primum testm̃.d.l.si quis in prin. testam. & notatur in l.si mihi & tibi.§. in legatis. & tñ testator uoluit hoc casu,ꝙ a
10 primo intelligatur esse recessum,quia† plus non debet operari cursus decennij,per ꝙ de contraria uoluntate non apparet, sed tantũ obliuio præsumitur l.si furtum.§.si fundi.de vsucap. & l.si id ꝙ.in prin.de acq.poss.cum ibi no.& per Doc.maximè per Alex.in l.si de eo.§.si forte.de acq. poss.quam operetur expressa voluntas contraria,de qua consueuit apparere ex clausula apposita in sequenti testõ, in quo fit mentio de priori testõ, & de eius qualitate,quoniam plus expressa uoluntas operatur, quã tacita,uel præsumpta.l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg. & pup.& in l.Titia.§.testõ.de leg.2. Vnde quamuis dictum Bald. posset esse verũ,qñ ĩ priori testõ esset apposita simpliciter clausula derogatoria ad sequens testm̃,locum tamẽ non habet, qñ non solum derogatur testõ sequenti,sed ẽt clausulæ derogatoriæ, quę uenit ad derogationem prioris derogationis,quia isto casu constat,ꝙ intentio testõris non est a primo recedere,& ꝙ in eadem uoluntate vult omnino permanere,& omni tempore perseuerare,& tanto magis,quia ipsemet declarat,ꝙ suæ intentionis est,illud nullatenus reuocare uel mutare.Et est etiam pō
11 deranda illa† dictio,nullatenus,quæ non solum significat modum,quia exponitur nullo modo c. statutum . de rescri. & cap. 2.de deci.in 6.sed etiam significat tempus.Et est sensus,ꝙ nullo modo & nullo tẽpore illud intendit reuocare,sicut dicitur, qđ dictio per omnia,significat non solum modum, sed etiam tempus omne futurum,& operatur, quod ad futurum tempus indistinctè dispositio trahatur,secundum Bald. in l.priuilegia.C. de sacrosan.eccle.& Abb.in c.si.ne cle.uel mona. & Alex.in l.1. circa prin. de leg.1. ac etiam tanto magis procedunt prædicta, cum dicat testator,quod non sufficiat derogatio specialis apposita in sequenti testamento,in qua dicatur, non obstante quòd in priori essent uerba derogatoria, de quibus non recordaretur. Apparet ergo ex hoc manifestè, quòd non vult testator a primo testamento recedere eo pretextu, quòd etiam per eum allegetur obliuio qualitatis pręcedentis testamenti,& quæ non solum ante decennium poterat allegari, sed etiam post,& quidem probabilius,quia obliuio non præsumebatur prius. Si ergo non vult testator posse allegare obliuionem in sequenti testamento ex aliqua causa,& sic quando etiam diceretur, vel p̃sumeretur ex cursu temporis,multo minus debet posse allegari, quando non allegatur per ipsum in testamento, sed ab alio.
12 Quod enim† testator disponere potuerit, quod obliuio allegari non possit ad effectum ut a primo testamento non dicatur esse recessum,non credo posse reuocari in dubium,quia nedũ pręsumptio iuris,sed etiam iuris & de iure admittit probationẽ in contrarium per confessionem partis,secundum Cy.& alios. in auth.sed iam necesse.C.de don.ante nup.& per gloss.in corpore unde sumitur.Et ideo ex dispositione testatoris potest tolli illa iuris præsumptio, quòd ex cursu decennij causetur obliuio.Vnde in his terminis opi.Bal. non habet locum aliquo modo.Nec etiam dici potest,quòd ex quo unum testamentũ præcessit, quòd a primo intelligatur esse recessum absque aliqua speciali derogatione,prout uoluit Bar.in d.l.si quis in prin.testamenti,quia contrarium uoluit Raph.ibi.& Ange.Imo.& alij Moder.in l.2.de lib.& posth.& Moder.in d.§.in legatis. & Bal.in d.l.humanum.C.de legi.Et ista est communis opinio,vt dicitur in locis prædictis,& per Alex. in consi. superius allegato,Ex quibus cõcludendum videtur absq. dubio, ꝙ præualeat primum testamentum. Laus Deo.

¶ Testamentum, in quo filiabus iure institutionis non est aliquod relictum, an sit nullum. Et an primum testamentum inter liberos conditum tollatur per secundum, non facta mentione de clausula derogatoria.

SVMMARIVM.

1 *Filijs hodie de iure ciuili debet aliquid iure institutionis relinqui,uel debent nominatim exhæredari.*
2 *Filijs de iure canonico sufficit quoquo relicti titulo relinquere,& ualet testamentum.*
3 *Forma institutionis seu exhæredationis filij non consideratur de iure naturali.*
De iure canonico ius naturale attenditur.
Ius canonicum in terris ecclesiæ seruatur.
4 *Clausula,omni meliori modo,etiam non adiecto uerbo relinquo seu,lego,inducit relictum iure institutionis factum, & num.6.*
5 *Clausula,quod ualeat dispositio iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis,quando importet donationem causa mortis.*
6 *Verbum etiam mere obliquum,capitur in sensu directo ex mente testatoris.*
7 *Clausula in fine posita referri debet ad omnia posita in eodem capitulo.*
8 *In materia fauorabili non fit relatio ad id,per quod restringeretur fauor.*
9 *Testamentum secundum perfectum tollit primum.*
10 *Testamentum primum inter liberos,habens tacitam uel expressam clausulam derogatoriam tollitur per secundum post lapsũ decennij,etiam nulla de dicta clausula facta mentione,ne auferatur testandi facultas.*
Obliuio cursu decennij inducitur.
11 *Clausulæ derogatoriæ sufficit specialem mentionem facere, etiã si non sit indiuidualis.*
12 *Clausula derogatoria tacita minoris potentiæ est quã expressa.*
13 *Clausula,omni meliori modo,tollit clausulam derogatoriam tacitam uel expreßam præcedentis testamenti etiam inter liberos facti.*
14 *Clausula derogatoria primi testamenti tollitur,quando testator dixit uelle secundum testamentum eße præcisum.*
15 *Iuramentum in secundo testamento uim habet clausulæ derogatoriæ.*
16 *Clausula,omni meliori modo,supplet omnes defectus, etiam se plures essent.*
17 *Clausula,omni meliori modo,tollit dispositionem etiam speciali iure priuilegiatam.*

CONSILIVM XI.



EX his,quę colliguntur ex narratione facti, & quæ allegantur in iure ꝑ pręstantissimos aduocatos de duobus principaliter est uidendum.Et primo vtrum secundum testamentum sit nullum ex defectu solennitatis.Secundo,an sit inualidũ ex defectu intentionis.Quantum ad primum vr̃,ꝙ dictum testamẽ-
1 tum ex defectu formæ non ualeat, quia † filiæ testatoris non sunt institutæ,nec exhæredatæ,& consequenter sunt præteritæ ut est expressum in l.inter cætera.de lib.& posth. Nec sufficit, quod dictis filiabus legauerit quædã bona immobilia, quia nõ sufficit hodie relinquere quoquo titulo,sed debent institui,uel exhæredari.§.aliud quoque capitulum. in auth. ut cũ de appel. cogn.& in auth.nouissima.C.de inoff.test.Sed istis non obstantib.cõtrarium puto verius. Et primo,quia licet de iure ciuili debeat filius pro forma institui,vel exhæredari,ut in iurib.in con
2 trarium alleg. De iure tamen canonico † sufficit, ꝙ filio relinquatur quoquo titulo,& prout ẽt sufficiebat de iure ciuili, ẜm ius Codicis.l.omnimõ.C.de inoffi.test.ẜm glo.in c.si pater. de test.in 6.& Host.in c.Raynut.eo.tit.in antiquis,& Bal.& Sal.in l.fi.C.famil.erc.& Ale.consi.179 col.pen.5.uol. Et est communis opi.ẜm Ale.in d.l. inter cætera.a qua non est recedendum ut traditur in locis uulgarib.quam Ale.in l.nam quod.§.fi.hoc non uideatur affirmare.& in consi.70.Viso consi.2.vol. Vt di
3 cta opinio confirmatur. Nam † ꝙ filio debeat relinqui titulo institutionis,est introductum a iure ciuili pro foma,& de iure naturali,istud non est necessarium,ut per se patet. Ideo quantum ad hoc debet attendi ius naturale,& non ciuile de iure canonico,secundum quod dictum ius naturale seruatur in testamentis,& non rigor iuris ciuilis.Et hinc est,quod in testamento de iure canonico sufficiunt duo testes cum parochiano.cap. cum esses.de testamen. per rationem de qua ibi,quia scilicet de iure diuino,in ore duorum vel trium stat omne uerbum. Vnde in terris ecclesiæ, sicut est ciuitas Parmæ, debet attendi ius canonicum,& non ciuile,per notata in capitulo primo, de op. no. nun.& in c.2. de arbit.in 6.Secundo dicitur,& prout etiam tangitur per dominos aduocatos,quòd immo filiæ isto casu cẽsentur institutæ,propter illam clausulam in fine testamenti po
4 sitam, scilicet quia uoluit testator† testamentum ualere omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius ua-

valere poterit,&c.quæ operatur, ꝙ licet legauerit simpliciter filiabus,tamen tunc sit perinde ac si legasset iure institutionis, ſm Bal.in l.quoties.C.de hære.insti.& Cuma.in l. his uerbis in prin.de hære.insti.& Pau.de Cast. in consi. 347. Super primo puncto,&c.& Alex.in consi.111. Post redditum consilium.3. vol.& in consi.80.& consi.176.& 188.5.vol. & in l. nam qđ. §.fi.ad Treb.Nec ob.ꝙ Ale. ibi loquatur, qñ testator dixit, relinquo omni meliori modo,&c. Et sic qñ dicta clausula specialiter & expresse determinat verbum,relinquo,qm̃ idem est, qñ in fine testamenti clausula ponitur,quæ per se stat, & non uenit ad determinationem proximi capituli,quia refertur tunc ad oĩa præcedentia.l.fi.& ibi per Bar.& alios de reb.dub.Et sicut contingit in casu nostro,in quo est apposita in fine illa clausula.Et uoluit ipse testõr,&c.Et tanto magis istud est verũ isto casu in quo uoluit testõr hoc esse suum ultimum testm̃ & ultimam suam uoluntatem quod & quam uoluit ualere iure testi,
5 & si † ualere non posset dicto mõ, voluit ualere iure codicillorum,& etiam dicto mõ valere non possit,voluit,ꝙ ualeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis,quæ ultima uerba important, ꝙ ualeat iure donationis cã mortis,quia ad aliud referri nõ pñt, cum spãlis præcesserit mentio de testõ,& de codicillis,ſm Alex.in l,senium.in fin.C.qui test. face.poss. ex mente aliorũ, quos ibi allegat,arg.l.2.de lib.& posth.& l.fundus,qui locatus de fund.instr. vt ergo operetur clausula sequens, omni meliori mõ,dẽt referri ad alia præcedentia sine qua testm̃ aliter non põt esse validum,per no.in l.si idem cum eodem.§.fi. de iurisd. omn.iud.Nec etiam ob.si dicatur,ꝙ prædicta procedunt, si vsus sit testator uerbo,relinquo,quod est cõmune, ut no.in d.l. uerbis,in princ.& nõ qñ dixit,lego,quod uerbum est obliquũ, ſm Bar.& Doc.magis,cõmuniter in l.Centurio.de uul.& pup. quia uerbum,relinquo,qñ est adiectum certæ rei, capit in sensu obliquo,& non differt a uerbo,lego.Et idem qñ alius est in-
6 stitutus in vniuerso,ut nota. in d.l.his verbis.Præterea,ꝙ † per illam clausulam filius sit institutus, hoc præsumitur ex mente testatoris.l.cum pater.§.filius matrem.de leg.2. Vnde uerbũ etiam mere obliquum capitur in sensu directo ex mente testastatoris expressa vel tacita. l.quærebatur.de testa.mil.& ibi nota.Bar.Et minus etiam ob.quod no. Bart. in l.si ita. de auro & arg.leg.uers.quæro.scitis ꝙ do.&c. quia Bar. non ponit ibi de efficacia & uigore illius clausulæ,omni meliori modo. sed an referatur ad præcedentem illam cõdõnem, si non ualet, &c. et sic an uerbum,põt, expressum in dicta clausula dicatur positũ in dicta clausula dicatur positũ in dicta cõditione, vel in dispositione,sed cuius efficaciæ sit tota illa clausula,Bart.ibi non declarat,sed solũ an uerbum,põt, in illa positum sit extensiuum. Et si dicatur ꝙ Bar.uelit,ꝙ dicta clausula hẽt præcedẽtem cõditione præcedenti,& q̃ isto casu non censetur defecta sed adimpleta,ex quo uolente testõre potuit testm̃ ualere iure codicilorum,licet filiæ essent præteritæ.l.1. de iure cod. Et iõ vr̃, ꝙ isto casu effectum non habeat dicta clausula ex defectu conditionis,& allegata superius isto casu locum non habeant. Sed qñ clausula prædicta posita est in dispõne æque principaliter cum clausula codicillari,ut quia dictum sit,uolo valere iure codicollorum & omni alio meliori mõ,&c.& non qñ hæc clausula ponitur in defectum clausulæ codicillaris,& seu qñ clausula codicillaris est in conditione respectu alterius clausulæ,oĩ meliori modo,&c. Ad istud tamen r̃ndetur, ꝙ ista forte possent, procedere.quando dictum fuisset,quod si non possit,uel poterit ualere iure codicillorum, ualeat omni meliori modo,quia quia hæc clausula tunc importare posset,quòd in defectum dictæ conditionis ualeret iure donationis cã mortis. Sed isto casu hoc dici non potest,quia dictum fuit,quod ualeat iure testamenti,& si hoc iure ualere non possit,quod valeat iure codicillorum,& si hoc iure ualere non possit,ualere uoluit iure cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis, quæ uerba ultima important quòd ualeat iure donationis causa mortis,perinde ac si ita fuisset expressum,quia non reperitur alia ultima uoluntas ultra testamentum & codicillus,ſm Doc.quos refert & sequit̃ Ale.in d.l.senium in fi.C.qui test.fac.pos.Quia ergo in casu isto de testamento, codicillis, & donatione cã mortis est facta mentio ordine successiuo.clausula illa,quę sequitur, & omni meliori modo,non põt referri ad aliã spẽm ultimæ uoluntatis, quia nõ põt reperiri alia spẽs ultra alias expressas,ſm Alex.in d.l. seniũ,

De necessitate ergo est dicẽdum, ꝙ dicta clausula non dicatur posita ad inducendum nouam dispositionem ultimæ uoluntatis,sed ad supplendum dispositiones præcedentes,& positas in eodẽ capitulo,& sic tam ad testm̃,quã ad codicillos, & donõnẽ cã mortis, & eo casu quo aliqua earum indigeat suppletione, aliàs dicta clausula nihil operararetur,contra l.si quãdo.in prĩ.de leg. 1. Nec dicatur, ꝙ dicta clausula solũ requiratur ad dictum timo loco,& sic ad supplendũ defectũ donationis tantũ, quia
7 immo referri dẽt† ad oẽs dispositiones posita in eodẽ capitulo, & ad oĩa contenta in illis.l.3.§.filius. de lib. & posth.& ibi not. Are.& per no.per Bar.in l.doli.in prin.de ser.corru. & in l.mulieri & Titio. in prin. de cond.& demons. Et quia si referretur solũ ad ultima,restringeretur fauor, & qui ampliatur, si dicta clausula referatur ad oĩa,iõ ad illa,& non ultima solum dẽt fieri relatio,per not. per Imo. & alios,in c.cum dilectus.de dona.
8 vbi dicunt per illum text. quod in † materia fauorabili & late interpretanda non debet fieri relatio ad illa, per quæ restringeretur fauor facta tali relatione,& de quo per Socin.in leg.fi. de reb.dub.Præterea,cum testamentum solum habeat in se defectum præteritionis,& sic circa illud tantum cadat suppletio, ad illud fieri debet relatio argum.dict.leg.2.de libe.præt.& per no.per Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.quæst. de uerb. oblig.De secundo nunc est uidendum scilicet,utrum per secundum testm̃ ualidũ tollatur primum conditũ inter liberos.Dubium facit,quia primum, cũ sit factum inter liberos, hẽt tacitã clausulã derogatoriã ad sequens testamentũ,aut.hoc inter liberos.C.de test. propterea sequens testamentum, in quo non fit mentio spãlis de dicta clausula derogatoria, non uidetur ualere.l.si quis in principio testĩ.de leg.3.cum ibi plenè no.per Bar. & per gl.& Doc.in l.si mihi & tibi.§.in legatis,de leg.1.cum cõcor. de quibus ibi per Moder.quia ergo dicta clausula isto casu non fuit reuocata,quæ facit abesse consensum in secundo testamento.l.qui in aliena.§.fi.de acqui.hær. ex defectu intentionis ſm est inualidum.Quib.nonobstantibus contrarium puto ue-
9 rius. nam regulariter† per ſm testm̃ perfectum tollitur primũ. l.si quis priore.in prin.ad Treb.& insti.quib.mod.testa.infir.§. posteriore.Solũ ergo restat respondere ad dictam auth.hoc in-
10 ter.Et primo respondetur, ꝙ cum ultimum† testamentum distet a primo per decennium & ultra, tollitur primum habens clausulam derogatoriam ẽt expressam,licet de illa non sit facta mentio,secundum Bal. cum quo transeunt communiter Doc. in l.sancimus.C.de test.arg.illius tex.Et est rõ ex mente Bal.qa ex cursu dicti t pis inducitur obliuio.l. peregre. in prin.de acq. pos.& no.in d.l.si id ꝙ,in prin.& in l.& si forte.in prin.eo.tit. Et Alex.in specie dicit,ꝙ per cursum dicti temporis præsumptiue inducitur obliuio,per l.fideicommissaria.§.Aristo.de fideic. lib.Et idẽ dicit ad propositum nostrum Pa.de Ca.consi.363.In facto pñti,&c.Si ergo primum habens clausulam nõ tolleretur per secundum conditum post cursum dicti temporis, de facili auferretur facultas testandi, ex quo præsumitur, ꝙ testator sit obligatus de dicta clausula derogatoria apposita in primo testa-
11 mento.Sicut ẽt uidemus,ꝙ sufficit† spãlis mentio clausulæ derogatorię, & non est necesse, ꝙ de illa sit facta mentio indiuidualis,d.l.si quis in principio testĩ.& ibi per Bar.& per Pau.de Cast.in d.consi.cum concor.de quibus per Mod.in d.§.in legatis. Et hoc est uerũ, præsertim ea rõne quia de facili auferretur facultas testandi,si uerbis indiuidualib. non recordaretur.ꝙ facile euenire posset,cũ memoria hominis sit labilis,d.l.peregre. Et hanc rõnem etiam assignat Fed.de Se.qui idem tenet in consil.46.Habita super hoc,&c.& Soc.in d.§. in legatis. & quæ rõ punctualiter locum hẽt,quando post decennium ſm fuit factũ quoniam ut dixi,ex cursu dicti temporis inducitur obliuio clausulæ derogatoriæ positę in primo testamento,ergo testamentũ primum tollitur, si de clausula prædicta non sit facta specialis mentio, aliàs de facili auferretur testamenti factio,contra.l. stipulatio hoc modo concepta.de verb.obli. Si igitur a primo testamento, habente clausulam derogatoriam etiam expressam,
12 dicitur recessum dicto casu,multo† magis tollit testamentum, quando habet clausulam derogatoriam tacitam, quę est minoris potentiæ quàm expressa,ut est tex.no.& ibi no.Bar. in l.fin. in prin.de leg.2.ubi habetur, ꝙ de clausula tacita derogatoria non est opus facere mentionem. fallit tamen in testamento inter liberos,d.auth.hoc inter liberos,secundum Paul.de Castr.

ibi

ibi,sed tñ non sit quo minus de illa debeat fieri mentio illis casi bus,quib.de expressa non est necesse mentionem facere, quę ẽ potentior.d.l.fi.& quia facilius tollitur ius speciale,quã ius cõmune.l.eius militis.§.militia missus.de test.mil.Et alia rõne primum testm̃,in quo inest clausula derogatoria, dr̃ esse sublatũ,
13 † per illam clausulã,oĩ meliori mõ, &c. de qua in secundo testamento ẽm Bal.in specie in consi.226.Reperitur,ꝙ quidam, &c.in 1.vol.secundum impressionem Mediolanensem,qui dicit,ꝙ dicta verba,omni meliori modo,&c.sunt præcisa.l.qui iure,de testa.mil.Vnde perinde est,ac si dxisset, non obstantibus quibuscunque uerbis in contrarium ordinatis. Et quia ex dictis uerbis apparet de efficacia,quam uoluit testator suis codicillis inesse,& de quo consi.facit etiam mentionem Socin.& illud sequitur in d.l.si mihi & tibi.§.in legatis.ad fi.de leg.j.& in consi.173.Reuerende pater,&c.in fi.secũdum primam impressionem. Et istud confirmatur, quia qñ testator uoluit ꝙ ulti-
14 mum testamentũ esset præcisum,illud verbũ,habet† uim clausulæ derogatoriæ,ẽm Iac.de Are.in l.omnes populi.de iusti.& iu.& de quo ibi per do.Io.Bapt.de S.Seuc.fol.19.& per Abb.in c.2.de rescrip.& Soci.in d.§.in legatis.Ergo idem est dicendum de illis verbis,omni meliori modo, quæ sunt præcisa, secundũ Bal.in d.consi.Et adhuc ista opiuio confirmatur. Nam ex quibuscunq. coniecturis constat iudici,testatorem uoluisse,secundum præualere,per illud,etiam si esset simpliciter factum,tollitur primum,secundum Soci. ex mente omnium in loco præallegato, quia tota hac materia est fundata in præsumpta mente testatoris. Sed per dictam clausulam,omni meliori modo,apparet de enixa voluntate testatoris,sicut dicimus,qñ testator iurauit.l.cũ pater.§.filius matrem, de leg.2.& ꝙ iuramentum hẽt vim dictæ clausulæ,secundũ Bar. & Doct. in l.j.§.si quis ita. de verbo.oblig.per d.§.filius matrem.Ergo dicta clausula habet in se clausulam derogatoriã, & tanto magis, quia dictum fuit, & omni meliori modo,via,iure,forma,& causa, quibus magis & melius poterit ualere, & sic per verba multum prægnantia, & geminata,per no.in l.balista.ad Treb.Postremo istud confirma
15 tur,quia† iuramentum appositum in secundò testamento hẽt vim clausulæ derogatorię ad præcedentia,secundũ Bal. cũ quo transeunt Doc.cõiter, in d.l.sancimus.& Francisc. de Albergo. & Cuma.in d.l.si quis in principio testamenti.sicut ecõuerso, quando apponitur in primo testõ,habet vim dictæ clausulæ ad sequentia,scd̃m Bart.ibi.& Io.And.in ca.ꝙ semel.de reg.iur.in 6.Quemadmodum ergo ꝑꝑ iuramentum tollitur primum habens clausulam derogatoriam, ita etiam tolli debet per secundum,in quo sic dicta clausula,omni meliori modo,&c.quæ nõ minus debet operari,quam iuramentum,quod operatur hunc effectum,quia habet in se tacitè dictam clausulam.d.§.filius matrem.& per Bar.& Doct.in d.§.si quis ita. Nec ob.si forte dicatur, ꝙ dicta clausula operatur vnũ aliũ effectũ, de quo supra. videlicet ꝙ legatum factũ filiab.intelligatur factum iure institutionis. Vnde satis est,ꝙ in hoc operetur absq. eo,ꝙ inducat alium effectũ,ut de iuramento dicitur,per no. in l.secunda. C. de rescin.vendi.& in authen. sacramenta puberum.C.si aduer. vend. quia frustra dictum primum effectum operaretur dicta clausula,nisi etiam haberet vim clausulæ derogatorię,quia licet secundum testamentum non posset dici nullum ex defectu formæ,ex alio tamen capite non valeret,id est,ex defectu intentionis,& consensus,qui abesset propter clausulam derogatoriam de qua in primo.d.l.qui in aliena.§.Celsus.de acq. hær. Preterea per illud verbum,omni meliori modo,&c.vniuersale,supplentur oẽs defectus,ẽt si sint plures, de quibus in secundo te-
16 stamento,ꝙ† verbum vniuersale non verificatur proprie in vno,sed in plurib.vt no.in l.a procuratore.C.mandati.& ꝑ Bar.
17 in l.si cõstãte.§.quoties.sol.ma.Nec ob.† ꝙ dispõ quantũcũq. gñalis non tollit priuilegiũ speciali iure cõcessũ.l. decernimus. C.de silẽtiar.lib.12.& ibi ꝑ Bar.& ꝑ Bal. in l.si plures. C.de sacrosf.eccl.& in c.j.quo temp.mil.& Bar.in extrau.ad reprimendũ, in versi. non obstantib.quia hmõi clausula quantumcunq. gñalis habet vim specialis derogationis ad aliam clausulam derogatoriam in primo testamento positam, vt pręsupponunt Doctores in locis præallegatis,& maxime Bald.in dicto consilio,dum dicunt,quòd huiusmodi clausula sufficit ad derogandum primæ clausula derogatoriæ,& tamen requiritur,qđ derogatio sit specialis.d.l.si quis in principio testamenti. & quæ etiam specialis derogatio sufficit ad tollendum clausulam derogatoriam, quæ tacite inest testamento conditio inter liberos, secundum Pau. de Cast. in d.authen. hoc inter liberos. Stante igitur ualiditate dicti testamenti, sequitur, quòd instituti in illo sunt legitimi contradictores illorum,qui uigore primi testamenti intentant remedium. l. fin. C. de edic.diui Adri. toll. vt ibi dicunt omnes, & prout etiam recte est conclusum per dominos aduocatos. Laus Deo.

¶ Testamentum a valde infirmo factum ad alterius interrogationem quando ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Institutio ab ægrotante facta ad alterius interrogationem, alio præcedente solenni testamento non ualet,nisi appareat expresse contrarium.nu. 21.*
2 *Pro dispositione, quæ in alterius dispositionis præiudicium non tendit,magis præsumitur.*
3 *Testator ad suggestionem, & consanguinei interrogationem respondens,nihil agit ad reuocationem primi testamenti, in quo uenientes ab intestato sunt instituti.nu.13.*
4 *Testamentum est nullum, si sensus uerborum ægrotantis non est intelligibilis.*
5 *Testes in testamento adhibiti debent esse rogati expresse,cum in dubio hoc non præsumatur.*
6 *Verbum,uolo,in testamento alijs non concurrentibus prolatum, nihil disponit.*
7 *Testamentum nullum redditur,si coram testatore & testib.a notario non legatur & publicetur, si notarius a testatore fuerit rogatus.& nu.15.*
8 *Testator etiam balbutiens,sanæ tamen mentis,licet cum difficultate intel igatur,testari potest.*
9 *Testatoris infirmi seu semimortui etiam nomen hæredis non exprimentis,sed ad alterius interrogationem respondentis, dummodo exaudiatur,uoluntas ualet.*
10 *Quis præsumitur sanæ mentis,nisi contrarium probetur.*
12 *Institutio ad interrogationem cuiuscunque facta, etiam si nõ sit notarius,valet,si de uoluntate testantis constat.*
13 *Testes si dicatur in instrumento fuisse uocatos, præsumuntur ad id uocati,de quo in instrumento,& etiam rogati,licet hoc non adijciatur,& alterum sufficit,nu.14.*
14 *Verbum,uolo,deliberate prolatum disponit,& semper hoc locũ habet in testamentis.*
15 *Notarius in dubio non præsumitur a testatore de testamento rogatus.*
16 *Testamentum nuncupatium ualet,etiam si publicatio non fic*
17 *Testamentum nuncupatiuum sicut absque publicatione per suos testes probatur,ita etiam poterit probari per instrumentum ad instantiam tertij factam,& non testatoris.*

CONSILIVM XII.

SVPER isto puncto vr̃ prima facie dicendum, ꝙ primum testm̃ do. Iacobi non fuerit reuocatum per illud testm̃,qđ asseritur factum. Qm̃,ut ex instrumento publico apparet,verba, quæ protulit testõr grauiter ægrotans non intellexit notarius ut ipse asserit, sed ser Bernardinus eius nepos replicauit dicta verba,quæ asseruit eẽ prolata a dicto domino Iacobo patruo suo.Et post dictam replicationem interrogauit dictum domi-
1 num Iacobum,an ita dixisset,qui rñdit ꝙ sic. Vnde † quamuis gl.in l.iubemus.C.de test.velit, ꝙ si quis interrogatus,an talẽ instituat,respondeat sic, ꝙ testamentum ualeat: illud tamẽ est uerum,quando non præcessit aliud testamentum solenne.Sed ubi præcedit primum,dicto casu non intelligitur reuocatum, maxime si testator erat grauiter infirmus & morti proximus, ẽm Pau.de Cast.in consi.366.Viso puncto, &c quia ẽm eum; non pręcedit aliud testamentum eẽ ualidum,ut decedat magis testatus quam intestatus,quę ratio cessat,quando præcedit,immo eẽt odium potius & absurditas, & iniquitas resultaret, ꝙ tam mature gesta & disposita in primo testamento, in quo ꝑseuerauit per multos annos,in mortis articulo,& per uerba ita indeliberatè prolata,& ad suggestionem alterius,reuocarentur.

2 tur.† Sicut etiam plus præsumitur ꝓ matrimonio, quod non tendit in præiudicium primi matrimonii, quam quando ad hoc tendit.c.super eo.cū ibi no.de eo, qui cog.consan. vxo.suæ.Secundo procedit gl.in d.l.iubemus, quādo infirmus est interrogatus a notario ad hoc adhibito per testatorem. Secus autem
3 quando interrogatus fuit a consanguineo, quia † tunc potius ad suggestionem illius, quam deliberate præsumitur respondisse, secundum Bal.in d.l.iubemus.& Pau.de Cast.in d. cōsi.Præterea & tertio contra d.gl. tenuit Albert. Papien. quem refert & sequitur Io.And.in Spe.de test.§.in primis.uers.quid si, &c. quia aliàs daret materia fabricandi falsum, quia infirmus mortis cogitatione turbatus de facili applaudit omnibus, de quibus interrogatur, & respondet sic. Et quia ista uoluntas tāquam captatoria non debet ualere.l.captatorias.de hære.insti.& ista fit opi.Io.And.firmat Ant.de But.in c.cum tibi, de test. & Pau.de Ca.in l.hac cōsultissima. C.qui test.fa.pos.& in d.consi.& Roma.in l.gerit.de acq.hær.Et hoc præsertim est uerum, quando non sunt instituti uenientes ab intestato, ut in casu nostro, in quo uocati dicuntur, & instituti nepotes ex uno fratre adhuc uiuente Sali.in d.l.iubemus.Præterea hoc ultimum assertū testamentum alia rōne non dēt valere, quia, ut notarius asserit, verborum quæ testator † protulit, efficaciam & sensum nō in-
4 tellexit. Cum ergo sensus verborum non eēt intelligibilis, non ualuit testamentum, per no.per Ang.& Imo.in l.in aduersa.de testa.vbi dīt, ꝙ habens linguam ingrossatam ꝓꝓ infirmitatem adeo ꝙ sui sermonis sententia non sit intelligibilis, non potest testari, quia mortuo est similis. Et intelligunt tex. in d.l.iubemus. Et ex alio etiam vr̄, ꝙ dictum testamentum non valeat,
5 videlicet quia testes non † fuerunt rogati, prout rogari debent l.hæredes palam, §.in testamentis.ff.de testa.& l. hac consultissima.in prin.eo.ti.Nec præsumuntur in dubio rogati, secundū Bar.& Doc.in §.in testam.& Bar.& alios, in l.sciendum. versus fi.ff.de uer.obl.cum concord. de quibus ibi per Ale. Item vr̄ testamentum non ualere, quia verba prolata non inducunt dispositionem. Nam asseritur per ser Bernardinum, ꝙ testator di-
6 xit; uolo, ꝙ omnia sint filiorum Guidonis æqualiter. qđ † uerbum, uolo, non inducit dispositionem aliis non concurrentib. ut probatur ex no.per glo.in l.serui electione, in princ. de leg. primo. Et ita per illam gl.ad propositum tenent Ang.Im. Pau. de Cas.& alii Mod. Nec ob.secundum eos.l. Pamphilo.§. propositum.de le.3.per quem Bar.aliter uidetur dixisse, quia multa concurrebant ibi, quæ hic non interuenerunt, & saltem duo copulatiue dēnt concurrere ad hoc, ut dicta uerba intelligantur prolata deliberate, & disponant, uidelicet, quod fuerint prolata conuocatis & rogatis ad hoc, & ad interrogationem alterius, secundum Bar.post Pet.in l.j.§.si quis ita.de uer.ob.ubi alleg.ad hoc dictum §.propositum.at in casu nostro testes nō fuerunt rogati, ut dixi. Nec uerba illa, quæ per notarium non fuerunt intellecta, fuerunt ad interrogationem alterius prolata. Vltimo non potest alia rōne prædictum testamentum ualere, quia non fuit lectum, nec publicatum coram testatore & testi-
7 bus per notarium, & prout legi, & publicari debet, † aliàs non ualet iure testamenti, nec iure codicillorum.l.fideicommissa.§. j.cū gl.de leg.4.& not. Bar.& alij in l.si is qui.ff.de testa.& Do in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.eo. Quib.tamen non obstantib.contrarium puto uerius. Nā ex instrumento, de quo fuit rogatus notarius ad instantiam ser Bernardini, probatur, qđ do. Iacobus explicitè, & intelligibiliter Bernardino. Io te dono il mio giardino & la mia turcha, notu altro da mi. Et ꝙ deinde porrexit & tradidit dicto notario quandam uachettam, in qua notatum & scriptum erat quoddam suum testm̄ dicēdo. Ser Raphael io ho mandato per voi, che io uoglio acconciare li fatti miei, subiungendo etiam quædam alia uerba quæ per notarium non fuerunt bene percepta, sed replicata per dictum ser Bernardinum in hunc modum, uidelicet. Mio Barba dice, che quando si partì da Guido che era corociato con lui per modo chel fece uno testamento sbornio, ilquale uole correggere, & per gli bon portamenti che hanno fatto & fano gli filiuoli de Guido de lui, uole che ogni cosa de suo sia equale fra loro, a gli quali sempre serà obligato, &c. Quia ergo testator poterat loqui, & quidem intelligibiliter, quod patet ex eo, ꝙ donauit dictas res notario & testibus intelligentibus & audientibus, Et quia etiam dixit, quod pro illo miserat, ut facta sua componeret, sequitur, qđ potuit testari, q̄uis eēt grauiter infirmus, & semiuiuus.le. qm̄ indignū.C.de tes. ubi probatur secundum Ang.ibi, qui dicit, illum tex.eē singularē, qđ ēt ille, qui ꝓꝓ infirmitatē loqui non pōt, nisi balbutiendo† sicut est ille, qui hēt linguam grossam, & balbutientē, vt quia laborat in extremis.dum modo sanam mentē hēat, pōt facere testamentum, & facit.leg. si pater.§.fi.de fideic.libe.& l.milites.C.de test.mil.& nō.etiam Ang.in l.in fraudem, §.j ff.eo.ti.& Ang.& Imo.in l.in aduersa. ff.de tes.ubi dicunt, quod quamuis lingua sit balbutiens, tamen intelligibilis, licet cum difficultate, poterit fieri testamentū per dictam.l.quoniam indignum.cum glo.Secus, s̄m eos, quando quis hēret linguam ingrossatam propter infirmitatem, adeo ꝙ sententia sermonis non esset intelligibilis, quia tunc est mortuo similis, & de tali loquitur, & secundum cū intelligitur. d.l. iubemus, & ꝙ verbum, articularē loqui, de quo fit mentio ibi, exponatur, id est, intelligibiliter, voluit Ro.in consi. 306. Proposita consultatio, &c. Vel secundum Ange.in l. iubemus.ille
9 † non dicitur articulatè loqui, qui non potest taliter loqui, qđ exaudiatur. Sed quando eius verba exaudiuntur, licet testator non expresserit nomina hæredum, seu dispositionem, sed alius expressit, & ipse ad interrogationem respondit ꝙ sic, vel per similia uerba, tunc testm̄ ualet. Et ita procedit gl.ibi, quam approbāt Mart.Silima.Pe.Cy.Ray.Iac.Butr. Bart.& Ang. Et dicit ibi Bal.ꝙ istam opi.tenet Io.An.in addi.Spe.in loco supra in contrarium alleg.& sic Bal.intelligit, ꝙ Io.An.approbet dictam gl. & Sal.ēt in d.l.iubemus.intelligit, ꝙ Io.An. sequatur hanc opi. & etiam Imo.in c.cum tibi, de test. qui ēt dicit. ꝙ opi. dictæ gl. est communiter approbata, & pro d.gl.Arc. etiam in l.hæredes palam.in prin.allegat Io.An.in loco præall.qui idem tenet, s̄m eum. Et cum gl.in d.l.iubemus, transit ēt Bar.in d.l.hæredes palam.in fi.prin.qui dicit, ꝙ ita seruatur. Et cum ea etiam finaliter transit Spec.in d.§.in primis.uer.quid si is, &c.& Ang.in d.l. in fraudem.§.1.& Ro.in d.l.1.§.si quis ita, de ver.obl.& in d. cōsi. vbi concludit, ꝙ licet testator esset semimortuus, dummō uerba sua possint exaudiri & intelligi, ualebit institutio, respondendo ad interrogationem alterius ꝙ sic, per d.l.quoniam.& l.nemo.in prin.de hære.inst. Et istam opinionem gl.etiam in infirmo grauiter, sequitur late Alex.tanquam communem, in consi. 32.Ponderatis verbis ultimi testamenti, &c. in 3. vol.dicens esse falsum, ꝙ ista dicatur uoluntas captatoria, quia testator non dicitur dicto casu testari per alium, sed per seipsum, vt patet per prædicta. Nec obst.ꝙ in casu nostro notarius dicat, ꝙ non bene percepit sensum verborum prolatorum per testatorem, quia hoc esse potuit, quia non animaduertit, vel ex alia causa quā ex defectu proueniente ex infirmitate. Et ꝙ ita fuerit, constat ex eo, ꝙ ser Bernardinus audiuit, & intellexit, ꝙ patet, quia postq̄ verba testōris exposuit notario & testib.ad interrogationem dicti ser Bernardini, an ita dixisset, respondit ꝙ sic non ēt necesse est quis possit testari & habeat potentiā testandi, ꝙ verba exaudiantur, sed est satis ꝙ audiri & intelligi possint, quia tunc licet ipse non expresserit dispositionem, vel exaudita non fuerit dispositio, aliter quam ex defectu ipsius testatoris, si tamen interrogatus, an ita velit, uel ita disposuerit, respondeat ꝙ sic, valet testamentū. Et tanto magis in casu nostro, in quo alia uerba testatoris fuerunt exaudita & intellecta per ipsum notarium, & alios, & ex quib.appparet, ꝙ loqui poterat etiam articulatè, & ꝙ non ex defectu eius, sed aliunde illa uerba sequentia non po-
10 tuerunt intelligi.† Et ex quibus uerbis ab eo prolatis etiam apparet de eius sana mente, quæ etiam præsumitur adesse, nisi probetur contrarium l.nec codicillos.& ibi no.C.de codicil.& c.fi. & ibi gl.in uerbo competēti.de succes.ab intesta. Et propterea sequitur, ꝙ institutio valuit, quæ resultat ex illis verbis prolatis coram septem testibus rogatis, s. Vole che ogni cosa del suo sia equalmente fra loro, quia quibuscunque verbis potest quis hæres institui d.l.quoniam indignum. & faciunt no. in l. his verbis.in prin.ff.de hære.inst. Et prædicta ēt magis procedunt, cū appareat, ꝙ testator intendebat testari & disponere, cum dixerit notario quod miserat pro illo, quia uolebat facta sua cōponere. Et de ueritate præmissorum clarius etiam apparebit ex responsionibus ad contraria. Non ob.igitur primo, dum dicitur, quod gl.in d.l.iubemus, non habet locum, quando præcedit aliud testamentum ualidum, secundum Pau.de Castro in consi. 466.quia istud est contra rationes allegatas ibi, per gl.& Doc.

quæ

quæ militant,siue aliud testamentum præcedat,siue non.& cō
tra Pau.de Cast.in hoc tenet Alex.in specie in d.consi.33.ter-
12 tio vol. Præterea in casu nostro apparet expresse † ꝙ uelit a
priori recedere,quia ita dixit explicite,ut retulit ser Bernardi-
nus, replicando uerba testatoris, & qui testator interrogatus
an ita dixerit,respondit ꝙ sic.Ac etiam satis constat ex eo, ꝙ ip
se testator,qui pro notario miserit sed eius propinqui pro illo
ter miserant,& qñ uenit,se uoluebat , & loqui nolebat quod
ipse multum ponderat.Et sic ille casus est diuersus ab isto , ut
12 dicit etiam Ale.in d.consi.Non ob.etiam dum secundo dr̄† ꝙ
gl.in d.l. iubemus . potest ꝓcedere qñ testator fuit interroga-
tus a notario,sed secus si interrogetur ab alio secundum Bal.in
d.l.iubemus.quia istud est expresse contra mentem gl.ibi,quæ
indistincte loquitur de alio interrogatus,& sic de quocunque,
etiam si non sit notarius.Et ita expresse uult etiam Aret.in d.l.
hæredes palam.in fine.prin.dicens ēt ꝙ ita p̄supponit Io. An.
in loco præalleg.dum dicit,maxime si a notario interrogetur.
Sicut enim institutio facta per blanditias propinquorum,non
reiicitur.l.fi.C.si quis aliquem test.prohib.multo minus debet
reijci facta ad suggestionem alterius,secundū Are.in loco p̄al
leg.Non ob.dum tertio dicitur,ꝙ Io. And. post Albertum Pa-
piensem reprobet gl.in d.l.iubemus.quia immo Io.And.sequi
tur gl.secundum Doct.superius alleg.pro hac parte,& maxime
Bal.in d.l.iubemus.& etiam Are.in d.l.hæredes palam . quod
maxime verum est.quando constat de proposito & intentione
testandi & disponendi de rebus suis,ut in casu nostro. Et ad ra
tiones Alberti Papiensis respondent Doc.in dictis locis,& ma
xime Ale.in d.consi.33.& Are.in loco præall. Et ista est com-
munis opin.vt dixi,a qua non est recedendum,ut traditur in lo
cis vulgarib.Non ob.ꝙ non sint instituti uenientes ab intesta-
to,quo casu non sint instituti uenientes ab intestato,quo casu
Sal.in d.l.iubemus,sentit,ꝙ tunc gl.ibi non habeat locum,qa
in hoc non bene sentit,& sine lege loquuntur, secundum Ale.
in d.consi.& quia,secundum eum,Sal.loquitur,qñ testator nō
poterat loqui intelligibiliter,quod in casu nr̄o nō accidit,qa ,
vt dixi,articulate loquebatur,ut ex ipso instrumento probatur
Et per prædicta colligitur etiam responsio ad aliud,uidelicet ꝙ
verba,ex quib.dr̄ inducta dispositio,& facta institutio, nō erāt
intelligibilia,& ꝙ sensus eorum non potuit percipi per nota-
rium,quoniam,ut dictum est ex aliis uerbis a testatore prola-
tis constat ꝙ articulate & intelligibiliter loquebatur , & loqui
poterat,& ꝙ disponere & testari uolebat,& ꝙ etiam verba,de
quibus agitur,fuerunt intellecta,& sensus eorum ꝑceptus a di
cto ser Bernardino.Et hoc est satis, quia licet notarius non in
tellexerit,prouenire potuit aliunde quam a defectu testatoris
ꝓueniente ex infirmitate,puta,quia non animaduertit,uel qa
forte ipse testator etiam sanus solebat eē balbutiēs, & sic ex ui-
tio naturali,& non accidentali.Et ita præsumēdum est.ex quo
apparet,ꝙ in quibusdam aliis loquebatur intelligibiliter.Non
13 ob.insuper,ꝙ testes non fuerint rogati,†quia contrarium ꝓ-
batur ex ipso instrumento,in quo dicitur,in præsentia mei no-
tarii & testium infrascriptorum, ore ꝓprio dicti dn̄i Iacobi
vocatorū,&c.Nā qñ dr̄ testib.uocatis,verba hmōi important,
ꝙ fuerint vocati ad hoc.l.1.§.hoīes.ff.vi bon.rap.& ēt rogati,
sm̄ Bar.in d.l.sciendū,in ult.col.de uer.ob.uersi.quid si dicit ,
adhibitis,vel uocatis.Et hoc expresse ēt præsupponit Bar.in d.
l.hæredes palam.§.in testamētis.dū quærit,quid si in testō dr̄,
talib.præsentib.nec fuit adiectum,uocatis,uel rogatis,& sic lo
quitur alternatiue,sentiens ꝙ alterum sufficiat,& cum Bartolo
10 tre.C.de resti.mil.& l.2.C. si quid in fraud.patr.Et† hoc etiam procedit,quamuis bona sint feudalia, & ad successorem potuisset feudum transire, etiam si non fuisset hæres, vt determinat Iac.de Belu.& Bal.in c.1.§.quoq;,de succesſ.feud.Et And.de Isc. & mod.in c.1.de succesſ.feud.pater.vbi dñt,ꝙ si agnatus successit alienanti feudū paternū & antiquū,& in quo succedere poterat ēt si non fuisset hr̃s agnati defuncti.c.1.an agna. vel fil. si tamen illius hæreditatē adiuit,tenetur stare facto defuncti,nec cōtra alienationem ab eo factā pōt venire. Et ꝯfirmatur ex no. per And.de Iser.in d.cap.1.an agna.uel fil.vbi vult, ꝙ licet feudum transire possit ad filium,etiam si non sit hr̃s,sicut cōtingit quādo recipitur pro se & filijs, si tamē filius sit hæres patris tenebitur etiam de bonis feudalib. creditorib. patris satisfacere, si inuentarium non confecit,& sic ex facto patris d.casu obligatur etiam respectu feudi,si non sufficiunt patrimonialia.Cōfirmantur etiā præmissa efficacissimè. Nā quamuis res subiecta restōni fideicommissi sub conditione non possit alienari in ꝑiudicium fideicommissarij,& purificata conditione resoluatur

11 alienatio.l.fin.§.sin autem sub condōne.C.commu.de le.si† tamen fideicommissarius successit hęredi grauato, non poterit dictam alienationem reuocare, sed tenebitur factum defuncti approbare,secundum Rom.cōsi.18.in fi.& Alexan. in consſ.3. in prin.cōsi.22.in fi.3.uol.& facit,quod habetur in l.fi. §.in cōputatione.C.de iure delib.ubi concluditur,ꝙ si pater uendidit rē filij,& ille fit hæres patris sine beneficio inuentarij,ꝙ nō poterit contrauenire,& idem si fecit inuentariū,& lucrum capiat ex hæreditate,per le. ex qua persona.de reg.iur.Et idem etiam voluit Bal.in feudo, ut. s. factum patris noceat filio hæredi, in

12 l.qui se patris.C.unde lib.post Nic.de Matta.Et prædicta† multo magis procedunt,quando feudū fuit receptum pro se & hæredib.quia cum tunc feudū sit hæreditariū, & alium nō possit transire,nisi sit hæres uasalli defuncti,secundū Doc.communiter in c.1.an agna.uel filius.& alii in locis,de quibus infra tunc factum defuncti nocet hęredi,secundum Bal.in d.§ hęc quoq;. & Pau.de Cas.& Mod.in l.apud Iulia. §. si quid alicui.de le.1.& Alex.cōsi.10.ult.col.3.uol.& in cōsi.13. 18.& seq.& consſ.26.5.

13 uol.& Are.consſ.3.Atq; † etiam multo magis legatum,de quo agitur,ualeretur,si feudum concessum fuisset pro quibuscunque hr̃dib. & esset transitorium etiam ad fœminas, uel ex forma inuestituræ.d.§.hoc aūt notādum.& d.c.j.§. filia.de succesſ. feud.& c.1.de grad.succe.in feu.uel ex cōsuetudine,ut per Spe. in ti.feud.§.quoniam.uer.21.& c.significauit.de rescr.uel quia feudum sit cōdōnatū,hoc est cōcessum sub annua mercede uel præstatione,sicut cōsueuit cōcedi regnum Siciliæ.c.ad applicatiuæ.de re iud.li.6.cū non sit propriè feudū,ſm Cy.in authē.ingresſi.C.de sacrosſ.eccl.& Bal.in l.liberti.in ult.col.C.de ope.li. & in tit.de pa. Constan. in uer.liuellarię.ideo in eo debent fœmina succedere,per not.per Bal.in c.1.qui feud.dare posſ.ubi dicit,ꝙ in feudo acquisito per pecuniam fœmina succedit, quia non est proprie feudum,cum quo transit Alexan.in l.utrum.de uerb.obl.Si ergo,ut dixi,feudum reperiatur concessum pro q buscunq; hæredib. sub illis uerbis cōtinetur etiam hæres extraneus,ac ēt legatarius,qui largo mō dicitur hr̃s.d.l. id tēpus. in princ.de usuc.secundum Bal.in c.Imperialem.in prin.de proh. feu.alie.per Fed.& Alex.in l.si patroni.in prin.ad Treb. & in l. Gallus.§.etiam si parente.de lib.& post.Nec ob.quod no.Bal. in c.1.§.donare.qualiter olim feud.alie.pote.quia casu,quo feudum hoc,de quo agitur,sit transitoriū ad fœminas,vt dixi, tūc cessat rō Bald. & prout credo, ꝙ ad fœminam transire possit, quia & aliàs alia regina Ioanna in eo successit, & dum aliàs cōsuluissem pro duce Lotaringiæ, uidi inuestituras antiquas d. regni, et si recte memini, ex eis apparebat, quod ad fœminam transire poterat.Plus ēt puto,ꝙ si feudum hoc pertineret ad successorem isto casu ex noua concessione, non aūt iure hæreditario, uel ex inuestituris defuncto regi concessis, ꝙ adhuc legatum hoc ualeret. Quia ex quo,vt dictum est, iste successor in regno, & Serenisſ. rex nouellus est hæres defuncti regis, ab eo legari potuerunt dictæ ciuitates & castra d.Serenisſ.reginę. Quia sicut ab hærede potest legari res propria ipsius hæredis, & in ea grauari.l.si hæredis seruus.de leg.1. & l.unum ex familia.§.si rem.de leg.3.Eodem modo & eadem ratione ab illo le-

14 gari potest & relinqui res, quā habet in feudū, ꝙ & isto† casu adeundo simpliciter hæreditatē vr̃ approbasse onus sibi iniunctum.d.l.cum matre.C.de rei vend.Et hoc probatur ex not.per Bal.in d.c.Imperialem.in prin.versi.quęritur utrum pater &c. vbi concludit, ꝙ licet non possit pater uni filiorum assignare feudum in testō in præiudicium aliorum, si tamē alij approbēt testm̃,sibi præiudicant,per l.sicut.§.venditionis,quib.mod.pig. vel hypo.solui.Et idem tenet Alexā. in consi.29.in 5.col.5.vol. vbi hoc latius prosequitur.Et in terminis hoc etiam sentit Ale. in consſ.2.vol.2.verſ.8.aut comes,&c.in eo.vol.Nam & in casu suo testator legauit uxori quædam bona feudalia, & præsupponit,ꝙ si agnatus,qui successit in feudo, fuit hæres,& adiuit simpliciter hæreditatem defuncti,ꝙ teneatur ad dictum legatum, per d.l.cum a matre.& per d.l.vnum ex familia.§. si rē.de leg.3. Et quāuis postmodum concludat,legatū non deberi, illud est, eo quia agnatus non fuit hæres defuncti, sed hęreditatem repudiauit,sed vbi adiuisset,argm̃ illud octauum, pro contraria parte factum staret & remaneret firmum. Nec ob.ꝙ prohibeatur vasallus feudum legare.d.§.donare.& d.c.1.de succesſ.feu. Quia quantum ad hæredem valet, ex quo adeundo simpliciter factū defuncti approbauit,& sic non potest allegare, ꝙ in sui præiudicium nō possit legatum ualere, quia semel illud approbauit, ut in regula,quod semel.de reg.iur. Nec etiam dicere potest,ꝙ legatum non valeat, tanquā factum sine licentia domini, ut in iurib.prędictis,quia ex hoc capite ita demum est nullū,si dñs velit,sicut quælibet alia alienatio facta irrequisito domino est demum nulla volente dño,ſm Bal.in l.fi.C.de reuo.dona.per no. in l.2.si ager vect.uel emph.peta.& per no.per Bar.in l.2.C.de iu.emph.Et idem tenet Alex.consi.79.col.vlt.1.vol.Et ideo dictus successor non potest opponere de iure tertij, quod nō est ipso iure exclusiuum iuris agentis,ſm Bar.in l.2.de excę.rei iudi.cum concor.de quib.per Mod.in l.indebiti. §.sed si nūmi.de cōdi.indeb.& probatur optimè ex no.ꝑ gl.in l.his ꝯſr.§.1.fam. ercisſ. Et ubi esset cōsuetudo, ꝙ bona particularia regni rex donaret sine licentia domini, adhuc ēt magis legatum,de quo agi-

15 tur,esset validum;† quia sicut per statutum potest induci, ꝙ vasallus rem feudalem alienare possit sine licentia dñi, ut uoluit Bal.in c.1.in prin.de vasal.qui contra consti.Lotha.ita etiā hoc induci pōt ꝑ cōsuetudinem;q̃a statutū & ꝯsuetudo nō differūt penes cām efficiētem,& eius ptātem,sed penes modum & formam,ſm Bal.in l.cū cōsuetudinis.in 2.col.C.quæ sit lon.cōsue. & Bar.in l.de quib.de leg.ver. quæro nunquid deesse consuetudinis,&c. & Alex.consi.180.2.vol.in fi.2.col.cū seq.& in consſ. 52.5.vol. Nec prædictis ob.aliud, quod in contrarium allega-

16 tur, videlicet, ꝙ † non possit rex alienare bona regni, q̃n hoc tendit ad magnā eius diminutionem.c.intellecto. de iureiur.& per Bar.in l.prohibere.§.planè.quod vi aut clam.Quia negatur ꝙ ex tali legato sequatur regni magna diminutio attenta regni & regis magnitudine,ut colligitur etiam ex his, quæ uoluit Io. de Ana.in consi.81.inci.viso instrumēto,&c.ubi ꝑsupponit,ꝙ dux Mediolani potuerit donare ciuitatem Astensem,quia secūdū eum donatio talis non continet magnam diminutionem ducatus. Minus ergo dici potest, ꝙ ex hoc legato diminuatur regnum immodice,quod magis est amplum. Et magis in terminis uoluit Albe.de Rosa.in proœmio fforum, in §. discipuli. quòd valuerit donatio regis Arragoniæ facta uxori, & filiis eius de bonis immobilibus regni in præiudicium primogeniti ex alia uxore & hæredis patris,& ibi late ꝓbat, ꝙ tanq̃ hæres nō pōt venire in hoc contra factū p̃ris,& magis valet ſm eū, q̃n est fa-

cta

cta vxori vel coniũcto. Et hinc est, ꝙ in tali donatione exigitur minor solennitas. l. donationes, quas. C. de don. inter uir. & vx. Et qualitate ẽt personarum existimat, an quid sit modicum, ẜm gl. & Bar. in l. sed si susceperit. §. j. de iud. & idem etiã uult Old. cons. 159. inci. Ex præsenti themate quatuor videntur. vbi loquitur de donatione regis facta de plurib. ciuitatibus & castris & tamen dicit eam ualidam & non tendere in magnam diminutionem regni. Quia igitur ex præmissis constat, hoc legatum non posse dici nullum ex defectu voluntatis vel potestatis, restat solùm respondere ad allegata in contrarium, quæ pro parte ex præcedentibus sunt sublata. Non obs. igitur primò dum
17 dicitur † ꝙ ex uerbis legati non intelligitur relicta proprietas sed sola cõmoditas percipiendi fructus, per l. si ei cui. de lib. leg. quia contrarium in præcedentibus fuit probatum, & ad tex. in d. l. respondetur duob. modis, & primo, nam legauit testator, quicquid cõductorem dare oportet, oportebitve, quia ergo liberata pensione nedum præteriti temporis, sed etiam futuri, vt probatur ex illo verb. oportebit, futuri temporis, ex hoc colligitur, ꝙ intentio testatoris non fuit legare dominium rei locatæ, quia vbi illud legare uoluisset, locatio in futurum post legati diem cedentem non durasset, leg. neq. pignus. de reg. iur. & sic pensio deberi non potuisset. & ideo verba illa sequentia, scilicet vt habere sibi liceret, intelliguntur ex causa locationis, qa declarantur per præcedentia. l. qui filiab. in princ. & l. si seruus plurium. §. fi. de le. 1. Secundo respondetur, ꝙ verbum illud, habere, adimpleri potest & verificari nedum in domino, qui possidet, sed etiam in illo, qui tantum detinet. l. stipulatio ista. §. habere. de verb. obli. Et ideo cum legatarius detineret ex contractu locationis. l. si quis ante. de acq. poss. in dubio uerbum, habere, illo casu continet, quod est minus. leg. si ita sit ascriptum. in prin. & in l. apud Iulianum. §. scio. de le. 1. quæ rationes cessant in casu nostro. Et ideo, quia verba, de quibus in legato, sui natura important, ꝙ bona, de quibus in illo, intelligantur legata pleno iure, ab illis non est recedendum l. non aliter. in prin. de leg. 3. etiam ad effectum, ut intelligatur relictum, quod est minus, ut probatur ex not. per Bar. in leg. si is qui ducenta. in princ. de reb. dubiis. ubi dicitur notan. per illum tex. ꝙ licet in dubio dicatur legatum, quod est minimum, ut in iuribus prædictis, hoc tamen procedit, nisi propria significatio sit in contrarium. Nec etiam obst. quod no. Bar. in l. non solum. §. fi. de liber. lega. dum vult ꝙ si hæres sit grauatus a depositario ex causa depositi non petere, ꝙ non uidetur rem depositam legasse, sed solum dolum uel culpam remisisse. & a præstatione, quæ ex hoc erat debita, legatarium liberasse, quia ex quo ex dicta causa depoti iussit testator hæredem non agere, liberasse uidetur legatarium tãquã depositarium. Satis est ergo, ꝙ tanquam talis non cõueniatur. Agi ergo potest contra eum rei uendicatione, quia tunc non conuenitur tanquam depositarius, sed tãquam quilibet alius, secundum Bar. & sic illo causa expressa legatum restringitur. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. immo Bar. in d. §. fi. concedit, ꝙ ubi res sit legata depositario, tunc contra eum non competit rei uendicatio, & prout contingit in casu nostro. Vnde licet legatum etiam isto casu potuisset habere effectum, quãuis dominium non fuisset legatum, per allegata in contrarium, nihilo minus quia uerba important ex propria significatione legatum rei, non debent restringi ad aliud, quod sit minus, contra proprium significatũ. d. l. si is qui ducenta. in prin. cum ibi no. per Bar. Præterea si fructus tantum & commoditas fruẽdi esset in legato, quamuis quo ad fructus perceptos legatum posset esse ualidum, secus tamẽ quò ad fructus percipiendos in futurum quia cum hæc bona essent apud serenissimam Reginam loco pignoris dotis suæ, legatum hoc diceretur factum in fraudem usurarum, & loco usurarum percipi dicerentur, & consequenter essent imputandi in sortem, ẜm Pe. de Anch. in consiliis in ꝯrium allegatis. Vt ergo legatum ẽt pro fructib. percipiendis ualeat, qui sunt etiam legati, in dubio credendum est, ꝙ res ipsas & dominium earum legare uoluerit. l. quoties. de reb. dub. & quia hoc modo euitatur delicti præsumptio. l. merito, pro socio. quia aliàs, ut dixi, pro usuris & loco usurarum relictum intelligeretur factum, quod est prohibitum. Et propterea ex hoc ẽt ultra ea, q̃ dicta sunt, probatur, ꝙ hæc bona intelligantur pleno iure relicta. Et dum dicitur postmodum ꝙ ex uerbis testatoris colligitur, ꝙ eius ĩtẽtio fuit solũ ius sororis cõseruare ĩ dictis rebus, non autem illud augere, ad hoc in præcedentib. cõgruè fuit responsum. Et similiter non ob. dum dicitur, ꝙ non potuit testator de istis bonis feudalib. in testamento disponere, nec illa legare. d. c. j. de succe. feu. & d. c. j. §. donare. Et ad istud etiam ex ꝑmissis colligitur responsio clara. Quia ex quo successor in regno est hęres testatoris, non potest dicere legatum nullum ad sui præiudicium, quia adeundo hæreditatem factum defuncti approbauit, & illud impugnare non potest, & sic sibi ꝑiudicauit. Nec etiam potest dicere legatum nullum pro interesse domini feudi, tanquam sit factum sine eius licentia: quia de iure tertij, quod non est ipso iure exclusiuum iuris agentis, non potest apponere, secundũ Bar. in l. 2. in princ. de excep. rei iudic. Cum vt dixi, non priuetur feudatarius per alienationẽ, & quo ad dominum & ad eius commodum non dicatur alienatio nulla, nisi domino uolente, secundũ Bal. in l. si. C. de reuo. dona. & prout supra dictum est plenius. Non ob. etiam insuper, dum dicitur, ꝙ feudatarius legando rem feudalẽ intelligitur solũ legasse ius suum, licet eẽt morte periturum, per ea quæ hñr, in l. q̃d in rerum. §. 1. de leg. 1. & in l. uxor. C. eo. & per Bal. in d. §. donare; quia illud verum est, quando post mortẽ testatoris ad alium
18 res esset peruentura, & non ad hæredem. Sed † in casu nr̃o ad hæredem eius erat peruentura, & si quidem iure hæreditario, ut quia sit concessum pro se, & quibuscunque hæredibus, & tũc non est uerum, ꝙ ius testatoris sit morte extinctum, immo ad hæredem transmittere potuisset, nec aliter ad aliquem peruenire debuisset, nisi hæres fuisset, ut communiter dicitur, in d. c. 1. an agna. vel fil. cum concor. de quibus supra. Et quia dicto casu, s. quando fuit receptum pro hæredibus quibuscunque intelligitur data facultas legandi rem ipsam ab inuestiente, cum legatarius largẽ hæres dicatur, secundum Bal. in d. c. Imperialem. de prohibi. feud. alie. per Fed. & Alexan. in d. l. si patroni. in princi. ad Trebel. Et dato etiam ꝙ ad hæredem potuissent ista bona alio iure quam hæreditario peruenire, adhuc tamen rem ipsam testator diceretur legasse, & non ius tm̃, ꝙ erat morte periturum. Nam præsumitur, ꝙ dictum ius morte periturum uoluerit testator legare, & non ultra, quia præsumitur, ꝙ uoluerit grauare hæredem onere redimendi. d. l. unum ex familia. §. si rẽ. de leg. 3. Quæ ratio cessat, quando res legata post mortem testatoris peruentura erat ad hæredem quomodocunq; siue hæreditario, siue alio iure. Et ideo cum non grauetur hæres onere redimendi, isto casu ius plenum & non suum morte periturum legasse dicitur; sicut in simili per eandem rationem dicitur, q̃n testator legauit rem hæredis, nam cum & isto casu legatũ sit collatum in tp̃s, quo ad hæredem erat peruẽtura, dicitur eius rem legasse. l. in tẽpus. de hære. insti. Et istud quasi in terminis probatur ex no. per Bar. in l. serui electione. §. fi. de lega. j. dicens ꝙ si testator habet rem commune cum hærede, & dictam rem simpliciter legat, ꝙ etiam pars hæredis intelligitur legata, & sic dicto casu ad ius tantum, quod testator habebat, non vr̃ se restrinxisse, per l. cum filius. §. dominus. de leg. 2. Et cum eo transeunt alij, & melius probatur, ẜm Alexan. in d. l. vnum ex familia. §. si rem. Et hoc ẽt uult ibi Bar. Vnde Alex. allegando ad hoc. d. §. si rem, uoluit ꝙ hoc sit, quia hæres dicto casu non grauatur onere redimendi partem suam, quæ ratio punctualiter locum hẽt in casu nostro. Postremo non obst. dum dicebatur, legatũ hoc esse personale, & quòd non poterat durare post mortem sere-
19 nissimæ reginæ, arg. l. qui in futurum. §. 1. de pact. † quia immo præsumitur in dubio reale, ẽt si de proprio nomine sit facta mẽtio, sine expressione uerbi taxatiui. Et demum præsumitur personale, q̃n dictio taxatiua fuit expressa, sicut dicitur de legato liberationis, & de pacto de non petendo. l. non solum. §. cum tale. & ibi per Bar. de lib. lega. & per Bar. in l. si sic. de uerb. ob. ubi respondet ad d. l. qui in futurum. & ad alia, quæ facere possunt in contrarium. Nec est ẽt uerum, ꝙ de legataria sit facta hoc casu nominatim mentio, cum non sit proprium nomen expressum, sed sub illo nomine, uidelicet serenissimæ reginæ Neapolis sorori, &c. sit factum, quod non habet uicem expressionis nominis proprij. l. Lucius. §. Mæuia. & ibi notant omnes, ad Trebel. Et sic non obst. l. si plures. de legatis 3. & l. Celsus. §. fina. eod. tit. & quæ iura etiam locum habent quantum ad effectum, ut legatum nominatim factum dicatur personale quo ad hoc, ut non transeat ad alium, qui non sit hæres legatarij, sed expressio nominis proprij non impedit transmissionem le-

gati ad hæredē legatarij, nec quo ad hunc effectum dicitur tūc legatum personale, si non sit expressa dictio taxatiua. d. §. cum tale. & ibi Bar. Et propterea concludo, quòd ad serenissimam re ginam pertineant pleno iure ex titulo legati dicta bona, quæ tenet de præsenti. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Deci. consi. 289. & uide no. supra ad con si. 31. uol. 1. Hier. Zanch.

¶ Legatum creditori tertij factum debitoris nomine, an censeatur gratia vtriusq; factum. Et qñ censeatur conditionale vel modale. Et qūo conditio dicatur adimpleta vel defecta.

SVMMARIVM.

1 *Testator legans creditori tertij quod ei debetur, censetur gratia vtriusque legasse, creditoris enim interest habere duos reos. & num. 6.*
2 *Legatum licet gratia unius sit factum, & solus ille de rigore agat, de æquitate tamen agit etiam ille, ad quem uerba dirigun tur. & nu. 6.*
3 *Legatum quando constat esse factum creditori ad beneficium & vtilitatem debitoris, illi soli dicitur factū, & solus agit, quamuis uerba legati ad illum non referantur.*
4 *Dictio taxatiua, quando subaudiatur.*
5 *Verba legati ad quem referantur, non attenditur, sed intentio legantis.*
6 *Actus tunc debet interpretari, ut potius ualeat quàm pereat, quando sumus in dubio.*
7 *Dictio ad, importat modum, quando per illam adijcitur aliquid per honoratum explicandum.*
8 *Legatum factum sub hac forma, hac tamen lege, uel hac conditione, &c. dicitur modale, non autem conditionale, nisi legatarius debeat adimplere antequam sentiat emolumētum. nu. 10.*
9 *Verba, quæ ad modum & conditionem adaptantur, in dubio de notant modum.*
10 *Modus, si per casum deficit, remanet dispositio, & habetur pro impleto.*
11 *Conditio mista quando habeatur pro adimpleta facta oblatione ab eo, qui adimplere debent. & nu. 14.*
12 *Conditionis mistæ implementum non transit ad hæredes adimplere debentis, nec illius, cui adimpleri debet, maximè si debuit adimpleri sub nomine proprio.*
13 *Vel quando consistit in facto, quod personæ cohæret.*
14 *Qui tenetur reddere ratione, quomodo sola oblatione liberetur.*
15 *Conditio impossibilis per naturam & de futuro, vitiatur, & non vitiat, quando testator scit eße impoßibilem, aliàs secus.*
16 *Falsa demonstratio si facit cessare substantiam rei legatæ, vitiatur legatum, aliàs secus.*

CONSILIVM XXVI.

EX themate proposito plura oriuntur dubia. Et primò, cui dicatur factum legatū, hoc est, an Alexando tantum, uel solum Petro & Francisco fratrib. & filiis Hieronymi de Frescobaldis, vel Alerādro, an etiā dictis fratrib. simul. Secundò vtrū, legatum, de quo agitur, sic conditionale uel sub modo. Tertio, an adimpleta sit conditio vel defecta. Quò ad primū vr̄ prima facie dicendum, ꝙ dicti fratres & filii dicti Hieronymi dicātur vocati, ad quos verbum, reliquit, dispositiuum refertur & dirigitur, ut patet ex illis uerbis testī, videlicet, item idē testator iure legati reliquit Francisco & Petro fratrib. & filiis Hieronymi de Frescobaldis de Florētia quatuor millia ducatorū auri, &c. Nec reperitur, ꝙ dicta uerba vel alia importātia legatum referantur ad Alexandrum. Secundò istud confirmatur quia capiēda est interpretatio, per quā actus non pereat in totum uel ꝓ parte, sed ꝙ ualeat in totū. l. quoties. de reb. dub. & l. quoties. de uerb. obli. Si ergo legatum dicatur factū dictis fratrib. in totū erit ualidū. Si uerò dicerent factum soli Alexandro pro illa parte, pro qua esset hæres, non ualeret. l. qui filiab. §. fi. cum l. seq. plane. §. si duob. & l. legatum. §. 1. de leg. 1. Et ubi ēt diceretur Alexander vocatus, adhuc tñ filii dicti Hieronymi agere possent ad legatum, & quib. fuit legatū factum tanquam creditorib. Alexandri, ut patet ex verbis sequentib. testi, uidelicet ad bonum computum iurium, rerū, & rōnum, quæ & quas dicti de Frescobaldis & Alexander frater ipsius testatoris agere & negotiari habuerunt & habent uicissim & inter se, & ad beneficium, commodum & utilitatem ipsius Alexandri, & ad cōputum iuriū, q̄ ipse Alexander hēt agere cum ipsis vltra & citra montes, & in oī loco &c. Quando igitur testator legati cre
1 ditori † non suo sed tertii, puta Titii, & gratia ipsius Titii debitoris utriusque, legatum est tā debitoris q̄ creditoris, etiā si debitor soluendo sit, quia creditoris interest duos reos hr̄e, ut est casus expressus in l. 4. §. fi. de liber. leg. Et istud ēt confirmatur,
2 quia licet qñ † uni legatur contemplatione alterius, ille, cuius gratia legatum factum est, solus dici posset legatarius, & de rigore posset solus agere. l. seruo legato. §. si testōr de le. 1. de æquitate tñ pōt etiam ad legatum agere, ille, ad quem uerba diriguntur. l. Titio centum. §. Titio genero. de cond. & de. & ibi ꝓ gl. cōiter approbatā. Et ꝙ prædicti etiam possint agere, satis ꝓbatur ex uerbis testamenti, inquantum dicit, & antequam soluatur, aut petatur, aut peti possit hmōi legatū, dicti de Frescobaldis, & Alexander sint & eē debeant. Et sic testōr præsupponere vr̄, ꝙ legatū peti possit ēt per illos de Frescobaldis facto calculo & compu.o. Sed istis & alijs non obstantib. uerius est, iudicio meo, ꝙ solum Alexandro legatum dicatur factū, & ꝙ solus possit agere. Nam, ut ex verbis testamenti proxime relatis manifeste constat, legatum hoc factum fuit illis de Frescobaldis ad beneficium, commodum, & utilitatem ipsius Alexādri, ergo illi soli dicitur factum legatum, et ad illud solus pōt a-
3 gere & non illi de Frescobaldis, quia † ubi uerba legata legati diriguntur ad unum & constat, ꝙ illius gratia non fuit legatū, sed gratia alterius, ille solus est uocatus ad legatū, quāuis uerf. legati ad illum non referantur ut est expressum in l. fideicommissa. §. interdum. de leg. 3. ubi testōr legauit publicano pro Titio certam quantitatem & ibi dicitur, ꝙ publicanus, ad quem uerba legati dispositiua sunt relata, non potest legatum petere. sed solus Titius pōt agere, & hoc quia per illud uerbum, ꝓ Titio, exponitur, i. nomine Titii, secūdum Bar. ibi. & ex eodē uerbo declaratur, ꝙ soli Titio uoluit testōr ꝓuidere, secundū Cuma. ibi. Quia ergo constat, ꝙ legatum fuit factum solum gratia Titij, solus agit, & nō publicanus. multum. n. interest, dicit tex, cui prospectum uoluit, cuiusq; contemplatione testator fecerit &c. In casu autem nostro non posset euidentius apparere, uel demonstrari, ꝙ legatum dicat factum contemplatione Alexandri, cum dixerit testōr, ꝙ reliquit illis de Frescobaldis ad beneficium, commodum & utilitatem ipsius Alexandri, & est perinde ac si dictum fuisset taxatiue ad commodum Alexandri tātum, ut probatur in d. §. interdum. & per no. per Bald. in l. rogasti §. si tibi. si cer. pet. in lect. antiq. ubi dicitur † quod licet quan
4 do fit mentio de minori summa enunciatiue non subaudiatur dictio taxatiua, per nota. in l. rationes. C. de ꝓba. & in l. si quidem. C. de transac. si tamen minor summa ponatur in dispositione, puta in pacto, subauditur dictio taxatiua, per illum tex. Et cum quo transit Alexand. per plura alia iura. Sic ergo quando apparet, ꝙ dispositio sit ad commodum unius personæ, debet subaudiri dictio taxatiua, quia utroque casu est eadem ratio. Et multum etiam sunt ponderanda uerba geminata, s. ad beneficium, commodum & utilitatem, &c. per no. ꝑ Bart. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. et per not. per Bal. in c. fi. §. j. de offic. deleg. Vbi dicit, ꝙ illa geminatio, tu, tu, operatur, quod dicatur electa industria personæ, quia primum uerbum est demonstratiuum, & aliud est arctatiuum, per no. in leg. balista. ad Trebel. Idem ergo & in casu nostro. Et quamuis Bar. in d. §. interdum. post gl. uideatur dicere, quod publicanus non agit, q̄a sua aliquo modo non interest, quia uectigal recipit tanquam nudus minister reipublicæ, & non pro se, tamen, ut dicit ibi Raph. & recte, saltem reipublicæ deberet actio competere. ꝙ ibi negatur. Et confirmatur, quia cum fuerit relictum publicano sub nomine appellatiuo & officij, censetur ei relictū gratia reipublicæ; & nō gratia sui, per no. per Bar. & alios in l. j. §. nunciatio, de ope. noui nun. necessario ergo sequitur, quod ibi solus Titius agit, et non publicanus, quia constabat ex illo uerbo pro Titio, quod soli Titio, cuius principaliter intererat, uoluit ꝓuidere. Vt prædicta confirmatur ēt ex no. per Imo. in d. l. Ti.

5 l.Titio centum.§.Titio genero.Nam† gl.1. ibi opponit ad illum tex.de d.§.interdum.& de d.l.seruo alieno.§.si testator.& duobus modis respōdet. Et primò,ꝙ in illis iuribus constabat, ꝙ alterius contemplatione fuerat relictum,sed in casu dicti.§.Titio.erat dubium.Vel scđo dicit gl.ibi de rigore,hic do æquitate.sed Imo.dicit,ꝙ prima solutio est uera,quādo apparet erat certum;ꝙ contemplatione alterius fuit relictum, & prout dr̄ apparere in casu nostro.Et istud est expressum in d.§. interdū, sed quando dubium,procedit ultima responsio.Nec obst.allegata in contrarium.Et primò,ꝙ verba dispositiua non referantur ad Alexandrum,sed ad illos de Frescobaldis, quia non attēditur,ad quē uerba referantur,sed ad quem intentio testatoris dirigitur,& cuius contemplatione legatum sit factum.d.§.interdum. Non obs.dum secundo dicitur,ꝙ dēt capi interpretatio, ſm quā actus in totum conseruatur.l.quoties.de reb.dub.quia illud procedit in dubio.Sed in casu nostro certum est, ꝙ legatum factum fuit solum gratia Alexandri per uerba testi, quæ sunt clara,a quib. non est recedendum,licet pro parte hæreditaria Alexandri legatum illi factum non valeat,quia in incertis non certis,locus est coniecturis.l.continuus.§.cum ita. de ver. obliga.Et facit,quod not.Bar.in l.in ambiguo.de re.dub.& ibi clarius per Pau.de Cas. & Alex. in l.3.in fi.C.de lib.præter.Nō
6 † ob.ꝙ tertiò,ꝙ immò illi de Frescobaldis, quib.fuit relictum, ut creditoribus Alexandri,possint agere, etiam si legatum factum sit gratia Alexandri.l.3.§.fi.de liber.lega.quia tex.ille debet intelligi,quando etiam gratia creditoris legatum fuit factū secundum gl.pe.ibi,& gl.in l.si cui legeretur.§.fin.de lega.3.in tertia solutione data ad contrarium d.l.3.§.fi.& cum qua transeunt Doc.ibi,& per prędicta colligitur etiam responsio ad d.l. Titio centum.§.Titio genero.de cond.& demon. cum ibi no. quia,vt dixi,ſm Imo.ibi,si est dubium,cuius gratia legatum sit factum,tunc quod ibi dicitur,locum hēt de æquitate,sed quando certum est,ꝙ gratia nominati non est factum legatum, sed solum gratia alterius,tunc ille solus agit,& prout isto casu euidenter apparet,ꝙ legatum fuit factum solum gratia Alexādri. Non obs.ultimo dum dicitur,ꝙ testator pręsupponit, ꝙ facto calculo legatum peti possit.ex quo antea prohibet petitionem. l.Imperatores.de postu.quia testator non prohibet legatum peti per illos de Frescobaldis,sed loquitur impersonaliter,uidelicet quod antequam soluatur,aut petatur,aut peti possit huiusmodi legatum,&c.& nō apparet,de quo testator loquatur, vnde intelligitur,ꝙ non petatur,aut peti possit,scilicet per illum, qui uocatur ad legatum,& quis sit ille,declaratur ex præcedentibus,dum dixit,quod legabat ad beneficium, commodum & utilitatem Alexandri.leg.qui filiabus in princ.& l.si seruus plurium.§.fi. de lega.1. Circa secundum,de quo quæritur, uidetur dicendum prima facie,quod non sit relictum sub conditione,sed potius sub modo,quia testator legauit dictam quantitatem ad bonum computum,quæ dictio,† ad, facit modum,quā
7 do per illam adiicitur aliquid explicandum per honoratum. le. quibus.§.Termilius.de cond.& demon.& ibi per Bart.in uersi. nunc quæro,quid de ꝑpositionib.&c. Et idem probatur ex sequentib.dum dicitur,ꝙ legauit ad beneficium,commodum & utilitatem dicti Alexandri, hac tamen leg.quæ ultima uerba
8 etiam important modum,sicut† quādo legatur aliquid ea conditione,ut aliquid facias,legatum dicitur factum sub modo, & non sub conditione.l.Mæuia.de man.test.& leg.2.§.fin.de dona.& prout etiam uult Bar. in d.§.Termilius.uer. quid si testator dicat, &c.& l.ea conditione.& ibi no.Bald.C. de resc.uendi.qui etiam ad hoc alleg. l. nihil. cum ibi no. per Bart.de coniugen.cum emancipa. liber.& probatur in l.cum res.& ibi no. Bald. C.de dona. & in l. quoniam.& ibi Bald.& Sali. C.de rer. permu.Et magis ad propositum facit, quod no.Ioan. And. in add.Spec.de instr. editio.§. nunc uero aliqua.in pe. col. ubi dicit, quod si testator instituit extraneum hæredem, & postea multa legata reliquit,& ad illa deputauit executores cum plena potestate, & in institutione fuerit usus istis uerbis, instituo Titium mihi hæredem uniuersalem in omnibus bonis meis hac conditione,quod non succedat,nec possideat dicta bona, nec eorum partem possit habere, nec recipere possessionem illorum, donec supradicta legata per dictos executores fuerint plene soluta. Et dicit Ioan. Andr. quod do.uerba non faciunt conditionem,sed quoddam onus denotant impositum hæredi in prohibendo apprehensionem hæreditatis ad tempus,per no.in c.uerum.de cond.appo.Idem ergo & isto casu, in quo testator hac lege legauit,ꝙ primo antequam soluatur, aut petatur, aut peti possit huiusmodi legatum,dicti de Frescobaldis & Alexander sint & esse debeant in bona concordia,saldo,& compositione,& calculo omnium eorum iurium & rationum, & rerum,quas & quæ habent adinuicem in omni loco, & non aliter,nec alio modo petatur,uel debeatur hoc legatum in totum uel in parte, nisi si quando erunt in concordia & saldo ipsi de Frescobaldis cum dicto Alexandro saldatis omnibus cōputis, &c.Et propterea dicta uerba non debent significare conditionem,sed importare quoddam onus impositum legatario in ꝓhibendo solutionem,& petitionē legati ad tempus,sicut in casu Io.And.Et istud etiam uidetur in terminis uelle Ale.in cōs. 102.Visis & ponderatis, &c. primo uolu. Nam in casu suo,in quo testator fecit legata cum conditione, ꝙ dictus Bartholomæus teneatur reddere & facere bonum computum, & rōnē eius hæredi unius computi tēti ad partem Venetijs per dictum Bartholomæum,& Marcum de Guidizonibus pro rata contingente ipsum testatorem. Item unius alterius computi tenti Venetijs,&c.& dicit Alex.in d.consi.ꝙ dicta uerba non significāt conditionē,sed modum,per superius allegata. Et etiam subdit
9 † ꝙ ubi uerba possunt se adaptare ad modū & ad conditionē, potius in dubio denotant modū.secundū Bar.in l. cum mota. C.de transac.per l.quæro §.inter locatorem.ff.locati.& cū Bar. transeunt alij communiter,& Cy.in l.cū quis. C. de iur.& fac. igno.& Bal.in l.& si post tres.si quis cautionib.Ex hoc autem, ꝙ legatum dicatur factum sub modo, & non sub conditione, sequitur,ꝙ orta fuit obligatio, et actio ēt ante modum impletum.l.si is cui.et l.cum in testamēto.de fideic.liber. & per Bar. in d.§.Termilius.Et sequi etiam uidetur,ꝙ licet facultas implē di modum defecisset mortuo Alexandro, ꝙ nihilo minus legatum deberetur, quia ubi modus deficit per casum,remanet dispositio,& modus habetur pro impleto.l. si fundum per fideicommissum.§.j.de leg.j.& no. Doc. in l.j.C.de insti. & substi. & in hoc modus differt a conditione,secundum prędictos.Sed his non ob.contrarium sine dubio uidetur uerius.Nam,ut præmissum est,testator legauit hac tamen lege, ꝙ primo antequā soluatur,petatur,aut peti possit huiusmodi legatum, prædicti de Frescobaldis & Alexander sint & esse debeant in bona concordia,& non aliter nec alio modo petatur uel debeatur hoc legatum in totum uel pro parte,nisi si & quando erunt in concordia & saldo ipsi de Frescobaldis cum dicto Alexandro saldatis omnibus computis,&c.Quia ergo ex uerbis prædictis patet expresse, ꝙ testator uoluit prius impleri antequam legatarius emolumentum consequatur,dicitur legatum factum sub cōdóne,& non sub modo,secūdum Bar.clare in d.§. Termilius. uer.
10 quid si testator expresse,&c.ubi quærit† quid si testator uoluit expresse ante impleri id, qđ per dictiones sui natura importantes modum fuit expressum,quam emolumentum cōsequatur, & respondet Bar. ꝙ faciunt tunc conditionem, cuius natura est,ut prius existat.l.Thais ancilla,§. Stichus. de fideic. liber. et idem uult Bar.in l.qui absenti.§ j.de acq.poss. & etiam sunt pōderanda illa uerba,non aliter nec alio modo, per no.in l.si quidem.C.de exce.et illa etiam,nisi si et quando,quæ dictio,si,facit conditionem.l.qui promisit. de condi.indebi. et ibi not.Et ideo quamuis illa uerba,ea conditione,uel lege,non faciant cōditionem, sed modum, ut est dictum si tamen exprimatur dictio si,ut quia dicatur,dono tibi talem rem ea conditione,si nō alienabis,tunc faciunt conditionem,secundum Bart.in d.l.qui absenti.§.j.de acq.poss. Et per hæc remanet responsum ad omnia quæ allegantur in contrarium,quoniam,ut dictum est illa procedunt,quando emolumentum consequi quis potest,ante quam impleat.Sed quando expresse constat,uel tacite, ꝙ testator uoluit,qđ quis impleat,antequam emolumentum capiat, tunc uerba etiam ad modum apta faciunt conditionem, ſcđm Bart.in locis præalleg.et magis in casu nostro, in quo nedum non uult testator ante implementum legatum non posse peti, sed ēt uult,illud non deberi,quod est de natura conditionis. l. cedere diem.de uerb.sign.et non de natura, sed contra naturā modi, per quæ non impeditur antequam impleatur natiuitas obligationis et actionis. d.l.si is cui.et l.cum in testamento.de fidei. liberta. Cum ergo legatum hoc sit conditionale etiam si dice-

diceretur factũ illis de Frescobaldis, non possent illi agere pendente cõdõne.l.cedere diem.de ver.sign.& ubi legatum ẽt fuisset sub modo,adhuc tamen non deberetur legatum illis de Frescobaldis,quia fuit appositum fauore tertii,i.Alexandri,iõ ꝑꝑ hoc dr̃ continere causam finalem.l.Titio cẽtum, in prin.de cõdi,& dem.& ibi no.Bar.& per eum in l.2.§.fi.de don.quia ergo dicta cã finalis est falsa,si Alexander non administrauit, uitiat legatum.l.1.C.de fal.cau.adiec.leg.& per Bar.in d.l.demonst. falsa.in prin.uers.3.modo,&c.in fi.illius uersi. per d. l. 1.Postquam autem uisum est,ꝙ istud legatum est conditionale,uidẽdum est tertio,utrum purificata sit,uel defecta conditio.Et vi
11 detur prima consideratione dicendum,ꝙ dicta † conditio,sub qua legatum fuit factum,sit purificata,ex quo illi de Frescobaldis sese obtulerunt, rõnes computare & computum facere cũ filiis,& hæredibus dicti Alexandri,& quæ oblatio illis fuit facta & tutrici eorum,per tex.ubi uidetur esse casus in l.3.§.non solum,de statu li.ubi dicitur,ꝙ non solum si stat ꝑ hæredẽ,sed etiam eius tutorem,quominus seruus adimpleat conditionem illam,si rõnes reddiderit,sub qua illi fuit relicta libertas, ꝙ seruus libertatem consequetur. Secundo istud confirmatur. Nã conditio,de qua agitur,est mista, pendens a facto illorum de Frescobaldis & Alexandri.Si ergo stat per Alexandrum,uel eius hæredes quo minus impleatur, haberi debet ꝑ impleta l.in testamento.la 2.de condi.& dem.& l.j.C.de insti.& substi.sub condi.fac.Et plus dicit ibi Bar.& Sal. ꝙ sufficit, ꝙ aliquo momento sit adimpleta conditio, seu ꝙ aliquo momento steterit per illum,cui adimpleri debuit conditio. Et sic etiam si postea mutato proposito paratus sit implementum recipere,tamẽ habebitur pro impleta,per l.si quis hæredem.eod.titu.Et idem etiam uidetur Bar.uelle in l.cum quidam.C.de cond.insti.& in l.cui fundus.de condi.& dem.& Imo.in d.l.in testamento, & licet Petr.& Cyn.in d. l. 1.in 3.colum.teneant contrarium, tamen ad rationes suas respondet Alexand.ibi.& prædicta vñr vera,si Alexander administrauit,& negotiatus sit cum illis de Frescobaldis.Et ubi non administrasset,& cum illis nihil agere habuisset,multo magis illis legatum deberetur,per text.not. ubi uidetur casus,in l.si libertate.§.1.de statu liber. Vbi dicit,quod si seruus reddita ratione iussus est ad libertatem peruenire,licet nullam administrauerit rõnem,nihilo minus erit liber; & hoc secundũ glo. quia falsa demonstratio non nocet.l. demonstratio falsa,in prin.de condi. & demon.His tamen non obstantib. contrarium mihi uidetur uerius.Nam,ut in præcedenti proximo dubio conclusum fuit, legatum hoc fuit conditionale, & de aliquo conditionis implemento non apparet, sed potius dr̃ apparere,quod conditio non possit amplius impleri,& per cõsequens quod sit defecta, quoniam testator legauit illis de Frescobaldis ad bonum computum iurium & rationum,q̃ & quas dicti de Frescobaldis & Alexãder agere & negotiari habuerũt & habent,& hac lege ut illi de Frescobaldis, & Alexander sint & esse debeant in bona concordia & compositione, saldo & calculo,&c.& quod aliter nec alio modo petatur aut debeatur dictum legatum,nisi si,& quando erunt in concordia, saldo & compositione ipsi de Frescobaldis cum d. Alexandro saldatis omnibus computis. Quia ergo cum Alexandro erat computã
12 da ratio, illo † mortuo antequam computaretur,ista conditio mista, & illius implementum,scilicet si rationes computabuntur,non transit ad hæredes ipsius Alexandri,quia conditio potestatiua uel mista, quæ pendet ex facto legatarii & alterius, non transit ad hæredem illius, cui debet impleri,secũdum Bar. in l. si decem cum petiero. de verb. oblig. per l.si pen. quando dies lega.cedat. & l.sub diuersis.§.fin.& l.cum ita datur. de cõdi.& demonst. iuncta l.Arethusa.de statu ho.& per Barto.in l. a testatore. de condi. & demon. Et istud præsertim est uerum quando alicui,uel per aliquem debuit impleri sub nomine proprio,ut in casu isto, in quo tam ex parte Alexandri quam illorum de Frescobaldis facta fuit mentio de nomine illorum proprio.d. leg. cum ita datur. Et istud etiam est uerum fortius in
13 hærede legatarii.d.l.sub diuersis.§.fi.secundũ unã lect.Et† alia ratione non transit ad hæredem ista conditio adimplenda per redditionem rationis,quia cõsistit conditio in dando, id est in præstando reliqua,& in faciendo.l.cum seruus.de condi.& demon. & factum hoc dicitur personæ cohęrere, nec ad alium transire,ut est expressum in l.statu libera.§.si quis non dare,de statu lib.ubi dicitur, quod si seruo legata sit libertas, si hæredi reddiderit rõnes, & quæ quo ad reliqua dicitur consistere in dando pecuniam, transit ad emptorem, quantum uero ad ipsa uolumina rõnum reddendarum, ꝑcunctandas, atque examinandas rationes, & dispungendas atque excutiendas factum habet & cohærens personæ, ut colligitur ex præcedentibus,propterea quantum ad hoc non transit ad emptorẽ, ergo nec etiam ad hæredem Alexandri nominati proprio nomine.l.unica.§.ne autem.C.de cad.tol. Nec ob.allegata ĩ cõtrarium.Et primo,ꝙ illi de Frescobaldis obtulerint separatos calculare & facere ea, ad quæ de iure tenentur, quia talis oblatio
14 non fuit legitima,neq. sufficiens, quoniam† ille, qui tenetur reddere rationes, debet producere & offerre scripturas legendas,in quibus continentur rationes,& offerre reliqua,in quib. est debitor.d.l.cum seruus.de cond.& dem.ubi est text.not. & ubi debita non sint clara,dẽt offerre actualiter & realiter fideiussorem de reddendo id,in quo apparebit eum restare debito in calculo rationum.l.seruus si hæredi. §.fi. de statulibe. & nisi sit facta oblatio realis librorum, & scripturarum ac fideiussorum.& actualis non dicitur oblatio legitime facta, quia nõ sufficit oblatio uerbalis d.§.fi.& no.Bar. & alij,in l.prætor.§. si q̃s paratus.de oper.noui nun.& in l.acceptam.C.de usur.& prout in eo qui habet rationem reddere, uult Ang. & Imo.in l.si mora.solu.mat.& in l.4.§.ait prætor.de re iud.Et ita in terminis rñdet ad contraria Alex.in d.consilio 102.1.uol.Secundo etiam respondetur, ꝙ implementum conditionis non transit ad hæredem Alexandri,per no.per Bar.in d.l.si decem cum petiero. & maxime quando de illo fuit facta mentio nominatim.l.cum ita datur. de condi. & dem. & quia hoc factum cohæret personæ d.l.statu libera.§.si quis non dare.de statu lib.& illa quæ personæ cohærent,non transeunt ad hæredem d.l. j.§. ne autem, de cadu.tollẽ.Nec obst.l.3.§.non tantum.de statu li.quia tex.loq̃tur de tutore uiuentis,& non mortui,cui debuit impleri.& cui tutori impleri potest,siue consistat conditio in dando l. si fundus.de condi.& demon.siue in faciendo l.si pupillus.eo.titu.& d.§.non tantum.Sed isto casu erat tutor hæredum illius,cui debuerat impleri,unde sicut ad hæredem ipsius non transit,ut dictum est,ita etiam ad tutorem dicti hęredis trãsire non potest. Non obst.ꝙ no.Bar.& Sali.in d.l.j.C.de insti.& substi. quia ipsi loquuntur de oblatione legitime facta adhuc uiuente eo,cui implendum erat,& sic quando adhuc durabat ius implendi cõditionem. Item in casu nostro legitima non fuit oblatio. Postremo non ob. dum dicebatur, ꝙ si Alexander non administrauit,& negotia non gessit cum illis de Frescobaldis, ꝙ legatum censeatur purum,& factum sub falsa demonstratiõe, quæ non uitiat l.si libertatem.§.j.cum gl.de statu lib.Quia imo in casu.d.§.j.fuit conditio & non demonstratio, ut probatur ex illis ablatiuis absolute positis,s.reddita ratione.l.a testatore.de cõd.
15 & demon.Sed† quia erat conditio impossibilis per naturam, & de futuro,ideo uitiatur,& non uitiat.l.j.de cond.insti.ꝙ est uerum,quando testator sciebat conditionem esse impossibilẽ, prout in casu.d.§. j. testator præsumitur sciuisse seruum nõ administrasse bona & negotia sua, quia in facto proprio non potest quis ignorantiam prætendere.l.quamquam. ad Velleia. & gl.in d.§. i. dicit illo casu demonstrationem fuisse falsam, non quia uere fuerit demonstratio,sed quia illa impossibilis condõ habet effectum falsæ demonstrationis, quia sicut ista nõ uitiat legatum,ita nec dicta conditio,sicut etiam econtra,illud quod est demonstratio,appellatur conditio eo casu,quo habet effectum conditionis.l.si sic:in prin.& ibi Bar.declarat,de leg.j.& in l.demonstratio falsa.in prin.de condi.& dem.sed in casu nostro licet conditio esset impossibilis,si Alexander nihil administrauit,& non sit negotiatus cum illis de Frescobaldis, tamen uitiat legatum,& non uitiatur,quia conditio impossibilis non uitiat,quando testator sciuit impossibilitatem,sed quando, illam ignorauit,uitiat legatum,ut est casus notab. in l.seruo manumisso.de condi.indeb.& ibi no.Bart.& omnes, & ut dixi in in casu l.si libertate.§.j.de statu liber.pręsumitur scientia,& in casu nostro præsumitur ignorãtia in facto alieno,l. si pro suo. & etiam quando est factum coniuncti absentis, secundum Ba. in l.is potest.de acq.hære.& prout Alexander erat absens & de longinquo.Et dato etiam ꝙ in casu d.§.j.& in casu nr̃o eẽt falsa demonstratio tamen hic noceret,& ibi non. Nam testator legauit

gauit illis de Frescobaldis ad utilitatem, beneficium & cōmodum ipsius Alexandri, hac tamen lege, ut legatum nō soluatur, petatur, aut debeatur, nisi prius facto calculo, & reddita rōne inter illos. Vnde casu, quo Alexander reperiatur debitor illorum de Frescobaldis, & illis dicatur factum legatum, videtur uoluisse testator, quod ex tali legato Alexander liberetur, & sic uidetur illi liberationem reliquisse, quia aliter legatum factum prædictis de Frescobaldis non posset dici factum ad utilitatem & commodum Alexandri. Si ergo cum illis Alexander non est negotiatus, & nihil administrauit, & sic debitor prædictorum
16 non reperiatur, liberatio legata locum nō potest habere, † qa ergo isto casu falsa demonstratio facit cessare substantiam rei legatę, vitiatur legatum. d.l. si sic. §. j. & ibi per Bar. qui proprie loquitur de legato tacito liberationis facto sub falsa demonstratione. d.l. demonstratio falsa. in prin. & probatur in l. si seruus. §. qui quinque. de lega. 1. & ibi not. Barto. & per Pau. de Cast. in l. Stichum, qui meus erit. in prin. de leg. 1. Sed in casu. d. §. 1. per falsam demonstrationem non cessat substantia rei legatæ, id est, libertatis, ideo falsa demonstratio non nocet. Quia ergo conditio defecit, illi de Frescobaldis non possunt agere ad legatum, etiam si illis diceretur legatum factum. l. legata. de ɔd. & demonstratio. cum concordan. & tenendo quòd illis non dicatur legatum, sed Alexandro solum, quod est uerius, non est curandum, utrum conditio sit purificata, uel defecta, uel an cōditio sit apposita, uel demonstratio, quia omni casu illi de Frescobaldis non sunt uocati. Laus Deo.

¶ Factum prælati uel administratoris an possit in quęsitis nocere ecclesię, & illi præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ si res relinquatur, simpliciterq. prohibeatur alienare, relinque usq; uoluerit reuocari in casu alienationis, ea per prælatum alienata non inducitur priuatio. & nu. 5.*
2 *Factum prælati non facit ecclesiam eße in mora.*
3 *Ecclesia priuatur relicto ex facto uel delicto etiam solius prælati, etiam in iure quæsito, quando legans, uel donans expresse sic uoluit.*
Quando præcedit dispositio obligationem inducens ad aliquid faciendum, uerba illa, si non fecerit, exponuntur, id est, si fuit in mora faciendi.
4 *Tradens rem suam ecclesiæ, potest, quam uult legem, illi traditio apponere, quæ seruanda est.*
5 *Ecclesia potest agere contra prælatum præscriptionē patientem ex negligentia.*
6 *Ex facto in omittendo præiudicatur ecclesiæ ēt in iure quæsito.*

CONSILIVM XXVII.

CIRCA id, de quo quęritur, dubiū facit, quia postq̄ possessio, de qua agitur, fuit ex legato quæsita ecclesiæ & hospitali pleno iure, videtur, ꝙ pœna priuationis committi nō possit ex facto & contrafractione administratoris, ut in regula, delictum. de reg. iu. in 6. & ibi no. gl. & idem tenet gl. in c. 2. de ordi. cogn. per d.c. delictum. & plene traditur ꝑ Doc. in c. j. de dolo & cōtu. & ꝓbatur in l. meminerint. C. vñ ui. & in l. 1. C. de falsa mone. & in ca. in fi. ut lite non cōtest. & no. Cy. in l. iubemus nullam nauē. C. de sacrosec cle. & decidit vř ꝑ Doc. in c. uerum. de condi. appo. ubi conclu
1 dunt, † ꝙ si donata sit res ecclesiæ cū hoc, ꝙ non possit alienari & ꝙ si alienabitur, & possit reuocari, ꝙ ex alienatiōe plati nō fit præiudiciū ecclesiæ, & sic fieri non poterit reuocatio, postq̄ res semel fuit acquisita ecclesię, ꝑ d.c. delictū. Et est rō ₰m Ab. in c. breui. de iureiu. in ult. col. quia requiritur mora, ut in d.c.
2 uerū. Sed † factum prælati non facit ecclesiam esse in mora, 16. q. 6. c. si episcopum. Pro hoc facit, quia res ecclesiæ non potest alienari, ut per totum de reb. eccle. non alie. Sed contrarium vř uerius. Qm̄ testator legauit hospitali, uel ecclesiæ dictam possessionem, & grauauit societatem dicti hospitalis præstare singulo anno certam quantitatem grani cuidam sacerdoti pro-
3 missis per eū celebrandis, & † si dicta societas cōtrafecerit, tunc legatum transtulit ad alium locum pium. Si ergo frumentum singulo anno dicta societas non præstitit, fuit in mora per ipsum diei appositi. leg. magnam. C. de cōtrah. & com. stip. & illa cōdō negatiua, s. si adimplere nequerit, vel noluerit, sub qua facta est translatio, est adimpleta, quia ex quo præcesit dispositio, quia societas fuit grauata præstare, illa uerba, & si nō adimpleuerit, exponuntur, i. si fuerit in mora implendi. l. si duo. §. fi. & ibi Bar. de consti. pecu. & l. 1. §. item si ita. ad leg. Fal. & ibi no. Ale. cum aliis concor. alle. per eum. & ꝑpea debet habere locū translatio facta in pœnam, & nedum contra priuatum, sed ēt contra dictum hospitale & eius ecclesiam. Et hoc in terminis decidit Ang. in consi. 168. inci. Testator in oīb. &c. Nam in ea su suo testator instituit hęredem hospitale S. Iacobi de Castro plebis cum cōdōne, ꝙ bona dicto hospitali relicta non possint aliquo modo alienari per rectorem dicti hospitalis, siue per aliam personam, & si contrafacerent, ꝙ cadat hospitale a dictis bonis, &c. Vnde concludit Ang. ꝙ per alienationem prioris hospitale priuatur, quia testator rem suam legando potuit hác cōdōnem apponere, ut aliam quamlibet. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. & quia omnis dispositio testatoris non repugnans legi, vt lex obseruanda est, in auth. de nup. §. disponat. Item cū pœna ex delicto prælati priuati non posit cadere in prælatum, sed in ecclesiam, apud quam est ipsa res, pœna est irroganda. alle. Cy. d.l. iubemus nullam. Veruntamē ₰m eum hēbit ecclesia recursum contra prælatum, vel rectorem ad sua damna, & ad interesse, & ut ibi latius per eum, & idem in eisdem terminis uult etiā Ang. in consi. 154. Quando ꝓceptum ualet, & non est nudum, ut qn̄ priuatur hospitale facta alienatione, & in alium fit trans
4 latio, ut in casu nostro. † Et confirmantur pręmissa, quia pōt quis in traditione rei suę facta ecclesiæ apponere legem, quam uult ut probatur in d.c. uerum & est optimus tex. in c. cū dilectus de consuet. ubi probatur, ꝙ eps in fundatione ecclesiæ ad solam petitionem laici patroni potest transferre in alium ius confirmandi, quod ad illū pertinet de iure, & sic in hoc suo episcopatui præiudicare, quod alibi melius non probatur secundum do. Abb. & faciunt notata per glo. & Doc. in l. si ita quis. §. ea leg. de uerb. ob. & dicit Pet. de Anch. consi. 218. Dubium facit, &c. ꝙ licet res, quæ transit ad ecclesiam, efficiatur exempta a collectis de iure, poterit tamen testator legando rem ecclesiæ apponere legem, ꝙ ad collectas teneatur & ad onera pro relegata, per prædicta. & dicit Host. & Io. And. & Doctores cōmuniter. in c. uerum. de foro compe. ꝙ ualet pactum, ꝙ donator posit propria authoritate ingredi rem donatam ecclesiæ, donatione resoluta propter modum non adimpletum. Et idē tenent Bar. Bal. & Sal. in l. si quis curialis. C. de epi. & cle. & Bar. in l. 3. C. de pig. & Pet. de Anch. in d. consi. Nec obst. allegata in
5 contrarium, † quia quamuis factum prælati non posit regulariter in quæsitis ecclesię præiudicare, fallit tamen, quādo aliter testator, uel alius, qui transfert rem in ecclesiam, aliter dispofuit expresse & spāliter, ut quia dixit, ꝙ si per prælatum vel rectore res alienaretur, ꝙ ecclesia priuaretur, ₰m Ang. in dictis cōsiliis. Et iste est casus noster, quia testator nominatim & spāliter societatem grauauit ad annuam ꝑstationē & casu quo nō solueret & non adimpleret, priuauit expresse ecclesiam ꝑpter societatis negligentiam, & legatum transtulit in alium. Nec isto casu loquuntur Doctores in d.c. verum, sed quando testōr simpliciter prohibuit alienationem, & alienaretur, ꝙ ecclesia priuaretur. & sic dixit, si alienaretur simpliciter, non exprimendo per quem, ideo dicto casu ex alienatione solius prælati non inducitur priuatio, quia alienatio illius nominatim & expresse non fuit posita in cōdōne, iō de illa non intelligitur in dubio, sed de illa, quæ fit a prælato cum consensu capituli, quia per illam fatentur Doctores fieri contra prohibitionem, & tunc locum habere priuationem. Et hoc ultimum etiam facit pro nobis, quia societati uniuersaliter fuit onus impositum, & per eā fuit uniuersaliter contrafactum, iō debet locum habere translatio. Nam in casu nostro per non factum translatio hēt locū, & pœna a testatore imposita committitur, ideo nō tantum administrator & officialis, sed tota societas neglexisse dicitur. Sicut uidemus, ꝙ contra ecclesiam præscribitur c. de quarta. & per totum, de præscrip Et sic ex non facto, & ex negligentia ecclesiæ in iure quæsito præiudicatur. Et hoc, quia tunc non causatur alienatio ex facto prelati tantum, sed potius ex negligentia totius ecclesiæ, et iuris authoritate inducentis præscriptionem, prout declarat Abb. in d. c. 1. de dolo et contu. circa ulti. col.

6 col. Subdit tamen, ꝙ contra prælatũ patientem † pſcriptionẽ, potest agere ecclesia ad interesse propter suam negligentiam. alleg. gl. no. in c. placuit. 2. 16. q. 3. prout ẽt subdit Ang. in casu nostro in d. consi. dicens etiam Abb. ꝙ idem dici põt, qñ aliqđ fuit donatum ecclesiæ sub conditione resoluẽte, ut reuocetur, si aliquid fuerit factum vel non factum, tunc enim factum solius prælati non præiudicat ecclesiæ, quia agitur de iure quæsito perdendo, sed prælati & capituli. alle. no. in d. c. verum. Cum ergo, ut dixi, in casu nostro pęna ueniat committenda ex facto in omittendo, & sic propter non factum, præiudicatur ecclesiæ
7 etiam in iure quæsito, quasi quòd tunc ex † totius uniuersitatis negligentia dicatur committi, & ex dispositione testatoris, quę isto casu dicitur lex d. §. disponat. Sicut hac rõne per præscriptionem ecclesiæ præiudicatur. ut declarat Abb. in d. c. 1. de dolo & contu. immo Ant. de But. in d. c. uerum. de foro compe. uoluit ꝙ sola negligentia prælati, & ipsius delictũ in omittendo noceat ecclesiæ, etiam in quæsitis. Et quamuis Abb. ibi col. pe. dicat, hoc ꝓcedere solum in quærendis, & non in iam quæsitis, tamen pro do. Ant. facit, qđ dictum est de pſcriptione ꝑ Abb. in d. c. 1. de dolo & contu. Et quamuis dicat, ꝙ ibi concurrit iuris authoritas, tamen in casu nostro concurrit etiam testõris voluntas, quæ pro lege seruatur ut dixi. Nam ubi delictum, vel factum est in omittendo, potius ex negligentia totius ecclesiæ, quam solius prælati dicitur præiudicium generari, ſm Abb. in loco prædicto. Et ubi apparere posset, ꝙ solus pręlatus negligens fuisset, tunc procedere posset dictum Abb. in dicto c. verum. contra do. Anto. Sed in casu nostro hæc dubitatio cessat, quia onus fuit iniunctum societati, & ex eius negligẽtia & mora uoluit testõr, ꝙ ecclesia priuaretur, & iõ quia dicta societas fuit in mora testatore uolente, pœna fuit commissa. Et etiam ex delicto & facto solius pręlati põt in iure quæsito ecclesiæ ꝑiudicari, quando ille, qui donauit, uel legauit ecclesiæ, sic expresse & specialiter uoluit, quia hoc etiam disponere potuit, secundum Ang. in dictis consilijs. Et probatur ex alijs præmissis, & isto casu non habet locum regula, delictum. Sed quando non est expressum, ꝙ factum prælati noceat ecclesiæ, sed simpliciter & impersonaliter ex aliquo facto imponitur pœna. Nec etiam ob. ꝙ res ecclesię non possint alienari, quia, ut dicit Car. in d. c. uerum non agitur de re alienanda, sed auocanda, tanquã translata sit in ecclesiam ad tempus, quo elapso põt reuocari. Et ita concludo. Laus Deo.

¶ Legatum si sit duobus coniunctim factum, & eorum filijs & hæredibus, vno mortuo adhuc uiuente testatore an collegatario accrescat, uel ad filios transmittatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatario uel donatario præmortuo testatori legatum pertinet ad collegatarium per ius accrescendi uel non decrescendi.*
Ius accrescendi locum habet etiam in donatione causa mortis.
2 *Ius accrescendi uel non decrescendi inter coniunctos non censetur sublatum, nisi euidentissime de uoluntate disponentis constet.*
3 *Legatum si sit factum duobus & filijs & hæredibus, filij censentur ad illud ordine successiuo uocati post mortem patris, ad eius tantum partem, coniunguntur que superstiti etiam re & uerbis coniuncto.*
4 *Substitutio quando censentur compendiosa, & quid sub ea contineatur, quæ etiam in legatis fieri potest, & in donatione causa mortis. & nu. 6.*
5 *Substitutio uulgaris expressa uel tacita impedit ius accrescendi.*

CONSILIVM XXVIII.

VISO legato, de quo agitur, & uerbis eius bñ põderatis, videtur prima facie dicẽdum, ꝙ mortuo Antonio Maria uno legatario, adhuc uiuente testatore, etiam filio & hærede superstite, ꝙ illius portio accreuit Romano eius fratri. Nã reliquit testator ser Romano & Antonio Mariæ fratribus sub hac forma uidelicet. Item ipse legati reliquit, seu donationis causa mortis, & prout infrascriptis suis legatarijs magis & melius & utilius sit uidelicet ser Romano & Antonio Mariæ, & mihi Ludouico ut publicæ personæ præsenti, & stipulanti, recipienti & acceptanti nominib. & uice prædictorum Romani & Antonij Mariæ & suorum filiorum, & hęredum eius testatoris possessionem, &c. Mortuo igitur Antonio Maria testatore
1 re adhuc uiuente certum est † ꝙ in eius persona defecit legatum, & seu titulus legati tanquã caducũ, l. unica. §. pro 2. C. de cad. tollen. & similiter in persona eiusdem defecit titulus donationis causa mortis, quæ expirat, quotiescunque donatarius moritur uiuente donatore. l. non omnis. in princ. si cert. pet. & ex hoc sequitur, quod portio Antonij Mariæ, quæ defecit siue ut legatum, seu ut donatio causa mortis accreuit Romano d. §. pro secundo. & quod ius accrescendi locũ ẽt habet in donatione cã mortis, secundum Bal. Imo. & Ale. in l. 2. de lega. j. per text. in d. l. unica §. fin. C. de cad. tol. iunctis præcedentibus. Prædicti. n. legatarij & donatarij sunt coniuncti nedum uerbis, sed etiam re, ex quo reliquit Romano, & Antonio Mariæ vnam possessionem, secundum gl. & Bal. in l. 1. §. fi. de usufr. ac cres. & gl. & Bal. in l. si duob. §. fi. de leg. 1. & Bart. in l. re coniuncti. de leg. 3. ver. 3. loco principaliter, &c. & in d. l. unica. §. ubi autem. Salic. in §. in aũt disiunctim. ea. l. Et ista est communis opinio, a quã non recedendũ. Quia ergo prædicti sunt coniuncti re & verbis, Romanus dẽt totum consequi per ius non decrescendi. d. §. ubi autem. & etiam si dicerentur solum coniũcti verbis, vt voluit Pet. & Cy. in d. §. ubi autem. & Alex. in l. plane. §. si coniuncti. de leg. j. totum caperet per ius accrescendi. d. l. re coniuncti. Nec obstare videtur ꝙ notarius fuerit stipulatus ẽt pro filijs & hæredibus prædictorum, quia cum isto casu legatũ & donatio cã mortis non transmittatur ad hæredes, ut in iuribus præallegatis, dẽt intelligi, ꝙ stipulatus dicatur pro filijs & hæredibus in casu, quo potuit habere locum trãsmissio, ꝙ est, qñ testator fuisset ꝑmortuus, quia tũc ad filios & hæredes trãsmitti potuisset. d. l. unica. §. cum igitur. cum ibi not. etiam si Antonius Maria decessisset, antequam legatum agnouisset, & priusquam sciuisset legatum sibi fuisse delatum. l. cum pater. §. surdo. de leg. 2. Vel dici potest, ꝙ pro dictis filijs & hæredibus dicatur stipulatio interposita, quando uterq. mortuus fuisset ante diem fideicommissi cedentem, puta uiuo testatore, & nõ qñ
2 alter tantum sit præmortuus, quia non † uidetur testator uoluisse tollere ius accrescendi, uel ius non decrescendi inter dictos fratres coniunctos, nisi quando euidentissime constat de voluntate testatoris contraria. l. quoties. §. si duo. de hære. inst. & ibi no. Imo. & hinc est, ꝙ substitutio uulgaris facta duobus copulatiue, locum non habet, nisi quando in persona omnium est purificata cõdõ. Vnde uno tantum non existente hæ rede, non admittitur substitutus ad partẽ illius. l. quamuis. cum glos. C. de impub. & alijs substi. & ibi per Doc. communiter. Et hoc, quia uidetur testator uoluisse conseruare ius accrescendi inter cohæredes, ſm Bar. in l. hęredes mei. §. cum ita. ad Treb. ĩ 2. col. per l. codicillis. in prin. de usu fru. lega. Sed ꝑmissis non obstan. quæ uere non obstant, contrarium puto omnino dicẽdũ,
3 & prius præmitto, ꝙ ex quo testator † reliquit & donauit causa mortis Romano & Antonio Mariæ ac etiam notario præsenti, stipulanti & acceptanti nominibus & uice ꝑdictorum Romani & Antoni j Mariæ & suorum filiorum & hęredum, ꝙ intelligitur relictum & donatum dictis fratribus & filijs & hæredibus eorum ordine successiuo, & sic dictis filijs, & hæredibus post mortẽ dicti Romani, & Antonij Mariæ, ut probatur ex no. ꝑ Bar. & Doc. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. uer. qđ si testator dixit, substituo talẽ, &c. ubi vult, ꝙ si testator dicat, substituo talẽ & eius filios & hæredes, ꝙ ex hoc, ꝙ dixit hrđes apparet, ꝙ post mortem illius intellexit, viuens. n. hæredem nõ haber. l. qui superstitis. de acq. hęre. & important dicta uerba, ꝙ filij cuiuslibet intelligantur uocati ad partem proprij parentis, non autem, ꝙ filij unius sint uocati ad portionem alterius, & sic patrui eorum decedentis sine filijs, ut colligitur ex not. per Bar. in l. similiter & Titio. de uer. obl. & per Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua. uer. 148. cũ uer. seq. & Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideic. & in d. l. unica. §. in primo. C. de cad. tol. per tex. quem dicit singularem & unicum in c. j. de duo. fratri. a capi. inuesti. & per Sal. in l. j. in 24. q. C. de iure emphy. & Alex. in consi. 204. Consideratis uerbis 2. vol. Sequitur ergo ex præmissis, ꝙ filij Antonij Mariæ ꝑmortui sunt patri in parte illius substituti cõ
4 pendiosè in legato, & in donatione causa mortis, † quia vbi de morte

morte est facta mentio expresse uel tacite, etiam absq. alio tractu temporis substō censetur esse compendiosa, ut probatur ex no. per gl. in l. in testō. C. de testa. mili. quā ad hoc ibi no. & pōderat. Fulg. & sub qua continetur uulgaris & fideicommissaria substō, ẜm Bar. in l. centurio. de uulg. & pup. uer. quæro, utrum substō facta p verbum cōe contineat vulgarē. Et idē vult Pe. & Cy. in l. precib. C. de impu. & alijs substitu. & prout in casu nostro facta fuit per illud uerbū, reliquit, ꝙ est cōe, vt no. in l. his verbis. in prin. de hære. insti. & ibi per Doc. in §. si vero nulla. ī auth. de hære. & falci. in uer. relictis, & quæ substō vulgaris potest ēt fieri in legatis & in donatione causa mortis. l. ut hæredibus. de leg. 2. & d. §. pro secundo. Et sic filij Antonij Mariæ, dicuntur substituti patri in portione illius mediante vulgari, siue decedat uiuo testatore, siue post mortē illius, ẜm Bar. in d. l. centurio. uers. præalleg. Ergo patre eorū mortuo uiuo testatore debēt ex uulgari substitutione admitti, ut est casus in d. l. unica. §. pro secundo. C. de cad. tol. ubi explicite dr̄, ꝙ si legatum efficiat caducū, sicut contingit, quando legatarius uiuo testatore moritur, ꝙ legatū remanet apud hęredem, uel apud alium grauatū, nisi substitutus uel coniunctus antecedat eos. Et intelligitur ille tex. de substituto vulgari, ẜm glo. ibi in verbo, substitutus. Et sic etiam ibi probatur, ꝙ in legatis fieri pōt substitutio vulgaris, & ꝙ vulgariter substitutus præfertur coniuncto, ut patet
5 ex ordine literæ, † & sic per substitutionem vulgarem impeditur ius accrescendi. Et istud expressum in l. 2. §. si duo. de bon. pos. secundum tab. Et nedum substitio vulgaris expresse excludit ius accrescendi, ut in dictis iuribus, sed etiā oīno tacita, ẜm Bal. in l. fi. C. de insti. & substit. Et multo magis ista, quæ est expressa uerbis generalibus, secundum Bar. & alios, in d. l. centurio, & per alios, in d. l. precib. & ubi ēt filij prædictorum dicerentur substituti solum per fideicommissum, ut quia dictū fuisset ꝙ testator legauit Romano & Antonio Mariæ, & filijs, & hæredibus eorum, &c. & qđ verbum, lego, obliquum, ẜm Bar. & Doc. communiter in d. l. centurio. adhuc mortuo altero uiuente testōre filij illius vocarentur per fideicommissum, siue dicatur, ꝙ sit relictum a patre suo præmortuo, quia apud hæredem eius remaneret legatum illi prius factum cum onere iniuncto Antonio Mariæ p̄mortuo. d. §. pro secundo. ubi hoc est expressum. & per no. per Bar. in l. quamdiu. ff. de acq. hær. & idē si legatum dicatur relictum per testatorem ab hærede instituto filijs Antonij Mariæ post mortem illius, quia non tantum potest hæredib. illius legari, sed etiam ipsimet legatario legari potest post mortem suam, insti. de leg. §. post mortē. & dicitur incipere legatum ab eius hæredibus, vt est expressum in l. 1. C. vt act. ab hære. & ibi per Bald. in j. notab. qui etiam dicit, ꝙ transmittitur tunc legatum ad hæredem legatarij moriente pendente conditione contra regulam, de qua in l. unica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. quia quando testator voluit, qđ legatum transmitteretur, perinde est ac si legaret hæredi, & dicitur ab hærede incipere. Et Bal. etiam inferius in 1. col. dicit, ꝙ illo casu trāsmittitur spes legati hr̄dē, licet cesserit dies legati in vita legatarij p p voluntatē testōris, multo magis in casu nr̄o, in quo legatū est factum expresse patri, & post mortem illius filijs, & hæredibus, debet valere, quia sunt duo legata facta de eadē re duob. diuersis temporibus hoc est, primo patri, & post mortē illius filijs & hæredib. eius, & sic dicitur in persona hæredum, & ab illis nouum legatum incipere, & hoc non habet dubium. Non obst. allegata in contrarium. Et primo, ꝙ mortuo Antonio Maria viuente testatore legatum fuerit caducum, & ꝙ donatio causa mortis expirauerit. d. §. pro secundo. & d. l. nō omnis. in prin. quia hoc verū est quantum ad legatū & ad donationem factam Antonio Mariæ, sed non quantum ad legatum de nouo factum filijs eius, ꝙ incipit habere locū post mortem illius. Et vbi etiam nouum legatum nō diceretur ab hærede incipere, ex quo tñ de hærede facta est mentio, ad illum tamen transmitteretur etiam pendente conditione ex tacita mente testatoris, scđm Bal. in d. l. 1. C. vt act. ab hær. uel quando ex alijs cōiecturis appareret de uoluntate testatoris, secundū Bal. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & per Soc. latè in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. col. 4. Nec debent excludi per Romanum, qui dicitur ad totum uenire per ius non decrescendi, quia sicut Antonius Maria faceret partem Romano per concursum. d. leg. vnica. §. ubi autem. C. de cad. tol. ita etiam eidem faciunt partē per concursum filij Antonij Mariæ, quia & ipsi in hoc casu, s. mortuo patre, etiam viuo testatore, sunt uocati simul cum Romano, & illi coniuncti re, & uerbis, quia positi sunt sub eadem verborum conceptione, & uocati simpliciter ad eandem rem; qm̄, ut dixi, quando testator legauit Romano & Antonio Mariæ & filijs & hæredibus eorum, legatum intelligitur factum filiis cuiuslibet post mortem illius, & in eo, in quo ille erat uocatus, non autem filij ex uno vocantur ad partem alterius, sicut dicitur de emphyteusi recepta a duobus pro se & filijs eorum, vt traditur in locis supra allegatis, & per consequens uno mortuo viuo testatore, & altero superstite filij illius præmortui coniunguntur re, & uerbis superstiti, sicut pater illorum, & faciunt partes per concursum alteri. Et etiam ex alio capite debent præferri alteri coniuncto re, & verbis, i. tanquam uulgariter substituti Antonio Mariæ, ut dictum fuit etiam supra: qa substitutio vulgaris nedum prefertur iuri accrescendi. l. 2. §. si duo. de bo. po. secundum tab. sed etiam talis substitutus in parte præfertur coniuncto re & verbis, ut probatur in d. §. pro secundo, inquantum simpliciter & indistinctè loquitur de cōiuncto. Item per transmissionem, quæ isto casu posset habere locum ex uoluntate testatoris, excluderetur coniunctus, ut probatur in l. j. C. de his qui an. aper. ta. in uersi. aliosq. &c. qđ exponebat Ray. substitutos uel coniunctos, & Bar. in l. j. de uulga. & pup. col. 5. uersi. itē dubitatur, &c. Et minus etiam obst. dum dicitur, quod legatum factum filijs, & stipulatio facta pro illis, debet intelligi collatum in tempus, quo dies legati cessisset prius in persona Antonij Mariæ, quod contingere potuit, quando testator prius mortuus fuisset. & deinde Antonius Ma
6 ria. Quia, ut dixi in præcedentib. † filij & hæredes prædictorū sunt uocati post mortem illorum, secundum Bar. & alios, in d. l. Gallus. §. quidam recte. Et sic dicuntur substituti proprijs parentibus compendiosè in legato, secundum gl. & Rapha. in d. l. in testamento. C. de test. mili. & per consequens uerbum, post mortem, subintellectum, uel subauditum, sumi debet indistinctè, & sic respectu uulgaris post mortem prædictorum, uel alterius eorum contingentem quandocunque, hoc est, siue uiuo testatore, siue post mortem illius ante aditam hæreditatē, qa isti omnes casus comprehenduntur in uulgari comprehensa in compendiosa. l. cum proponas. C. de hæred. insti. & d. l. Gallus. §. & quid si tantum. & prout expresse dicit etiam Bar. in d. l. Cēturio. in uer. præalleg. & de qua compendiosa iudicamus, ut de simplici uulgari, quando euenit casus uulgaris, secundum Bar. in l. Marcellus. §. quidam liberis. & in l. hæredes mei. §. cum ita. in fi. ad Treb. Nō debet ergo dicta substitutio uulgaris restringi ad casum, in quo dicti fratres, uel alter eorum decessissent post diem legati cedentem cōtra naturam uulgaris substitutionis, sed debet intelligi facta in dubio, secūdum regularem illius naturam, ex quo uerba hoc patiuntur, & tanto magis quia dicta substitutio concepta uno casu, solet extendi de casu expresso ad alium omissum. d. §. & quid si tantum. & ibi plenè p Bart. & per eum, in l. j. in prin. de uulg. & pupil. si ergo ubi est restricta, extenditur cōtra sonum uerborum, multo minus debet restringi ad exclusionem aliorum casuum, qui sunt de natura eiusdem substitutionis, quando comprehendi possunt sub generalitate uerborum, ut in casu nostro. Laus Deo.

¶ Testator si, mortuo legatario, uoluit legatum ad hæredes suos reuerti, an nepos ex filio præmortuo concurrat cum patruis ad dictum legatum.

SVMMARIVM.

1. *Si legetur alicui, quamdiu uixerit, si hæres moriatur ante legatarium, ad hæredem hæredis reuertitur legatum. Idem si uocentur hæredes sub nomine appellatiuo.*
2. *Suorum hæredum appellatione continetur etiam illi, qui ex uulgari in compendiosa comprehensa sunt substituti. & nu. 7.*
3. *Indebitum scienter per hęredem solutum non repetitur. & nu. 9.*
4. *Testator si referat dispositionem ad scriptos hæredes, non includitur hæredis hęres.*
5. *Per hæc uerba, ad infrascriptos hæredes, intelliguntur nominatim hæredes uocati, & hæredis hæres excluditur.*
6. *Legatū si debet restitui hæredi, si legatarius sine filijs moriatur* *hæres*

hæres si præmoriatur, non est locus restitutioni, nisi legatum esset ad tempus.

8 *Vbi fit mentio de hærede, intelligitur cum effectu.*

9 *Quando apparet indebitum, præsumitur, potius iuris ignorantia, quam donatio.*

10 *Indebiti scienter facta solutio, tunc iudicatur donatio, quando dans & recipiens scit indebitum.*

11 *Menti tunc standum, quando uerba illi conueniunt, aliàs a uerbis non est recedendum.*

12 *Qui condictione indebiti tenetur, etiam fructus bona fide percepti sunt in restitutione.*

13 *Fructibus perceptis an censebitur quis in dubio locupletior factus.*

CONSILIVM XXIX.

VIA testator Vincentio filio naturali fecit legatum, & casu quo decederet quãcunq; sine filijs legitimis, & naturalibus, voluit dictũ legatum esse nullum, & spectare, & pertinere ad infrascriptos eius hæredes, quæritur, vtrũ nepos testatoris ex filio mortuo ante dictũ Vincentiũ concurrant cum alijs filijs testatoris hæredib. institutis ad legatũ illis relictũ a dicto Vincentio modo prædicto. Et prima facie dicendũ vr̃, ꝙ sic. Et primo, q̃a pater dicti nepotis, & filius testatoris successit testõri,
1 & nepos patri, † vnde dictus nepos, qui est hæres hæredis aui sui, dicitur esse hæres ipsius aui. l. fin. C. de hære. insti. & l. si quis filium. §. fi. de acq. hære. & per consequens videtur uocatus per illa verba ad suos hæredes infrascriptos. & facit. l. in annalibus. C. de leg. & qđ no. Bar. & alij, in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posthu. Et istud uidetur velle ẽt Bart. in terminis in l. Titia cũ testõ. §. fi. de leg. 2. vbi vult, ꝙ si legetur alicui, quamdiu vixerit, ꝙ isto casu uideatur testõr velle, ꝙ post mortem legatarij reuertatur legatum ad hæredem suum, non habito respectu ad personã, sed magis ad ius hereditarium. l. si ita. de sta. lib. & ideo si hæres institutus esset mortuus ante legatariũ, reuertetur legatũ ad hæredẽ hæredis ſm Bar. qui ẽt alleg. d. l. in annalib. Idẽ ergo in casu nostro, in quo vocantur herędes sub nomine appellatiuo. Et cõprobatur per l. sub diuersis. §. fi. & l. cum ita datur. §. fi. de condi. & demon. ubi conditio de dando hæredi põt impleri in hærede hæredis. Et dato, ꝙ dictus nepos non diceretur vocatus tanquam hæres hæredis, videtur tamen, ꝙ ex alio capite admitti possit. Nam testator instituit Albertum, Philippum Mariam, Ioannem Baptistam, & Hieronymum eius filios legitimos, & naturales hæredes suos. Et si alter decesserit sine filijs, substituit superuiuentes in capita, & prædefuncti seu prædefunctorum filios masculos legitimos & naturales in stirpes
2 & non in capita, &c. † Quia ergo substitutio compendiosa facta, quandocunque alter decesserit sine filijs, continet vulgarẽ & fideicommissariam, ſm Bar. & Doc. in l. centurio. de vulg. & pup. & in l. precib. C. de impu. & alijs substi. nepotes ex filijs ꝑ defunctis fuerunt substituti decedenti sine filijs vulgariter, & per fideicommissum. Et ideo cum uoluerit testator ꝙ post mortem Vincentij legatum illi factum pertineat ad suos hæredes infrascriptos, sub istis uerbis continentur ẽt illi, qui uocantur substõne vulgari, quamuis non sint instituti, vt uidetur esse casus in l. ex duob. §. 1. de vulg. & pup. vbi habetur, ꝙ per illa verba, quisquis mihi hæres erit, dicuntur vocati nedum hæredes instituti, sed etiam vulgariter substituti. Et istud vult ẽt Bart. in l. qui liberis. §. hæc uerba. eo. tit. quia & isti ueniunt ex iudicio testatoris, vt probatur ibi in ratione assignata. & in l. paterfamiliàs primis tabulis. eo. ti. Et idem etiam probatur in l. 1. in prin. de vul. & pup. ubi dicitur, ꝙ hæredes, aut instituti dicuntur, aut substituti, & sic nedum instituti dicuntur hæredes, sed etiã substituti. s. vulgariter, de quib. ille tex. loquitur, ut patet ex sequentibus. Atq. ẽt dicti nepotes ex filijs præmortuis uidentur posse admitti etiam ex illo capite tantum, quia sunt substituti ꝑ fideicommissum, quoniam sub prædictis verbis, s. ad infrascriptos herędes continentur etiam fideicommissarij, quia ueniunt appellatione hæredum. l. 1. §. de illo. ad Treb. & ibi per Bart. & alios, & facit. l. postulante. in prin. eo. tit. & in l. si filius. ff. ꝙ cum eo. Tertio prædicta conclusio confirmatur. Nam, ut dictum ẽ, casu quo alter ex filijs institutis decesserit sine filijs, substituit superuiuentes, & ꝑdefuncti seu prædefunctorũ filios masculos in stirpes. Sicut ergo testõr uoluit, ꝙ ad portionem hæreditariam filij decedentis sine filiis nepotes ex filio præmortuo concurrant cum aliis filijs institutis & superuiuentibus, credendũ est etiam, quod idem uoluerit in legato facto Vincentio, ut scilicet ad illud admittantur dicti nepotes cum filijs & hæredibus testõris, q̃m per sequentia declarantur præcedentia, & e cõtra. l. qui filiabus in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. maxime cum non sit dare rationem diuersitatis inter unum casum & alterum, ac etiam tanto magis, quia si testator de hoc fuisset interrogatus, ita disposuisset uerisimiliter, ideo omissum haberi debet pro expresso, iuxta no. per gl. & Doc. in l. tale pactum. §. fin. de pact. & probatur in l. Titius. §. Lucius. de lib. & posthum. & ibi not. Doct. cum concordan. de quibus ibi per Modern. Vltimo vr̃, ꝙ ẽt si dicti nepotes non essent ad dictum legatum vocati, ꝙ tamen partem illis in diuisione assignatam per patruos
3 possint retinere. Nam † dicti patrui cum haberent scientiam testamenti paterni, non dr̃ dictam partem prædictis assignasse per errorem facti, nec etiam errore iuris, qui non præsumitur, ſm Bar. in l. sed si lege. §. scire. de peti. hęre. & in l. non fatetur. in prin. de confes. & iõ cessat repetitio indebiti scienter soluti. l. cuius per errorem. de reg. iur. & no. in l. 1. de cond. indeb. Sed istis
4 non obstantibus cõtrarium de iure puto uerius † q̃m, vt dictũ est, testator uoluit legatum factum Vincentio, casu quo decederet sine filiis, spectare & pertinere ad infrascriptos eius hæredes. Quia ergo nepotes ex filio mortuo antequam Vincentius decederet, non sunt de hęredibus infrascriptis ipsius testatoris, ex aliquo capite non possunt admitti. Non enim uocantur tanquam hęredes hæredis ipsius testõris, ut in terminis decidit Imo. in l. si quis filium. §. fi. de acq. hære. ubi concludit, ꝙ si pr̃ filiæ reliquit certam quantitatem pro dote, & si decederet antequam maritetur, ꝙ dicta dos deueniret ad suos hæredes infrascriptos, & hæredes instituti sint mortui ante filiam, ꝙ defecit fideicommissum, etiam si instituti fuissent de liberis, & reliquissent post se descendentes hæredes. Allegat no. per Bar. in d. l. q. liberis. §. hæc uerba. in fi. de uulg. & pup. Et dicit Imo. ꝙ ita pridie consuluit apud Fauentiam. Et dicit Arc. in d. §. fi. ꝙ ista decisio est uerissima, per d. §. hæc uerba. iuncta. l. cum filio. de uulg. pup. Cum enim nepotes ex dicto filio præmortuo tanquã hæredes hæredis non sint scripti in testamẽto, sub dictis uerbis nõ possunt contineri. l. 1. de his quæ pro non scri. ha. Et istud con
5 firmatur, † quia per illa uerba, ad infrascriptos eius hæredes, intelliguntur hęredes uocati nominatim propter illud uerbũ infrascriptos, secundum Bar. in cons. 8. incip. Andreas Martini, &c. & per consequens tunc appellatione hæredis non venit hæres herędis, secundum Bar. ibi, & probatur in d. l. sub diuersis. §. fi. & in d. l. cum ita datur. §. fi. de cond. & demon. & cum Bar. trãsit etiam Ale. in d. l. fi. C. de hær. insti. per illam enim relationẽ, infrascriptos, perinde est ac si nominatim & spãliter ꝙ sub nomine proprio de illis fuisset facta mentio. l. Titia. §. fi. & l. pluribus in prin. de uerb. obl. & vtrobique no. Arc. & ubi etiam uoluisset testõr post mortem Vincentij legatũ redire simpliciter ad hæredes suos, & absque illa relatione infrascriptos, adhuc nepotes ex filio tanquam hæredes hæredis non possent admitti, ut probatur in l. in causæ. 2. Pomponius. cum ibi not. de mi. & ibi Bal. ex hoc infert, ꝙ si testator reliquit nepoti, & adiiciat, ꝙ si decesserit sine filiis reuertatur legatum ad uniuersalem hæredem, & interim hæres uniuersalis decedat, non erit amplius locus restõni fideicomm. Et idem uult Pau. de Ca. in l. fi. C. de leg. & in d. l. Titia. §. fi. Nam, secundum eum, casu quo post mortẽ legatarij testõr vult, ꝙ legatum reuertatur ad hęredem, ut in casu nostro, legatum tunc non est temporale, sed perpetuum sui natura. Et ideo si tẽpore mortis legatarij hæres reperitur mortuus, remanet legatum penes hæredẽ legatarij grauati, & non debetur hæredi hæredis præmortui, per d. §. Pomponius. Secus, dicit ipse, si legatum fuisset relictum ad tempus, puta, lego tibi quousque uixeris, quia tũc eo mortuo finitur legatum, & est perinde ac si factum non fuisset pro ulteriori tempore. Et procedit tunc, quod no. Bar. in d. l. Titia. §. fin. Et idem vult etiam Pau. de Cast. in l. si ante. ad leg. Fal. & ꝙ legatum relictũ hæredi post mortem legatarij non pertineat tunc ad hæredum hæredis, vult ẽt Alex. in d. l. fi. C. de leg. ubi dicit, hoc etiam probari in d. §. Et respondet ad d. l. in annalib. quam allegat Bar. in d. l. Titia. §. fi. ꝙ quando testator substituit hæredem suum, ut in casu

casu

casu isto, videtur habuisse respectū ad affectionem, quam habebat ad hæredē scriptū, quæ cessat in hærede hæredis, q. erat incognitus & incertus testōri, vt ꝓbatur in d.§. hæc verba. sed in l.in annalib. testōr retulit dispōnē eius, & Titiū eius hrdē, vñ non est motus propter affectionē, quam haberet ad primū hæredē Titij, quia ignorabatur quis esset futurus hæres illius. Et pro hac responsione alleg.ēt Alex.not.per Bal.in d.l.si.C.de here.insti.in 4.opp. Ex his igitur probatur clare, ꝙ isti nepotes ex filio præmortuo non potuerunt admitti ad legatū relictum infrascriptis hæredib.ex illo capite, quia sint hæredes testatoris mediante persona eorū patris. Et ad allegata in contrariū quātum ad hoc ex præmissis est responsum. Et ēt minus dñr dicti nepotes comprehensi sub illis uerbis, ad infrascriptos eius hæ-
7 redes,† ex hoc ꝙ dicantur uocati ex substōne uulgari uel fidei commissaria comprehensa in compendiosa: qñ prædicti nepotes ex filio præmortuo nō fuerūt substituti vulgariter patri eorū, nec ēt per fideicōmissum, sed patruis compendiose, & casus vulgaris nō euenit, quia patrui adiuerūt hrditatē.l. post aditam.C.de impu. & al.subst. Nec ēt euenit casus fideicommissariæ substōnis sed illa expirauit, & habetur pro nō facta, ex quo dicti nepotes mortui sunt pendente conditione fideicōmissi.l. unica.§.sin aūt sub cōditione.C.de cad. tol. Non fuerunt ergo hæredes directo, uel per obliquum in effectu ipsius testōris, ex quo dicta substōne cōpēdiosa non successerunt, nec succedere potuerunt. Nec ēt dici possunt scripti, quamuis sint testō nominati, & legi possint oculis corporeis, iux.l.1.ff. de his quæ in testamē.del. quia cū non sint uocati simpliciter, sed in certis casib. qui non euenerūt, nō pñt dici scripti in illum casum, in quē non reperiuntur uocati, quia legi nō pōt, ꝙ illo casu uocētur. d.l.1.de his quæ in test. del. & de hoc est casus in l. commodissimè.de lib.& posth.ibi, quia hic filius nec sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui in hūc casum nascitur, qui nō est testō cōprehēsus, &c. Et quamuis ēt casus fideicōmissi euenisset, & eius cōdō purificata fuisset, tñ sub illis uerbis, ad infrascriptos eius hæredes, non includerentur fideicōmissarij, ex quo uerificari possent in hæredib.institutis. l. qui hæredi. §. cum hæreditas. de cond. & demō. Et istud ēt uult Alex.in d.§. hæc uerba. Et pro hac ponderat gl.ibi in uerbo, ex testō, quæ dicit directo. Nec ob.l.j.§.de illo.ad Treb. quia loquitur in dispositione legis, quæ facilius extēditur, quam dispositio hominis, ut latè ꝑ Imo.in l.si verò.§.de uiro.solu.mat. Alia ēt rōe ꝓdicti
8 nepotes nō possunt ad dictū legatum admitti,† ꝙ voluit testōr pertinere ad infrascriptos eius hæredes, quia vbi fit mentio de hærede, intelligitur de hærede cū effectu, & qui adiuit hæreditatem.l.3.§.si quis ita.de hęr.inst. Et ibi ad hoc illum tex.ponderat Imo.& Pau.de Cast. Et ex illo infert idem Pau.de Cast. ꝙ si instituo Titium, si erit hæres Seij, ꝙ ex hoc solo ꝙ Titius scriptus est & nuncupatus hæres a Seio, non dicitur impleta conditio, sed oportet, ꝙ etiam Titius adeat hæreditatē Seij, quia aliter non dicitur hęres eius. Et faciunt no.ꝑ Bar.in l.gerit.de acqui.hær.circa 3.col.versi.circa tertiū, qualiter ista uoluntas ꝓbetur per verba enūciata, &c. vbi vult, ꝙ qñ in dispositione fit mētio de hrde ēt enunciatiuè, intelligit̄ de hrde ꝑ aditionē hæreditatis.& no.Bal.in l.potuit.C.de iure delib. Cū ergo isti nepotes ex substitutione compendiosa non fuerint hæredes directō uel per obliquum cum effectu, hoc est, mediante conditione vel agnitione fideicommissi, non dicuntur uocati ex illis verbis, ad infrascriptos eius hæredes, &c. Nec ob.illud uerbum, infrascriptos, quia non exprimit illud verbum ad diminuendum significatum alterius uerbi adiuncti, scilicet hæredes, nec ad effectum ut intelligatur de hæredibus tantum, scriptis & nuncupatis, sed ad demonstrandum & certificandum personas hęredum cum effectu. Et licet per illud uerbum dicantur nominati, vt dictū est supra, oportet tamē, ꝙ sint ēt hæredes, ex quo etiam appellantur hæredes. ꝑ no.in l.ex facto.§.fin.ad Treb. Quia ergo, ut ex præmissis colligitur manifestè, isti nepotes ad istud legatum non vocantur, sequitur, ꝙ portio illis assignata per errorem saltem iuris in diuisione extraiudiciali potest repeti per condictionem indebiti, vt est casus in l.cū putarē. in fi. ff.fa.ercisc.& datur condictio indebiti rōne possessionis, & nō dñij, ꝑm gl.fi. quia per rōnē, quæ in gl. alleg. dominiū isto casu non fuit translatum. Nec obst. ꝙ error iuris non præsumatur, & sic quod assignatio facta scienter sit donatio. d.l. cuius per errorē
9 de reg.iu. Quia† licet error regulariter nō præsumatur, qñ tñ apparet indebitum, potius ꝓsumitur ignorantia iuris, quam donatio.l.cum de indebito.de proba.iuncta glo.in uerbo, ignorātia. Et ita in istis terminis proprie dicit etiam Alex.in consi.70. aliàs, 78. Circa primum dubium, &c.in finalib.verbis, in 3.vol. qui etiam alleg.Raph.in d.l.non fatetur.in prin.de confes.dicētem, ꝙ potius præsumitur error iuris quam donatio. Alleg.no. in d.l.cum de indebito.& quod habetur in l.Titia.§.qui in uita.
10 de leg.2.† Præterea vt solutio indebiti omni iure sit donatio, non sufficit, ꝙ solutio sit facta a sciente tantum, sed oportet ēt ꝙ recipiens sciat cām non subesse. Secus si ex parte recipientis subsit causa putatiua, quia cum tunc nō recipiat ex cā donationis, non potest dici in ea consentire, & ꝯñs non pōt esse donatio.l.absenti.de don. Et ita etiam declarat Bart.in l.1.in fi.j.col. eo.tit.& Ang.in l.dispensatorem.de sol.& Pau. de Cas. in l.si ego, in fi.si cer.pe. Si ergo pars aduersa alleget dictos nepotes eē vocatos ex testamento, & ꝙ ex illa cā portio illis fuit assignata, constabit, ꝙ non receperunt ex causa donationis, sed ex alia cā, & ꝙ solutio tanquam indebita omni iure pōt repeti. Et ex his quasi ad omnia, quæ allegantur in contrarium, remanet rñsum solum autem restat rñdere ad unū, dum dicebatur, ꝙ dicti nepotes erant uocati ex tacita mente defuncti, & de qua dicebāt apparere ex eo, ꝙ altero ex filijs institutis decedente sine filijs eidem fuerunt substituti nedū alij sui fratres superuiuentes, sed etiam filii fratrum præmortuorum. Vnde sicut isto casu filii fratrum concurrunt cum patruis, ita etiam uidetur ꝙ testōr voluerit, ꝙ in hoc legato prædicti simul concurrant, quia non est dare rōnē diuersitatis inter vnum casum & alterum. Ná ad
11 istud respondetur † ꝙ mēs testatoris dēt attendi, qñ uerba pñt menti conuenire propriè, vel saltem impropriè & largo modo. Sed vbi verba intentioni conuenire non possunt aliquo modo, hoc est propriè uel impropriè, tunc standum est verbis, & mēs coniecturata non attenditur, ut colligitur ex no.per Bar.in l.in ambiguo.de reb.dub.dum respondet ad l.non aliter.in prin.de leg.3. Et istud etiam expressius vult Pau.de Cast.in d.l. in ambiguo.& in consi.151. Præsens dubium, &c.ad fi.& glo.& clarius Sal.in l.cum uirum.C.de fideic.& Are.in l.3.in fi.C.de lib.præte.& in consi.139.6.vol.& facit, quod no.gl.in uerbo, ex communi.& Bar.in l.Labeo.de supel.leg.& Bal.in c.1.de contro.inuesti.& facit l.quidam cum filium.de hære.insti.per quam dicit ibi Bal.ꝙ mens testōris non seruatur, quando non transiuit in dispōnē quia non sufficit uelle, nisi disponat. Et ideo cum ad istud legatum nepotes ex filio non sint uocati aliquo mō, etiam impropriando uerba, sed casus iste fuit penitus omissus, ut colligitur ex præmissis, ad illum non dēt extendi alia substō facta alteri personæ, & in alia re, id est, in hæreditate.l.si unus.§. ante omnia, de pact. nec ex illa pōt coniecturari mens testōris circa substitutionem factam in legato ad fauorem dictorum nepotum. Et ad l.tale pactum.§.fi.cum ibi.no.etiam colligitur rñsio ex prædictis, & clarius ad hoc etiam respondetur ex no. ꝑ Bal. in l.vnica.in vlt.col.C.de his qui ante tab.vbi quærit, quid si testator Petrum filium suum, qui etiam habebat filios, substituit Ioanni, si decesserit sine filijs, & qui filios non hēbat, an si Petrus præmoriatur, filii eius mortuo postea Ioanne poterūt admitti ex substitutione. Et gl.in l.is cui.de act.& obli.dixit ꝙ sic, pro qua secundum Bal.facit, quia si testator cogitasset, idem de nepotibus statuisset. Alleg.no.in d.l.pactum.§. fi. contrarium tamen determinat Bal.& bene, per iura, quæ alleg. Et idem vult gl.& Doct.in l.hæredes mei.§.cū ita.ad Treb.cum concord.de quib.ibi per Alex. Et respondet Bal.ad no.in d.§.fi.ꝙ aut aliqd est omnino omissum, ut in casu suo pariter & nostro, & habet pro omisso.d.l. commodissime. Aut sequitur ad aliquid expressum, & tunc reputatur tacitum, ut in contrario, & in l. iam hoc
12 iure.de vul.& pup. Circa aliud de quo quæritur, videlicet † vtrum fructus percepti sint restituēdi. Et est dicendum ꝙ sic, qa ille, qui tenetur condictione indebiti, debet etiam fructus restituere.l.uideamus.2.§.item si indebitum.de usur. ꝙ procedit, ēt si sint percepti bona fide.l.indebiti.in prin.de cond.indeb.gl.tñ ibi dicit, ꝙ tunc de consumptis non tenetur, nisi quatenus factus est locupletior. Et isto modo tenetur etiam bonæfidei possessor ad fructus consumptos, quando contra eum agi potest actione reali, secundum Bar.in l.ex diuerso, in prin.de rei vend. & Bar.& Ang.in l.sed si l.§.scire.de pe.hæ.& Bal.in l.1.C.de fru.

&

& lit.expen.& in .l.j.de vsu.& fru.leg.& Ang.& Im.in l.Nessennius.§.j.de re iud.& est communis opi.secundum Ale.in l.insulam.§.fructus.so.ma.Et prout etiam isto casu agi potest actione reali,quia,vt dixi, ex assignatione & diuisione non fuit trãslatum dominium,per no.per gl.in d.l.cum putarem. fam. ercis.

13 Sed circa hoc cadit alia dubitatio, uidelicet † an fructibus consumptis psumitur quis in dubio factus locupletior, quatenus fructus percepit.Et vr ꝙ non,nisi probetur, ſm Ang.in consi. 133.Super primo pũcto,&c.vbi dicit,ꝙ ad fructus cõsumptos non tenetur ille,qui est in bona fide,nisi actor probet, ꝙ reus eos in suam utilitatem conuertit,quia tunc condemnari debet, quatenus est factus locupletior ex æquitate.l.si me & Titium, si certum petat.Et idem uult Ang.in consi.160.do. Catharina, &c.in fin.ubi dicit,ꝙ cautus esse debet aduocatus actoris,ut ꝓbet & deducat, possessorem ex fructibus locupletiorem factũ & speciem locupletationis deducat, quia non sufficeret dicere & probare,quòd in suos usus conuertit,quia non sequitur,ergo locupletior factus est:quid enim si in vsus suos & suæ familiæ conuertit splendidius viuendo,certe tunc non est factus locupletior.d.l.sed si lege.§.si qui re sua.de peti.hære.Et idem præsupponit Pau.de Cast.consi.17.In causa,quæ uertitur,&c.col. pe.ver.venio ad illam conclusionẽ.ubi concludit,cum absoluẽ dum a fructib.perceptis & consumptis,si non sit probatum,ꝙ factus sit locupletior.Sed tamen dicendum est,ꝙ in dubio præsumatur factus locupletior, quatenus fructus ꝑcepit. Et istud voluit gl.1.in l.vtrum.de peti.hęr.quæ præsupponit,ꝙ ex fructibus perceptis & consumptis dicatur quis factus locupletior quando non apparet,ꝙ sint consumpti in mala parte. & illam glo.pro ualde notabili & singulari ponderat ad hoc ibi Ang.& illam sequitur,dicens notabilem istam doctrinam,quòd ille,ad quẽ peruenit res,semper ex illa intelligatur locupletior factus. Et ideo,ut quis non condemnetur in restitutione fructuũ consumptorum,debet probare se cõsumpsisse in mala parte. quod est no.& menti tenendum, secundum Ang. quia ex hoc habebis magnos honores.Et ista opinio est verior de iure,quia non pręsumitur quis consumpsisse & iactasse fructus quos putauit suos.l.cum de indebito.de probat.& præsumitur locupletatus. l.si defunctus.C.arb.tut.Et ab ista opi.gl. maxime expressè approbata per Ang.non est in iudicando recedendũ,iuxta no.per Ang.in l.j.C.qui pro sua iurisd.cum concordan. vulgarib. Ange.& etiam Pau.de Ca.in consilijs contrariis nihil allegant, & de gl.mentionem non faciunt.& quia pro opi.gl.vt dixi,est iuris præsumptio,ideo releuatur actor ab onere probandi,& trãsfertur in illum,qui dicit contrarium,ut not. gl.in l.si tutor petitus.C.de peric.tut. Laus Deo.

ADDITIO.

Male consuluit secundum Apost.ad Deci.consilio 417.litera b,vide in §.Cum ita,num.167.in 2.uero edit in quarta parte,ante num. 46.& Cephal.consi. 158.nu.57. Hier. Zanch.

¶ Legatum dotis factum filiabus tertij existentibus tempore testamenti,an extendatur ad nascituras.

SVMMARIVM.

1 *An legatum cognatis tertij factum soli admittuntur existentes tempore testamenti.*

2 *Institutio seu legatum trahitur ad nasciturос, quibus testator cogitur relinquere, ut testamentum conseruetur, secus si non cogitur.*

Intellectus.l.placet.ff.de lib. & posth.

3 *Indefinita circa personas non debet uniuersali æquipollere, ut comprehendat nasciturаs.& nu.8.*

4 *Legatum alimentorum factũ uxori & filijs alicuius,debetur quibuscunque nasciturіs, et cuicunq; futuræ uxori,quando tempore facti legati nec filios,nec uxorem habebat. & num. 7.*

5 *Legatum dotis filiabus tertij factum, in dubio censetur contemplatione patris relictum,& sic extenditur etiam ad nasciturаs licet ad tantam dotem non teneretur,& ipse ad eam agit principaliter.*

Testator legans creditori alicuius,uidetur magis debitori uoluisse prouidere.

6 *Debitori necessario magis fauendum quam uoluntario.*

Creditori in obligatione ex facto suo proueniente magis fauetur, quam si aliunde.

8 *Intentio loquentis si non habet effectum suum ex primo actu,intelligitur etiam de ulteriore.*

9 *Dos patri donata ut filiæ detur, quando dicatur profectitia, & eius contemplatione data.*

10 *Auus non tenetur neptem dotare,quando filius est soluendo.*

11 *Dos non ex hoc dici debet aduentitia, quia tota actio ad filiam pertineat.*

12 *Substitutio facta de masculis,omnibus filiabus deficientibus antequam maritentur,una maritata an in totum deficiat.*

Verbis spreta mente testantis quando standum.

13 *Filia nupta non admittitur per ius accrescendi ad legatum,etiã alijs filiabus antequam maritentur deficientibus.*

14 *Substitutione facta pluribus sub nomine collectiuo in persona omnium, quando debeat existere conditio, ut substitutus admittatur.*

15 *Verbum,pro qualibet,inducit omnimodam distinctionem realẽ, impeditq. ius accrescendi inter coniunctos uerbis.*

CONSILIVM XXX.

CIRCA primum dubium præmissæ consultationis videtur diligenter animaduertendũ,quia ꝙ non veniant ad legatũ filiæ post mortẽ testõris natæ, videt esse casus in l.qui filiab.de leg.1.in prin.Quinimmo videtur,ꝙ veniant duntaxat illæ,quæ aderant tempore testi, ꝑ doctr.Bart. in l.si cognatis.in pen.q.de reb.dub.vbi vult,ꝙ illa

1 lex volens† ꝙ legatum factum cognatis debeatur, & cognatis existentib.tẽpore testi,& tpe mortis ipsius testatoris,hẽt locũ quando testator legat cognatis suis non autem cognatis tertij, sed eo casu ueniunt tm̃ cognati,qui aderant tempore testamenti,& non tpe mortis.per l.si ita.de au.& arg.leg. Cum ergo factum sit legatum filiab.tertij, vñr vocatæ filiæ illius,quæ viuebant tẽpore testi tantum. Nec in contrarium videtur facere.l. placet.de lib.& posth.per quam se fundat Old.in consi.212.in cip.Quidam in suo testõ.& Io.And.in rub.de testam.col.pe.&

2 Fed.de Sen.in cõsi.40.inci.Testõr instituit.† quia loquitur illa lex & prædicti Doc.in institutione, quę trahitur ad filios nasciturос ipsius testatoris fauore testamenti conseruandi, ne natiuitate posthumi rumpatur testm̃,& sic in casu,in quo testator cogebatur nasciturіs prouidere.Ita no.Doc.in d.l.& in prin.d. l.qui filiabus.inferens ibi ex hoc Pau.de Cas.ꝙ si testator legat filiab.suis dotem,ꝙ cũ teneatur ẽt nasciturаs dotare,ꝙ veniant ẽt nascituræ ad legatum, per d.l. placet. Ex cuius verbis apertè colligitur, ꝙ secus est dicendum, qñ testõr legaret dotem filijs tertij,prout est casus noster,quia cũ eas non teneatur dotare, appellatione filiarũ non uenient nascituræ.& Pau.de Cast.vbi supra.videtur in spẽ decidere casum attenta iuris rõne.Quinimmo esset dicendum,ꝙ institutis filij tertij, non dicerentur instituti nasciturі,& sic ꝙ isto casu non haberet locum.d.l. placet. quia cessat in istis rõ supra posita.Nec uidetur ẽt posse dici,ꝙ ille casus extendatur ad alium casum fauorabilem,per no.in l. illud.C.de sacros.eccl.& per Bar.in l.si constante.in prin.in 9. primæ partis princ.sol.ma.quia rõ.d.l.placet.cessat in casu nostro.Ideo, enim ueniunt nasciturі fauore conseruandi testamẽti,vt dictum est,in legatis autem non, quia in nõdum natos nõ cadit affectio testatoris.ſm gl.communiter approbatam,in pri. d.l.qui filiabus.ueniunt ergo in instõne filij nasciturі appellatione filiorum ex tacita mente testatoris,qui uidetur uoluisse, ꝙ uoluntas sua perpetuo duret, in legatis aũt non ueniunt ex mente testatoris, quia non est præsumptio, ꝙ illos, in quos. non cadebat affectio,voluerit uocare,itaq. si l.placet,extenderetur ad istum casum, fieret extensio contra uoluntatem disponentis,& ad casum non habentem eandem rationem,immo cõ

3 trariam.Non uidetur etiam possibile,ꝙ† indefinitas circa personas adeo æquipolleat uniuersali, ut comprehendat personas nasciturаs,per no.per Bar.in l.si pluribus.in prin.de leg.2.quia hoc esset contra casum in d.l.qui filiab.in prin.uel si illa doctrina esset uera,non haberet unquam locum tex.in d.l.qui filiab. in prin. Comprehendit ergo illa indefinita personas omnes iã natas.Et ita credo,ꝙ itellexerit Bar. in d.l.si pluribus,ꝙ patet, quia ad hoc allegat d.l.qui filiabus,quæ tamen disponit,ꝙ nõdum

dum natæ non dicantur uocatæ. Et iō videtur, ꝙ malè consuluerit do. Alex. in cons. 170. in 2. vol. † qui punctualiter per prædicta consuluit, ꝙ legatum alimētorum factū vxori & filijs alicuius, debeatur cuicunq; vxori, & non solum primæ, sed ēt qui buscūq; filijs nascituris, nisi saluemus eius decisionē, eo quia il le adhuc nec vxorem, nec filios hēbat. ꝙ vltimum multum pon derat, & vr̄ esse eius fundamētum in d. cons. Sed vbi tertius, cuius filiab. est relicta dos, sicut est casus noster, hēbat filias ꝑ testamenti, non videtur, ꝙ ex prædictis dici possit, ꝙ filiæ non natæ dicantur uocatæ. Et iō conclusio supra firmata per primū consultorem mihi visa est multum dubia. Sed prædictis nō obstantib. puto posse defendi, quod per primum consultorem fir-
5 matur est, † quia ex quo pr̄ tenebatur dotare istas filias. l. qui liberos. ff. de rit. nup. videtur hoc legatum factum magis contemplatione patris, quam filiarum, ut. s. pater liberetur ab onere dotandi. Istud probatur hoc mō, si quis legat creditori alicuius, vr̄ in dubio magis legatum contemplatione debitoris quam creditoris. l. 3. §. fi. & ibi Bar. de lib. leg. l. si cui. §. fin. & ibi no. de leg. j. Si ergo vbi quis legat creditori alicuius voluntario, videtur legasse magis contēplatione debitoris quā creditoris, multo magis si quis legat creditori necessario alicuius, uidetur legasse cōtemplatione debitoris necessarij, † quia plus fauemus debitori
6 necessario quam voluntario, & magis creditori voluntario quā necessario. Casus est in l. si creditorē. §. si pater. ff. sol. ma. iuncta l. creditorem. ff. de leg. 2. ubi si pater legat filiæ, qui eam necessa rio tenetur dotare, videtur legare aīo compēsandi cum dote, Secus autē si creditor voluntarius leget debitori suo. Et ita tenēt oēs in d. §. si pater. & in auth. præterea. C. vñ vir. & ux. Videmus etiam ꝙ fauetur magis creditori in obligatione, quam ex sua prouisione immediate acquisiuit, quam in obligatiōe aliunde prouenientē sine facto suo, ut probat gl. in §. ex conditionali. inst. de uer. obl. & in l. si uxorē. in fi. C. de cond. infer. Si ergo legatum factum creditori uoluntario alicuius dicitur ēt factum contēplatione debitoris, cui lex magis fauet quam creditori necessario, & qui facto suo sibi obligationē non quæsiuit, prout in filia respectu dotis, ergo multo magis si dos est relicta filiæ alicuius, dr̄ factum cōtēplatione patris, ut. s. exoneretur ab onere dotādi, & licet non teneretur ad tātā dotē, quātum legatum est filiabus eis, tamē ex hoc non infertur, ꝙ non liberetur a dote præstāda, & ꝙ eius contēplatione non dicatur factum. Poterit tñ non solum pr̄ agere ad dotē legatam, sed ēt filia, quia ēt filiæ dicitur legatum, sed non principaliter. d. l. 3. §. fi. iuncta gl. in d. l. si cui. §. fi. in 2. solu. Et ꝙ contēplatione patris uideatur legatum, ꝑbat tex. in l. filiofamilias. in vers. fi. de cond. & dem. Cum ergo contēplatione patris dicatur dos filiab. istius legata, ut. s. pr̄ exoneretur ab onere dotādi, apparet ex coniecturis, ꝙ non solum intellexit de iam natis, sed ēt de nascituris, ex quo nascituras tenetur etiā pater dotare. Et ista consideratio fuit ex mē
7 te do. Alexā. in d. cons. 170. dicens † quod ex quo testator non fuit motus propter affectionem uxoris eiusdem, cui legauerat alimēta, eo quia adhūc uxorem non habebat, sed propter affectionem mariti, ut eū exoneraret ab alimentis ꝓstandis uxori, ad quæ tenebatur. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. sol. mat. quod non solum debentur alimenta primæ, sed alteri etiam cuicunq;, ex quo omnis maritus tenebatur alere. Cum ergo sit legata dos filiab. Antonij contemplatione patris, ut supra. dictum est scilicet ut exoneretur ab onere dotandi, & non solum pręsentes, sed etiam futuras teneatur dotare, uidetur testator de futuris sensisse, ergo eis debebitur legatum. d. l. qui filiabus. in princ. Possunt ergo habere locum. d. l. qui filiabus & doctrina Bar. in l. si cognatis. quando contemplatione filiarum tantum esset legatum, prout in dubio pręsumitur, quando legatur id, ad quod pater non necessario tenebatur, ut no. Bart. in l. si filio. la 2. ff. de don. caus. mor. & in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. & in l. cum aliquis. C. de iure del. Sed ubi legatur etiā gratia patris, prout est, quando legatur dos filiæ, quam pater cogebatur pręstare, ut ex pręditis patet, tunc uidetur etiam de nascituris sensisse, quia ratio, quæ mouit testatorem ad prouidē dum patri, durat etiā respectu nasciturarum. Benefacit, quod
8 no. Bal. in l. inuitus. in fi. C. de procu. ubi dicit † ꝙ quando primus actus non constituit effectum suum secundum intentionem loquētis, intelligitur etiam de ulteriori actu. Allegat l. hæc conditio filio. de cond. & demon. Non ob. l. si ita. de au. & arg. leg. per quam mouetur Bar. in d. l. si cognatis. quia indefinita. de qua ibi, non trahitur ad futura, quia eius propria natura est ut futurum tempus non cōprehendat. l. si seruitus. in uerbo, benignius. de ser. urb. præd. Sed est ex interpretatione. Ita dicit Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. de iust. & iu. ideo nō mirū si non comprehendit futura, ubi agitur de magno pręiudicio, quia illa non comprehendit ex propria significatione. Sed appelletione filiarū de ꝓpria signatione ueniūt posthumę, nisi rō subiectæ materiæ suadeat oppositū, vt in d. l. qui filiab. cum ibi no. Nō mirum ergo isto casu si veniunt futuræ filiæ; quia istud
9 est ex propria significatione. Non ob. etiam si diceretur, † quòd ista consideratio videtur contra casum. l. profectitia. ff. de iure do. circa med. ubi hr̄, ꝙ si quis donat patri, ut omnino teneatur illud dare in dotem filiæ suæ, ꝙ illa dicitūr dos aduentitia. ergo non uidetur in dubio donasse contemplatione patris, sed filiarum. Quia ad hoc rn̄deo, ꝙ ille tex. loquitur, quando constabat apertè, ꝙ donatum erat patri contemplatione filiarum, & non patris, quo casu licet in consequentiam illa donatio afferat utilitatem patri, quia ab onere dotandi liberatur, tamen non dicit ei donatum, ex quo hoc donans non intendebat, sicut probat, in l. si filio. la 2. de do. cau. mor. vbi quando donatur filio contemplatione filij, non dicitur donatum patri, licet omne emolumētum donationis deberet esse patris, secundum illa iura. l. placet. de acq. hære. Vbi uerò esset data dos filiæ contemplatione patris, & hoc constaret, tunc diceretur dos profectitia, ut probatur, in prin. d. l. Et idem quando sumus in dubio, per rationē supra factam necessariò concludentem, & iste est casus noster. Ista tamen decisio apud me est noua. Et ad confirmationē prædictorum potest allegari, quod uoluit Bart. in l. dedit dotem. ff. de colla. bono. vbi dicit, quòd si auus dotat neptem ex filio contemplatione neptis, & hoc constat, ꝙ illa dos dicitur aduentitia. l. auus, de iure do. Aut fauore filij, & hoc constat, & dos illa dicitur profectitia. d. l. profectitia. in prin. Aut sumus in dubio, & idem, quia isto casu uidetur contemplatione filij donasse, ꝑ illam l. dedit dotem. qui text. loquitur etiam in casu, quo filius fuerat exhæredatus, quo casu uidebatur propter odium patris in illum quòd diceretur in dubio dedisse dotem illius contēplatione. Et si diceretur, ꝙ illud ideo est; quia auus tenebatur neptem dotare propter filium, vt dicunt Moderni. s. Alex. in l. qui
10 in aliena. §. interdum. de acqui. hæred. rn̄deo, † ꝙ non est uerum ꝙ auus teneatur neptem dotare, quando filius est soluendo, ut singulariter dixit Bal. in auth. res quæ. C. commu. de lega. & in l. fi. C. de dot. promis. alleg. l. dedit dotem. Et cum eo transeunt Moderni, in l. 1. solu. matr. & sic uidetur isto casu dedisse etiam propter filium. i. ad utilitatem filij, quia filius tenebatur dotare, quòd autem vbi filius tenetur dotare, dicatur data dos ab auo contemplatione filij, tenet expresse Alex. in d. l. in quartam. in fi. antepe. col. cum seq. dicens, ꝙ eo casu dos data nepti imputabitur filio in legitimam, & dum in præcedentibus dicit, ꝙ no. in l. qui in aliena. §. interdum. loquuntur, quando auus dat aliquid nepti, ad quod non obligatur propter filium suaudi tamen, etiā filius est obligatus, quia si filiusfamiliās esset obligatus & auus, non diceretur auus dare nepti contemplatione filij, ut patet ex proximè dictis. Nec etiam prædictis obst. l. Caius, iuncta gl. fin. sol. mat. ubi auus maternus, dicit tex. dedit dotem pro nepte, quæ erat in patris potestate, & stipulatus est ei-
11 dem dotem reddi, & sit† apparet, ꝙ cōtemplatione neptis fuit data dos. Et subiungit text. quòd mortuo auo actio in totū est solius neptis, quæ ex pacto potest agere fauore nuptiarū & dotis. Vnde gl. fi. apertè sentit quòd si non esset stipulatus dotem reddi nepti, sed simpliciter fuisset data dos, & sic si essemus in dubio, ꝙ tota actio esset ipsius filiæ, & sic sentit, ꝙ esset aduentitia ergo non diceretur in dubio dari contemplatione patris, quia diceretur profectitia, ut supra dictum est. Quia non sequitur, actio in totum est mulieris, ergo illa dos est aduentitia. Pobatur sic, quando pater dotat filiam iam emancipatam, tota actio est filiæ, ut probat Bar. & sequuntur alij, in l. 2. §. ꝙ si in patris. sol. ma. & tñ illa dos dicitur profectitia. l. ꝓfectitia. §. pe. de iure do. Possumus ergo fateri, ꝙ ex quo ista dos legata ē ab extraneo, ꝙ sola actio dotis sit ipsius filiæ. §. accedit. C. de rei vxor. act. & tamē ista dos dicatur relicta patris contemplatione in dubio, & sic dicatur profectitia. Vel melius dicendum ē, ꝙ illud hēret locum, quādo appareret, ꝙ contemplatione mulieris

loqui videtur etiam de uolũtate ab initio minus solenni. Et ad no. in l. j. de cond. inde. rñdet Alex. ꝙ locũ habet, qñ ex solutione hæredis legatum peruenit ad legatariũ, quæ tñ rñsio est dubia, per ea q̃ hñr ĩ d. l. 1. C. quorum leg. & in l. 1. §. 1. supra eo. ubi hr̃ sicut retuli supra ꝙ hæredi datur remedium possessoriũ ad cõsequendũ id, qđ est legatario naturaliter debitum, quamuis legatario hæres non solueret. unde forte dici põt, ꝙ d. §. veteranus, locum non habeat, quando agitur possessorio, sicut agitur in casu nostro, sed quando agitur petitorio, quia remedium possorium est magis fauorabile. Laus Deo.

¶ In prælegato bonorum mobilium, an comprehendantur se mouentia.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio ab hærede censetur relictum, nisi res alicui relicto sit legata, tunc. n. a legatario relictum censetur.*
2 *Bonorum mobilium appellatione & se mouentium de proprio significatu comprehenduntur, nisi de se mouentibus sit facta specialis mentio. & nu. 4.*
3 *In legatis generi per speciem derogatur.*
5 *Verba uniuersalia & geminata faciunt id comprehendi, quod aliàs non comprehenderetur, nec restrictionem recipiunt. & num. 7.*
6 *Generalis clausula non restringitur per subsequentem enumerationem specierum ad declarationem factam, maximè si subsequatur alia generalis clausula.*
8 *In institutione licet bona mobilia, & se mouentia exprimuntur, non tamen censetur derogatum legato in his omnibus facto.*
9 *Sequentia non declarant præcedentia clara, sed dubia.*

CONSILIVM XXXII.

VAMVIS egregiè reperiã allegatũ in fauorem pronepotum ipsius testõris, duo tñ vñr adhuc in ꝯrium vrgere. Et primo inquantũ testõr grauauit infrascriptos hæredes, quatenus intra duos menses dent & cõsignent tot bestiamina, q̃ ascendant ad cõem ualutã florenorum 25. plebano S. Marcellini, &c. Nã quãuis ex hoc solo, ꝙ oẽs hæredes fuerunt in dictis bestijs grauati, dici nõ posit, ꝙ in dictis bestijs hæredes fuerint per modum institutionis, & dispositionis honorati, & ad dictas bestias uocati. l. ab eo. C. de fideic. vr̃ tñ, ꝙ hęc uerba instõnis declarentur, & sic ꝙ uerba dictæ instõnis per modum declarationis contineant omnes bestias testatoris, & quæ salua ratione recti sermonis contineri possunt sub dicta instõne cum effectu & ad commodum hæredum institutorum. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. Si. n. testator noluisset, quòd bestiæ pertinerent ad omnes suos hæredes pro portionibus hæreditarijs, sed ad pronepotes tantũ ex prælegato eis facto de omnibus rebus mobilibus, uerisimiliter dictos nepotes solum grauasset dare bestiamina pro dicta quantitate plebano prædicto,
1 & non oẽs hæredes. † Et propterea uidemus, ꝙ licet in dubio legatũ cẽseatur ab hærede relictum. l. si seruus. §. q margaritã. de leg. j. tñ qñ res alicui relicta legatur, in dubio ab illo legatario, & non ab hærede intelligitur relicta. l. codicillis. in princ. de
2 usufru. leg. & ibi no. Bar. Secundo obstat, † quia quamuis appellatione omnium mobilium prælegatorum dictis pronepotibus ueniant etiam bestiæ ex propria significatione. l. mouentium. & ibi no. de uerbo. signi. & l. a diuo Pio. §. in uenditione. cum glos. de re iud. isto tamen casu uidetur, ꝙ bona se mouentia non includantur in prælegato ex tacita & pręsumpta mente testatoris, ex eo quia in institutione specialem fecit mentionem de bonis se mouentibus instituendo in omnibus bonis mobilibus, immobilibus & se mouentibus, præsentibus & futuris, &c. Cum ergo pronepotibus tantum omnia bona mobilia prælegentur, & omnibus hæredibus institutis bona se mouentia sint relicta sub pręlegato bonorum mobilium, quod habet se, vt genus, cum sub illo ex natura verborum mouentia & non mouentia contineantur. d. l. mouentium, non continen-
3 tur bona se mouentia, ut sunt bestiæ, alijs relicta in specie, † q̃a vbi hoc modo uni legatur genus, & alteri legatur spẽs, generi per speciem derogatur. l. uxorem. §. Fœlicissimo. de lega. 3. & l. seruis vrbanis. §. fi. eo. ti. & no. gl. in l. quæsitũ. §. si quis fundũ. de fun. inst. & ibi per Bar. in vlt. col. ver. vlterius habeo videre &c. Accedit ẽt ad hoc, qñ testator instituit, vt dixi, in oĩbus bo
4 nis mobilibus, immobilibus & se mouentib. † & in hac institutione appellatione bonorum mobilium non continentur bona se mouentia, de quibus est facta specialis mentio. l. doli clã. & l. stipulationes cõmodissimum. de verb. obl. & l. sanctio legum. de pę. & prout etiam vult gl. in d. l. mouentium. Sicut ergo in hac parte testamenti constat, ꝙ testator sub bonis mobilibus non inclusit bona se mouẽntia: eodem modo dicendũ, ꝙ in prælegato facto pronepotibus de bonis mobilibus non sensit testator de bonis se mouentibus, quia sequentia declarant præcedentia, & e contra. d. l. qui filiabus. in prin. & d. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. 1. Nec contrarium eius, quod dictum est, probatur in d. l. a diuo Pio. §. in venditione de re iud. quia licet in tex. fiat mentio de bonis mobilibus & se mouẽtibus, & gl. etiam dicat, ꝙ appellatione bonorum mobilium veniant bona se mouentia, per d. l. mobilium. tñ gl. non refertur ad tex. nec ad illum debet referri, & sic non loquitur eo casu, quo in dispositione fit mentio de bonis mobilibus, & specialiter etiam de bonis se mouentibus, sed intelligi debet, ꝙ gl. loquatur, qñ simpliciter fit mentio de bonis mobilibus, vt. s. tũc veniant bona se mouentia, & est aliud, quando de bonis mobi lib. & de bonis se mouentibus fit mentio, ut in casu. d. §. in venditione. & in casu. l. fi. C. de sacros. eccl. & prout etiam præsupponit gl. vt dixi, in d. l. mouentium. Sed prædictis non obstan. puto, ꝙ sub prælegato facto pronepotibus comprehendũtur omnes bestiæ testatoris, qui legauit omnia & quæcunque bona mobilia, masaritias, pannos lineos, & laneos aurum, argentum coniatum, & non coniatum, iocalia, annulos, & generaliter omnia, quæ appellatione mobilium bonorum veniunt, & comprehenduntur sub quouis nomine uel uocabulo nuncupentur, quia omnia bona mobilia, saluis infrascriptis uoluit in præsenti legato seu prælegato venire & comprehendi, &c. Nã
5 primò ponderanda sunt illa uerba, † omnia & quæcunque bona mobilia &c. quæ operantur, ꝙ veniant in dispositione hominis nedum omnia, quæ comprehendi possunt & solent ex propria significatione uocabuli simpliciter prolati, sed etiam alia, quæ non solent venire sub simplici sermone ẽm Bar. in l. generali. §. vxori de lega. 2. Vbi vult, ꝙ licèt qñ testator legat vxori omnia, quæ hẽt in domo, non ueniant frumẽtum, quod ibi hr̃ causa uẽdendi, nec alia venalia, per illum tex. Si tñ legat omnia, quæ habet in domo quoquo modo, tunc ueniet frumẽtum venale. Et ꝙ dispositio hominis generalis vel uniuersalis non restringatur, uoluit etiam Bal. in l. fi. in 1. col. C. fine cen. vel reli. licet aliud sit, ẽm eum, in dispositione legis. Et pro hoc facit tex. cum gl. in l. promittendo. in prin. de iure dot. vbi dicitur, cuiuscunque conditionis & sexus. & gl. exponit, siue sint clerici, siue laici, siue in potestate, siue non. Et licet posset esse dubium de clericis, tamen illi potius non includerentur ex defectu ptãtis, q̃ ex defectu volũtatis. Et pro hoc quod not. Bal. in c. Imperialem. in prin. de prohi. feu. alle. per Fed. & in rub. de rer. diu. q. 33. & seq. de quo etiam per Alex. in l. si patroni. in
6 prin. col. pe. ad Trebel. Nec dici põt, ꝙ † prædicta uerba generalia restringantur isto casu ꝑ illam enumerationẽ specierũ sequentem, masaritias, pannos lineos & laneos &c. quia constat, ꝙ dicta enumeratio specierum facta fuit ex abundantia, & gratia dubitationis tollendæ, & quo casu significatio generalis non restringitur ẽm Bar. in d. l. quæsitum. §. si quis fundũ. Et ꝙ ita sit, constat per alia uerba immediate sequentia, videlicet & generaliter omnia, quæ appellatione bonorum mobiliũ veniunt & comprehendunt sub quouis nomine vel uocabulo nuncupentur, quia omnia mobilia, saluis infrascriptis, uoluit in pñti legato, seu prælegato uenire & comprehendi, &c. Et ex quibus uerbis ẽt clarè probatur, ꝙ bestiæ sub legato continentur, cum uelit testator, ꝙ generaliter oĩa, quæ ueniunt appellatione mobilium, sub quouis noĩe uel uocabulo nuncupentur, sub legato cõprehendantur, qm̃ certũ est, ꝙ appłone mobiliũ cõtinent̃ bestiæ. d. l. mouẽtiũ, & tanto magis, q̃a vult testõr, ꝙ veniant oĩa, quę ĝnaliter continentur appłone mobilium. Et sic vult, ꝙ istud verbũ capiatur generaliter, & per ꝯñs ꝙ non restringatur sigñatio illius uerbi, & qua restrictione cessante non est dubium, ꝙ bestiæ ueniunt appłone mobilium,

ut

7 vt in iuribus præal.† qđ etiã facilius est concedendum, pp illa alia verba, s. sub quouis noĩe vel vocabulo nuncupentur. Vnde quãuis bestiæ dicantur mobilia cũ hac adiectione. videlicet se mouentia. d. §. in venditione. & d. l. mouentium. & d. l. fi. C. de sacros. eccl. nihilo minus sub legato includuntur; quia voluit oĩa mobilia deberi, quouis nomine vel vocabulo nũcupentur. Et pro hoc facit, quod notãter vult Sal. in l. 2. C. de noxal. in 3. co. vbi dicit, ꝙ si statutũ disponit, ꝙ quicunq; occiderit hominem quouis mõ vel qualitercunq;, decapitetur, tunc non distinguitur, an ad sui defensionem, vl' an dolo vel non. Cũ quo simpliciter transit Ale. in l. & si seuerior. de his qui no. inf. Et facit gl. in l. quidam. §. j. de fideicõ. lib. in verbo, quoquo mõ. quæ vult, ꝙ sub prohibitione alienationis fcã quoquo mõ, cõprehendatur ẽt alienatio necessaria, quæ non includeretur sub prohibitione simplici. l. peto. §. prædium. de le. 2. Ponderanda sunt etiam illa verba, saluis infrascriptis, &c. quia hæc exceptio firmat regulã in omnibus alijs rebus, & casib. non exceptis. d. l. quæsitum. §. deniq;. de fun. inst. §. ut aũt. in auth. de nõ alie. & no. in l. in his, de legibus. Nec obs. allegata in contrariũ. Et primò, ꝙ prius testõr grauauerit oẽs infrascriptos ad præstãdum bestiamina ꝑ certa quantitate, quia per hoc solum potest inferri, ꝙ bestiamina pro dicta quantitate non comprehendantur sub prælegato oĩum bonorum mobilium facto pronepotibus, sed non sequitur, ꝙ ñ residuum bestiaminum includatur sub prælegato, sub quo comprehẽdi põt, & dẽt, ex propria uerborum signatione, & pp ampla & pinguia uerba prelegati superius ponderata, & à quarum gñalitate non intelligitur recessum, nisi quò ad alias res mobiles uel se mouentes alteri legatas, per no. per Bar. in d. §. si quis fundum. post gl. dum concludit, ꝙ ubi uni legatur genus, & alteri spẽs, ꝙ in illa spẽ gñi derogatur. Quia igitur sub prælegato bestiæ pro dicta quantitate relictæ plebano non cõprehendebantur sub generali ꝑlegato bonorum mobilium, in illa quãtitate potuerunt & debuerunt grauari omnes hæredes, sicut in aliis reb. hæreditarijs alteri non legatis, sed per hoc nõ fit, ꝙ residuum bestiarum non ueniat in dicto prælegato, nec etiam sumi potest ex legato facto plebano declaratio aliqua restrictiua ad prælegatum respectu residui bestiaminis, quod in prælegato potest contineri, quamuis pro certa parte bestiamina sint relicta ab omnibus hæredibus, qm̃ hoc factum est, quia pro illa parte derogatum fuit prælegato generali. Et ex hoc ẽt sequitur, ꝙ licet in dicta parte bestiaminis sint grauati omnes hæredes, non potest inferri, ꝙ testator uoluerit omnes bestias pertinere ad hæredes, cum pro residuo ueniant in prælegato facto pronepotibus. Et sic tex. in l. denique. §. interdum. de pecu. leg. non facit ad propositum, quia illo casu residuum peculij non reperitur alteri relictum. Non obstat etiam dum secundò dicitur,† ꝙ institutio facta fuit specialiter de bonis se mo-

8 uentibus & ꝙ per hoc sequitur, ꝙ bona se mouentia non continentur sub prælegato generali de omnib. bonis mobilibus facto alijs, per not. per gl. & Bar. in d. §. si quis fundum. Quia ꝑ hoc, quod in institutione facta sit spãlis mentio de bonis se mouentibus, non dicitur esse derogatum generali prælegato, quia etiam si de illis non esset facta mentio in institutione, continerentur etiam oĩa bona mobilia & se mouentia contenta in dicto prælegato, non tamen ad effectum derogandi ipsi prelegato in aliquo, sed quia institutio debet esse utilis de omnib. bonis, cum nõ possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, l. ius nostrum. de reg. iu. quod etiam procedit, quãuis dicatur, in omnibus autem alijs bonis, &c. ut probatur in l. si quis ita hæres instituatur excepto fundo. de hæred. instit. & ibi not. expresse Bald. Angel. & Imo. & etiam Pau. de Cast. in consi. 367. Viso puncto suprascripto. in 1. col. & in leg. codi. §. inde quæritur. ad Trebel. & per Alexan. in le. nam quod. §. non omnis. eod. tit. circa fin. Nam, secundum eum, censetur testator uelle, ꝙ institutus etiam modo prædicto sit hæres in omnibus bonis etiam legatis, sed ꝙ in effectu remaneant apud eum alia non legata. Nam & in casu nostro institutio est etiam facta de omnibus bonis mobilibus, quæ prius fuerunt expresse prælegata pronepotibus. Vnde si per institutionem diceretur prælegato derogatum ad bona se mouentia, intelligeretur ẽt illi derogatum quo ad alia bona mobilia in totum, quia ultima derogant prioribus. leg. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 3. quod nullo mõ est concedendũ, per prædicta. Quia igitũ sub simplici & gñali instõne uenirẽt bona mobilia, & se mouẽtia alijs ꝑlegata, ẽt si de illis non fuisset facta spãlis mẽtio in institutione, nihil operatur eorũ expressio tanquã facta ꝑ illum modũ, ꝑ quẽ inest. l. 3. de leg. j. & l. non rectè. C. de fideius. Si n. bona se mouẽtia fuissent titulo singulari alteri relicta, tunc dici posset, ꝙ spẽs derogaret gñi, sed qñ titulo instõnis vł spãliter reliquũtur, tunc secus; quia expssio talis nihil operat, & qa instõ nõ ordinat ad derogandũ legatis, sed ut magis ꝑ illã confirmẽtur, & ut in illis reb. legatis institutus sit hæres, nõ tñ cum effectu retẽtionis, sed ꝙ cũ effectu solũ retineat alia bona non legata, ſm Doct. in locis pal. Nõ ob. postremo dũ dr̃, ꝙ in institutione testõr expssit de bonis mobilib. & de bonis se mouentib. & sic, ꝙ bona se mouentia, de quib. est facta spãlis mentio, nõ cõtinent sub bonis mobilib. de quib. in dicta instõne. l. doli clausula. de verb. obl. Et ꝙ ex hoc declaratur, ꝙ in ꝑlegato facto de bonis mobilibus nõ ueniunt bona se mouentia, quia ꝑ sequẽtia declarãtur ꝑcedentia. l. qui filiab. in prin. de leg. j. Quia in casu nr̃o apparet de cõtraria mente testõris per uerba ipsius prælegati amplissima, & quæ salua rõne recti sermonis non pñt restringi, ita ꝙ se mouentia non includantur, ponderando illa multipliciter eo modo, quo dictum est supra. Et maximè, quia vult testator, ꝙ oĩa bona mobilia, quæ gñaliter possunt uenire appellatione mobilium, ueniant & comprehendantur in prælegato, sub quouis noĩe vel vocabulo nuncupentur. Et sic uult testator, ꝙ expressio bonorũ mobilium capiatur generaliter, & ꝑ cõsequens ꝑhibet oẽm uerborum restrictionem, & uult ẽt, ꝙ includantur appellatione mobilium omnia mobilia, quouis noĩe uel uocabulo nuncupentur. Quæ uerba ostendunt clarè

9 † ꝙ bona etiam se mouentia in prælegato comprehenduntur. Ex sequentib. ergo ꝑcedentia declarantur, quando sunt dubia, non autem quando sunt clara. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. Et ita concludendum puto. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa contra consuluit Dec. consilio 653. vbi vide quod annotat. Hier. Zanc.

¶ Vxori relictus vsusfructus vnà cum filiabus, mortua vxore, an filiabus accrescat.

SVMMARIVM.

1 *Legato vsusfructus relicto alicui vnà cum hæredib. cessat in persona hæredum, ne a se ipsis dicatur legatum.*

2 *Legatario plus petere prohibito quando ius accrescendi, et alia legata non censeantur adempta. & nu. 10.*

3 *Conditio post nominationem plurium apposita, ad omnes uniformiter non refertur, quando magis dilectus reperiretur deterioris conditionis quàm minus dilectus.*

4 *Vsusfructus hæredibus legatus ad eos non petinet iure legati, sed hæreditario, qui morte hæredum non finitur. & nu. 13.*

5 *Conditio si exprimitur, quæ inest tacitè in persona vnius, non inducitur repetitio in persona alterius, nisi aliter quàm inest exprimatur. & nu. 14.*

Conditio apposita post nominationem omnium, solum ad illum refertur, cuius respectu de necessitate inest.

6 *Vsusfructus personæ, & non portioni accrescit. & nu. 12.*

7 *Quando veniens contra voluntatem defuncti, a iure accrescendi excludatur. & nu. 11.*

8 *Per prohibitionem de non petendo plus, quando videantur reuocata relicta vniformia & difformia, vel saltem ius accrescendi impediatur.*

9 *Dispositio uniuersaliter concepta trahitur ad id, ad quod simplex prohibitio non traheretur.*

11 *Correlationis ratio in successionibus habenda.*

14 *Ius accrescendi inter succedentes diuerso iure sibi locum non vendicat.*

CONSILIVM XXXIII.

IDETVR prima facie, ꝙ vsusfructus finitus ꝑ mortem do. Belinæ accrescat potius filiab. testatoris, quã ꝙ cõsolidetur cũ ꝑprietate, q̃ est apud hæredẽ; qa testõr dictã do. Belinã reliquit vsufructuariã vnà cũ hæredib. infrascriptis, & cum filia-

1 bus similiter infrascriptis. † Ex quibus uerbis prædicti intelli-

guntur coniuncti,& inter illos etiam post emolumentum q̃situm hēt locū ius accrescendi in vsufructu.l.j.§.interdum.leg.si quis Titio.& l.si mulieri.de vsufr.accresc.in persona tamē hære dum cessat,quia quò ad illos legatum ab initio fuit nullū, quia illis a se ipsis legari non potuit.l.planè.§.si duob.de leg.1.& ꝓpriè in casu nostro sic declarat gl.in d. l. si quis Titio. Et ꝙ ius accrescendi non videatur prohibitū ꝑ illā prohibitionē de pl⁹
3 non petendo factā filiab.† quia dicta prohibitio non est circa legatū vsusfructus,sed circa legatū dotis relictū filiab.q̃n nubēt in alio capitulo diuerso.Et iō per illā legatū vsusfructus purū non intelligitur reuocatū,ſm Bar.in l.fideicommissa.§. si quis ita.de le.3.vbi quęrit,quid si testator dixit, sit contentus tali re tantum, vel duntaxat:vel ꝙ legatarius plus petere non possit, vtrum alia relicta in testamento possit petere,vel videatur omnia adempta per illa uerba.Et concludit ꝙ ea quæ sunt relicta vniformiter,videntur adempta:puta,si sint adiecta in legato puro alia legata pura intelliguntur adempta,relicta verò sub conditione,& sic difformiter,remanent salua. Et idem econuerso ꝑ l.Paulo Callimacho.§.1.de le.3.Per dictam ergo prohibitionē adiectam in legato dotis conditionali:quia relictum est,ut dixi q̃n nubent.l.quod pupillæ.quando dies leg.ced.l.sancimus. C. de nup.l.hæc conditio.de cond.& demon.& per Bar.in l.Titio centum.§.Titio gño.in fi.eo.ti. dicitur legatum vsufructus, ꝙ est purum,adēptum. Et sic circa legatum illud nihil agit dicta prohibitio,nec illud respicit,seu non refertur ad illud. Et propterea intelliguntur prohibitæ dictæ filiæ ex alia cā quam dicti legati vsusfructus. Sicut ergo illius petitio non intelligitur prohibita,ita nec etiam augmentum contingens circa illum mediante iure accrescendi,quod immediate procedit a lege.l. si in testamento.& ibi no Doct.de vulg. & pup.quia idem iuris est de augmento,quod est de re aucta.l.etia.C.de iu.do.l.inter socerum.§.cum inter.de pac.dota.Similiter non videtur,ꝙ ius accrescendi cesset,quasi ꝙ finitum sit legatum vsusfructus, etiam in personis filiarum,per mortem do.Belinæ,propter illa uerba videlicet,Et hoc donec dicta do.Belina uixerit.& uitam uidualem seruauerit,apposita post nominationem omnium perso-
3 narum. † Quia quamuis conditio apposita post nominationē plurium,etiam si vniformiter omnibus non conueniat,ad omnes regulariter referatur.l.mulieri.& Titio.& ibi per Bar. & alios,de cond.& demon.& per eum in l.Iulius Paulus. eo. tit.& in leg.Seiæ.§.Caio.de fun.instr.nihilo minus in casu nostro ad matrem tātum,& non ad filias refertur clausula prędicta,quæ habet in se conditionem extinctiuam, & non suspensiuam ab initio,vt plenè declarat Bar.in l.1.de cond.& demon.& in l.fi. §.1.ad Tert.Et hoc spāli ratione.Nam reliquit testator do.Belinam cum suis hæredib.& cum filiabus suis vsufructuariam & hoc donec dicta do.Belina vixerit & vitam uidualem seruauerit,&c.Ista ergo conditio extinctiua referri non potest ad hæ-
4 redes,qui pro legatarijs habentur:† quia tanquam tales faciūt partes alijs,quoniam apud eos tertia pars usufructus casualis dēt remanere iure hæreditario, & non iure legati, & sic propriè non sunt legatarij, quia, ut dixi,eis a se ipsis legari non
5 potest.Et ita propter hoc limitatur legatum uxoris & filiarum d.l.si mulieri.uers.nam & Iulianus.de vsufr.accresc.& ibi no. Et ita etiam uoluit Iac.But. & Alber. in leg. si quis Titio.eod.tit. & Bal.in l.vnica.§.vbi autem.C.de cad.tol.in 1.col.Et qui vsus fructus casualis existens apud hæredem non finitur morte ipsius: quia est coniunctis cum proprietate: & est pars integralis rerum, sicut ipsa proprietas,ut per Bart.& Doct.in leg.qui vsumfructum.de uerb. oblig. Multo igitur minus finiri potest morte dom. Belinę, vel per transitum ad secunda uota. Sicut igitur dicta conditio extinctiua ad hæredes non refertur, ita etiam nec referri debet ad filias magis dilectas in hoc legato vsusfructus quam sint hæredes remotiores, alias sequeretur, quod filiæ magis dilectæ in dicto vsufructu essent deterioris conditionis, quam hæredes minus dilecti. quod est absurdum leg.Publius.§.fin.de cond.& demon.leg.si viua matre.C.dę bo. m it. & per Bart. in leg.Gallus.§.etiam si parente.de lib.& posthu. & in leg. si mater.§.1.de uulg.& pupil.dum subtiliter saluat gloss. ibi. Præterea duplex conditio extinctiua exprimitur, uidelicet donec domina Belina uixerit, & hæc est prima. & uitam uidualem seruauerit, & hæc est alia. Sed illa prima donec uixerit,inesset & legato usufructus relicto dominæ Be-

linæ,etiam si nō fuisset expressa.§.finitur.inst.de vsufru. & l. corruptionē.C.eo.ti.Ergo solū ad illā refert,& nō ad alios,q̃a
5 hr̄ ꝑ nō apposita.l.3.de leg.a.Et iō hac rōne † si exprimit̄ cōditio,q inest tacitè in ꝑsona unius, nō inducitur repetitio in ꝑsona alterius, quāuis alia cōditio intelligatur repetita ſm Rayn. quem refert & sequitur Imo.in d.l.Iulius Paulus. & de cond.& demon.& Are.in consi.1.circa pe.col.per l.si in diem.§.fi.de cōdi. & demon. Idem est ergo dicendum per ęandem rōnem, q̃n dicta conditio apponitur post noīationem omnium,ut.s. referatur solum ad illum,cuius respectu inest de necessitate. Et idē est etiam dicendum, quo ad aliam conditionem, quæ inest,s. donec uitam vidualem seruauerit, ut æqualis sit determinatio vtriusque conditionis. l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. Non videtur etiam ius accrescendi impediri ex hoc, ꝙ filiæ non habeāt partē vsusfructus formalis,cū supplemētū legitimæ petie-
6 rint,& sint consequutæ dimidiā hæreditatis pleno iure; † quia vsusfructus accrescit personæ,& nō portioni, & ideo accrescit coniuncto,etiam si apud illum non sit aliqua portio.l.interdū. de vsufr.accres.l.si Titio.§.fi.de vsufr.& l.& an eadem.§.1.de excep.rei iud.nec ēt excludi possūt filiæ,quia habeant supplemen
7 tum legitimæ contra voluntatem defuncti: † quia ita demum veniens contra voluntatē defuncti excluditur a iure accrescendi,si etiam admittatur de iure speciali.d.l.mulieri & Titio.& ibi per Bar.& per eum,in l.re coniuncti. de le.3.sed supplemētum contra prohibitionem testatoris petitur,non quidem iure speciali,sed de iure cōi.§.cæterum. in auth.ut cum de app.cogn.& l.quoniam in priorib.C.de inof.testa.sicut etiam de iure cōi petebatur Falcidia ēt contra voluntatem testatoris de iure Digestorum.l.qđ de bonis.§.fi.ad leg.Falc. Ergo ius accrescendi nō impeditur dicto casu ex hoc tantū, ꝙ filiæ habeant supplemētum legitimæ contra voluntatē patris, ex quo illud consequuntur lege,iure cōi permittente. Sed præmissis non obstantib.cōtrarium arbitror de iure uerius. Et primo, quia legatum vsusfructus relictum dictis filiab.vnà cum do.Belina censetur adēptum & reuocatum. Nā postquā testator prædictis legauit do-
8 tem,& dona condecentia,subiunxit,† & in prædictis dictus testator dictas eius filias instituit, & substituit & de prædictis iussit,ac uoluit ipsas fore tacitas & contētas pro omni eo,qđ ipsæ petere possent in dictis bonis, & hæreditate vigore legitimæ. Trebellianicæ vel Falcidiæ,aut aliqua alia ratione, iure uel causa,quæ dici uel excogitari posset,&c. Quamuis ergo per simplicem prohibitionem de plus non petendo videantur reuocata solum alia relicta uniformiter,& non difformiter legata,secūdum Bar.in d.l.fideicom.§.si quis ita.de leg.3.tamen in casu nostro legatum, etiam difformiter factum, intelligitur ademptū ꝑ illa uerba dictæ prohibitionis amplissima, videlicet aut ali-
9 qua alia rōne uel causa,q̃ dici vel excogitari posset,&c. † q̃ debent gn̄aliter operari quo ad oīa quæcunq; relicta cū salua rōne recti sermonis restringi non pn̄t ad illa tm̄, quæ relicta sunt vniformiter,vt probatur ex no.per Bar.& alios,in l.si de certa. C.de trans.& per Bal.in l.sub prætextu specierum.C.de transa. & in l.tres fratres.ff.de pac.cum concor.de quib.in dictis locis, ubi cōcluditur,ꝙ licet pactū,uel transactio gn̄alis restringatur ad rem vel causam expressā, secus tn̄ est, q̃n talis restrictio fieri non pōt salua rōne recti sermonis,prout contingit, q̃n uerba concepta sunt eo mō,quo supra,quia tūc operātur gn̄aliter vel vīr. Bene facit,qđ no.Bar.in l.gn̄ali.§.uxori.de usufru.leg.dum vult, ꝙ uerba vniuersalia testatoris nō recipiant restrictionē. Et istud confirmatur ēt magis in spē per no.per Bal. in l.liberti,libertęq;.C.de ope.lib.vers. sed dubitatur,&c.ubi tandē concludit, ꝙ si filia instituta in legitima, & vltra sit prohibita plus petere de bonis paternis, vel sit simpliciter prohibita plus petere,ꝙ adhuc poterit petere dotem maternam, per no.ꝑ Bart. in l.ut iurisiurandi. §.si liberi. de oper.liber. Si autem dixit, relinquo centum pro omni eo,quod posset prętendere super hę reditate mea, & ꝙ plus non possit petere, & tunc nihil petet. Et sic uult Bal. ꝙ prohibitio de plus non petendo cōcepta uniuersaliter,trahitur ad id,ad quod simplex prohibitio nō traheretur. Et ubi a legato vsusfructus nō esset ex toto recessum ꝑ prædictā clausulā, saltem per illam dicitur prohibitum ius accrescendi,secundum Bar.in l.quoties.§.si duo.de hær. inst. & ꝑ eum in repetit. l. pater filium. de inof.test. in 2.q.ver.secundo probo, &c. Et ꝙ in legato vsusfructus pōt prohiberi l. dn̄s.§. fina.

ti.& ibi per gl.de vsufru. Nec obst.ꝙ non sit apposita in legato
10 vsusfructus,sed in legato dotis:† Quia,ut dixi,clausula prædicta refertur etiam ad alia legata uniformiter relicta in diuersis partibus eiusdem testi,s͠m Bar.in d.§.si quis ita.¶ Eodem igitur modo referri debet ad partem obuenientem per ius accrescendi occasione alterius legati relicti in eodem testamẽto,quia & illa obuenit ex tacito iudicio testatoris.d.l.si in testamento. de vulg.& pup.& ibi no.Doc.& etiam sub conditione tacita uocatur quilibet ad partem coniuncti : quia ius accrescendi dr̃ substitutio tacita.le. si Titio & Mæuio. §.Iulianus.de leg.2.& quæ substitutio est conditionalis.l.cohęredi.§.cum filiæ.de uulg.& pup.Sicut ergo per dictamã clausul alia legata uniformia.i.cõditionalia,sicut est legatum dotis,dicũtur adempta:ita & pars, quæ potest accrescere,cum dicatur tacitè relicta sub conditione.Et similiter non obstat ꝙ idem debet esse de augmento, ꝙ de re aucta.d.le.etiam.C.de iure dot. quia hoc esset verum nisi fuissent filiæ prohibitæ plus petere,sed mediante tali prohibitione augmentũ dicitur testator prohibuisse:quia defertur sub conditione,& pars aucta defertur purè : ideo in augmento est diuersum ius,quia in illo est diuersa ratio.l.Papinianus exuli.de mino.Secundò probatur,ꝙ non possint filiæ per ius accrescendi uenire.
11 † Quoniam supplementum legitimæ petierunt,& ꝓ legitima dimidiam hæreditatis perceperunt, & sic vsufructum formalem non habent,& prout testator disposuit, sed casualẽ vnà cum proprietate.Constat ergo,ꝙ tertia portio usufructus relicta filiabus non potest alijs coniunctis accrescere, quia loco illius habuerunt filiæ vsumfructum casualem,etiam in maiori quantitate,qui deficere non potest.Sicut ergo post emolumentum quæsitum,est impossibile,ꝙ portio filiarum suis coniunctis accrescat,sic etiam portio illorum non debet filiabus accrescere ratione correlatiõis.l.si.C.de ind.uid.tol.l.si.de accep. & per quam regulam sequitur,ꝙ prout tu succedis mihi,& ego tibi.leg.ab eo.& l.lege duodecim tabu.C. de leg. hæ.l.communium.C.de natu.lib.& in §.si quis igitur.in auth. quibus mod. natu.effi.sui.& ibi no.Bar.in §.filium.eod.ti.& facit,quod no. gl.in §.fin.inst.ad Tertul.quæ vult, quòd prout mater illustris non succedit,ita nec econtra.Et hoc uerũ,nisi essemus in exorbitantibus,vel correctorijs,quo casu procedit,quod no.Bald. & Pau.de Cast. in d.l.lege duodecim tabularum. Nec obstat,
12 † ꝙ in vsufructu portio accrescit personæ,& non portioni,q̃a illud verum,quando persona est exclusa ab vsufructu formali, & in illa,quæ etiam potuit varijs modis excludi post emolumẽtum quæsitum,de quibus in d.l.corruptionem.C.de vsuf.nam tunc æqualitas inter coniunctos seruatur, quia possibile est, ꝙ cuilibet accrescat portio alterius,Et isto casu habent locum iura contraria.Sed quando post quæsitum emolumentum non potest portio acquirentis deficere,& alijs aliquo casu accrescere,& præsertim facto illius,vt in casu nostro, tunc nec ei debet portio alterius deficientis accrescere ratione æqualitatis inter eos seruandæ,& correlationis,quæ operatur regulariter ut nõ possit mihi succedere,si tibi etiam succedere non possum,sicut probatur per prædicta. Quinimmo ubi etiam apud filias esset pars usufructus formalis relicti à testatore, adhuc tamen ius accrescendi locum non posset habere,quia per mortem do.Belinæ legatum finiretur in personis omnium, ex eo ꝙ illa conditio extinctiua,scilicet donec do.Belina vixerit & vita vidualem seruauerit,apposita post omnes nominatos, omnibus adiecta, & ad extinguendum legatum omnibus factum adiecta intelligitur,d.l.mulieri & Titio.& ibi Bart.& alij,& per eum in d.leg. Iulius Paulus.& in d.§.Caio.Nec differentiam facio inter conditionem suspensiuam,de qua loquitur Bar.& extinctiuam,de qua agitur. Nec obst.alleg.in oppositum. Et primò dum dicitur,ꝙ dicta conditio non extinguitur in persona hæredum, apud quos reperitur usufructus causalis,quia per hoc non impeditur conditio operari effectum in alijs,in quibus potest ex-
13 tinguere.Nec sequitur ex hoc aliquod absurdum, † quia immo hæredes etiam in vsufructu fuerunt magis dilecti quam filiæ si dicũtur hæredes nominati ad limitandum legatũ aliorũ, & vt alijs faciant partem,vt dixi supra,quia per hoc testator voluit,ꝙ illæ haberẽt formalem & hæredes causalem. Vel dici potest,ꝙ legatum usufructus in persona hæredum non ualuit, & ꝙ non potuerunt consequi vsumfructum,neq; formalẽ, neque causalem,quia a seipsis non potuit eis legari, prout etiam uoluit glo.in d.l.si quis Titio cum qua alij simpliciter transeũt & sic sunt hæredes in vsufructu deterioris conditionis quam filiæ,& propterea absurdum cessat. Et ꝙ legatum non valuerit in persona hæredum,senserunt ẽt dñi iudices, qui adiudicauerunt dimidiam vsusfructus do.Belinæ. Nam si ad limitandum legatum ei factum de hæredibus fuisset facta mentio, tertia portio tantum dom. Belinæ debuisset assignari. & residuum vsque ad dimidiam apud hæredes remanere. dict.le. si mulieri. Nec obst.d.l.si mulieri.cum gloss.eod.titu.quia in casu nostro hæredes sunt nominati, ut legatarij, sed ibi non, ut dicitur in tex.sed matri tantum fuit legatum,ut ibi dicit gl. & nõ quidem usufructus in totum, sed pro parte in uita hæredum, apud quos uoluit testator alteram partem remanere, & post mortem eorum ad matrẽ pertinere,si superuixeret. qđ intelligitur semper factum,quando liberos hæredes nõ nominauit testõr vt legatarios, sed ut ostenderet magis uelle matrem ita frui, vt liberos secũ h̃ret fruentes,ut ibi dr̃.Et hoc voluisse dr̃ qñ dixit,uolo,ꝙ mater cũ filiis hæredib.hẽat dimidiam vsusfructus oĩum bonorũ meorũ, tunc dicto mõ interpretatur testõris intentio. sed est secus, qñ dixit, matri cũ hæredib.lego vsumfructum;quia tunc hæredes sunt vocati cũ matre ex titulo legati, & h̃ et locũ. d.l.si quis Titio. Et per hoc sequitur,ꝙ hæredibus mortuis mater cõsequitur totũ vsumfructũ,ut ibi probat̃, iure
14 potius legati, q̃ iure accrescendi, † qđ locũ non põt h̃re inter succedentes diuerso iure. l. sed cũ patrono.in prin.de bo.poss. prout diuerso iure veniũt hæredes & mater ad vsumfructum; quia illi iure hæreditario,& illa titulo legati capiunt. Et quãuis gl.ibi dicere uideatur,ꝙ causalis accrescit formali,loquitur impropriè; quia rõne prædicta ius accrescendi nõ põt propriè locum habere,& similiter si moriatur mater, pars sibi legata iure consolidationis ad hæredes reuertitur,ut etiam ibi notatur.Nõ obst.etiam,ꝙ illa conditio prima donec uixerit mater,de necessitate inest in legato matris: ideo habetur pro non apposita, & ꝯñr non intelligitur in aliis repetita, quia fuit expressa aliter q̃ inesset. ideo quo ad omnes operatur. l.si ita relictum.§.illi si volet. de leg.2.& not.per oẽs,in d.l.3.de leg. 1.nam per illam conditionẽ donec vixerit. intelligitur repetitum legatum vsusfructus toties,quoties in uita matris fuisset amissus. l. sicut in annos.quib.mod.vsusfru.amit.quòd non esset,si conditio expressa non fuisset. d.l.corruptionem.C.de vsufr.& sic concluditur, ꝙ per mortem do.Belinæ vsusfructus reuertitur ad hæredem, & non ad filias testatoris. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadẽ causa cõsuluit Ias.consi.79.vol.3.& Cur.iun.cõsi.14. H.Z.

¶ Vxor relicta vsufructuaria, domina & massaria, si in domo testatoris habitauerit,sponte recedendo,an priuetur legato.

SVMMARIVM.

1 *Purificatio conditionis liquidari debet, si aliquid in iudicio conditionale deducitur.*
2 *Vxor, cui relicta sunt alimenta in domo mariti, si recedit, debet probare iustam causam fuisse recedendi, cum in dubio ea non præsumatur.*
3 *Nouerca, cui relicta sunt alimenta, si a priuigno non diuerterit, non consequitur legatum, si discedat, ex eo quia priuignus, nisi aliud probet.*
4 *Cautio Mutiana ab uxore exigenda, cui relicta sunt alimenta, si cum filio habitauerit.*
5 *Legatum alimentorum præscribitur spatio triginta annorum de iure communi,uel decem de iure statutorum, quando unum est legatum, non factum sub dinumeratione singulorum annorũ,& incipit præscriptio a principio pro toto,& integro legato.*
6 *Legatum annuum sub dinumeratione annorum factum,dicitur multiplex: secus si simpliciter sit factum, non distributis temporibus, quia tunc est unum.*
7 *Dictio, donec, adiecta legato,inducit illud esse annuum,& multiplex.*
8 *Hæres non dicitur esse in mala fide præscribendo legatum alimentorum, quando uerisimiliter potuit credere legatarium legatum non acceptare, ex quo poterat repudiare.*
9 *In dubio sumitur interpretatio,per quam euitetur delictum.*

Bona fides præsumitur, quando præscribens uerisimiliter eam potuerit habere.
10 *Bona fides præsumitur ex cursu triginta annorum.*
11 *Hæres debitoris potest præscribere, quia præsumitur bona fides, cum in iure alterius succedat.*
In præscriptione actionis sufficit bona fides etiam procedens ex iusta causa.

CONSILIVM XXXIIII.

DIVINO nomine repetito. Legatum, de quo agiẽ
sine dubio est cõdõnale. Qm̃ testõr reliquit d. Ma
riottam eius uxorem dominá, massariam, & usu-
fructuariã omnium suorum bonorum, si in do-
mo dicti testatoris stare & habitare uoluerit una
cum infrascripto eius hærede, &c. Si ergo dicta dom. Mariotta
sponte de domo recessit, excludi dẽt à legato, quia defecit con-
ditio. l. legata, de condi. & demon. & l. si post diem. §. sed si sub
1 conditione. quando dies leg. ced.† Et ubi aliquid conditionale
deducitur in iudicio, dẽt purificatio cõditionis liquidari, l. hoc
iure. de uerb. obl. quam legem ad hoc alle. Bal. & dicit esse singu
la rem in l. si quidem. C. de excep. Et idem dicit Bal. in l. cum te-
stamento. in fi. C. de test. manu. & Alex. in d. l. hoc iure. quam le
2 git cum præcedenti. Nec obs.† ꝙ legatum alimẽtorum, de quo
agi dicitur, vxori relictum sub dicta cõditione, ei debeatur, quã
do ex aliqua iusta cã non uult in domo mariti habitare. l. Caio.
§. Imper. de alim. & cib. leg. & ibi per Bar. & per Doc. in le. j. C.
de leg. quia ille, qui dicit uxorem non potuisse cum dicto hære
de habitare, & per eam non stetisse, dẽt hoc probare, & in du-
bio non præsumitur, ꝙ ex iusta causa recesserit, vt concludit &
& probat Pet. de Anch. in cons. 255. Super primo quæsito, &c.
in prin. Et quãuis Bal. in l. si ea. C. de cond. inser. dicere uideatur
3 † ꝙ si nouercæ relinquatur, si a priuigno non diuerterit in casu
nostro, ꝙ potest ab eo discedere propter sinistram suspicionẽ
& nihilo minus consequitur legatum. alle. Iac. de Aret. & in l. si
discepetur, ubi pup. edu. debe. ubi colligit arg. ꝙ nouercæ non
coguntur stare cum priuignis, quia inter ipsos est odium, & nõ
cogitur quis stare cum insidiantibus uitæ, quem ẽt refert ad ꝓ
positum Bal. in auth. qđ locum, circa fi. C. si sec. nu. mu. Nihilo
minus hoc solum ꝙ sit priuignus ille, cum quo dẽt morari, nõ
sufficeret ad probandum, ꝙ mulier non possit commodè i do
mo habitare, nisi aliud ostendatur: quoniam, ut refert Bar. in d.
l. si disceptetur. Iac. de Aret. hic colligit ex hac lege, quòd nouer
ca non cogitur stare cum priu gnis, sed dicit Bart. non uideo
quomodo istud hic colligatur. & sic Bar. non approbat simpli-
citer dictum Iac. de Are. & dicit etiam Bald. ibi, quòd utrum di
ctum Iac. de Are. sit uerum, ex qualitate personarum erit perpẽ
dendum. & sic etiam Bald. non stat cum Iac. de Aret. nisi ex qua
litate personarum appareat, quòd nouerca non possit cum pri
uignis habitare, & sic non sufficit constare, quod sit priuignus,
nisi aliud ostendatur. Et istud probari uidetur in leg. si quis ita
legauerit. de cond. & demon. ubi probatur, ꝙ legatum factum
uxori, si cum filio habitauerit, non debẽt si uxor sine iusta cau
sa cum filio nolit habitare. & quia tex. loquitur de filio testato-
ris indistinctè, debet intelligi, tam de filio eiusdem matrimonii
quam alterius, & sic etiam de priuigno, aliàs tex. ille restringe-
retur nimium, si priuignus excluderetur. Est ergo necesse, qđ
nouerca, quæ non uult cum priuigno habitare, aliud probet,
& ꝙ aliter ostendat, quod cũ priuigno habitare non possit. Et
hoc modo potest etiam intelligi Bald. in d. l. si ea. dum dicit, ꝙ
potest a priuigno discedere propter sinistram suspicionem, ui
delicet quando extrinsecus ꝓbatur, quòd sinistra suspicio ori-
tur. Et credo, quòd etiam ista fuerit intentio Iacobi de Are. ut
etiam præsupponit Bald. in d. l. sed si disceptetur. dum dicit, ꝙ
istud perpendẽdum erit ex qualitate personarum, aliàs dictum
4 Iac. de Are. esset penitus sine ratione & sine lege.† Et plus etiã
dico, ꝙ si uxor de domo non discessisset, nec discedere uoluis-
set, quòd hoc tantum satis non fuisset ad consequendum lega
tum sub illa conditione, si habitare uoluerit una cum hærede
in domo ipsius testatoris, quia quamuis dicta conditio quan-
tum ad uerba sit affirmatiua, habet tamen in se negatiuam im-
plicitam, uidelicet si a filio non discesserit. & ideo ex hoc solum
ꝙ habitet cum filio, non dicitur perfectè adimpleta conditio:
quia quamuis hodie habitet, cras poterit cum illo non habita-
re. Et propterea pro implemento dictæ conditionis necessaria
fuit cautio Mutiana, secundum Bart. in terminis in leg. Mutia-
nę. de cond. & demõ. uersi. opp. ꝙ habeat locum, ubi propriè
loquitur de ista conditione. Et maximè hoc procedit illo ca-
su, quo legatum alimentorum est unum tantum, ut statim di-
cam. Et ubi etiam prædicta cessarent, & locum non haberent,
prout utiq; habent, dicitur, ꝙ actioni competenti uxori fuisset
præscriptum spacio. 30. an. l. sicut. & l. omnes. C. de præsc. trig.
uel quadragin. anno. Nam legatum hm̃oi alimentorum, quod
non est factum sub dinumeratione singulorum annorum, dr̃
esse unum, & idem esset, etiam si legatum usufructus contine-
ret. l. j. circa prin. quando di. usuf. leg. ced. ſm Pau. de Cas. in l. si
5 Stichum. §. stipulatio. de uerb. obl. ubi dicit,† quod legatum an
nuum est multiplex, ut ibi in tex. quando fit sub dinumeratio-
ne annorum, seu singulis annis, hoc expresso, aliàs secus, pu-
ta si legetur usufructus talis fundi, per d. l. j. Et cum eo transit
Alexand. qui ad hoc etiam alleg. Bald. post Iac. Bu. in le. j. C. de
sen. quæ sine cer. quanti. in fi. ubi cõcludunt, ꝙ si legata sint ali
menta simpliciter, uel usufructus nõ distributis temporibus,
ꝙ legatum erit unum & purum. Ex quo sequitur, secundũ Bal.
& ad propositum nostrum, ꝙ præscriptio incipit a principio
pro toto, & integro legato totius temporis. quod non esset, si
6 legatum esset multiplex, sicut est legatum † annuum, iuxta no.
glo. communiter approbatam per Bar. & alios, in l. cum notissi
mi. §. in his. C. de præscrip. trigin. vel quadrag. an. quod est sub-
tile, & not. secundum Bald. Et idem uult Bald. in c. inter pares.
§. eadem lege. de lege. Conra. in fi. & dicit Alex. in d. §. stipula-
tio. ꝙ istud est tenendum menti, quia non reperitur text. per
quem melius hoc probetur, quam per d. l. j. quando di. usufru.
leg. ced. Et ꝙ istud legatum alimentorum comprehensum sub
illis uerbis, dominam, massariam, & vsufructuariam, sit unum
tantum, & purum, uoluit etiam Bar. expressè in l. Titia. §. fin. de
leg. 2. col. vlt. uersi. quæro. pone, &c. Secus autem secundũ Bar.
si reliquisset testator uxorem dominam, massariam, donec stete-
7 rit vidua, vel in domo † quia illud verbum, donec, deducit lega
tum annuum, quod est multiplex, pro primo anno purum, &
pro sequentibus conditionale, ut ibi per eum. Et sic etiam Bar.
ibi facit differentiam, utrum legatum alimentorum sit factum
explicitè, uel implicitè sub dinumeratione annorum, uel simpli
citer. quamuis Alex. in loco prę allegato de Bar. mentionẽ non
faciat. Ex quo sequitur, ut dixi, ꝙ dicta præscriptio incepit ab
initio pro integro legato totius temporis, & finita fuit spacio
triginta annorum de iure communi, uel spacio decem annorũ
8 ex forma statuti. † Nec obst. mala fides hæredis, quæ impedit
dictam præscriptionem, secundum Doct. communiter contra
Bar. in l. sequitur. §. si uiam. de usucap. & Doct. in c. fin. de præ-
scrip. quia ex quo uxor sponte de domo discessit, & causam nõ
expressit, etiam si aderat iusta causa, potest etiam esse, ꝙ non di
scessit ex illa, sed quia legatum noluit acceptare, quod poterat
repudiare, & hoc potuit hæres uerisimiliter credere, & est etiã
in dubio præsumendum, ꝙ sic crediderit, ex quo illa, dum ui-
9 xit, nunquam petijt legatum, † quia in dubio capienda est in-
terpretatio, per quam euitetur delictum. l. merito. pro socio.
Et istud egregiè ex no. per Barto. in l. gerit, de acqui. hære. & in
disputatione, debitor in diem. ubi concludit, ꝙ si hæreditas cre
ditoris sit delata debitori in diem, ꝙ illo non soluente debitũ,
adueniente die præsumitur per non solutionẽ adiuisse hæredi-
tatẽ creditoris. ꝓ plura & maximè, quia aliàs, i. si hoc non præ-
sumeretur, adueniente die in morã incideret, quę est delictum,
ut notatur, in l. si filius. de interrog. act. Vñ in dubio faciẽda est
interpretatio, per quã euitetur delictum. d. l. merito. Et ista est
cõis opi. de qua latè per Alex. in l. non hoc. C. unde cogna. qui
illam tenẽt præcipuè per prædictam rationem, quæ etiam locũ
habet in casu nostro, vt. s. præsumatur, ꝙ hæres crediderit po-
tius, quod uxor recesserit de domo animo repudiandi legatũ,
quod nunquã petijt, dum uixit, quã ex alia causa, quia ex hoc
resultat præsumptio bonæ fidei, & euitatur præsumptio delicti
10 † & præsertim quia etiam ex cursu triginta annorum præsumi
tur bona fides. secundum Bar. & Sal. in l. fin. C. unde ui, per illũ
tex. & Inn. in c. 2. de rest. in int. & Io. An. in Spec. de test. §. nũc
uidendum. in prima additione magna. uersi. idem opponunt,
&c. Bald. in repeti. l. j. C. unde ui. in 4. col. & Ang. in l. pe. C. qui
bus obst. lon. temp. præscr. & Ant. de Butr. in c. ecclesia. de cau.
pos.

post.& proprie in ult.col.& in c.sæpe.de resti.spol. & Abb. in c. si diligenti,de præscr. & Alex.consi. 110. primo uol.& consi. 151.in fi.secundo uolu.& consi.58.Attentis uerbis.3.uolu.&
11 Aret.in consi.154.in fi.† Præterea si post mortem hæredis grauati elapsum est decennium, successor illius potuit dicto tempore præscribere, quia præsumitur fuisse in bona fide.l.qui in alterius.de reg.iuris, secundum Pau.de Ca. in specie in l.si quis sub conditione.in fin.de cond.instit. & in consi.289. Hæredetas dictæ puellę,&c.ubi vult,quod sufficiat isto casu, quo agitur de pręscriptione actionis, bona fides, etiam si causetur ex iniusta causa.quod facit pro eo, quod dixi supra proxime. Et ita cum alijs clarissimis dominis consultoribus concludendum puto. Laus Deo.

ADDITIO.

Col.1.Declaratur per Ancha. iun.q.1.nu.27.in secunda parte. H.Z.

¶ Legatum usufructus factum mulieri, eam dominam, massariam,& usufructuariam omnium bonorum relinquendo, an restringatur ad alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum usufructus inducitur, quando testator reliquit uxorē dominam, massariam, & usufructuariam.*
2 *Legatum usufructus non restringitur ad alimenta, quando aliquis uxori fratris reliquit instituendo nepotes.*
3 *Legatum usufructus minui non debet ex eo, quod postea alimenta sint relicta, quia censentur relicta propter multa priuilegia quæ habent.& num.6.*
Alimentorum legatum maiora habet priuilegia, quam usufructus.
4 *Legatum usufructus omnium bonorum restringitur ad alimenta, quando testator habitationem domus legauit dicto legatario, ne uerba sint superflua.& nu.7.& 8.*
Vsumfructum habens, plus habet quam si usum tantum haberet.
5 *Legatum usufructus ex forma grauaminis conuertetur in legatum proprietatis.*
6 *Legatum habitationis quomodo intelligatur.*
8 *Legatum usufructus uxori relictum transfertur in legatum pœnale, si ab hæredibus molestaretur, & sic denotatur primum fuisse ad alimenta restrictum.*
10 *Legato omnium bonorum usufructu, institutus hæres debet pro dimidia admitti ad usumfructum, & pro altera dimidia legatarius.*

CONSILIVM XXXV.

ATTENTIS uerbis testi, videt dicendū prima facie, q domina Angela debeat habere plenū usumfructū oīum bonorū testatoris relictum sub hac forma.Item reliquit do.Angelam eius cognatam uxorē dicti quōdā Fracisci sui fratris dn̄am, massariam, & usufructuariā generalem oīum suorū suprascriptorum bonorum, uiuendo vidualiter & honeste, & qđ de dictis bonis posit eleemosynas facere, & alia prout facere poterat viuente eius marito, & dicto testatore, & quod in domo dicti testatoris & hæredum Francisci pręedicti posit stare & habitare, ac tenere unam massaritiam siue ancillam, prout conuenit statui suo. Et quo casu dicta do.Angela in dicta domo molestaretur a supradictis hæredibus, uel eorum altero, tunc, & eo casu liceat & licitum sit eidem do.Angelæ alibi, & seorsum habitare, in loco honesto, & eo casu reliquit dictæ dom. Angelæ uictum & uestitum condecēter pro se & una ancilla arbitrio boni uiri, & secundum eius statum & dictorum suorum hæredū.
1 Nam dubium non est† q illa uerba, dominam, massariā, & vsufructuarium omnium bonorum, ex prima significatione important legatum usufructus, ut de se patet, & probatur in leg. quoties.§.fi.de usuf.& in l.uxori usufructu.& in le.uxori meæ. de usuf. leg. & in l.usufruct.ad leg.Falcid.& hoc etiam Docto. statim allegandi concedūt. Et isto casu, quo nō est dicto modo relictum uxori testatoris sed uxori fratris, & in quo non sunt
2 instituti filij, sed nepotes ex fratre, † dici non pōt, q dictum legatum importet solum legatum alimentorum, s̄m glo.& Doc in auth.quod locum. C. si secun.nup.mul.& Bar.& alios, in l. Titia.§.fi.de leg.2.& Host.in summa de pigno.§.qualiter constituatur.uers.quid si quis dicat.& Io. An.in Spe.qui filii sint legi §.1.versi.quid si quis ita.& in ti.de pig.§.2.in addi.inc.Si vsusfructus,&c.& Doct.in c.si pater.de test.in 6.& Barto.in l.si ita scriptum.de man.test.& in l.1.in princ.quib.mod.ususfr. amit. & per Bal.& Im.& alios in l.& si contra de vul.& pup.Et quamuis Bar.in d.l Titia.§.fi.relinquat cogitandum, quando sunt instituti fratres testōris, tamen Imo.ibi cōcludit idem, si extranei fuissent instituti, & q solum dictum legatum restringatur ad alimenta.quando sunt instituti descendentes. Et istud etiam sequitur Ale.in consi.58.Ponderatis uerbis testamenti,&c.in 3. vol.& allegat Ang. bis consuluisse pro ista parte. Præterea illa opi.secundum quam dicitur legatum restringi ad alimenta, p cedit, quando uxori testatoris relinquitur, & non quando legatur uxori alterius. Nec ad istum casum consuetudo, de qua fit mentio in dictis locis non debet extendi per rationem mo.
3 & Ale.ibi † Nec p hoc, q testōr cognatæ etiam postea reliquerit alimenta, legatum usufructus debet minui, nec ppter hoc legatum alimentorum dr̄ eē superfluum, & hoc pp multa priuilegia, quæ conceduntur cāæ alimentorum, quæ non competunt legato usufructus, & de quib.per Bar.in l.Męla. in princ. de alim.leg. Et ita in specie dicit Alex.in consi. 214.Ponderatis uerbis testi,&c.6. uolu. Sed aliis superfluis omissis, & de quib', ubi opus erit, inferius fiet mentio, contrarium puto uerius, & q dictum legatum ex tacita & coniecturata mēte testatoris restringatur ad alimenta. Et de qua mente tacita primo constat, quia postquam testator reliquit do.Angelam, dominam, massariam, & vsufructuariam omnium bonorum suorum, uoluit ēt
4 idem testator, † q in domo dicti testōris & heredū Francisci eius fratris stare, & habitare posit, ac tenere unam massariam siue ancillam, prout conuenit statui suo, &c. Nam si uoluisset testator habere plenum & integrum vsumfructum omniū bonorum, frustra legasset eidem habitationem in dicta domo, qa qui habet vsumfructum omnium bonorum, dicitur habere vsumfructum in dicta domo, & per ɔ̄ns etiam habitationē eiusdem domus, quia qui vsumfructum hēt, plus hēt quā si vsum haberet.l qui vsumfructum.de ver.obl.& tamen ille, qui solum hēt vsum, pōt habitare, vt vtrumque probatur in l.si habitatio. §.si usus.& in l.plenum.§.præter.de vsu & habi. Superfluum ergo fuisset speciale relictum habitationis in dicta domo, si legasset testator dictæ do. Angelæ pprie & vere vsumfructum omnium bonorum. Vt ergo dicta superfluitas euitetur, oritur coniectura, q noluerit ex verbis prædictis vsumfructum relinquere, sed tantum alimenta, ut probatur egregie in le.Proculus.de
5 vsufr. vbi habetur † q legatum vsusfructus ex forma grauaminis conuertitur in legatum proprietatis, sicut quando legat testator usumfructum domus, cum hoc q non posit altius tollere. Nam ex hoc intelligitur reliquisse proprietatem, propter naturam inserti oneris, seu appositæ seruitutis, qđ ɔuenit pprietario, & nō vsufructuario, qui etiam absque expressa illa prohibitione nō potuisset altius tollere, secundum gl.ibi, & Bal. Intelligitur ergo, secundum eum, de vsufructu causali, qui est annexus proprietati, & proprietas illi, quod est notatu dignum, s̄m Bal.qui etiam ex hoc infert, q si testator legat vxori vsumf.fundi, hoc adiecto, q ipsa non posit fundum uendere, vel alienare q sibi videtur relicta proprietas, immo hoc est ibi, s̄m eum, expressum, quia phibitio qn̄q; ampliat, vt aliquid operetur. & in arg.alleg.l.si stipulatus.in prin.de vsur. Et istud ultimum dictū Bal.approbat etiam Ale.in l.si constante.in prin.& in 1.col.so. mat. Sicut ergo rōne adiecti oneris ampliatur legatum contra propriam verborum significationem, ita etiam rōne adiecti cōmodi legatum potest declarari, & restringi, quia cōtrariorum eadem est disciplina.l.i.de his qui sunt sui uel ali. iur. & qa, qđ operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito.l.si ut proponis.C.de nup.& l.fi.§.fi.de leg.3. Et quia vtroque casu est eadem rō. Nam quia prohibitio de altius non tollendo, esset superflua in casu.d. l. Proculus, ut ibi in glo. Ex hoc declaratur intentio disponentis, & augetur effectus uerborum contra propriam eorum significationem, & eadem rōne relicto vsufructu fundi cum prohibitione alienationis dicitur

pro-

proprietas relicta, secundum Bal. quia prohibitio alienationis eēt superflua, secundum eum, quia usufructuarius non potest alienare, etiam sine expressa prohibitione. §. finitur. inst. de vsu fr. & melius probatur in l. si vsusfructus. de iure. dot. Et eadem ergo rōne qñ commodum adiectum legato vsusfructus illi nō conuenit, & esset superfluum, si verba capiantur proprie, dēnt impropriari & uerba ad legatum alimentorum restringi. & ad quod etiam alio casu ex consuetudine restringitur, ut no. in d. auth. ꝙ locum. & in d. l. Titia. §. fi. & ad quam consuetudinem testator etiam isto casu censetur habuisse respectum ex qualitate commodi adiecti legato vsusfructus, licet dicta consuetudo alio casu, & non in isto, sit introducta, & ad illum non posset extendi, si de uoluntate testatoris aliter non posset apparere. Sed quando constat expresse, vel tacite, ꝙ uult dictam consuetudinem extra illum casum habere locum, tunc sine dubio standum est uoluntati testatoris. l. in codōnibus. in prin. de cōd. & dem. Nam ꝙ appellatio ne vsusfructus ueniat proprietas, non minus impropriantur verba, quam ꝙ legatum vsusfructus restringatur ad alimenta, ex quo alio casu de consuetudine admittitur talis restrictio & impropriatio. & ad quam, vt dixi, testator cēsetur habuisse respectum. Nec prædictis ob. dicitur, ꝙ immo speciale relictum habitationis operatur, quia fuit relicta habitatio in tota domo, quæ in totum non erat testōris sed pro parte, & quam in tota domo non habuisset legataria, sed in parte
6 testōris ex legato vsusfructus omnium bonorum suorū. † Nā ex tali legato non est cōstituta seruitus habitationis in tota domo. ꝙ patet, quia per do. Angelam aliàs prohiberi potuissent hæredes intrare in illā, & in ea habitare. l. si habitatio. §. si vsus, iuncto prin. eiusdem legis, de usu & habit. Est ergo per hoc legatum quæsitum quoddā ius personale do. Angelæ contra hæredes, ut illam permittant stare & habitare in dicta domo, per no. in simili per glo. & Bar. in l. Mela. §. fi. de alim. & cib. leg. Et hoc factum fuit ad finem, ut alimenta sibi relicta capiat in domo, & ut alibi non cogantur hæredes præstare alimenta, ꝙ cedit ad eorum commodum, ut plene traditur, in l. 1. C. de leg. & quæ uxor potuisset uictum & vestitum consequi extra domū si uoluisset, si aliud dispositum non fuisset. l. 4. §. Lucius, de alim. & ciba. leg. secundum vnam lect. & ibi per Bar. & per eum, in l. diuortio. in prin. sol. mat. Dictum ergo ius personale restringit ad ius, quod habebat testōr in dicta domo. l. si domus. §. fi. de lega. 1. & sic ꝙ obligati sint hæredes, ut do. Angela stare posit & habitare in parte domus pro indiuiso ipsius testatoris. Ex quo sequitur, ꝙ hoc legatum esset superfluum, si illa eēt vsufructuaria omnium bonorum. Et propterea ne hoc contingat, restringuntur uerba ad legatum alimentorum, per d. l. Proculus. Et istud etiam comprobatur ex alio, hoc est, in quantum vult
7 testator † ꝙ illa posit eleemosynas facere, tales, prout facere poterat uiuente eius marito, & dicto testatore, quę etiam facultas sic faciendi nō adaptatur ad legatū vsusfructus, & q̄ frustra fuisset concessa, si usufructus diceretur relictus, quia de fructib. potuisset sic facere sine alia expressa cōcessione. Nec est verū, ꝙ sit data lcīa eleemosynas faciendi de proprietate bonorū puta mobiliū, ut dr̄ probari ex illis uerbis, de dictis bonis, &c. quia hoc tollitur ꝑ illa uerba sequentia, uidelicet, prout facere poterat uiuente eius marito, &c. Ex quo uiuente de fructibus eleemosynas faciebat, & fieri consueuerat, & non de proprietate rerum immobilium, prout docet experientia rerum magistra. c. cum expediat, de elec. in 6. Tertio prædicta confirmātur.
8 † Nam testōr casu, quo molestaretur in dicta domo, reliquit ei victum & uestitum extra domum, cum una ancilla. Et ꝙ vltimum legatum dr̄ factū in pœnā dictorum hr̄dum molestātiū dictam uxorē. & primum legatum, ꝑ qđ reliquit eā dñam, massariam, & usufructuariam transfertur in hoc legatum pœnale, ut hæc omnia prob. in l. 1. §. item si ita. ad leg. Falcid. & ibi per Alexand. in not. Si ergo usufructus plenus primo fuisset legatus, ex molestatione hæredes consequerentur commodum, quia dictum legatum usufructus plus continet, & legatum pœnale minus, & sic illud, quod factum fuit ad augmentum, operaretur diminutionem, & per consequens non esset ultimum legatum pœnale, contra l. legata inutiliter, de legatis 1. sed si primum legatum non contineat usumfructum, sed tantum alimentorum, illud, in quod in pœnam fit translatio, erat pœnale, quia in pœnam, coguntur alimenta præstare hæredes extra domum, ꝙ fit cū maiori incommodo illorum, vt dicunt Doc. in d. l. 1. C. de leg. Et quia vbi alimenta præstantur in domo hæredū, tenetur mulier operari ad commodū hæredum secundum Bar. & Doc. in d. l. diuortio. in prin. Et propterea ex hoc manifestè iudicio meo colligitur, ꝙ testator intellexisset dicta verba, s. dominam, massariam, & usufructuariā, eo modo, quo interpretantur ꝯm consuetudinē, de qua fit mētio in d. auth. quod locum, & in d. l. Titia. §. fi. aliàs trāslatio primi legati in pœnale, non deseruiret intentioni dicti testōris. Vt ergo deseruiat, dici dēt, ꝙ primum legatum dicatur ad alimen-
9 ta tantum. † Et ex prædictis colligitur rn̄sio ad contraria, si rectè aduertatur. Nō ob. consiliū Alex. 214. in 6. vol. quia non fit fundamentū in hoc, ꝙ legatū alimentorum esset superfluum, si vsusfructus diceretur legatus. sed dixi, ꝙ aliàs consistere superfluitas, s. in legato habitationis, quod non est magis fauorabile, quā legatum vsusfructus, & sic cessat isto casu rō Alex. Et ex alijs ēt isto casu colligitur testōris intentio, ut dictū est. Vnum aliud ēt nō omitto, ꝙ vbi ēt vsusfructus diceretur huic mulieri legatus, ꝙ nō deberet admitti ad totū vsumfructum, sed solum ad dimidiam, & hæredes instituti ad aliam dimidiam, per text. in l. si alij. de usufr. leg. ubi habetur, quod si vni legetur fundus, & alteri usufructus eiusdem fundi, quod legatarius fundi cōcurrit in vsufructu cum alio, cui relictus fuit vsusfructus. Et istud etiam vult Barto. in le. Sempronio. in prin. eo. ti. ubi dicit, quod si testator legat prædia pluribus, & postea dicat. lego vxori vsumfructū bonorum, ꝙ in usufructu oēs concurrunt. Et assignatur rō per Bar. in d. l. si alij, quæ ēt locum hēt qñ aliqui instituuntur in oībus bonis, & alteri, puta vxori legatur usufructum omnium bonorum, & sic etiam hoc casu concurrunt in vsufructu. Et ita ēt in specie tenet. Pau. de Cast. in cons. 589. ꝙ vxor quondam dicti Rectorij. vbi vult, ꝙ si filius sit hæres institutus, & uxori sit relictus vsusfructus oium bonorū, ꝙ legatū illo casu ex mente testatoris intelligitur, ut uerba sonant, & nō de alimentis, ꝙ uxor habebit dimidiam vsusfructus formalis, & apud filium remanebit alia dimidia usufructus causalis, per l. si quis Titio. in prin. de usuf. accresc. & melius probatur in d. l. si alij. de usuf. le. secundum Alex. qui in termiuis nostris tenet idē in consi. 56. aliàs. 54. Ponderatis uerbis testamenti, &c. tertio vol. Et ita concludendum puto. Laus Deo.

¶ Institutus in vsufructu tantum nullo dato cohærede, an censeatur pleno iure institutus, & si post mortem illius alius in vsufructu & proprietate sit substitutus, quando censeatur per fideicommissum grauatus ad restituendum.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius quando iure accrescendi proprietatem consequatur, & retro fuisse hæres censeatur.*
2 *Institutus in re certa uniuersalis est hæres, nullo dato cohęrede, uel eo non adeunte.*
3 *Institutus in usufructu nullo dato cohærede, sed alio substituto interim uniuersalis est hæres in solidum.*
4 *Institutus sperans se cohæredem habiturum, interim non est hæres in solidum.*
5 *Ius accrescendi nō censetur prohibitum per dictionem taxatiua a testatore appositam.*
Institutus in usufructu dato substituto, potest Trebellianicam detrahere.
6 *Institutio facta de uno filio alicuius, & ille plures habeat, ratione incertitudinis vitiatur. idem si simpliciter dixerit filium, &c.*
7 *Emphyteusi a patre relicta uni ex filijs, quem non nominauit, ad quem pertineat, & an ualeat.*
8 *Institutio facta de incerta persona de certis, quando ualeat, & legatum.*
9 *Incertitudo, quæ est circa res, non uitiat relictum, & differt ab incertitudine circa personas.*
Institutio incertæ personæ de incertis non ualet, nec commissa electio.
10 *Institutio facta de cognatis intelligitur de existentibus, uel conceptis tempore testamenti uel mortis. & quid si sit conditionalis, an sufficiat, quod extet tēpore purificatæ cōditionis. 10. An.*

in

in addi.ad Spe.in rub.de test.in uersi.item Lambertinus Rãponus.quomodo intelligi debeat.

11 *Inter res legatas, & personas. quibus relinquitur, regulariter non est differentia, in utroque enim tempus testamenti attenditur.*

12 *Ratio quare in relicto facto cognatis attendatur tempus mortis testantis, an reperiantur concepti.*

13 *Intellectus.l.cum pater.§.hæreditatem.de lega.2.*

CONSILIVM XXXVI.

PRIMA quæstio vr̃ valde dubia, quia eo casu, quo vxor instituitur tm̃ in vsufructu, & post mortẽ eius instituitur alius in vsufructu & proprietate omniũ bonorum, sicut in casu nostro contingit, vr̃, ꝙ uxor nõ sit hæres in totũ, sed ꝙ duntaxat consequatur usufructũ, ꝑut sonant verba, & mens testatoris, & prȩsertim in casu nostro, propter illam dictionem taxatiuam, tantum, & quia ordinauit expresse testõr, ꝙ finito usufructu per mortẽ do. Iuliæ consoli daretur usus fructus cũ proprietate, &c. Voluit ergo, ꝙ illa haberet vsumfructum formalem sine proprietate, quia aliàs per
1 mortẽ eius sequi nõ posset dicta cõsolidatio.† sed statim & ab adita hæreditate proprietas unita fuisset cum vsufructu per ius accrescendi, iuxta l.1.§.si ex fundo.de hære.inst. Et sic sequendo mentem isto casu uoluit Im.in l.si filius a patre.de liber. & post hu. ꝙ vxor interim non sit hæres in solidum, sed solum habeat vsumfructum, quem poterit propria authoritate apprehendere, sicut quilibet hr̃s institutus in re certa, ẽm Bar.in l.ex facto. la grande.de hȩr.inst. & si quidẽ institutus post mortem nõ adibit, fingetur ille retro hr̃s fuisse.l.hr̃s qñq. de acq.hær.& mediãte hac fictione relictũ usus fructus factũ vxori cõfirmabitur. Et istã opi.sequitur Ale.ibi, & do Aret.q dicit, ꝙ vxor interim hr̃s eẽ nõ põt, quia quãuis illo tp̃e cohæredẽ vniuersalẽ nõ habeat, possibile tñ est, ꝙ in futurũ illũ habeat hæres vxoris, qui
2 illã repræsentat, † institutus aũt in re certa demũ est hæres vniuersalis, si cohæredẽ nõ habeat, & non sit illũ habiturus, quo casu loquitur.d.§.si ex fundo.cũ ꝯcor. Adducit ẽt not.in l.2.ff. si pars hær. pet. Eãdẽ opinionẽ sequũtur ẽt Moderni Perusini in l.extraneũ.C.de hær.instituen. Sed ꝓmissis nõ obstãtib.con
3 cludi põt † ꝙ immo dicta vxor detracta mentione vsusfructus per ius accrescẽdi fit hæres in solidũ.d.§.si ex fundo. & ꝙ itelligatur post mortẽ grauata restituere hȩreditatẽ uni filio Achillis ꝑ fideicommissum, & sic ꝙ verba directa, ex quib.uocatur, post aditam hȩreditatem obliquentur, quia uxor, quæ semel facta fuit hæres directò, nõ põt desinere esse hæres, vt notatur in l.in substitutione.de vul.& pup. Et hãc partẽ tenet Bal.in l.id ꝙ pauperib.in 14.q.de epi.& cle.& Ang.in d.l. si filius a patre. & Sal.in d.l.extraneũ.C. de hær.inst. Et eãdẽ opinionẽ ẽt apꝓbat & sequitur Alex.in cõs.162.inc.Circa primũ, &c.sc̃do vol. vbi dicit, hãc cõem opi.& ab ea non esse discedendũ in consulẽdo & iudicando. & ibi conatur r̃ndere ad ea, quæ allegantur in
4 cõtrariũ. Nam ẽm eum, † aut vnus vocatur, purè ad vnã partẽ, & alius sub cõditione instituit in alia parte, & locũ habet, qđ no.in d.l.2.si pars hæredi.peta. & sic institutus purè non est interim hæres in solidum. Aut in re certa quis instituitur pure, & post eius mortem alius est institutus vniuersaliter, & sic etiam in re, ad quam primus fuit uocatus & tunc intelligitur substitutus per fideicommissum, & primus est interim hæres vniuersalis, quia cohæredem non habet, nec habere sperat, quoniam institutus post mortem primi dicto casu, vt cohȩres non vocatur, sed vt substitutus, sicut in simili dicitur in l.verbis ciuilibus. de vul.& pup. Nec est verum, ꝙ hæres vxoris in casu nostro sit habiturus cohæredem, vt dicit Areti.in d.l.si filius a patre. quia si institutio sua de vsufructu, secundum eum non trahitur ad totum, remanet hæres solum in vsufructu, qui eius morte finitur.§.finitur.inst.de vsuf.& per consequens titulus vxoris per mortem eius extinguitur, & ad hæredem illius non transit. Ergo institutis post mortem vxoris eius cohæres esse nõ potest, quia ad illum transmitti non potuit res, id est, vsufructus, in quo fuerat vxor instituta. Et per hoc ẽt clarius respondetur ad not.in dict.leg.2.si pars hȩr.pet quia ibi institutus purè sperabat habere cohæredem cõdõne purificata, quod secus est in casu nostro, ut dixi. Et eandem opi.s. ꝙ interim uxor sit hæres in totum, tenet etiam Ale.cõsi.55.inc.Viso themate suprascripto.

in 4.uol. Et tanto magis huic opinioni vr̃ adhærendum, ex quo Ale.in d.consi.162.dicit, hanc opi. esse communem, quam se-
5 quuntur nouissimi in d.l.extraneum. Nec dici põt † ꝙ per dictionem taxatiuam sit prohibitum ius accrescendi, secundum Ang.& Imo.in l.quoties.§.si duo.de hær.inst. & Alex.in prædicto consi.qui etiam dicit, ꝙ prohiberi nõ põt, ut hr̃ in locis ibi ꝑ eum in l.quoties in fi.C.de hær. inst.quamuis in præcedenti r̃nsione se firmet magis. Et tenendo hanc partem sequitur, ꝙ do.Iulia poterit Trebellianicã detrahere, ut præsupponit Imo. & alii in d.l.si filius a patre. Ex quo sequitur, ꝙ potuerit dotare filiam naturalem testatoris in ducatis mille quingẽtis, quia dicta summa sibi debetur occasione Trebellianicæ; si patrimoniũ ascendit ad summam ducatorum sex millium, ut in facto præmittitur. Vtrum autem detracta Trebellianica possit etiam de eo, ꝙ subiacet fideicommisso dotare dictam filiam in d.quantitate, posset esse magis dubium, & multa allegari possent ꝑ partẽ negatiua, quæ omitto, præsertim quia aliter & alio mõ põt succurri pinguius iudicio meo uoto dictæ dominȩ Iuliæ, & eius desiderio. Arbitror igitur, ꝙ hæreditas, de qua agitur, pleno iure pertineat ad dictam do.Iuliam, & ꝙ restitutioni alicuius fideicommissi, etiam post mortem suam, non subiaceat, & sic, ꝙ de illa possit libere disponere, &c. Et moueor quia aut extabat plures filii masculi Achillis fratris testatoris tempore dictȩ do.
6 Iuliæ, & institutio facta de vno filio masculo dicti Achillis post mortem do.Iuliæ non ualet r̃one incertitudinis, quia non constat de quo, vt est casus in l.in tp̃s, §.fi.de hær.insti.& in l.si quis seruum.§. si inter duos. de lega. 2. Nec põt dicit, ꝙ senserit de primo, quia cum instituerit vnum filium masculũ Achillis, non sensit de certo, & sic non intellexit de primo, ẽm gl. in l. si quis a filio.§.si quis plures.de leg.1.immo ubi dixisset, instituo filium Achillis, & non dixisset unum filium, adhuc de primo non intelligeretur, sed de omnibus, & sic de quolibet ulteriori, ex quo sumus in materia fauorabili, ẽm Old.consi.212.per l.placet.de lib. & posth.& latè per Alex.consi.171.inc. Viso processu.2.uo. vbi ad hoc etiam alleg.Bar.in l.si pluribus. in princ.de lega. 2.& alia plura. Si ergo in casu existentium plurium filiorum Achillis non valet institutio facta de vno filio eius, perinde est ac si sola do.Iulia in vsufructu omnium bonorum instituta fuisset, & per consequens est hæres insolidum.d.l.j.§.ex fundo.de hȩr. inst. Et idem est, si Achilles filios aliquos non haberet tempore mortis do.Iuliæ, uel haberet filium, & hæreditatem repudiaret, quia illa censeretur retro fuisse hȩres insolidum.secundũ Imo. & alios in loco præall. Sed contra prædicta videtur decisio Io. An.in add.Spe.in ti.de loc.§.nunc aliqua.versi. 77. ubi format
7 quæstionem de patre † qui habebat emphyteusim, & uoluit illam pertinere ad vnum ex pluribus filijs institutis, quem non nominauit, quæritur ergo, utrum ad unum, & ad quem, uel ad omnes, aut ad nullum pertineat. Et tandẽ determinat ꝙ ad dominum directum pertinet electio, per l.legato generaliter.& ꝑ d.l.si quis a filio.§.fi.de lega.j. & illo non eligente admittũtur omnes, per l.cum quidam §.fi.cum l.seq.de leg. Et confirma-
8 tur, quia ubi legatur incertæ personæ de certis, vel † instituitur incerta de certis, valet institutio & legatum, ẽm Bar.in l.quidã relegatus.de reb.dub.ẽt si non ueniat certificanda, per §.incertis.inst.de lega.& per l.si seruus.§.huiusmodi.de leg.1.& l.vter ex fratrib.de cond.inst.& l.quoties.§.si tamen.de hær.insti. sustinendo tamen, qđ dictum est, ad ista responderi potest, & primo ꝙ Io.And. male loquitur quando incertitudo est circa res relicta, sed in casu suo & nostro est incertitudo circa personas, quibus relinquitur, inter quæ est differentia, ẽm Bar.in d.l.quidam relegatus, vbi modo prædicto intelligit iura, quæ alleg.Io. An.& sic non faciunt ad propositum. Item dum subiungit, qđ illo non eligente admittuntur omnes, in hoc etiam non bene dicit, quia hoc non est verũ, nisi qñ esset illi, vel alteri data electio, & ille negligeret eligere. ẽm Dy. & Bart.& alios, in l.si qđ Titio.§.si hæres.de leg.2. vbi melius probari videbatur opi.Io. And.si nihil suppleatur, sed tamen, vt dixi, communiter intelligitur, quando erat electio data hæredi. Et ita illum tex.ĩtelligit. Sali. in l.id ꝙ pauperib.C.de epi. & cle. Et isto casu loquuntur etiam alia iura allegata per Ioan.An.& propterea in terminis Doct. in d.§. si hæres. tenent contra eum. Non obstant notata per Bar.in d.l.quidam relegatus, quia inquantum loquitur de legato facto vni incerto de certis, falsum est, ꝙ valeat, si perso-

na

na non ueniat certificanda,& iura,q̄ ad hoc allegat,locū hñt, q̄ñ persona veniebat certificanda,secundum Bart.& alios,in d. §.hmôi.& Doc.in d.l.id quod pauperib.& Soc. in d.l.quidam.

9 †Et eadem rõne nõ valet institutio facta de vno incerto,de certis,sicut nec legatum.Nec obstat d.l.vter ex fratrib.cum aliis al leg.quia substantia institutionis erat pura & certa,sed distributio partium solum erat cōdõnalis & incerta,secundum glo. ibi communiter approbatam.& latius ꝑ So.in d.l.quidam. ubi cōcludit in terminis,ꝙ institutio facta de uno ex agnatis non ualeat,si non constat de quo,&c. Nec ob. ꝙ eo casu,quo Achilles filium masculum non habuerit, ꝙ instituerit testator puerum eligendum ꝑ eius vxorem, q̄a institutio talis non ualuit. Nam licet electio hæredis incerti de certis posiit committi, & dari alteri,quia substantia institutionis nõ cōfertur in voluntatem alterius,sed solum electio personarum.l.fideicommissaria in fi.de fidei.liber.l.utrum.§.cum quidam.de feb.dub.& ꝑ Cy. in l.captatorias.C.de test.mil.& Bar.in l.illa instit.ad fi.de hær, inst.Tñ q̄ñ cōmittitur alicui electio incertæ personæ de incertis,sicut fecit testator in casu prædicto,non ualet institutio, secundum Raph.Cuma.Pau.de Cast.& Soc.in d.§.cum quidam. & idem vult Ale. qui de prædictis mentionem non facit in d. l. captatorias.& qui ad hoc inducit.d.l.illa instit.Si uero Achilles tempore mortis dictæ do.Iuliæ unū filiū hēret, quo casu incertitudo cessaret,quia in illo solo uerificari posset instit.l. cū pr̄, §.rogo,in fi.de leg.2.& ꝑut eē ꝓsupponit Io.An.in loco statim allegando,& adhuc dico,ꝙ talis filius non admittitur, ēt ꝑ fi-

10 deicommissum,quia,† ut in facto narratur,cōceptus fuit post mortem testatoris,& ideo de tali nõ intelligit̄ institutio,sed de illo,qui natus erat,uel conceptus t̄pe testī,vel tempore mortis testatoris l.cum ita §.in fideicommisso. de lega. 2.& l.si cognatis.& ibi per Bar.de reb. dub. Sed circa hoc oritur dubium,q̄a d.l.si cognatis.& dictus §.in fideicommisso.vr̄ loq̄ eo casu,quo aliqui uocātur pure,seu in dispositione pura,sed q̄ñ fratris uocatur in aliquem futurum euentum,vt sub cōdõne, puta post mortem uxoris,sicut in casu nostro, satis esse vr̄, ꝙ sit natus, uel conceptus tempore,quo purificatur cōdõ, & sic tempore mortis dictæ uxoris,ut in terminis velle videtur Io.An.in add. Spe.in rub.de test.circa medium.uersi.item Lambertinus Rāponus,&c.ubi refert,ꝙ dictus Lambertinus determinauit plura dubia.Primum erat,utrum ualeat hęc substitutio, filio meo hæredi uniuersali substituo unum ex filijs Titij fratris mei,quē ipse elegerit,uel nominauerit.Et determinat,ꝙ sic, per l.unum ex familia.in prin.per l.si Titio aut Seio.& l.cum pr̄.§.hęreditatem.de leg.2.& l.ex facto.§.si quis rogatus.el 4.ad Treb.Secundum erat, quid si neminē elegerit,uel nominauerit, an omnes æqualiter admittātur.Et determinat ꝙ sic,ꝑ d.§.hæreditatē. & d.§.si quis rogatus.Tertium fuit,& ad propositum nostrū, an natus post mortē hæredis grauati succedat cum alis, rñdet ꝙ non,quia nõ erat in rerum natura t̄pe, quo substitutio sibi locum uendicauit,& sic habetur ꝑ nõ scripto.l.unica.§. & cū triplici.C.de cadu.tol.& per d.§.hæreditatem.ubi dicit tex. de his filiis expressim.Et addit Io.An.ꝙ si unus solus filius Titii supesset,illi deberetur. per d.l.si Titio.cum legib.sequentib.Et sic ꝓsupponit satis esse,filium fratris esse natum t̄pe, quo substitutio vendicat sibi locum,& quo dies fideicommissi cedit,hoc est t̄pe mortis filij & hæredis grauati,quamuis tempore testī, vel mortis testōris non eēt conceptus. Et bene videtur probari in d.§.hæreditatem ibi,uiriles aūt inter eos fieri, qui eo t̄pe uixerint,&c.Et hoc,quia filii,de quib.ibi,uocati fuerunt in euentū futurum,& sub cōdõne. Et ita ꝑ prædicta concludit Alc.in cō sil.26.& 27.secundo vol.vbi dicto mõ intelligit & declarat Io. An.in dicta rub.& dicit,ꝙ d.l.si cognatis loquitur,q̄ñ testator de cognatis,uel de filiis simpliciter,& pure disposuit. Et idem tenet etiam Soc.in d.l.si cognatis.col.16.uers.quarta & ultima conclusio.quamuis de Ale.mentionem non faciat.Nam secundum ipsum qua rõne sufficit,q̄ñ legatum est purum,ꝙ t̄pe mortis testatoris,quo t̄pe dies legati cedit,quis sit natus, eadem ratione est satis quando legatum est conditionale,ꝙ sit cōceptus t̄pe existentis conditionis,quia ēt tūc dies legati cedit. Et quāuis non dicat,idem per eandem rationem uoluit etiam Pau. de Castro consilio 78. incip. Viso dicto puncto .,uersiculo super quarto, &c. ubi dicit,quod d.l. si cognatis, non habet locum in legato conditionali,sed in eo attenditur etiam tempus, quo dies legati cedit,&c. Sed tamē his nõ obstantib.uerius uidetur, ꝙ ēt in dispositione ista conditionali admittatur filius fratris testatoris,ita demum,si sit natus,vel conceptus tempore mortis testōris,per dictā l.si cognatis.quæ isto casu locū hēt.Et ita aliàs fuit consultum per præstantissimum do.Ottonē de Nicolinis solennē aduocatū Florētinū, cuius cōsiliū est ultimum inter consilia do.Mariani Socini,cū subscriptionib.plurium Doctorum. Nā ēt in casu suo testator post mortē filiorum suorū decedentium sine filijs substituit filios Gori, & sic illos uocauit sub conditione,& in euentū incertum,& tamē cōcludit,ꝙ nõ admittātur nati,vel concepti post mortē,testatoris, per dictam le. si cognatis. Et in eandem sententiam concurrit præsertim per istam rationem dominus Franicsc.Aretin.dominus Andreas Sicul.& dñr Ioannes Baptista Caccialup.de sancto Seuerino,quorū subscriptiones inueniuntur in loco ꝑdicto.non tñ mentionē faciunt de d.Io.And.& de Pa.de Ca.in locis præalleg.Sed nihil vr̄,ꝙ Io. And.nõ dicat oppositum, sed ꝙ immo concordet cum prædictis. Nā quamuis circa titulum q̄onis,i. dum quærit.An nati post mortē hæredis succedant,sentire uideatur, ꝙ nati prius ēt post mortē testatoris admitti possint. Tamē contrariū significant eius uerba in conclusione,& respōsione,dum dicit circa decisionem secundi dubij,nulla facta electione oēs filios extantes tēpore testī quasi a testatore electos ad successionē uenire.Et mox subiungit,transeundo ad tertiū dubium,filios postea natos non admitti cum prius natis, quia non erant in rerū natura cū substō sibi uendicauit locum,& sic habentur pro nõ scriptis,d.§.& cum triplici.Ecce q̄uo manifestè dicit,oēs existentes tempore testī admitti,filios uero postea natos non uenire.Et sic considerat,utrum nati sint tempore testamenti uel non.Nec obstant uerba illa sequentia,s.quia non erat in rerum natura tēpore, quo substitutio uendicauit sibi locum,&c.quia intellexit de dicto tēpore testī,quo tempore substitutio introducitur,& in esse producitur,& quantum ad hoc sibi locū dr̄ uendicare,ꝙ declaratur ex uerbis immediate sequētib.uidelicet,& sic habentur pro non scriptis,quoniā ad hoc ut relictum habeatur pro non scripto,tempus testī consideratur, utrum sic tunc uocatus non sit in rerū natura,d.§.& cū triplici nõ aūt quoad hoc inspicimus tēpus existentis conditionis,sed ex illo tempore cognoscitur, an legatum sit caducum, ut ibi. Nec ēt ob.ꝙ q̄ō formetur in natis post mortem hæredis, quia per hoc non intendit,ꝙ nati post testm̄,subaudi,& post mortē testatoris,succedere ualeant, quia contrarium declarat in rñsione,ex qua ad quæsitum remanet rñsum,quia si tempore testamenti,uel mortis testōris debent esse nati uel concepti, ut dixi, sequitur,ꝙ nati post mortem hæredis non uocantur.Et pro ista opinione mihi uidetur esse casus apertus in d.l. cum ita.§. in fideicommisso.de lega.2.ubi habetur, ꝙ si legatur nominatim aliquib.de familia testatoris,& familiæ eius generaliter, ꝙ post oēs nominatos extinctos admittuntur ordine successiuo proximiores de familia,quia tamē tēpore mortis testatoris fuerint concepti, & sic prædicti de familia erant uocati post mortem uominātorum,cum dicatur ibi,ꝙ post ilios extinctos admittantur,& sub cōdõne.l.hæres meus.in prin.de condi.& demon.& tñ solū cōcepti d.tēpore mortis testōris dicuntur uo-

11 cati.Et istud ēt rõne confirmatur.Nam† inter res legatas & ꝑsonas,quib.relinquitur,regulariter non est differentia, quia attenditur & inspicitur t̄ps testī,ſm̄ Bar.in d.l.si cognatis.per l.si ita.de aur.& arg.leg.Fallit,ſm̄ eum,quando coniunctis personis testatoris relinquitur,quia ēt tunc tēpus mortis testōris cōsideratur,per illā legē,quæ cū exorbitet a regula. d.l.si ita.locū non hēt,ſm̄ Bar.quando legaretur cognatis uel filijs extranei sed quādo testōr legat res suas siue pure,siue sub cōdõne, hēt locum.d.l.si ita. quia in legatis indistincte non attenditur tempus existentis condõnis,ergo idem est,quando legatur ꝑsonis, nisi quatenus a regula dictæ legis inuenitur recessum. Et ideo si filijs extranei relinquatur,ēt sub cōdõne, tēpus testī consideratur,sicut quando legantur, vt dixi, quia persona in hoc non differt a reb.secundum Barto. in d. l. si cognatis. Et similiter si sub cōditione legatur cognatis testatoris,nõ dēt recedi a regula dictæ.l.si ita,nisi quatenus ab ea inuenitur recessum, per d.l.si cognatis.in qua habetur, ꝙ isto casu attendi dēt tempus mortis testatoris, quod utique non attenderetur, sed duntaxat tempus testamenti spectarętur dict. leg.si ita, nisi isto casu aliter

tes fuisset specialiter dispositū, ꝑ dictā.l.si cognatis. Nō pōt ergo dici, ꝙ ēt tps existētis cōdōnis sit in consideratione, qa ₣m hoc illa lex exorbitās extēderet̄ de tpe ad tps, ꝫ notata ꝑ Bar. immo dictū tps excluditur ꝑ regulā d.l.si ita. a qua quātum ad tps hmōi nō inuenitur recessū. Et ista rō, iudicio meo, est optima, & concludēs. Nec ob. rō Pau. de Ca. & Soc. videlicet ꝙ tps existentis cōdōnis dēt attendi, quia tunc dies legati attenditur, sicut hac rōne in legato puro attenditur tps mortis testatoris,
12 qm̄ falsum est, ꝙ† in legato puro illa sit rō, cur inspiciatur tps mortis, quia si hoc esset, idē dici deberet, qn̄ relinquitur filijs vel cognatis extranei, quia militaret eadē rō, & tamē hoc casu nō cōsideratur tps, quo cedit dies legati, sed tēpus testi, ₣m Bar. in d.l.si cognatis. in vlt. col. per dictā.l.si ita. de auro. & arg. leg. Præterea sequeretur, ꝙ si cognatis testatoris legaretur pure vsusfructus, ꝙ attēderetur ēt tēpus aditæ hæreditatis, & sic ꝙ cōcepti post mortē testōris admitterētur, dūmō tēpore aditę hæreditatis essent nati, quia dicto tempore cedit dies legati vsusfructus. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Et tamē hoc ē falsū, & cōtra d.l. si cognatis. a qua iste casus nō inuenitur exceptus. Rō ergo quare nō ueniāt nati post mortē est, quia testōr legādo ꝓprijs cognatis, sensisse vr̄ solū de his, ad quos habuit tpe testi affectionē, vel adhuc uiuēs habere poterat in futurū, vt no. gl. cōiter approbata in l. qui filiab. in prin. de le. j. Nam & illa lex locū ēt hēt ī natis post testm̄ an̄ mortē testōris, ₣m Ale. ibi, per dictā l. si cognatis. quæ rō militat, siue eis reliquatur purè, siue sub cōdōne. Nā quando legatur filijs, nō ueniūt posthumi, i. nati post mortē testōris. d.l. qui filiab. & tamen sine dubio illa lex, quæ loquitur indistincte locū haberet in legato ēt cōdōnali, ergo idē eadem rōne in casu dictæ. l. si cognatis. Non obst.
13 ēt† tex. i d.l. cū pater. §. hæreditate. quia licet dicatur ibi, admitti illos, qui tēpore mortis hæredis grauati uixerint, hoc fuit dictū ad excludēdū præmortuos & hæredes aliorū præmortuorū, ad quos fideicōmissum cōdōnale transmitti non potuit. vt dr̄ in fine tex. iuncta gl. nō āt voluit includere iuriscōsultus cōceptos post mortē testōris, immo sic præmortui excluduntur, quia tpe existōtis cōdōnis nō erāt in rerū natura, vt ibi dicitur, sic & illi nō vocātur, quia in rerū natura non erant tpe mortis testōris, d.l. ad ita. §. in fideic. eo. ti. qui textus proprie loquitur, vt dixi, de his, qui uocati sunt post mortem alterius, i. nominati, & tamē vult illos tm̄ intelligi uocatos, qui tēpore mortis testōris vixerint, per quē textū suppletur & declaratur. d. §. hæreditatem. Dum ergo loquitur de alijs, qui uixerint tempore mortis grauati, subaudiri dēt, cōceptis tamē tēpore mortis testōris, ꝑ dictū. §. in fideicōmisso. Nā & ille. §. qui exprimit de tempore mortis, suppletur ēt per d.l. si cognatis, & subauditur de tpe testi, ₣m omnes ibi. Concluditur ergo, ꝙ filij Achillis nasciturì post mortem do. Iuliæ non sunt vocati, nec comprehensi in institutione, & hoc omnes concedunt, & in hoc omnes concordant. Item quod filius natus & conceptus post mortem testatoris, uiuente ēt domina Iulia, non intelligitur uocatus, per ea, quæ late dicta sunt superius, & quod substitutio facta de vno puero eligendo per dominam Iuliam, non ualuit. Et per consequens domina Iulia instituta in usufructu, quæ non habet cohæredem pure, nec sub conditione, quia non inuenitur extare filium Achillis conceptus tempore mortis testatoris, remanet hæres uniuersalis. dict. §. ex facto. & quod apud eam remanet hæreditas libere & pleno iure, adeo quod de illa potest & in morte disponere pro suo arbitrio. Quo stante frustra quæritur de alijs, quia per hæc sequitur rn̄sio ad alia. Laus Deo.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit Deci. consi. 454. Hier. Zanch.

¶ Legatum usufructus omnium bonorum uxori relictum, donec habitauerit cum filiabus & donec iuerint ad maritum, illis ad maritum euntibus, an expiret.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio, donec, quando faciat conditionem.*
2 *Legatum alimentorum relictum, donec legatarius habitabit cū Titio, durat, etiam si cum eo non habitabit absq; sua causa, ex speciali priuilegio; secus in alijs legatis. & nu. 9.*
3 *Conditio, donec cum filiabus uxor habitauerit, potest adimpleri etiam illis nubentibus habitando cum eis.*
4 *Verbum in præcedentibus repetitur in sequenti oratione minus perfecta.*
5 *Species sequens uel præcedens respiciens uerbum significatiuum generis, uidetur apposita gratia determinationis.*
Copula, sicut, alternatiua inter genus & speciem exponitur pro id est.
6 *Legatum uxori factū, donec habitauerit cum filijs, quando dicatur temporale, uel perpetuum.*
7 *Dictio, donec, temporalis, limitat id, quod respicit, si est substantiale, & totam dispositionem limitat, si accidentale, solum illud accidens, sicut dicitur in relatiuo substantiæ iuncto uerbo futuri.*
8 *Impeditus facto tertij iusto, implere conditionem mistam, non excluditur à legato. secus si iniusto.*

CONSILIVM XXXVII.



CIRCA legatum vsufructus relictū dn̄æ Catharinæ per maritum, de quo quæritur, videlicet an sit perpetuū vel ad tempus. Dubiū oritur ex uerbis testamenti ambiguis. Qm̄ testator idem reliquit plenū & integrū vsumfructū oīum bonorū, & ipsam reliquit dn̄am & vsufructuariā dictorū suorū bonorū ēt vltra importantiam alimentorū, ea vidua stante, & vitam viduaIem & castam & honestam seruante, & donec morabitur cum quibuscūque filiab. eius & dicti testatoris, & cum dictis filiab. donec iuerint ad maritū, &c. Hoc igitur legatum vsusfructus reperitur factū sub plurib. conditionibus copulatiuè appositis.
1 vt probatur ex illa† dictione, donec, quæ apposita ad inchoationem alicuius beneficij facit condōnē. l. legatum. de an. leg. l. pr. §. fi. de cond. & dem. l. Caio. §. Imperator. de alim. & cib. leg. & l. 1. C. de le. & declarat Bar. in l. 1. ff. de cond. & dem. Et sic perinde est, ac si dictū fuisset, si morabitur. Et isto casu dictio, donec, non tantùm est apposita ad inchoationem legati, sed ēt ad limitationem eius, quia nō dixit testator simpliciter, donec morabitur, sed adiecit, & cum eis donec iuerint ad maritum. Ideo statim ꝙ iuerint ad maritū, legatū finitur. d.l. legatū. de annu. legatis. & d.l. fi. C. de leg. per locum a speciali. Nam legatū † ali-
2 mentorū quamdiu vel donec quis cum Titio, vel Claudio steterit, vel habitauerit, durat illo etiam mortuo, & sic est perpetuū, dūmodo nō stet per legatariū, vt dr̄ in illis iuribus, & hoc speciali fauore alimentorum, secūdum gl. & Doc. in l. j. C. de inst. & substit. sub conditio. factis. & in d.l. j. C. de legatis. & Bar. in l. illis libertis. de condit. & dem. secus aūt in alio legato. l. qui concubinam. §. vxori. de legatis. 3. vbi dr̄, ꝙ si legauit maritus vxori ducenta, quoad cum filio erit Capuę, & ambo migrassent in aliud municipium, ꝙ legatū vnius anni tm̄ debebitur, quantolibet tempore illius anni Capuę habitassent, & pro residuo non, quia cum legatum sit annuum, d.l. legatum. primo anno est purū, & pro alijs condōnale, iō inspicitur initiū cuiuslibet anni. l. a nobis. & l. in singulos. de annuis legatis. & per Bart. in d. §. vxori. Sic & ī proposito, cum vsusfructus sit uxori relictus, donec filię iuerint ad maritū, hoc casu superueniente pro illo anno inchoato solū vsusfructus debetur, & pro sequentib. nō, quinimmo idem esset ēt, si testator simpliciter dixisset, donec morabitur cum filiabus meis; & vlterius non processisset, quia hæc verba significant, ꝙ stare debeant & morari in eadem domo & simul educari, adeo ꝙ non sufficit, ꝙ habitent in eadem ciuitate. l. si quis ita legauerit. de condōnib. & demonstrationibus & per Bar. in d. §. vxori. Si ergo filiæ iuerunt ad maritum, & sic inceperunt habitare in diuersa domo, deficit condō, & legatum finitur, ut habetur in dictis locis. Nec potest imputari filiabus, ꝙ nupserint, aliàs eis indiceretur uiduitas. quod fieri nō potest expresse, uel tacitè. l. sed si hac. §. fi. & l. hoc modo. de condi. & dem. & notat Bar. in l. cum tale. in prin. eo. ti. Nec† ēt vxor
3 desinit posse habitare cum filiabus, quamuis nupserint, & ad maritum iuerint, quia adhuc cum illis in domo potest educari, sicut illa conditio, si uxor a liberis non discesserit, potest uerificari, si uxor nubat. dummodo liberos secum in domo mariti habeat, d.l. cum tale. in prin. iuncta glo. & ibi per Bar. et clarius

rius per Im.& Pau.de Cast.Quemadmodum ergo hoc casu nõ dr̃ cōdō illa,si a liberis non discesserit,defecta,quamuis nubat vxor,& ad maritum vadat,sed adhuc põt impleri, quia filij ex primo marito adhuc pñt cum illa habitare, eodem mõ si legatum sit uxori,donec cum filiab.testōris morabitur, põt impleri,quamuis filiæ uadant ad maritum, quia non desinit ꝑ ꝑ hoc mr̃ cum illis posse morari.& iõ si per eã stat,quominus cũ illis moretur,legato priuatur.Si vero staret ꝑ generum, vt q.a nollet in domo recipere socrũ,& adhuc vr̃,ꝙ cõsequatur legatũ, quia ista conditio,donec cũ filiab.morabitur, est mista, hoc est pendens a facto filiarũ & vxoris, iõ si vxor impeditur facto tertij,dẽt a legato excludi.l.inde Neratius.§.proinde.ff.ad leg.Aquliam.Sed præmissis non obstantib.puto contrarium,ꝙ vsusfructus relictus sit perpetuus,& per consequens ꝙ duret, quãuis filiæ testatoris fuerint ad maritum.Nam,vt dictum est,testator uxori reliquit vsumfructum,donec morabitur cum quibuscũque filiab.eius,& dicti testatoris,& cum dictis filiab.donec iuerint ad maritum,&c. oratio autem† hæc vltima,s.& cum dictis

4 filiab.donec iuerint ad maritum,est imperfecta rõne verbi, iõ inducitur repetitio ver.morabitur,positi in oratione præcedẽti,sicut talis repetitio fit per dictionem,item,qñ oratio sequẽs, quæ ꝑ illam inducitur,est imperfecta rõne verbi,ſm Bart.in l. in repetendis.de legatis 3.& in l.1.in principio,de publicanis. Et quod dicitur de dictione,itẽ,locũ hẽt ẽt in copula posita inter diuersas orationes,sicut ponitur ĩ casu nostro,vt.s. inducat repetitionẽ uerbi orationis ꝓcedentis in sequenti,quæ sit impfecta rõne verbi,ſm Bar.in l.Seiæ.§.Caio.de fundo instructo. Est ergo perinde ac si dictum fuisset,& cum morabitur cum dictis filiabus,donec iuerint ad maritum,&c. Oratio ergo illa ꝓcedens, videlicet donec morabitur cum quibuscunque filiabus eius & dicti testatoris,est gñalis quo ad actum morandi importatum ꝑ illud verbum,morabit̃,simpliciter & indeterminate ꝓlatum,& sequens oratio illa,& cũ dictis filiabus donec iuerint ad maritum,est specialis ad illũ actũ morãdi restrictũ ad tp̃s, ꝑpea hæc sequens clausula videt̃ apposita gratia determinationis & restrictionis,quia tp̃s in specie expressum in illa, & sic ipsa sequens species respicit & determinat verbum significatiuũ gñis,hoc est,verbũ illud, morabitur, subauditum, seu repetitũ uirtute copulæ positæ inter diuersas orationes,vt dixi: non autem respicit.nec determinat verbũ significatiuum actus legandi,ſm Bar.in l.quæsitum. §. si quis fundũ.de fundo instructo.

5 dũ cõcludit † ꝙ vbi species sequens,vel ꝓcedens respicit verbũ significatiuũ generis,ꝙ tunc videtur spẽs apposita gratia determinationis,per l.cum de lanionis.§. quidã. de fundo instr. & l. sed si adiiciatur.pro socio.& consequẽter illa copula,&,dẽt exponi pro.i.tanquam posita inter genus & spẽm,iuxta illud. Dicite discipulis eius & Petro,vt notatur in rubrica.C.de seruitutib.& aqua. Et sicut dicimus,ꝙ alternatiua posita inter genus & spẽm similiter exponitur pro.i. vt notat gl.in l.2.in princ.ad legem Aquiliam.Et erit sensus, ꝙ testõr reliquit dñæ Catherinæ vsumfructũ,si,vel cum morabitur cũ filiab.suis,donec iue-

6 rint ad maritum.Quo casu † dicendum est,ꝙ legatum sit ꝑpetuum,dummodo cum filiab.moretur,quousq; ad maritũ iuerint. Et est pro intelligentia cõsiderandũ, ꝙ aliqñ testõr legat vxori vsumfructum,vel aliud simile,donec filiæ iuerint ad maritum,& tunc legatum est temporale,& solum durat vsquequo dictæ filiæ iuerint ad maritum,quia illa dictio, donec,temporalis determinat verbum significatiuũ legandi, & sic legatum & eius substantiam limitat ad tempus,ꝑ iura quæ allegata sunt supra in contrarium.Aliqñ & secundo legat testõr uxori;si uel cũ morabitur cum filiabus suis,donec iuerint ad maritum,sicut in casu nostro,& tunc legatũ est ꝑpetuum, nec est limitatum ad tempus expressum,quia dictio,donec,temporalis non respicit nec determinat verbum dispositiuũ, nec rẽ positam in dispositione,sed determinat verbum illud,morabitur,qđ importat onus adiectum legato vsusfructus facto vxori,& idcirco limitat onus,& illud restringit ad tempus & sic legatũ & substãtia eius nõ limitatur,nec ad tẽpus restrictũ restringitur,sed onꝰ morãdi cũ filiab.est ad tp̃s restrictũ & coarctatũ, ita ꝙ sufficit onus morãdi,qđ hẽt tractũ successiuũ adiplẽdi ad tẽpus,quo elapso onus cessat,& legatũ ꝑpetuo durat, tãq̃ testõr legauerit uxori vsumfructum perpetuo duraturũ, dummodo moretur cũ filiabus ad tẽpus,id est,donec iuerint ad maritum,qñ, vt dixi, per

dictionem temporalem non determinatur uerbum dispositiuum, nec res posita in dispositione, uidelicet usufructus, sed determinatur uerbum, morabitur, expressum uel subauditum, quod onus adiectum legato importat, ideo limitatur solummodo onus ad tempus,& onus efficitur temporale,quo mediante legatum in perpetuum est duraturum. ¶ Nec obstat ꝙ in præcedẽti clausula verbũ,donec morabitur,respiciat substantiã legati,quia, vt dixi, ꝑ sequentẽ magis specialem præcedens exponitur & determinatur. Et ꝓdicta ꝓbãtur egregiè ex notatis ꝑ Bar.& Bal.in l.Stichũ qui meus erit.de leg.1. & in l.j. de cõdi. & demõ. vbi concludit, ꝙ relatiuũ substãtiæ iunctum verbo futuri tp̃is reddit suũ antecedẽs cõdõnale. Si ergo refertur ad aliqđ substantiale ipsius dispositionis,vt puta ad rẽ legatã,& tũc totã dispositionẽ facit cõdõnalẽ d.l. Stichũ qui meus erit.Si uero refertur ad aliquod accidentale,& tunc ipsum accidens fit conditionale,& non dispositio,& iõ conditionale deficiente illud accidens deficit, & remanet simplex dispositio sine illo accidenti.allegat.l.2.de hære.instit.& dictum Bart. tanquã in se verum nulius impugnat quamuis circa intellectũ dictæ. l. 2.sit variatum.Sic & in proposito dictio, donec, temporalis li-

7 mitat† id,ꝙ respicit,& si quidẽ respiciat aliquid substantiale ipsius dispositionis,& tota dispositio intelligitur restricta & limitata,si aũt respiciat accidens,& sic onus appositum dispositiõi, & tunc onus illud limitatur & restringitur ad tẽpus, ita ꝙ satis est ad tẽpus onus subire,ad effectum consequendi legatum perpetuo permansurum.Et sic aliud est legare ad tempus,ut in casu præcedenti, & aliud est legare sub conditione habente tractum successiuum usq. ad tp̃s certũ uel incertum.Et iste est ꝓprie casus noster, vt ex præmissis colligitur. & hoc euidentius demonstratur ex verbis illis testamenti immediate sequentib. videlicet cũ quibus eius filiabus cõfisus de optima indole & cõsuetudine dictæ suæ vxori vult ꝙ ipsa habitet, moretur, & viuat cũ dictis suis filiab.saltẽ quousq. iuerint ad maritũ,&c. Ex quib. verbis satis clare colligitur,ꝙ vxorem vult ad tempus solum grauare onere morandi cum dictis filiabus,& sic ꝙ intendit limitare dictũ onus,& illud facere temporale, non autem legatum, & eius substantiam ad tempus coarctare.Et iõ frustra disputatur, vtrum legatum finiatur, si filiæ vadunt ad maritũ, quando est relictum simpliciter,donec vxor morabitur cũ filiabus,quia in isto casu tempus morandi cum illis non est limitatum ad tempus,sed est simplex & perpetuum.At in casu nostro non satis est, ꝙ vxor moretur cũ filiab.donec iuerint ad maritum,& sic ꝙ subeat hoc onus ad tempus, ad effectũ vt legatũ sit perpetuũ,sed ẽt vbi esset relictum indeterminate,donec morabitur,adhuc legatum duraret,licet filiæ iuerint ad maritum, dummodo illa sit parata velle cũ filiabus stare etiam in domo generi,& filia & gener contradicant,per no.per Doc.in d.l.cũ tale.in prin.de condic.& demon. Et idem si filia nollet, quia ꝑ eam staret.d.l.qui concubinam.§.vxori.in fi.Et idẽ multo ma-

8 gis si staret per generũ, quia† vbi q̃s impeditur facto tertij iusto implere condõnẽ mistã, sicut est ista, tunc non excluditur a legato,l.Titius si statuas. de conditionib.& demonst. & notat Bar.in l.in testõ.eo.tit.& Doc.in l.1.C.de instit. & substitu. Secus si factum illud esset iniustum,quo casu loquitur.l.Neratius.§.proinde. alleg.in contrarium,ſm Bart.in dictis locis.Et in proposito hoc firmat Bar.in l.Mæuia.§.fi. de annu. legatis. vbi quærit,quid si legatum sit sub hac cõditione, si cum aliquo morabitur,& uxor sua nolit, ꝙ stet mecum sed secum, an debeat habere legatũ.Et refert Doctores concludere, ꝙ tenetur de nocte morari cum uxore,& debitum reddere,sed de die potest habitare cum alio, quia ab uxore hoc tempore remoueri non potest.Et subdit Bar.quod si esset casus,in quo deberet cũ uxore morari etiam de die,puta quia esset infirma.l.si cum dotem.§.sin autem in sæuissimo.sol.mat.tunc consequeretur legatum,quia non stat per eum,sed impeditur facto tertij iusto, d. l.Titius si statuas.Nec prædictis obstat. l. 1.C.de lega.& l.Caio. §.Imperator.de aliment.& ciba.leg.per locum a speciali. quia

9 † illa iura loquuntur,quando conditio mista deficit per casũ, secundum Bar.in d.l. 1.in testõ.& in d.l.1. C. de institutionib. & substitutionibus & in d.l.illis libertis.Et sic ad omnia in cõtrarium allegata est congrue responsum. Et ideo concluditur, quod si domina Catherina morabitur cum filiabus, quousque iuerint ad maritum, quod poterit legatum usufructus etiam

postea

poſtea,& uſque ad mortem retinere,quia eſt impleta cōditio, ſub qua legatum fuit relictum. Laus Deo.

¶ Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, quam uoluit maritus habere curam & regimen totius familiæ, ſi non regat,an debeat habere vſumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio miſta,quæ a uoluntate hæredis & legatarij pendet,habetur pro impleta, ſi facto hæredis impediatur abſque culpa legatarij.*

2 *Legatum cum onere adminiſtrandi, ſi per conditionem uel modum eſt appoſitum,deficit ex defectu conditionis uel modi,nec etiam ſi ipſa adminiſtratio ſit impoſita uxori diſpoſitiue, illud petere poteſt.& nu. 5.*

Tutor cui legatum eſt,illud non conſequitur,niſi agnoſcat onus tutelæ.& nu. 3.

4 *In legato alimentorum præſumendum eſt onus non fuiſſe adiectum cauſa legati,licet ſecus ſit in alijs legatis.& nu. 6.*

Alimenta ſimpliciter relicta intelliguntur perpetuo relinqui.

5 *Onus ſi diſpoſitiue ſit impoſitum,ſiue agnoſcatur,ſiue non,debetur legatum.*

6 *Alimenta uxori relicta,donec filiæ morarentur cum ea, illis nō morantibus quando debeantur,& quid ſi eſſet nouerca,& filiæ partim puberes, partim impuberes.*

7 *Relictum ſub conditione, quando ſub contraria conditione non cenſeatur ademptum.*

CONSILIVM XXXVIII.

VISO teſtō Neapolionis,& præſertim in ea parte, in qua legat vxorē dñam,maſſariā, & uſufructuariā,ac gubernatricē & adminiſtraticē familiæ, & oīum bonorū ſuorū,& quā ſic voluit habere debere curā, regimen & adminiſtrationē totius dictæ familiæ & bonorum prædictorū, incipiēdo a die obitus ipſius teſtatoris,&c. Reuocatur ergo in dubiū,vtrum vxor, quæ non adminiſtrauit,& curam non habuit familiæ, & bonorum prædictorum regimen excludatur a legato alimentorū,ꝙ relictum intelligitur ex eo,ꝙ uoluit eā eſſe dñam, vſufructuariā, & maſſariā,cū extent filij teſtōris,ꝑ ea quæ no.ī auth. ꝙ locū.
1 C.ſi ſec.nup.mulier.& ꝑ Bar.in l.Titia.§. fi. de leg.2. Et† certū eſt,ꝙ ſi ꝑ filios ſtetiſſet, ꝙ illud habere deberet, quia in hunc euentū expreſſe teſtōr reliquit alimenta & centum ſingulo anno,& ubi hoc ēt in teſtō non fuiſſet expreſſū,tñ deberet dicto caſu habere dictū legatū,ut eſt caſus expſſus iu l.Mæuia. ī pri. de annuis leg.qui hoc mō intelligitur,vt ibi notatur, & notat gl.& Bar. in l.Seio.in prin.eo.tit.& in l.2. C.de leg.& vbi ꝑ aliquos ſtetiſſet & per alios,nō tunc diuideretur.d.l.Seio.in rōne ſui,iūcta.d.l.Mæuia.Sed ſi nō apparet,ꝙ per filios,vel aliquos eorū ſteterit,ſed per vxorē,dubiū eſt, vtrū debeat conſequi legatū ꝓdictū, & iſto caſu ſi legatū fuiſſet cōdōnale, vt quia alimenta legaſſet teſtator,ſi uxor adminiſtrauerit, & curā habue-
2 rit,& certū eſſet,ꝙ† ex defectu modi,vel cōdōnis a legato fuiſſet vxor indiſtincte excluſa.l. 1.C.de inſti.& ſubſt. & in l.in teſtō.de ꝯdōnib.& dem.& l.ſi fundum per fideicommiſſum.§. 1. de cōdōnib.& demon.Et hoc ēt vult gl.magna in fine relata ad textū in d.l.1.C.de leg.vbi non eſt caſus noſter,in quo onus adminiſtrandi non eſt impoſitum matri per viam conditionis,vel modi,ſed ipſa adminiſtratio eſt poſita in diſpoſitione, & vxori diſpoſitiue impoſita,quoniam teſtator uoluit eam eſſe adminiſtratricem,& quod haberet curam, & regimen, &c. Vnde ſi vxor hoc non fecit,videtur, quod legatum petere non poſſit, ſicut quando tutori legatur,quo caſu tutor non habet legatū, ſi non agnoſcat onus ſibi iniunctum.l. Neſſennius. de excuſat. tutor.Nam vtroque caſu eſt eadem ratio,quamuis vxor ꝑ verba prædicta non ſit data tutrix vel curatrix filiorum.leg. qui in aliena.§. quanquam. & ibi notatur de negotijs geſt. Et alia ratione idem videtur dicēdum.Nam caſu quo per filios ſtaret, quominus vxor adminiſtraret,in pœnam legauit teſtator uxori ſtatim alimenta ſatis ampla,& libras centum ſingulo anno. Quia ergo alimenta relinquuntur ſub illa conditione, ſi per filios ſteterit, uidetur hoc legatum ademptum ſub contraria conditione,ſcilicèt ſi per eos non ſteterit,ſicut econtra,ademptum ſub conditione, intelligitur datum ſub cōtraria cōdōne l.aliquando,de conditionibus & demonſtrationibus & l.ſi penum.quando dies lega. ced.Et iō ſi per filios non ſtetit, defecta cōdō fuit.& per couſequens legatum non debetur.d.l. 1. & d.l. in teſtō.Sed prædictis non obſtantib.ꝯtrium meo iudicio,eſt verius.Nam legatum ita demum tutor amittit, ſi tutelæ onus nō
3 agnoſcit,quando iō legauit teſtōr,quia dictum onus † iniūxit, & ſic quando apparet,ꝙ onus tutelæ fuit cā legati, ſed quando omnino erat teſtōr relicturus,ēt ſi nō impoſuiſſet dictū onus, & ſic quādo cōſtat,ꝙ onus prædictum nō fuit cā legati,tunc legatarius legatum conſequitur,licet onus tutelæ agnoſcere nolit.d.l.Neſennius.verſi.non ſēper.& in fine eiuſdē.l.cum ſeq.ꝓbari vr̄,ꝙ non erat teſtōr aliter relicturus in dubio,niſi adminiſtrauerit tutor.ꝙ pōt eē verū,quando eſt factū legatum aliud
4 quam alimentorum.Sed ubi † relinquuntur alimēta, vt in caſu noſtro,eſt præſumendum in dubio fauore alimentorum, & ꝙ onus adminiſtrationis impoſitum nō fuerit cā legati,& ſic ꝙ teſtator erat omnino relicturus in dubio, ēt ſi dictum onus nō fuiſſet per eum legatario,uel uxori impoſitum,prout ſentit gl. no.in d.l. 1.C.de legatis.dum dicit,maxime quia ſimpliciter alimenta relicta perpetuo intelliguntur relinqui.l. Caio.de alim. & cib.lega.Et ſic in caſu illius textus, in quo alimenta fuerunt relicta quo ad cum Claudio morati eſſetis,vult gl. ꝙ in dubio onus morandi cum Claudio iniūctum legatario non fuerit cā legati,ex quo ſequitur,ꝙ Claudio mortuo adhuc alimenta dicuntur,quia non ceſſat cā legati,quæ non deberentur,ſi legatū fuiſſet factum ex ea cā,vt cum Claudio morarentur, & hoc cōſtaret,vt dicit ibi gl.cum qua tranſit Bar.& Doctores cōiter, & Bar.in l.illis libertis,de condōnib.& demonſtrationib.qui concludit,ꝙ in dubio fauore alimentorum dictum onus, vel aliud ſimile nō dicitur in dubio eē cā legati, & eſt ſecus in alio legato.Idem eſt ergo dicendum in caſu noſtro. Et iſtud etiam vult gl.in d.l. 1.dum allegat in contrarium dictā l.Seio.in prin.de annuis leg.vbi proprie ponitur caſus nr̄.Et ſoluit,ꝙ ille tex.loqui
5 tur in caſu noſtro.Nec obſtat,ꝙ † dicta gloſſa velit,ꝙ legatarij dēnt morari cum Claudio,dū viuit,quaſi ꝙ ēt in caſu noſtro vxor dēat adminiſtrare,& curam habere,dū filii viuūt,ꝗa gloſſa loquitur,quando legatum fuit cōdōnale, ut in illo textu, quia tūc impleri dēt cōdō,ſi pōt,quāuis ēt nō fuerit cā legati,& fuiſſet teſtōr ēt aliter relicturus, quia in cōdōnib.attenditur merū factum,& non cōtemplatio.l.qui hr̄di. in prin.& l. Mæuius.de cōd.& dem.Sed quando onus imponitur diſpoſitiue, & nō cōdōnaliter,ut in caſu noſtro,tunc ſi non fuit cā legati,legatum dētur,etiam ſi potuit agnoſci,& non ſit agnitum,vt eſt caſus in d.l.Neſennius,& prout in caſu noſtro eſt in dubio præſumendū fauore alimētorum,ꝙ dictū onus impoſitū uxori non fuerit cā legati,ꝑ no.in locis pręallegatis.Et eſt ſecus in alio legato ẜm Doct.in d.l.j.Et probatur,vt dixi,in d.l. Neſennius.in fi.cū leg. ſequen. quę in alio legato per prædicta debet intelligi.Sed
6 † adhuc cōtra prædicta uidetur eē deciſio Ray.in d.l. 1. cū quo trāſit Ale.vbi refert,ꝙ quidam nobilis reliquit hr̄des filias impuberes,& reliquit earum matri alimenta,donec filię morarentur cū ea,poſtea maritauit vnā,& alia deceſſit, ꝗrebatur ergo, an mater dēret habere tunc legatum. Et dicit, ꝙ quidā magni Doctores conſuluerunt ꝙ ſic,per no.in d.l.1. ꝑ gl. ſed ipſe dicit rñdiſſe cōtrarium,quia dicta verba vñr appoſita fauore filiarū, vt mater nutriat & corrigat illas,arg.l.ſed ſi hoc.§.fi.cū ibi no. in gl.de cod.& dem.Et pro hoc allegat ēt Ale.tex.in l.ſi ita relictum.§.Pēgaſus.de leg.2.& quod ibi no. Imo. in 1.not.Sed ad iſtud reſpondetur,ꝙ prædicti loquuntur, quādo uoluit teſtōr filios,vel filias impuberes morari apud matrem,& de impuberibus filiis loquuntur iura per eos allegata.Et illud,quod dicūt, locum non hēret.quando filij eēnt puberes, vt etiam prædicti præſupponunt,& prout expreſſe dicit Im.quē allegat Ale.in d. §.Pegaſus.dicens no. ꝙ tps vr̄ adiectum fauore legatarij,quādo ēſt impubes,&c.& ſic neſcit ſe gubernare,aliàs aūt in dubio regulariter videtur adiectū fauore debitoris.l.eū q. aliàs in.Iabolenus.de annu.leg.Si uero filij iſtius teſtōris erāt oēs puberes, vel ſaltem filij prioris matrimonij,nō pōt dici, ꝙ hoc ſit dictū a teſtatore in caſu noſtro fauore eorū,& ꝙ fuit onus in dubio cā legati,& ſic quo ad puberes legatum dētur, quia quo ad eos dictū onus nō fuit cā legati.Et licet quo ad puberes aliter poſ-

ſit

sit dici,non tamen inconuenit,ꝙ onus dēat agnoscere, & quo ad alios nō,arg.d.l.scio.in pri. Et per partē contrariā ēt debuit probari,ꝙ filij eēnt impuberes,q̃a aliud est fundamentū intentionis suæ,& aliàs dēt succumbere,tanquā si oēs essent puberes q̃a q̃ ætatē allegat,& in illa se fundat,illā probare dēt.l.si minorē.C.de ī integ.rest.& ibi no.Doc.& ī l.cū test.de prob. Et q̃d dr̄ in matre in iurib.ꝑdictis,arbitror,ꝙ locū nō hēat in nouerca,quia licet ꝑsumat lex,ꝙ in casu prædicto testōr sic disposuerit,ut mr̄ filios impuberes nutriat & corrigat, nō tñ est tāta ꝑsumptio legis ꝓ nouerca,contra quam lex ꝑsumit plerūq;l.nō est.ff.de inof.test.Et iō saltem respectu filiorū prioris mr̄imonij dēt præsumi, ꝙ nō administrationis bonorū & personarū fuerit cā legati alimentorū,& ꝓp̄s ꝙ legatū dēatur,ēt si vxor non administrauerit,quia noluit.Nec postremo obstat,dū dicebat,ꝙ † ex quo alimenta relinquuntur,si ꝑ filios steterit,ꝙ sub
7 contraria cōdōne dicantur adempta,q̃a aduertendū est,ꝙ testator primo alimenta reliquit tantūmodo ꝑ illa verba, dn̄am, massariā,& vsufructuariā,&c.& deinde voluit vxorē eē gubernatricem & administratricem,&c. Ex casu quo ꝑ filios staret, quominus administraret, alimenta vxori legauit,& libras cētū singulo anno eidē dare uoluit, & sic in hūc euentū duplex fuit legatum.Sicut ergo testator uoluit in sensu directo,ꝙ uxor dicto casu adueniente haberet duo legata copulatiue , ita a contrario sensu noluit,ꝙ haberet illa duo legata,quæ posterius reliquit,& sic ꝙ alimenta & libras centum non haberet copulatiue.Quamuis ergo alimenta habeat, quę prius solum legauerat & antequam onus administrationis illi iniungeret , tamen ex quo libras centum relictas copulatiue in dictum euentum nō habet,uerum est tamen, quod alimenta & libras centum non habes, & sic uerificatur illa propositio negatiua & copulatiua quæ resultat ex argumento a contrario sensu , quamuis , ut dixi, legatum tantum alimentorum prius de per se relictum consequatur,& ab eo non dicatur recessum,quia ex dicto argumēto infertur solum,ꝙ non consequatur utrumque,nō autem ꝙ amittat alimenta, quæ testator prius legauerat , ut est casus in l.si quis ita stipulatus fuerit decem.de ver. ob. & quia prædicta duo legata copulatiue sunt facta dicto casu adueniēte ad augumentum,ideo non debet argumentum a contrario sensu operari diminutionem,& sic ꝙ intelligatur ademptum legatum alimentorum in præcedenti parte testamenti factum,l. si manci. de fun.instr.Et propterea concluditur,ꝙ legatum, ad quod agitur,est debitum. Laus Deo.

¶Legatum usufructus uxori factum an restringatur ad alimenta. Et an filia amittat legatum vsufructus, si maritus non uult eam habitare cum matre, & an heres creditor defuncti possit petere, quod aliqua res sibi assignetur pro suo credito.

SVMMARIVM.

1 *Legatum usufructus ad alimenta non restringitur , quando simpliciter uxor est relicta usufructuaria.*
2 *Legatum usufructus factum demonstratur ex detractione æris alieni,quæ non uendicat sibi locum , quando alimenta legantur.*
3 *Testator legando usumfructum,quando proprietatem censeatur legare.*
4 *Legatum usufructus non restringitur ad alimenta , quando resultaret inæqualitas,*
5 *Filiæ legatus usufructus, donec cum matre habitauerit, si non habitet marito prohibente uel non . sed nolente in domo socrus habitare,an debeatur.*
6 *Maritus & uxor censetur una & eadem persona.*
7 *Legato usufructu unà duobus,dicuntur re & uerbis coniuncti,licet sibi per concursum partes faciant.*
8 *Vsusfructus integer debetur uni collegatario per ius non decrescendi,quando alter est hæres, qui a se ipso legatum capere non potest.*
9 *Hæres defuncti creditor conficiens inuentarium , actionem sibi competentem confundere non dicitur,sed poterit agere , ut aliquid pro suo credito sibi assignetur.*
10 *Hæres creditor ratam defuncti alienationem habere cogitur quo ad tertios possessores,non antem quoad legatarios,nisi ex conuentione aliud sit.*
11 *In dubio debet fieri interpretatio contra eum , qui se fundat in uerbis.*

CONSILIVM XXXIX.

De tribus quæritur, & circa tria instatur per celeberrimos dominos consultores. Quoad primum per illos concluditur, ꝙ uxori intelligatur pleno iure usufructus relictus , & ꝙ ad alimenta relictum non restringatur ex coniecturata uoluntate testatoris. Sed dubium facit,quia legatum fuit duplex.Primo. enim uxorem reliquit dominam,massariā,& usufructuariā in uita sua,& quousq. honeste uixerit,& vitā uidualē seruauerit omniū bonorum ipsius testatoris , una cū filia ipsius testatoris infrascripta , quousq. eius filia stabit in domo ipsius testōris cum dicta eius uxore,&c.Quantum ergo ad hanc partē , & hoc primum relictum verba restringunt ad alimenta,ſm ꝙ cōiter concluditur in auth.ꝙ locum.C.si muli.secun.nup.& in l. Titia.§. fi. de leg.2.cum concord. Nec de contraria mente disponentis quo ad hoc apparet ex aliquib.coniecturis. Dein de subiungit testator,aliter totius hæreditatis,& bonorum,ut supra, ipsam eius uxorem in uita sua & quousque honeste uixerit & uitā uidualem seruauerit,sit & esse dēat usufructuaria, detractis tamen legatis debitis,& dote ipsius suæ filiæ integraliter de bonis & hæreditate prædictis primo & ante omnia,quorum solutio nō retardetur propter dictū usumfructū,&c. Et ad hunc ſm casum adaptantur solum coniecturæ,quæ ponderantur per dominos cōsulentes,quia ad illum tm̄ refertur vers.ille, detractis tamen legatis,&c.l.fi.cum ibi notatis per Bar.de reb.dub.& in quo fit tota uis.nec mirum ꝙ legatum in hunc casum factum vxori in pœnam filiæ non habitantis in domo testatoris plus contineat quam primum,quia vsusfructus,quo filia priuatur , odio eius in vxorem transfertur,institutio.de leg.§.fi.& l. 1.C. de his quę pœnę nomi.& l.fi.cum ibi no.ff.eo.ti. Si ergo casus iste nō euenit,vt per partem dicitur,virtute primi relicti alimenta tantum possunt peti,per ea quæ traduntur in locis præalleg.Sed tñ contrarium puto uerius ; & sic ꝙ ēt primo casu vxori dicatur relictus vsusfructus.Nam in casu vltimo, scilicet,quādo filia in eadem domo non habitaret cum vxore,uidetur clarum , ꝙ uxor debeat habere totum vsumfructum ,quia in hunc euentum testator
1 † non reliquit vxorem dominam,& vsufructuariam,sed simpliciter voluit,ꝙ vxor esset vsufructuaria,& quo casu ad alimenta tantum non restringitur legatum,sed restrictio hēt locum,qñ reliquit vxorē dominam & vsufructuariam, ſm Bal. & Sal.in l.3.C.de indic.vidu.toll.per rōnem quam ibi assignāt. Et in casu isto hoc magis procedit,quia ex sequentib.colligitur ꝙ ita testator voluit & sensit . dū dixit,detractis tamen legatis, & debitis,&c.quæ detractio fit, quando vsusfructus omnium bonorum alicui relinquitur, quia de vsufructu æs alienum nō præstatur,sed de bonis hæreditarijs detrahitur , & de residuo vsusfructus percipitur.l.usufructu legato.& ibi per Pau.de Ca. & Alex.plenius ad leg.falc.& eadem detractio fit de legatis,secundum Bal. Sal.& Pau.de Cast.in l.fi.§. sin autem æs alienū, C.de bonis quæ lib.& est communis opinio, quicquid quo ad hoc dicat Ale.in d.l.vsufruct.Quia ergo talis detractio adaptatur ad legatum vsusfructus omnium bonorum,& nōn conuenit,quando fit legatum alimentorum,ex hoc intentio testatoris declaratur,quia talia sunt subiecta,qualia prædicta demonstrant,& econtra.l.fundum.in prin. & ibi per Bar.de fundo in
2 struc.Et bene facit.l.Proculus.de vsufr. vbi si † testator grauat vsufructuarium,ne domum altius tollat , uidetur legasse proprietatem,quia hoc grauamen conuenit proprietario, & non vsufructuario.Et per illum tex.dicit Bal. quod si testator relinquat uxorem vsufructuariam,& illam grauet,ne alienet,intelligitur reliquisse proprietatem, quia aliàs uerba non deseruirent intentioni,ut ibi per eum.Cum quo transit Alexan.in l.si constante.in prin.& quasi in primis uerbis. solut.mat.Sicut ergo testator in ultimo casu uoluit, quod haberet totum usumfructum omnium bonorum,ita ēt uoluit,ꝙ in primo casu hēret partē vsusfructus , quia intentio testatoris non fuit facere differentiā inter primū & secundū casū in qualitate rei legatæ, hoc est, uno casu legare alimenta , & altero usumfructum,sed solum

solùm inter totum & partem eiusdẽ rei legatæ, idest ipsius vsusfructus. quod etiam ratione suadetur, quia uxorẽ reliquit dominam, massariam & vsufructuariam unà cum eius filia. Sed hæc verba ad filiam relata non important alimenta, sed vsumfructum, ergo etiam quò ad uxorem idem significant, quia plura determinabilia dẽnt pariter determinari. l. iam hoc iure. de vul. & pup. & ne idem uerbum diuerso iure censeatur l. cũ qui
4 ędes. de usuc. Et confirmatur, quia † in persona uxoris & filiæ legatum est annuum ꝑ pp illa uerba, quousque vitam vidualem &c. & quousque dicta eius filia stabit &c. l. legatum. in prin. de annu. leg. & per Bar. in d. l. Titia. §. fi. & l. qui concubinã. §. vxori. de leg. 3. Si ergo in persona uxoris legatum importaret alimenta, & in persona filiæ usumfructum, sequeretur, ꝙ eo anno, quo filia habitaret cum matre, ꝙ pro illo anno legatũ vxoris consisteret in alimentis, & alio anno, quo filia seorsum habitaret, uxor usumfructum haberet, & etiam respectu tpis in persona uxoris esset determinatio inæqualis, contra l. si legatarius. §. 1. cum ibi notatis per Bar. de leg. 3. Et esset absurdum ꝙ scđm ꝙ filia habitaret, vel non habitaret cum matre in persona matris legatum uariaretur, arg. l. pe. C. de cura. fur. Nã quãuis filia uno anno cum matre nollet habitare, vel non posset, si tñ alio anno cum illa habitaret, legatum tñ illius anni cõsequeretur, scđm gl. 1. in l. si quis ita. de cõd. & dem. per tex. ubi hoc bene probatur in d. l. qui concubinam. §. uxori. de leg. 3. & iõ Soc. in d. l. si quis ita. not. ex illo tex. iuncta gl. ꝙ dictio, dum, habet conditionẽ repetitiuam, & sic ut dispositio suũ reassumat effectũ impedimento cessante. Et allegat ẽt l. pe. de excusa. tut. & l. sicut in annos. quib. mo. usufr. amit. Item ergo & in dictione, quousque, uel quamdiu, quæ. Idẽ importat. d. l. sicut. Et per prædicta rñdetur ad id, quod no. Bart. in d. l. Titia. §. fi. quod uidebatur facere contra ꝓdicta, ubi vult, ꝙ si testator filiũ & extraneum instituit hæredẽ, & uxorem reliquit dñam, massariã, & usufructuariam, ꝙ pro parte filij habebit solùm alimẽta, & & pro parte extranei habebit vsumfructũ, per l. si ita scriptum. in princ. de manu. testa. Et sic concedit, ꝙ fiat inæqualis determinatio, qm̃ in casu Bart. uxor non erat aliquo casu uocata ad usumfructum quò ad filiũ, sed in casu nr̃o sic. Item ibi inæqualis determinatio est tantùm respectu plurium personarũ, sed hic esset inæqualitas nedum respectu diuersarũ personarũ, sed ẽt in eadẽ persona, s. matris respectu tpum, & contingere posset ꝙ vnum & idẽ legatũ in persona vxoris uariaretur sæpius, scđm ꝙ filia habitaret, vel non habitaret cũ matre, quod est ab-
5 absurdum. Quo ad scđm, videlicet utrũ † filia perdat legatum vsusfructus, si maritus nolit, ꝙ habitet cũ uxore testatoris. Et vr̃ ꝙ non, quia per eam non stetit, ut est expressum in d. l. qui concubinã. §. vxori. in fi. de leg. 3. & in d. l. si quis ita. de cond. & dem. vbi dr̃, ꝙ si legetur uxori, si cũ filiis habitauerit, ꝙ legatũ percipit, si per eam non stetit. Et, quod est plus, puto ꝙ etiã si maritus nõ prohiberet uxorẽ habitare cum matre, sed nollet maritus ibi sed alibi stare, ꝙ adhuc illa deberet consequi legatum, ẽt si non habitaret cum matre, sed cũ marito: quia nõ diceretur tunc posse cum ea cõmode habitare, nec diceretur per eam stare, quia marito priuari non dẽt. l. cæterùm. §. mulieri de
6 vsu. & habit. & qa, vt dr̃ in l. se est maritus & uxor vna & † eadẽ ꝑsona, scđm unam expositionẽ, & ꝓpea non dẽt fieri separatio, vt ibi. Ex bene facit l. si ita stipulatus fuero per te non fieri. de uerb. obl. & vbi maritus nolit cũ socru, sed separatim habitare, siue prohibeat ẽt uxorẽ cum illa stare uel non, nõ video qũo dicatur iniustè uxorẽ impedire, quia hoc pendet a sua uoluntate, nec est quærendũ, quare nolit. l. quia poterat. ad Treb. Sed tñ puto, ꝙ totus usufructus pertineat ad uxorẽ testatoris, per alium tñ modum, & aliam rõnem, quam dicant dñi cõ-
7 sultores. Nam testator reliquit, † uxorem dñam, massariam, & vsufructuaria oĩum bonorum unà cum filia ipsius testatoris, & sic prædictæ mulieres sunt coniunctæ verbis. l. Titiæ textores. §. fi. de leg. 1. l. si quis Titio. in fi. de vsufr. accresc. & l. fi. C. de imp. & aliis subst. Item sunt coniunctæ re, quia cuilibet insolidum & non pro parte dr̃ legatus usus fructus, quamuis faciant sibi partes per concursum. secundùm gl. & Bald. in l. 1. in fi. de usufr. accresc. & gl. in l. triplici. de uer. sig. & gl. Bald. in l. si duob. §. fi. de leg. 1. & Bar. in l. re coniuncti. de leg. 3. uer. 3. loco principaliter quæro &c. cum quo transit Raph. & Bart. in l. j. §. vbi aũt. C. de cad. tol. & Bal. in §. his ita. ea. l. Et ista opinio seruari dẽt in practica, quãuis nonnulli teneant cõtrarium, scđm Alex. in l. plane. §. si coniunctum. de leg. 1. Quia ergo ambæ di-
8 ctæ mulieres in vsufructu fuerunt coniunctæ, & verbis, & † in persona filiæ legatum non valuit; quia ipsa sola fuit hęres instituta, & a se ipsa sibi legari nõ potuit, ideo totus, & integer vsusfructus debetur vxori testatoris collegatariæ, vt est casus, in d. l. plane. §. si duobus. & ita ibi declarat Bar. Et ex hoc infertur, ꝙ mater totum vsumfructum deberet habere, etiam si cũ ea in eadem domo posset, & vellet filia habitare, quia in persona eius legatũ, ut dixi, nõ valuit, & ad dictã vxorem testatoris ẽt hoc casu pertinet per ius non decrescendi, & per hunc modũ cessant multæ difficultates tactæ per dños cõsulentes. qui non sunt necessariæ. Circa tertiũ, s. an filia de bonis patris debeat tantum consequi, quantum ille alienauit de bonis do. Alexandræ. Et vr̃
9 ꝙ sic; quia † licet ipsa sit hæres patris, tñ inuentarium fecit, ideo actio sibi competens non est confusa, vel habetur pro non confusa. l. fi. §. in computatione. & ibi notatur. C. de iure deli. & plene no. in l. si debitori. C. de pac. & dicit Bal. in dictis locis, ꝙ hæres creditor defuncti tunc petere potest, vt sibi pro credito suo assignetur certa res hæreditaria, de qua disponere possit pro libito. Et cum eo transit Alex. in d. l. si debitori. dicens ꝙ ita aliàs
10 seruari fecit. Nec ob. ꝙ filia † & hæres cogatur habere ratũ factum defuncti, & sic alienationẽ. l. cũ a matre. C. de rei vendi. quia illud procedit quo ad tertios possessores, contra quos agi nõ põt, scđm ea quę hñr in d. §. in computatione. sed quantum ad deductionẽ faciẽdam ꝯtra legatarios, & creditores filia ex ꝓmissione sibi facta, & sic contra matrem petere põt dictã separationem. Sed his non obstan. mihi placet, ꝙ dictæ filiæ nihil debeatur occasione alienationis factæ per patrem, & qđ nihil deducere possit contra matrẽ, quia conuenit cum genero Orlãdinus sub hac forma. Item sono d'accordo & promette ditto Orlandino, che non hauendo altri figlioli legitimi & naturali per legitimo matrimonio da nascere, che tutta la rata a lui toccata in parte de la heredità de citta donna Alessandra sua zia dopo la morte del ditto Orlandino sia, & essere debbia de ditta donna Lucretia sua figliola, &c. Vnde illa verba, videlicet, che tutta la rata a lui toccata in parte, &c. possunt habere duplicem sensum. Primus est, ꝙ intelligantur de rata obuenta in partem ex testamento do. Alexandræ. Secundus sit, ꝙ senserit contrahentes de rata obuenta in parte ex diuisione facta inter dictum Orlãdinum & fratrẽ suũ, q̃ etiam præcesserat, & scđm q̃ bona alienata non includuntur sub dictis verbis, quia alienatio ꝓcessit di-
11 ctam diuisionẽ. Et iõ iste vltimus sensus dẽt capi, quia † interpretatio dẽt fieri ꝯtra partem aduersam, q̃ se fundat in uerbis. l. stipulatio ista. §. in stipulationib. de verb. oblig. & notatur in l. veterib. de pact. & quia continet minus. l. semper in obscuris. & l. semper in stipulationib. de regulis iuris. Atq. etiam constat ex capitulo sequenti, ꝙ intentio partium fuit, ꝙ in dictis uerbis non comprehenderentur bona alienata. Ex quo actum est, ꝙ casu quo domina Lucretia aliquid peteret ab ipso Orlandino, uel ab hæredib. eius de bonis alienatis, possit Orlandinus petere & consequi legitimam, & Trebellianicam in bonis dominę Alexandræ, quæ sibi obuenire deberet de iure. Nam per talẽ reseruationẽ factã quodã mõ pęnæ nomine apparet, ꝙ iter partes actũ ẽ, ꝙ bona alienata nõ ueniant in promissione. insti. de leg. §. fi. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Vxor relicta omnium bonorum usufructuaria, domina, & massaria toto tempore uitę si stabit uidua, instituto uniuersali hęrede nepote ex fratre, an habeat totum usumfructum.

Et an intra annum præstita cautione possit consequi dictum legatum.

SVMMARIVM.

1 *Si uni fundus, alteri usufructus legetur, diuiditur usufructus inter eos secus est, si unus sit hæres, & alter legatarius, usufru. enim integer legatario debetur, & assignatur ratio.*

2 *Vsusfructus omnium bonorum si uni legetur, & alteri fundus, iste habebit fundum cum toto usufructu. & nu. 7.*

3 *Vsusfructus uel aliud legatum, quando censeatur separatus, & exemptus ab institutione uniuersali. & nu. 5. & 12.*

4 *Vſufructu omnium bonorum uni relicto, & altero inſtituto hærede uniuerſali, quando uſufructuarius habeat totum uſumfructum.*
Hæreditas uel hæredis nomē quando ſine vſufructu uerificetur.
5 *Hæreditas differt a corporibus hæreditarijs.*
6 *Sub verbo, hæres, vel hæreditas, non intelligitur nec ſpecialiter nec generaliter facta mentio corporum in hæreditate exiſtentium, ſed repreſentatur quoddam corpus fictum.*
Idem in uerbo, grex, & uerbo, peculium, quia uerba uniuerſalia.
7 *Secus ſi ſit uerbum generale, quia omnia & ſingula corpora generaliter intelliguntur expreſſa.*
Vſufructu omnium bonorum uni relicto, & altero in omnibus bonis hærede inſtituto, dimidia vſusfructus hæredi danda.
8 *Generi per ſpeciem quando non derogetur.*
Declaratio Bar. in l. ſi quis ſeruum. §. fi. de leg. 2.
9 *Inſtitutio in qua ſimpliciter dicatur, inſtituo te hæredem, an differat ab ea, in qua dicitur, inſtituo te in omnibus bonis meis.*
10 *Legatum generale aliquando habetur pro uniuerſali.*
11 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, quando aliquid operetur.*
12 *Generalis bonorum mentio idem operatur, ac ſi de ſingulis, vel pleno iure eßet dictum.*
13 *Vxor intra annum an poſſit conſequi legatum uſusfructus præſtita cautione.*
Intellectus auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tol.
14 *Correcta ratione legis, dicitur lex correcta.*
15 *Conditio in non faciendo, ſatis eſt, quod impleatur, licet nō adſit animus implendi.*

CONSILIVM XL.

VISO & bene pōderato toto tenore teſtī domini Ioānis de la Volta ciuis Mantuæ, & præcipue in ea parte, in qua diſpoſuit, ꝙ eius vxor ſit domina & uſufructuaria omnium bonorum ipſius teſtōris toto tempore vitæ ſuæ ſeruāte vitā vidualem. & ſimiliter in alia parte, in qua inſtituit in oīb. aliis bonis ſuis mobilib. & immobilibus, iurib. & actionib. pręſentibus & futuris hæredem uniuerſalem Hieronymū nepotē ſuum ex fratre. Vn̄ videt̄ dicēdum prima facie, ꝙ totus & integer vſusfructus virtute dicti legati ſpectet & ptineat ad uxorē teſtatoris. Quia
1 † quamuis vbi uni legatur fundus & alteri vſusfructus eiuſdē fundi. inter prędictos vſus fructus diuidatur, & legatario vſuſfructus pars ſolum debeatur. leg. ſi alii. de vſuf. legato. & ibi per Bartol. ubi reddit rationem, & per eum in leg. Sempronio. eo. ti. ſecus tamen eſt inter legatarium vſusfructus alicuius rei vel omnium bonorum, & hærede̅ uniuerſaliter inſtitutum, q̄a totus & integer vſusfructus debetur legatario, & hæredi nihil, ſecundum Pau. de Caſt. in conſi. 389. inc. Quod vxor, &c. Et rationem aſſignat, quia hæreditas eſſe poteſt & nominari etiam ſine vſufructu alteri legato, quoniam conſiſtit in iure, & hæreditas dici poteſt ſine aliquo corpore. l. hæreditas. de peti. hære. Vnde uerba inſtōnis nōn ſignificant quod inſtitutus debeat de uſufructu participare viuente vſufructuario. & propterea ad legatarium debet pertinere in totum, ſed alio caſu, ſcilicet quando uni relinquitur fundus & alteri uſusfructus eiuſdem, non poteſt legatum fundi verificari detracto toto uſufructu, quia ſine eo fundus eſſe nō poteſt. l. qui vſumfructum. de uer. obl. ideo tunc diuiditur vſusfructus inter dictos legatarios, ſm
3 Bar. in d. l. ſi alii. Et iſtud confirmatur. † Nam d. l. ſi alii, loquitur & locum habet, quādo vtrumq. legatum ē particulare, ut quia vni, ut dixi, legatur fundus, & alteri vſusfructus eiuſdem fundi, & non procedit, quando unum relictum, puta uſusfructus, eſt uniuerſale, ut quia vſusfructus oīum bonorum ſit relictus uxori, & aliud legatum eſt ſpeciale, veluti fundi, quia tunc legatarius fundi habebit illum cum toto vſufructu, nec de eo participabit uxor, ſecundum Bald. in l. quoties. C. fam. erciſ. in fi. quia nedum tāquam ſpēs, ſed etiam tanquam indiuiduum eēt generi derogare. Et cū Bal. tranſit etiam Ang. Are. inſtitu. de vſufru. §. j. Idem ergo econuerſo, qn̄ legatum uſusfructus eſt ſpeciale, & aliud uniuerſale, quia militat eadem ratio, ut in caſu noſtro, in quo uxori relinquitur uſusfructus omnium bonorum, quod relictum reſpectu inſtitutionis poteſt dici ſpeciale, quia in eo continentur ſolum bona præſentia, & uſufructus eorum. leg. fin. §. 1. de leg. 2. & in inſtitutione ueniunt bona omnia præſentia & futura, idcirco legatum uſusfructus dēt inſtitutioni generali derogare, & ſic hæres nō debet de vſufructu participare. Tertio, ꝙ iſto caſu hęres non debeat de uſufructu conſequi, probatur ex alio. Nam teſtator dixit, in omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, &c. Ex quibus uerbis cō
3 ſtat, † ꝙ ab iſta inſtitutione exemit, & ſeparauit uſumfructum relictum uxori, & ꝙ noluit illā in ſubſtitutione includi, ut probatur ex notatis per Barto. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Treb. ubi dicit, ꝙ in caſibus dicitur, ꝙ prælegata ueniunt in reſtitutione fideicommiſſi. ſi tamen teſtator dixit, reſiduum bonorum meorum a dictis iudicijs & legatis relinquo, &c. maniſeſtiſſimus ſenſus horum uerborum eſt, ꝙ prælegata non ueniunt in reſtitutione. Et facit. l. cogi. §. inde queritur. eo. ti. cum ibi notatis per Bar. Vbi probatur, ꝙ ſaltem per talia uerba intelligitur legatum uſusfructus exemptum. & ſeparatum a reb. hæreditarijs. Et in terminis uidetur Ale. hoc uelle in conſ. 25. in fi. 1. uol. ubi dicit, ꝙ in inſtitutione uniuerſali facta dicto modo nūquam cōprehenduntur legata particularia alijs facta, tā quā generi per ſpeciem dicatur eſſe derogatum. l. vxorem. §. feliciſſimo. de leg. 3. l. alimenta. §. baſilicæ. de alim. & cib. legat. & l. quod in rerum. §. quis poſt. in fi. de leg. 1. Quędam alia etiā adduci poſſent pro hac parte, de quibus poterit conſtare per infra dicenda. Sed his & omnibus alijs non obſtantibus contra-
4 rium puto de iure uerius. Et † pro intelligentia conſidero duos caſus. Primus eſt, quando relinquitur vſusfructus fundi, uel omnium bonorum, & alius hæres ſimpliciter inſtituitur bonorum hæreditariorum nulla facta mentione generaliter uel ſpecialiter, ſicut quando dicitur. Titium hæredem inſtituo, uel Titius ſit hæres, & iſto caſu uidetur dici poſſe, quod totus vſusfructus ad legatarium pertineat, & ꝙ de illo hęres non participet aliquo modo, & ꝙ tunc procedat id, qđ Pa. de Caſt. in cōſ. ſupra in cōtrarium allegato dicit, quia uidetur ꝙ habeat dicto caſu locum ſua rō, videlicet quia hæreditatis, vel hæredis nomen uerificari poteſt proprie ſine dicto vſufructu, quia conſiſtit in iure, & non in corporibus. l. hæreditas differt a corporibus hæreditarijs, adeo ꝙ vendita hæreditate, & euicta una re hæreditaria, non poteſt agi de euictione, quia illa res differt ab hæreditate uendita. l. i. C. de euictionibus, & eodem modo pro una re morboſa non poteſt agi redhibitoria. l. proinde de ædil. edicto. Et per conſequens differt hæreditas ab uſufructu cuiuslibet corporis hæreditarij. Et iſtud etiam præſupponit Bal. in conſi. 359. incip. Quidā inſtituto hærede extraneo, &c. primo vol. Et pro iſta opinione videtur caſus in l. omnium. de uſufructu, vbi dicitur, ꝙ legatum vſusfructus omnium bonorum ualet, ſi non excedat dodrantem, quia tunc minueretur ꝑ falcidiam hærede extraneo inſtituto, ſed inſtituto filio vſq. ad legitimam hodie non deberetur, ſecundum gl. ibi. Ex his ergo apparet, ꝙ illo caſu pro dimidia vſusfructus non pertinet ad hæredem, quia ſi ſic eſſet, nunquam vſusfructus omnium bonorū dodrantē excederet, quia ultra quartam hæres extraneus ſemper haberet, & filius hæres, apud quem eſſet proprietas, haberet ſemper ultra legitimam in proprietate & uſufructu. Et ad idē eſt textus iuncta gl. in l. vxori meæ. de vſufruc. leg. vbi habetur, ꝙ relicto vſufructu oīum bonorū uxori, ꝙ illum conſequi dēt in omnib. bonis, niſi minuatur per falcidiā ab hærede extraneo, uel a filio occaſione legitimæ, qđ eſſe non poteſt, ſi de uſufructu ſic relicto hæres pro dimidia participaret, & ſic ſi locum dicto caſu haberet. d. l. ſi alij. de vſufr. lega. Et bene etiam probatur in l. generali. §. vxori. eo. ti. & in l. vſufructu legato. ad legem Falcidiam. & inſt. de vſufr. §. i. dum ibi dicitur, ꝙ vſufructu fundi legato nuda proprietas remanet penes hæredem. Et iſtud ſatis aperte vult etiam Bar. in l. fi. de uſufr. legato. ubi concludit, quod ad uſufructuarium omnium bonorum ſpectat onus æris alieni, & non ad hæredem, ſed onus legati eſt hęredis, & non dicti legatarij, quia cum alijs legatarijs concurrit. Allegat dictam legem, Sempronio. eo. ti. Et ſic pręſupponit, ꝙ cum hr̄de nō cōcurrat, quia tunc ad eū nō pertineret onus æris alieni ea rōne, quia onus legatorum non ſuſtinet, & quia ſi concurreret cum hærede, eſſet vſufructuarius pro dimidia, & ſic quota, quo caſu Bar. vult quod æs alienum pertineat tantum ad hæredem. Sed contrarium uidetur velle Bal. in l. fi. C. de indic. uidui.

dui.tollen.col.2.ver.si aũt testator,&c. vbi dicit, ꝙ si testator vxori legat vsumfructũ oĩum bonorũ,ꝙ extantibus liberis habebit alimenta tãtum,sed illis non extantibus habebit vsumfructum. Sed caue tibi,dicit Bal. quia illũ non habebit nisi pro dimidia.l.si vsufr.legato. Nec rõ Pau.de Cast.allegata in contra-
5 rium vr̃ vera,quia immo institutio hæredis† dicto casu & ius vniuersale non est sine dicto vsufructu legato, nec intelligitur ex tali legato a dicto iure vl̃i seperatus,ſm Bal.Ang.& Imo.in l.si ita quis.de hær.inst. vbi dñt ꝑ illum text. ꝙ si quis instituat hæredem exceptis legatis & iudicijs, ꝙ nihilo minus sub dicta institutione comprehenduntur omnia legata & fideicommissa alijs facta,& debent capi de manu hæredis.Et idẽ vult Bart. in l.certarum.in prin.de test.mil.& Pau.de Cast.& Alex.in l.nã quod.§.non omnis.ad Treb.quamuis idem Ale. videatur aliter sentire in d.consi.25.in si.j.vol.vbi de prædictis non facit mentionem. Nec etiam intelligitur dictus vsusfructus separatus in totum a singulis corporib. hæreditarijs,nisi sit dictum expressè.d.l.si alij quo casu,s.quãdo constat,ꝙ testor voluit,ꝙ corpora hæreditaria apud hæredem remaneant deducto vsufructu legato,pñt iura superius allegata,in quib. principaliter quæritur,an legatum vsusfructus omniũ bonorum valeat,aut in quibus rebus debeatur,vel an separari possit a ꝓprietate. De modo aũt legãdi ibi non quæritur,sed ꝙ fuerit aptus & congruus præsupponitur,quia tamẽ ad illa iura non rñdetur sine aliqua li violentia,& quia iste non est casus,de quo quærit,ideo circa hoc aliter non insisto,nec aliter determino. Scd's casus est, qñ testator aliquem instituit in omnib.bonis suis,aut in omnibus bonis mobilib.& immobilib.&c.qui in hoc differt a præceden-
6 ti,quia in illo hæres vocatur† expresso nomine tãtum & verbo vl̃i, prout est verbum, hæres,vel hæreditas reprę̃sentans quod dam corpus fictum.l.mortuo.de fideiu.diuersum a singulis corporibus hæreditarijs,& de quib. mediante tali expressione nõ intelligitur facta mentio gñaliter vel spãliter dictorum corporũ.d.l.1.C.de euictio.& d.l.proinde.& probatur.ex no. ꝑ Bar. in rub. de verb.ob.in distinctione magna,dum dicit,ꝙ si interrogatio præcessit per nomen vl̃e, & collectiuum, puta de grege,& sit facta promissio de illa oue alba,ꝙ nõ ualet stipulatio, tãquã responsum sit de alia re,per l.j.in fi.de rei uend.qđ secus esset,si per interrogationem diceretur facta mentio saltẽ gñalis de corporibus gregis,vt statim dicetur. Eadem ergo rõne dicto casu per instõnem non dicitur facta mẽtio ẽt generalis corporum hæreditatis, quia illa non minus dr̃ nomen ul̃e & collectiuum quam sit grex,vel peculium,ut per Bar.& Doc. in rub. sol.ma.& per no.in l.j.in prin.de eden.Sed in hoc scd'o casu,in quo instituitur quis in omnibus bonis vel in omnib. bonis mobilibus & immobilibus, vsus est testator nedum verbo vl̃i, & collectiuo,sed etiam gñali,prout est illud verbum,in omnibus
7 bonis,&c.& per quod verbũ† gñale intelligũtur omnia & singula corpora hæreditaria expressa & specificata gñaliter, ſm Bar.in d.rub.dicẽs,ꝙ si interroget quis,an omnes suos seruos ꝓmittat,& responsio fit de vno certo, puta de Sticho,ꝙ valet stipulatio.Et idem ꝓbatur ex not.per Bart.post Dy.in §. sed si mihi.in fi.ea.lege.& hoc non alia ratione,quia isto casu singuli serui dicuntur in interrogatione positi, & de singulis facta gñaliter expressio.l.si chorus.in prin.de leg.3. Et hoc quia per talia uerba gñalia non significatur aliud corpus fictum differens a singulis corporibus,sicut fit,quando nomen est ul̃e,vel collectiuum. Et inter prędicta etiam facit differẽtiam Bar.in l. si ita.de auro & arg.leg.per notata in l.j.in prin. de eden. Quia ergo isto casu,vt est dictum,dicitur facta mẽtio generaliter de singulis corporib.hæreditarijs, perinde est ac si institutus fuisset hæres in tali fundo & tali domo,& sic de singulis.d.l.si chorus.in prin.& per Bar.in d.§.sed si mihi. dum allegat illam. l.& ideo,quia illa corpora,quæ uoluit testator apud hęredem manere,nõ possunt stare sine vsufructu, qui est pars integralis & substantialis eorum.d.l.si alij. debet inter legatarium vsusfructus omnium bonorum,& hęredem diuidi,sicut fit quãdo uni relinquitur fundus certus,& alteri vsusfructus eiusdem fundi. d.l.si alii.quia vtroq; casu est eadem ratio, & quæ cessat in primo casu,de quo supra,in quo per verbum vtile,& collectiuum non fit mentio in specie, nec in genere de corporibus hæreditariis, sed solum de alio corpore ficto, & imaginario, vt dictum est.Nec obst.quod in casu.d.l.si alij.vtrunque relictum

esset speciale,& in casu nr̃o institutio sit vl̃is & generalis, & legatum vsusfructus ẽt oĩum bonorum sit spãle respectu institutionis,& sic ꝙ per illud derogetur institutioni generali in effectu,& consequenter ꝙ d.l.si alij. non possit isto casu hr̃e locũ, sicut econuerso,voluit Bald.in d.l.quoties.C.fam.ercis. q̃a Bal.
8 malè loquitur, inquantum dicit, ꝙ si alicui† legetur vsusfructus omnium bonorum, & alteri fundus, ꝙ iste habebit fundum pleno iure,& sic etiam totum vsumfructum. Quia cõtrarium in terminis vult Bar.in d.l.Sempronio.de vsufruc.leg.qui propriè loquitur dicto casu. Nec obst.ratio Baldi; quia ad illã respondet Bar.qui idem tenet in l.quæsitum.§.si quis fundum. de fun.instr.in vlt.col.ver.si verò legetur totum genus. Vbi concludit,ꝙ si totum genus legetur diuersis respectibus,& vni genus respectu vsusfructus, & alteri species respectu proprietatis,& tunc generi per speciem non derogatur, sed concurrunt. Allegat.l.Sempronio.in prin.& d.l.si alij.de vsufruct.leg. Et sic vult clare, ꝙ si alicui legetur vsusfructus omnium bonorum, & alteri fundus, ꝙ in vsufructu fundi ambo concurrant, & ꝙ isto casu generi per speciem non derogetur prædicta ratione, scilicet quia uno respectu genus vni legatur, & species alteri alio respectu. Sed quando eodem respectu legatur, subdit Bart. in loco præallegato, si vtraq; dispositio sit vtilis,generi per speciem d erogatur, puta si uni legarẽtur omnia bona immobilia, & alteri fundus, quia utroq; casu legatum est factum respectu proprietatis,per l.vxorem. §.fœlicissimo, & l.seruis vrbanis. in fi.de leg.3.Et sic non ob.ratio Baldi, contra quem tenet etiam Bar.in l.si quis seruum.§.fin. de leg.2. in vlt.col. ver.quæro qñ legetur pars bonorum,&c.vbi dicit,ꝙ si vni legetur species hæreditaria, & pars bonorum alteri, ꝙ illa species deducitur per illam regulam,quæ est,ꝙ generi per speciem derogetur.d.§.fęlicissimo.& d.l.seruis.§.fi.secus dicit ipse,si vni legetur species, & alteri vsusfructus certæ partis bonorum. Allegat.d.l.Sẽpronio.in prin.cum ibi notatis. & sic vult, ꝙ isto casu non habeat locum dicta regula.Et ratio diuersitatis colligitur ex pręmissis. Nec ob.dum Bart.in fi.dicit,prædicta esse vera,nisi de mente testatoris aliud appareat,vt quia dicat, dimidiam aliorum bonorum meorum lego;quia per illud verbum,lego,patet, ꝙ voluit legata prius solui,&c. qm̃ hoc vltimũ,quod dixit Bart.refertur ad proximum,vt patet ex legibus,quas allegat, & sic ꝙ non habeat locum contributio,de qua dixerat, quod patet,dum dixit, ꝙ testator voluit legata prius solui, non autẽ põt referri ad id, qđ dixerat de legato vsusfructus certæ partis bonorũ, & de legato fundi.quia cũ loquatur,qñ dictũ fuit, dimidiam aliorũ bonorum meorum lego,ex hoc constat, ꝙ loquitur, qñ pars bonorum fuit legata pleno iure. Vnde nõ põt fieri relatio ad casum,in quo vni fuit fundus certus legatus,& alteri pars vsusfructus bonorũ; quia huic casui verba nullo mõ pñt cõuenire.l.4. §.toties.de dam.infec.Vñ idẽ est dicẽdũ ecõuerso,vt si alicui factum sit legatũ oĩum bonorũ, & alteri legatũ vsusfructus spãle,vel minus generale,vt in casu nr̃o,ꝙ de vsufructu participet ille,cui oĩa bona sunt relicta,& ꝙ isto casu nr̃o,ꝙ de vsufructu participet ille,cui oĩa bona sunt relicta, & ꝙ isto casu legatum spãle factũ vno respectu non deroget gñali relicto facto alio respectu.Præterea in casu nr̃o vtrunque relictũ est æqualiter, & pariter gñale,& quò ad vnũ respectu ꝓprietatis,& quo ad aliũ respectu vsusfructus mobiliũ & immobiliũ,& siue vsu cõsumerẽtur,siue nõ,& ẽt iuriũ,& non tantũ pñtium,sed ẽt futurorũ. l.quoties.§.fi.& d.l.omnium.de vsufructu.& d.l.uxori meæ.de usufr.leg.& d.l.usumfructu legato.ad leg.Fal.& per Bar.in d.l. si quis seruum.§.fi.dum allegat.l.quoties.in fi.de vsuf.& d.l.vxori mistæ.Et idem dicit ẽt apertius Bar.in l.si ita.de aur.& ar. leg.ꝑ d.l.quoties.§.fi.& rñdet ad.l.fi.§.1.de lega.2.quæ allegatur in contrarium,qđ loquitur,qñ quis legauit omnes res suas quæ erant in tali villa,q̃a tũc nõ veniũt futuræ. Et iõ quia vtrũque legatũ est gñale,isto casu vnũ non derogat alteri, sed hẽt locũ concursus in vsufructu, sicut qñ vtrunq; legatum est spãle.d.l.si alij.quia ꝙ operatur spẽs quo ad spẽm, operari debet genus quoad genus,argu. l. si duo. de admi.tut.Sed in contra-
9 rium facere videtur,ꝙ no.Bar.in d.l. si ita, dum dicit,ꝙ † si q̃s legat omnia bona sua tunc vr̃ legare substantiam. d.l.quoties. §.fi.Et sic ꝙ uidetur magis oratio uniuersalis,quã gñalis.Et idẽ vult Bart.in effectu in d.l. si quis seruum.§.fin.de lega.2.& per consequens uidetur, quod non differat effectu illa institutio, sci-

scilicet instituo Titium hęredem, de qua in primo casu, de quo supra, ab illa, in omnib. bonis meis mobilibus & immobilibus, &c. quasi ꝙ ēt isto casu dicatur oratio vniuersalis, & non gñalis. & quia illa expressio dictorũ bonorũ tacitè inerat, iõ nihil debet operari. l. 3. de leg. 1. & in l. non rectè. C. de fideiusso. Sed
10 rñdetur† ꝙ tale legatum hr̃ pro vniuersali, non quidem ex verborũ significatione, quæ sui natura nõ sunt vniuersalia, sed gñalia, secũdum Bar. in d. l. si ita. & in d. l. 1. §. fin. de verb. ob. sed alia rõne, quia esset inconueniẽs, ꝙ legatarius oĩum bonorũ solus haberet totum commodũ, & ad hr̃dẽ ꝑtinerent omnia onera hæreditaria, ꝭm Bar. in d. l. si quis seruum. §. fi. de le. 2. Et iõ legatum quotæ bonorum est particulare, ꝭm eum, quia in illo cessat dicta rõ. & iõ tantum modo quò ad hunc effectum, ut onus hæreditarium transeat in dictum legatarium, verba iuris interpretatione dicũtur magis vniuersalia quam gñalia, sed quo ad alia cessat dicta interpretatio, quia non hẽt locum dicta rõ, & sic verba quo ad alia retinent propriam naturam, & quo ad alios iuris effectus sunt generalia, & pro generalibus capiuntur, & capi debent. Et istud apertè est de mente Bar. in l. 1. de leg. 1. circa vlt. col. versi. 3. dixi, &c. vbi primo declarat, qđ legatum dicatur vniuersale, & an & quando cõpetat rei vendicatio, & deinde dicit, ꝙ si legatũ sit gñale, & tunc aut est omnium bonorũ, & quia hẽt vim fideicommissi vniuersalis. d. leg. quoties. §. fi. de vsufruc. non cõpetit rei vendicatio. Aut est partis bonorum, & dic, vt l. non amplius. §. fina. & sic Bar. appellat & dicit legatum oĩum bonorũ esse gñale, sicut quãdo est partis bonorũ, licet dicat, ꝙ habeat vim fideicommiſ. vniuersalis, quæ verba aliud nõ significãt, nisi ꝙ ad hunc effectum solũ, vt legatum prædictum hẽat vim fideicommissi, verba illius non cõsiderantur vt generalia, & ꝙ non retinent suã naturã, sed quo ad alia secus. Et iõ ad effectum vt legatarius oĩum bonorum possit participare de vsufructu alteri legato, oratio dicitur generalis, quia per hoc non fit quominus hẽat naturã fideicõmissi vniuersalis. Et idẽ
11 est pariter in casu nr̃o dicendũ. Nec obst. ꝙ talis† expressio dicatur facta ꝑ eum modũ, per quẽ inest, & ꝙ nihil operetur, q̃a si quis simpliciter hæres instituitur, dr̃ ad hæreditatem uocatus principaliter, q̃ est ius & quoddã corpus fictũ. l. mortuo de fide iuss. & in consequẽtiã cõsequitur bona hæreditaria, vt probaĩ in d. l. 1. C. de euic. & in d. l. ꝑinde. de ædil. edic. in quib. iuribus ꝓbatur, ꝙ vendita re, nõ intelliguntur vẽdita singula corpora. ꝙ nõ esset, si tacitè & accessoriè nõ venirẽt in vẽdõne, sed ęquè principaliter. Quia ergo isto casu exprimũtur æquè principaliter, expressio dr̃ facta aliter quã inesset, ꝭm Bar. in d. l. 3. dũ rñdet ad l. 1. ff. si pendẽ. appel. mor interuene. Dicitur etiã alio mõ expresse facta aliter quam inesset, quia bona inerant vniuersaliter in instõne, & expressio est gñalis, quæ effectu differt a generali, vt colligitur ex ꝓcedẽtibus, & ꝙ isto casu dẽat hæres de vsufructu participare, voluit etiam Ale. in cõs. inc. Perlectis uerbis testĩ. 3. vol. ꝑ d. l. si alij. Et quãuis loquatur, quãdo testõr instituit hæredem in omnib. bonis pleno iure, q̃ verba, scđm eũ, important, ꝙ intelligatur institutus tã in vsufructu quã in proprietate l. mater. & ibi no. Bal. ad Tertu. nihilo minus idẽ esset,
rede extraneo ipsius filij nō pōt vsusfructus deberi, & sicut, ꝓ ut dixi, vult Abb. in terminis d. cōs. 78. Et alia rōne ēt nō debet in casu nostro. i. ex coniecturata uoluntate defuncti, qui non ꝑsumitur isto casu voluisse plus relinquere uxori minus dilectæ, quam filiæ, quam magis dilexit, & qui alio casu eam magis honorauit. Et per hoc etiā rñdetur ad no. per Bar. in consi. allegato in contrarium, quia in casu suo cessat dicta rō. Præterea vt dicam infra in alio dubio, hoc legatum factum uxori, fuit relictū principaliter in fauorē filiorum, ꝑpea ꝑ morte eorū extīguitur in totum, sed in casu Bar. fuit factū ī fauorem vxoris, vt dixi, & plenius dicā inferius. Et hæc de primo dubio. Quo ad aliud, de quo in ordine quæritur tertio loco, videlicet, an saltē vxor in parte dēat habere usumfructum, ex quo filius tm̄ est ꝑ mortuus, & quo ad illum tm̄ defecit conditio per casum, & superuiuit filia, per quam stat, ꝙ mr̄ nō habitet cum ea in domo
13 testōris, qa est nupta. Et prima facie vr̄, ꝙ legatū† vsusfructus solum deficiat pro parte, ex quo omnes filii non sunt mortui, sed solus masculus. l. pen. de cond. & dem. & magis in terminis hoc probatur in d. l. Seio. in prin. de ann. lega. vbi vr̄ esse casus. Nam aut dr̄ stare per filiam, ꝙ mr̄ sua & uxor testōris non habitat secum, & cōdō hr̄ ꝓ impleta, quia qñ conditio mista deficit facto illius, in cuius ꝑsona debuit impleri, indistinctē cōdō habetur pro impleta, d. l. in testō. & ibi per omnes, & ꝑ Doc. in d. l. 1. C. de insti. & substi. Si uero dicimus, ꝙ stat ꝑ maritū filiæ ipsius testōris quominus illa habitet cum matre, qđ vr̄ verius, qa tenetur vxor ire ad domū viri, & illa dr̄ domiciliū matrimonij. l. mulierem. de ritu nup. Et similiter cōdō dēt haberi ꝓ impleta, qa qñ qs facto tertii iusto impeditur cōdōnē mistā impleri, hr̄ pro impleta. l. Titius statuas. de cōd. & dem. & no. Bar. in d. l. in testō. & alii in d. l. 1. Et ita quasi in terminis deciditur ꝑ Bar. in l. Mæuia. §. fi. de ann. leg. vbi quærit, quid si alicui fuit relictum sub cōdōne si morabitur mecum, & vxor sua nolit, ꝙ stet mecū, sed secum, an dēat hēre legatum. Et arguit, ꝙ sic, cū non stet per eum, per principium illius legis, & ꝑ l. Labeo scribit, de contrahen. emp. & per d. l. Titius statuas. quæ leges dñt, ꝙ si quis ꝑ tertiū iuste impeditur, cōdō habetur pro impleta. Et tandem Bar. dicit Doc. concludere, ꝙ de die dēt morari mecū, & de nocte cū vxore, vt ei debitū reddat, arg. l. medicus. & l. si cū patronus. in fi. & l. pe. in fi. de op. lib. Sicut ergo qñ maritus legatarius impeditur per vxorem iuste implere cōdōnē de morādo cum aliquo, non perdit maritus legatum, ita econuerso quando maritus impedit uxor est morari cum legatario, nō dēt illud legatum sibi relictum sub conditione morari cū legatario, non dēt illud legatum sibi relictum sub cōditione morādi cum illa amittere. Et quamuis Bar. isto casu in d. l. in testō. &
14 alii in d. l. 1. distinguant, utrum factū† tertij directo ordinetur ad impediendum implementum cōdōnis vel nō, p l. 3. §. si quis seruum. & l. non oē. de statu'li. tñ Bar. vult, ꝙ in dubio dicatur ad hoc ordinari, & per ꝯñs ꝙ hēatur cōdō ꝓ impleta, per l. 3. §. 1. de statulib. & sicut Bar. in q. de qua per cū in d. l. Mæuia. §. fi. ꝑsupponit, ꝙ ex facto uxoris prohibentis maritum stare cū legatario, quod hoc factū dicatur ordinatum ad impediēdum implemētū cōdōnis, quia aliter non hēretur ꝓ impleta. d. §. si quis. sic & in casu isto factum mariti in dubio uidetur ordinari ad hoc directo. quia utroq; casu est eadē rō. Quib. tñ nō ob-
15 stātib. contrariū videtur verius. Nam† vxor dēt ire ad domū viri, ut dixi. d. l. mulierem. & dēt esse in officio uiri, & illi operari. l. sicut patronus de ope. lib. & no. Bar. in l. Caio. §. Imperator de ali. & cib. leg. & Bar. & alii Mod. ī l. diuortio. in prin. sol. ma. & per Bal. & alios, in l. 1. C. de leg. cū cōcor. de quib. per Ale. in dictis loc. Si ergo impeditur stare cū matre in domo patris, dr̄ mater eius & uxor testōris, cui gratum fuit, donec habitauerit ī domo cū filiis, impediri cōdōnē implere factu iusto tertii. i. ma-
16 riti. Et† istud factum nō dicitur directo ordinatū ad impediēdū implemētū cōdōnis, quia cū filia teneatur sequi uirū, & esse in officio eius & ei operari, ꝑsumitur in dubio prohibere illam habitare in domo patris cū matre, ut ab vxore officium & operas cōsequatur, & sic ut sibi prosit potius quā ut noceat vxori testōris, probatur in l. fluminū. §. fi. cū gl. de dā. inf. vbi hr̄ ꝙ quis pōt in suo facere, quāuis hoc vicino noceat, dūmō non faciat ad æmulationē, & ut uicino noceat, ƒm glo. Et in dubio vult gl. ꝙ non ꝑsumatur fecisse aīo nocēdi, sed vt sibi prosit. Eadem ergo ratione idem est dicendū in casu nostro. Si igitur factū tertii isto casu non est ordinatum ad impediendum conditionis implemētum, conditio nō habetur pro impleta, sed ꝓ defecta, & legatum non debetur. d. l. 3. §. si quis seruum. & d. l. non omne. de statu lib. & per Bar. in d. l. in testō. & Alex. in d. l.
17 1. Nec ob. dum Bar. vult, ꝙ† in dubio factum tertij præsumitur ordinatum ad impediendum implementum conditionis, per d. l. 3. §. 1. ubi dicitur, ꝙ si seruo sit relicta libertas, si ierit Alexandriam, & prohibeatur per hæredē ire, ꝙ intelligendus est magis impedire libertatem, quam operis serui uti, quoniam dictū Bar. dēt intelligi secundum legem, quam allegat. iuxta not. per Bar. in l. non solum. §. si liberationis verba. de lib. lega. Loquitur ergo Bar. & text. quem allcg. quando defectus conditionis cedebat ad commodum, & implementum ad damnum prohibentis puta hæredis grauati sub conditione, & quia deficiente remanebat liberatus ab onere legati, & cōmodum remanebat apud eum. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. Quia ergo ex defectu sperat commodum, & ex implemento damnum præsumitur in dubio, qđ factum eius sit ordinatum ad impediēdum implementum conditionis, ut probatur optime in l. elegāter. §. fi. ff. de dolo. ubi habetur, ꝙ mendax in dubio non præsu-
18 mitur† in dolo, quando ex illo non consequitur commodum, sed quando mendaciū resultat ad eius utilitatem, tunc præsumitur in dolo. Et illum tex. etiam ad hoc ibi not. Bart. & sequitur Alex. in l. dolum. C. eo. Eadem ergo ratione in casu. d. l. 3. §. 1. ille, qui prohibet, videtur fecisse animo impediendi potius libertatē, quam vtendi operis serui. Et propterea in eius odium conditio habetur pro impleta, & non pro defecta. vt ibi. Sed quando ex facto tertij iusto, impeditur legatarius implere conditionem, ex tali prohibitione uel defectu conditionis legatarius nō venit excludendus ad commodum prohibentis, nec ex illius implemento prohibentis grauatur ex testō. vt in casu nostro, præsumendum est in dubio, ꝙ eius impedimentum non sit ordinatum, ut impediatur conditio impleri, si potest capi alia coniectura, vt in marito prohibente vxorē habitare cum legatario, quia hoc fecisse præsumitur, ut sibi prosit, & non vt alteri noceat, per no. in d. l. fluminum. §. fi. iō isto casu conditio habetur pro impleta, sed pro defecta. d. §. si quis seruum. & l. nō omne. & per Bar. vbi supra. Secus autem si non subesset alia iusta cā, ex qua posset dici facta prohibitio, quia ēt isto casu impedimētum præsumeretur ordinatum ad defectum conditionis, & legatum deberetur. d. l. Titius statuas. de cond. & demonst. quæ isto casu loquitur, & istud puto verissimum. Nec prædictis ob. no. per Bar. in d. l. Mæuia. §. fi. quia in casu illo maritus non impeditur implere conditionem habitandi cum alio, quia cum illo potest habitare de die & nocte, dummodo cum uxore dormiat, quia ad aliud officium non tenetur maritus vxori, quam
19 ꝙ reddat debitum. Et pro† implemento conditionis satis est, ꝙ legatarius habitet cum alio excepto tempore quo dormit, quia in totum & perfectē dicitur conditio impleta, quoniam ille, qui cum alio pro implemento conditionis stare dēt, non tenetur esse cum illo omni momento, sed potest etiam se quandoq. absentare, dummodo eam mentem & id propositum habeat, ut ab illo non discedat, ut est expressum in l. si quis legauerit de cond. & demō. & per illum tex. dicit ibi Bar. ꝙ rector seu officialis dicitur probare familiam continue tenuisse, si testes dicant, ꝙ viderūt suos familiares secum in prandio, & in cœna. Nec, enim secundū eū, debent dicere de quolibet momento, vt ibi in tex. Et ēt alia ratione ista conditio quoad filiam est defecta, vt statim dicam in sequenti dubio. Deuenio igitur ad tertium, de quo quæritur secundo loco, videlicet an post mortem filij legatum, ꝙ ab initio fuit alimentorum, duret vel sit extinctum. Et uidetur prima consideratione ꝙ legatum prædictum
20 duret, & ꝙ alimenta debeantur vxori, quoniam, ut† superius dixi, quamuis conditio mista per casum regulariter deficiat, fallit tamen fauore alimentorum. d. l. 1. C. de leg. & ibi no. gl. & Doc. communiter, & no. in d. l. illis libertis. & in d. l. in testō. & per Doc. in d. l. 1. C. de insti. & substi. & ita etiam proprie in terminis velle videtur Abb. in d. consi. 77. Punctus talis est, &c. in fi. vbi concludit, ꝙ quando vxor relinquit domina, massaria, &c. donec cum filijs in domo habitauerit, licet mortuis filijs non debeatur vsusfructus ab hærede extraneo, quia tale legatum extinguitur, quando conditio mista deficit, per casum d. l. in testamento, & l. legatum. de condi. insti. tamen legatum alimen-

mentorum inchoatum uiuentib. filijs eorum fauore conserua tur, per d.l.j. cũ ibi no. C. de leg. Nec vř dici posse, ꝙ hoc legatum dicatur principaliter factũ fauore filiorũ, & non vxoris, ex hoc ꝙ filij essent impuberes, q̃a in dubio alimẽta ꝓsumunt relicta fauore potius legatarij, quãuis filij sint ẽt impuberes, & prout erãt in casu Abb. in d. cons. & Bar. in cõs. 56. & tamẽ uolunt, ꝙ legatũ non pereat isto casu per mortẽ filiorum. Et maximè prædicta videntur vera quoad filiã, per quã stetit nubendo, ꝙ mater secum non habitaret, & non per matrem. Vnde ẽt si legatum alimentorum esset factum gratia filiorum, isto casu quo ꝑ filiam stetit, quo ad eam non extingueretur, vt est expressum in l. Mæuia. in princip. de annuis leg. iunc. l. penul. de conditio. & demonstr. Et alia ratione isto casu specialiter legatum factum vxori ex toto deficere non debet, hoc est, tam respectu alimentorum, quam vsusfructus, quoniam testator huic vxori suæ, casu etiam quo transiret ad secunda vota, reliquit vsumfructum dimidiæ possessionis. Si ergo isto casu, quo transit ad secunda vota, propter ꝙ vxor facit iniuriam filijs, & anima mariti contristatur. §. soluto. in auth. de nup. & in aut. de non eligẽ. secun. nub. §. Gregoria. & voluntariè a filijs recedit, testator de nouo vxori legauit, & sic ex toto illam non exclusit, præsumendum est magis, ꝙ illam noluerit in totũ excludere & priuare, quando seruat vitam vidualem & a filijs recedit ex necessitate, puta propter casum mortis in persona filij, & quia filia ad domum mariti ducta fuit. Contrarium tamen puto verius. Nam, vt in facto præsupponitur, tempore testamenti filia adhuc nupta non erat, & filius erat impubes & male conditionatus, &

21 sine spe ꝙ ex toto reintegraretur. Ex his igitur† oritur præsũptio, ꝙ legatum factum vxori fuerit potius relictum gratia, & ad commodum filiorum, quam ad utilitatem vxoris, vt probatur in l. sed hoc ita. §. si de condi. & dem. iun. glo. Et ex illo tex. no. ibi Imo. ꝙ quando testator aliquid legat vxori, si nõ discesserit a liberis impuberib. uidetur sic legasse, vt ipsa habeat curã filiorum, & vt corrigat illos & castiget. Et idẽ probatur ex no. per Barto. in d. l. 1. C. de lega. in addi. quem ẽt refert & sequitur Alex. dicens, ꝙ cum quidam nobilis filias impuberes reliquisset hæredes, & matri earũ reliquisset alimenta, donec filię morarẽtur cum ea, & contigisset, vnã maritasse, & altera fuisset mortua, dubitatum fuit, an matri deberetur legatum. Et quidam magni Doc. consuluerunt ꝙ sic, per no. in d. l. 1. Sed ipse respondit contrarium, quia d. uerba videntur adiecta gratia filiarum, i. vt mater nutriat & corrigat illas. alleg. d. l. sed hoc ita. §. fi. & in arg. l. si ita relictum. §. Pegasus. de le. 2. Et istud ẽt vult Signorol. de Homod. consi. 179. In themate proposito col. fi. Quia ergo in casu isto legatum factũ fuit vxori gratia filiorũ, vt probatur per prædicta, defecta conditione etiam per casum, deficit legatum alimentorum. d. l. illis libertis. de condi. & dem. & l. Seio. in prin. de annuis leg. & per omnes in d. l. 1. Et ex hoc etiam sequitur ꝙ multo minus debetur legatum vsusfructus vxori, quia illud facilius perit per casum vel alio modo, quam legatum alimentorum, secundum Doc. in d. l. 1. C. de leg. & in l. j. C. de insti. & substi. Et per prædicta datur responsio ad primam rationem contrariã. Nec obst. ꝙ Bar. in d. consi. 56. & Abb. in dicto cons. 78. velle videant, ꝙ legatum factum vxori sub conditione habitandi cum filijs etiam impuberib. dicatur in dubio factum

22 gratia vxoris. Quia q̃n† legat vxori simpliciter, donec cũ filijs habitauerit, tunc hẽt locũ contrariũ, quia legatum durat, ẽt si filij efficiantur maiores, & qui postquam sunt maiores, nõ indigẽt pręsidio matris, si ex alijs circunstantijs non appareat cõtrarium, sed potius videtur factũ fauore matris, vel gratia indicendæ viduitatis. d. l. sed hoc ita. §. fi. Et quæ condõ olim tãquã turpis reijciebatur, vt ibi, sed hodie non, auth. cui relictum. C. de indi. vidu. toll. vel etiam non reijciebatur olim, quia viduitas solum indicitur ad tempus, & nõ perpetuo, secundũ Cy. in l. fi. C. de indi. vidu. toll. Quemadmodum ergo post maiorem ætatem dicto casu dici non potest legatum esse factum gratia filiorum, sed ex alia causa, ita etiam nec ante, quia una determinatio respiciens plura tempora, debet illa pariter determinare. l. si legatarius. §. 2. de leg. 3. & ibi per Bart. & facit l. iam hoc iure de vulg. & pup. substi. Sed quando legatur, donec uxor non discesserit a filijs impuberibus, intelligitur tunc legatum gratia filiorum, quia in illa ætate tenera indigent præsidio, & officio matris, ideo uidetur relictum dicto modo uxori, ut filios corrigat & castiget, d. §. fi. ult. rñso. cũ glossa, quæ isto casu loquitur. Et idem q̃n legatur simpliciter, si uxor a filiis non discesserit, vel donec cum filijs habitauerit, & sic sub cõdõne de habitando perpetuo cum filiis, sicut in primo casu, si omni tẽpore filii indigent præsidio & auxilio matris, vt in casu nostro, in quo testator habebat filiam puellam, quæ indigebat, vt esset sub cura matris, donec nuberet, propter ætatem & sexus fragilitatem, & etiam ꝑꝑ honestatem, & qui etiã hõbat filium valitudinarium & male conditionatum, & qui omni tempore veri similiter indigebat auxilio matris. Vnde ex hac cã præsumitur, ꝙ illi uoluerit testõr prouidere, vt bene probatur in l. Titio cẽtum. in prin. 2. responso. de conditionib. & demonst. vbi hř, ꝙ

23 licet† prohibitio alienationis facta fauore prohibiti non valeat, vt ibi in primo responso. & l. filiusfamilias. §. diui. de lega. 1. si tñ prohibitus sit minus industriosus, prohibitio facta ex tali cã tanquam rõnabili valet, sm Imo. & Pau. de Ca. ibi per illum tex. & Imo. Pau. de Cast. & Ale. in d. §. diui. Et sic isto casu eadẽ rõ militat & locum hẽt q̃n legatur vxori, donec discesserit a filiis impuberius. Non ob. dum dř, ꝙ quo ad filiam defecit conditio eius facto, & ꝙ dẽt haberi pro impleta quo ad eam, ẽt si legatum sit factum gratia eius, d. l. Mæuia. in prin. de annuis lega. quia ex dictis in præcedentib. ad illud rñso colligitur, q̃n per filiam, in cuius persona debebat impleri cõdõ, non stetit, sed per tertium, id est, per maritum stetisse dicitur, & sic per factum tertij ad hoc directo non ordinatum, ideo non habetur pro impleta, sed defecta. d. l. 3. §. si quis seruum. & l. non omne. de statulib. & per Bar. in d. l. in testamento. de cond. & dem. Nõ obstat postremo, ꝙ testõr vxori ẽt transeunti ad secunda vota reliquerit vsumfructum dimidiæ possessionis, & sic ꝙ non sit verisimiliter, ꝙ voluerit eam priuare in totum, quando remansit vidua, & discessit a filiis ex necessitate, q̃n ex hoc nullum sequitur inconueniens, vel absurdum, quia videmus, ꝙ dũ habitauit cum filijs in viduitate, habuit solum alimenta, quæ forte continent minus quam legatum dicti vsusfructus relictum vxori post transitum ad secunda vota. Et similiter si vxor voluntarie discessisset a filiis, licet etiam in viduitate permanserit, ei nihil reliquit, quia iste casus in totum est omissus. l. commodissime. de lib. & posth. & tamen quando transiuit ad secunda vota & hoc modo cum iniuria filiorũ & mariti a filijs discessit, maritus legauit illi dictum vsumfructum, & quo casu magis rõnabiliter vxor in totum debuit priuari per prædicta. Vnde si rõ contraria locum haberet, vxor, quæ a filijs voluntarie discessisset. & in viduitate permansisset, non deberet in totum excludi. ꝙ omnino & sine dubio est falsum, d. l. commodissime. Et per prædicta patet, quòd de aliis quæritur frustra, ideo in illis aliter non insisto. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Deci. consi. 520. cum seq. & Soc. iun. cõs. 110. vol. 1. Vide no. ad Deci. consi. 485. Hier. Zanch.

¶ Vxor vsusfructuaria relicta omnium bonorum, donec vitam vidualem in domo mariti seruauerit, alibi habitans an priuetur vsufru.

SVMMARIVM.

1 *Conditio habitandi in certo loco, quando reycienda veluti ius libertatis infringens. & nu. 6.*

2 *Vsufructuarius quando non priuetur usufructu propter non præstitam cautionem.*

Cautio de bene utendo, non est de substantia usus fructus, nec ad eius originem necessaria.

3 *Cautio a lege vel statuto inducta, tunc præstanda, si petatur.*

4 *Dictio, donec, quando faciat conditionem.*

5 *Vxor quando priuetur usufructu, si non habitet in domo mariti.*

Dictio, dum, facit conditionem.

6 *Intellectus l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & demonstrationibus.*

Conditio habitandi quando debeat impleri, ne legatum deficiat.

7 *Dictio, dum tamen, facit modum, quo non impleto, totum deficit legatum.*

Di-

Dictio, donec, facit legatum annuum pro primo anno purum, pro sequentibus conditionale.

8 *Vsufructu annuo sub modo legato, semel modo nō adimpleto, perpetuo deficit legatum, & re ipsa absque interpellatione cōstituitur legatarius in mora.*

Modi implementum est iudiuiduum, sicut conditionis.

9 *Institutus in re certa licet sit legatarius, potest propria authoritate accipere legatum.*

Legatarius accepto legato absque interpellatione constituitur in mora implendi modum, & deficit legatum.

10 *Modus si respicit commodum alterius, non legatarij, dicitur causa finalis legati.*

11 *Vsufructuarius incidens arbores fructiferas, priuatur vsufructu.*

CONSILIVM XLIII.

VISO ac prælecto testamento Pirostrij Pirotti de Imola, & pſertim in ea parte, in qua instituit Angelicam uxorem suam vsufructuariam omnium suorum bonorum donec vixerit, & vitam uidualem seruauerit in domo d. testatoris cum Camilla eius filia, & quo vsufructu non videtur priuata vel priuanda d. uxor, si † modo uitam uidualem seruauerit & honestam, quamuis nunquā in d. domo testatoris habitauerit, quia in hac parte d. conditio, per quam illa cogitur in certo loco habitare, uidetur reiicienda, tanquam per eam infringatur & auferatur ius libertatis, vt videtur esse casus in l. Titio centum. §. Titio cētum. 2. de cond. & dem. vbi dicitur ꝙ si centum relicta sint, ita ut legatarius a monumento non recedat, uel ut in illa ciuitate domicilium hēat, ꝙ cautioni non est locus, per quam ius libertatis infringitur, & sic conditio talis uel modus reiicitur. Nec etiam ex alio capite ꝙ † d. mulier cautionem non præstiterit de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, debet d. usufructu priuari, immo ipso iure usufructus fuit cōstitutus ante dictam cautionem. l. si partem. §. j. quemad seruit. amit. l. qui usumfructū, de usufru. leg. & no. gl. & Doc. in l. corruptionem. C. de usufr. Et hoc quia dicta cautio non est de substantia usufructus, sed sine ea esse potest, secundum Bar. in l. 1. C. de usufruc. Et dicit etiam Bald. in l. 2. in fin. C. communia de leg. quòd cautio prædicta non est necessaria ad originem usufructus; sed ad traditionem. Et probantur prædicta etiam ex notatis per Bart. in l. uxori usufructus. de vsufructu leg. & in l. hac edictali. §. fin autem utraque. C. de secun. nup. & per Doc. in c. fi. de pignoribus ubi dicitur, quod si usufructuarius percepit fructus sciente & patiente proprietario, ꝙ illos facit suos, etiam ante cautionē præstitam. Et sic patet, quod usumfructum habet, & quod illū retinet. † Et tanto magis si cautio non sit petita, quia vsufructuarius quando possidet sciente proprietario, ad cautionem tenetur ita demum, si petatur, arg. l. peto. §. fi. de lega. 2. Cuius argumentum dicit ibi Pau. de Cast. quod ubi statutum mādat præstari cautionem, aliàs processus sit nullus, ꝙ intelligit, si fuerit petita. Et idē probatur in l. vniuersa. iūc. glo. C. de preci. Imp. offer. & ibi etiam per Pa. de Ca. & per alios, in locis, de quib. ibi per Mod. & etiā per Modernos in c. sin autem. de resc. Et eadem rōne non vr̄ priuanda, quamuis Iacobus frater testatoris nō fuerit colonus vel socius partiarius, ex quo nō petiit, quia uxor hoc offerre non debuit. l. fi. §. j. ff. quorum legatorū. Sed præmissis non obst. contrarium puto uerius. Nam, ut dixi testator instituit uxorem in usufructu omnium bonorum, donec uixerit, & uitam uidualē & honestam seruauerit in domo ipsius testatoris cum Camilla eius filia, &c. quæ † dictio, donec isto casu facit conditionem, est apposita ad inchoationem beneficii, id est, legati, secundum Bar. in l. 1. de condi. & dem. per l. pater Seuerinam. §. fi. & l. legatum. de annuis leg. & l. Caio. §. Imperator. de alim. & cib. leg. & cum Barto. transeunt alii. Si † ergo non habitauit unquam d. uxor in domo mariti, ut in pūcto narratur, uel non habitauit continue, præsertim antequā Camilla nuberet, legatum amittere debet, ut est casus clarus & apertus, in l. qui concubinam. §. uxori. de leg. 3. ubi dicitur, ꝙ si testator legauit uxori, dum Capuæ erit cum filio suo, & ambo Capuæ habitauerint, ꝙ legatum dētur matri, sed si in aliud municipium transiuissent, non debetur. & hoc, quia illa dictio, dū, facit conditionē, ſm Bart. in d. l. 1. et in d. §. uxori. Si ergo

1

2

3

4

5

dicta uxor non habitauit in domo testatoris; sed illam exiuit, non debetur sibi legatum illius temporis, quo alibi domicilium habuit, quia conditio defecit, Et istud etiā vult Sali. in l. fi. C. de ind. vid. toll. vbi format quæstionē post glossam, de illo, qui legauit vxori, quā diu caste vixerit in domo ipsius testōris. Nam, secundum eum, si accepit vxor alium uirum, amittit legatum, propter illud verbum in domo, & secus esset, si illud verbum, in domo, non fuisset appositum, ſm Bar. & alios ibi. Nec refert, ꝙ Sal. loquatur quando maritum accepit vxor, quia hoc non est causa amittendi legatum, sed illud amittit, quia de domo recessit, ꝙ patet, quia si verbum, in domo, secundum eū nō non fuisset expressum, per transitum ad secundas nuptias legatum non amisisset, quia dicitur caste viuere ēt tunc, ſm Barto. quamuis Bal. aīr dicat. Pro illis igitur annis, quib. non habitauit in d. domo, quia defecit conditio, fructus non fecit suos, & illos restituere tenetur, quia vsusfructus fuit pro illis annis extinctus. Facit. l. cum quis, de cond. ob cau. & auth. cui relictum. C. de indi. vid. toll. Nec ob. tex. in d. l. Titio † centum. §. Titio cētum, quia ille tex. loquitur, quādo quis iussus est habitare ī certo loco ad commodum illius, sed vbi hoc fit ad commodum alterius, sicut quando relinquitur, vt habitet, uel si habitauerit cum filio in tali loco, sicut in casu nostro, tunc modus uel conditio dēt impleri, secundū Bar. & Doc. ibi, per dictam. l. qui concubinam. §. vxori. Vel secundum Bar. & Raph. in d. §. vxori. aut legatum fit sub conditione, si habitauerit, & tunc indistincte dēt impleri, d. §. vxori. Et iste est casus noster, quia dictio, donec, facit conditionem, ut dixi, sicut dictio, dum. de qua in d. §. Aut est iussus habitare per uiam modi, & modus reijcitur. d. §. Titio, quia modus astringit, ex quo oritur actio, vel officium iudicis. Pro futuro autem tempore, quamuis ex hoc capite nō posset ei vsusfructus denegari, si vellet in d. domo habitare, tanquam dicat legatum annuum. l. legatum. & l. filiæ. de annuis l. & sic ꝙ vsusfructus dicatur repetitus in hunc casum, licet prius fuerit amissus. l. sicut in annos. quib. mod. usufruct. amit. & l. pater Seuerinam. §. fi. de condi. & demon. & declarat Bart. in d. l. legatum. Nihilo minus ex alio capite etiam non debetur in futurum dictus usufructus, uidelicet quia uoluit testator, qđ vxor haberet dictum usumfructum annuum, dummodo, ꝙ sēper & omni tempore ipso vsufructu durante Iacob. eius testōris frater, seu eius filij & descendentes sint, & esse debeant continue laboratores partiarij & coloni dictorum bonorum suorum immobilium, &c. Illa enim dictio, dū tamen, facit modū, † sicut dictio, dummodo, quia idem significat. l. cum ab eo. de contrah. emp. & per Bar. in l. quib. dieb. §. Termilius, de condi. & demon. Et quia ille modus non fuit impletus, totum legatū annuum perit, sicut ex defectu cōditionis. l. 1. C. de his quæ sub modo. & ibi per gloss. & omnes, & per Bar. in d. §. Termilius. Nam licet relictum vsusfructus donec honeste, & in uiduitate permanserit, vxor, † propter illam dictionem, donec, sit annuū & per consequens multiplex, hoc est, pro primo anno purum, & pro alijs conditionale, d. l. legatum. & d. l. filiæ. iuncta. l. ī singulos. de annuis leg. & notat gl. & Doct. in l. fi. C. de indi. uid. toll. nihilo minus dicitur etiam legatum prædictum factū sub modo, de quo supra, & qui modus est appositus pro legato cuiuslibet anni, & sic legatum cuiuslibet anni dicitur factum sub illo modo, dum tamen semper omni tempore frater d. testatoris, seu eius filij & descendentes sint, & esse debeant laboratores coloni partiarij dictorum bonorum, &c. Si ergo dictus Iacobus seu sui non fuerunt semper & omni tempore laboratores durante d. vsufructu, modus defecit nedum respectu legati unius anni, sed respectu etiam cuiuslibet alterius anni tam futuri quam præteriti. Nec pro legato alicuius anni futuri potest amplius impleri, quia non imputetur quoad legatum unius anni, si Iacobus sit laborator pro illo anno tantum, sed demum dicitur impleri etiam quoad legatum unius anni tantum, si fuit semper & omni tempore ac continue laborator durante d. usufructu. & propterea si pro uno anno esset laborator, etiā quoad legatum illius anni, non diceretur modus in totum impletus, sed pro parte, quod implementū partis non prodest, ut qs integrum legatum illius anni, nec ēt partē posset cōsequi, quia implementum illud est indiuiduum, sicut implementum conditionis. l. qui duobus. & l. cui fundus, & l. penult. de conditio. & demonstra. & notatur in l. si plures. C. de condi. inse. Cum

6

7

8

igitur pro preterito tẽpore non fuerit Iacob.laborator, defecit ille modus,& desijt posse amplius impleri in totum & integre,quia impossibile est,ꝙ amplius sit semper & omni tempore durante dicto vsufructu laborator & colonus partiarius,ex quo pro parte tpis laborator non fuit,& sic verũ sit,ꝙ semper & omni tempore durante dicto vsufructu non fuit laborator. l.si is qui ducenta.§.utrum.de reb.dub.l.si seruus.§. plurium.si quis cautionib.Nec ob.si forte dicatur, ꝙ nõ dicitur stetisse p dictam uxoreem, quominus modus impleretur, sed pee dictũ Iacobum,qui nunquam petijt dictam laboraturam , quia satis est,ꝙ illa fuerit parata laboraturam concedere, nec tenebatur illam offerre,sed petenti moram non facere,vt dicitur per tex in l.1.§.fi. ff. quorum legatorum . Quia immo isto casu debuit offerre . Nam uxor fuit instituta in usufructu , idcirco potuit propria authoritate vsumfructum , vt dixi, ipso iure constitu-
9 tum consequi & percipere,quia institutus† in re certa, licet sit legatarius.l.quoties.C.de hær. insti. potest tamen propria authoritate legatum accipere , & non habet de manu hæredis illud necesse capere,secundum Bart.no.in le.ex facto.la grande. de hære.insti.& Mod.in d.l.quoties. Et ideo cum vsumfructũ acceperit vxor , & sic legatum fuerit consequuta ab ipso Iacobo.qui est hæres vniuersalis,re ipsa absque ulla interpellatione fuit in mora implendi modum.l.Iulianus.§.offerri.de act.emp. & l.curabit.C.eo.ti.& notatur in l.de diuisione.ff.so.mat. ideo dicitur modus defecisse.& legatum debet ad hæredem , cui fa-
10 cta est mora, redire, d. l. 2. C.de his quæ sub modo.Et† tanto magis,quia ex quo modus iste non respicit commodum ipsius vxoris,sed alterius,s.fratris testatoris & hæredis, dicitur cã finalis ipsius legati.l. Titio centum.in princ.de condi. & demonst. & notat Bart.in l.2.de dona.& Doc.in l.1.C.de insti.subst.sub condit.factis.ideo cessante d.causa debet legatum cessare, ẽm Bar.in d.§.fi.Et qđ modus deficiat isto casu sine interpellatione quando legatarius est prius legatum cõsequutus,præsupponunt etiam Doct.in d,l.j.C.de instit. & substi. sub conditione factis.in illa qõne,utrum si modus deficiat per casum,legatum pereat,quando modus respicit commodum tertij, & sic quando est causa finalis.Nam multi,qui tenent, quod pereat, præsupponunt,quòd interpellatio non præcesserit, & etiam contrarium tenentes in hoc , quod de interpellatione dictum est, hoc negant.& merito,quia,ut dictum est,legatarius cui est im-
11 pletum, est re ipsa in mora implendi modum . Cessantibus etiam prædictis ex alio dicta mulier debet dicto usufructu priuari,si uerum est, quòd arbores uirides & fructiferas inciderit , sicut in facto proponitur , quia illas incidere non potuit, secundum Ray ne. Bartol. Bald. Ange.& omnes Modernos,in leg. diuortio. §. si fundum. soluto matrimonio. ideo cum male sit uersata in vsufructu, potest ab eo expelli . leg. hoc amplius.§.fi.de damno infec.& quod fortius est,emphyteuta,qui habet utile dominium,si dictas arbores incidat,potest iure suo priuari,secundum Bal. & Pau.de Cast.in auth.qui rem.C.de sacrosanctis ecclesiis.& Bal.& Alex.in d.§.fundum.Et ex præmissis ad omnia quæ allegantur in contrarium, remanet responsum.Et propterea uidetur concludendum , quod dicta uxor sit priuata uel priuanda usufructu , quia modus defecit , & quod ad fructus , quod percepit, sit obligata , non ex defectu cautionis non præstitæ,sed ex defectu conditionis,idest,quia non habitauit in domo testatoris cum Camilla, ut ex prædictis colligitur. Laus Deo.

¶ Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum, an habeat alimenta tantum filio testatoris in pupillari ætate mortuo . Et an donatio dictorum bonorum,si fuerit uxor turbata,illi facta ualeat.Et an possit minui occasione legitimæ.Et an confessio testatoris,aliqua bona vxoris esse, teneat.

SVMMARIVM.

1 Filio instituto uxor usufructuaria omnium bonorum relicta domina uel massaria , alimenta tantum habet,etiam ab hærede filij,quando legatum non fuit annuum.

2 Legatum usufructus si annuum etiam a substituto pupillari uires habere incipit.

3 Substitutus quando teneatur præstare totum usumfructum legatario,qui uiuente hærede tantum alimenta habebat.

4 Legatum usufructus post institutionem & substitutionem simpliciter & impersonaliter factũ, in dubio tam a substitutis quã ab hærede factum censetur. & nu.12.

5 Legatum in dubio censetur potius factum a substituto pupilli quam a pupillo.

6 Pœna adiecta hæredi non trãsit ad hæredem hæredis. Vbi de hærede disponentis fit mentio,de primo intelligitur.

7 Conditio in fraudem legis adiecta,pro non adiecta habetur, & pœna reijcitur.

8 Donatio inter uirum & uxorem non insinuata an in totũ sit nulla.& nu.20.

9 Maritus,qui potest partem uxori relinquere,et totum relinquit, uitiatur relictum in excessu tantum. Vtile per inutile in diuiduis & separabilibus non uitiatur.

10 Pœna adiecta facto non solum committitur,quando in totum est contra factum,sed etiam quando pro parte.

11 Donare pœnæ nomine uxori inter uiuos potest maritus in testamento.

12 Legatum usufructus uxori a filio & eius pupillari substituto datũ,mortuo filio in pupillari ætate cẽsetur in tabulis pupillarib. a filio legatum,ac si maior fecisset testamentum, & ideo in totum ualet,licet testator in totum relinquere non posset.

13 Substitutus pupillaris,qui solidum a testatore capere nõ poterat, quando non consequatur amplius ex substitutione. Intellectus.l.si is qui ex bonis.ff.de vulg. & pup.

14 Hæres hæredis,qui non uenit ex iudicio testatoris, in quo differat ab eo,qui iudicio testatoris comprehenditur. & nu. 18.

15 Legatarius hæredis non dicitur testatoris legatarius , nec illum repræsentat.

16 Fraus legi quando non censeatur fieri.

17 Prohibitum una uia,quando non censeatur alia permissum.

18 Pœna prohibitionis adiecta hæredi primo,quãdo trauseat ad hæredem hæredis.

19 Prohibitus relinquere, non censetur prohibitus donare inter uiuos.

20 Ex prima parte copulata declaratur sequens,sicut una pars alternatiuæ alteram declarat dubiam.

21 Donatio conditionalis insinuatione non eget ante purificatam cõditionem,quæ potest peti insinuari, & a solo donante, & solo donatario. Insinuandi facultas durat per triginta annos antequam sit oppositum de nullitate propter defectum insinuationis.

22 Donatio inter uirum & uxorem collata post solutum matrimonium ab initio tenet.

23 Substitutus pupillaris potest in legitima filij grauari.

24 Confessio mariti in testamento de bonis receptis ab uxore, quando ualeat.

25 Statutum prohibens maritum aliquid legare uxori,non censetur prohibere donationem a mariti confessione causatam. Donatio resultans ex confessione non dicitur proprie relictum, nec donatio inter uiuos.

26 Substitutus pupillariter uel ab intestato pupillo succedẽs si intra annum pupillo tutorem non petit,eius hæreditate priuatur.

CONSILIVM XLIIII.

VISO ac perlecto testõ domini Antonij de Strata Cremonensis,& habita super his,de quib,quæritur,matura consideratione,in primis & ante oĩa expedit intelligere,quid & quantum importet legatũ usufructus omniũ bonorũ factũ vxori.Et
1 † ex quo superextabat filius testatoris institutus,uidetur, ꝙ alimenta tantum intelligantur relicta ex consuetudine ita interpretante dicta uerba isto casu,ut notat gloss. in authen.quod locum.C.si secun.nupse.muli.& Bart.& Docto.in l.Titia cum testamento.§.fi.de leg.2.& in pluribus consilijs.& Bal.in l.fin. C.de indi.vidu.coll.& in l.& si contra.de uulg.& pup.& Host. in tit.de pignoribus.§.qualiter. versic. quid si quis dicat,&c. & Ioan.And.in addit.Specu. qui filij sint legit. §. 1. uersicu. quid si quis ita dixit, &c. cum concord. Nec interest,quod testator reliquerit vxorem dominam , massariam , & usufructuariam omnium bonorum secundũ Bar.in d.§.fi. & Odofr. & Spec.in d.versi.

d.verſi.quid ſi quis ita dixit,&c.Idẽ ergo qñ reliquit uxori ſimpliciter vſumfructum omnium bonorum,ſicut in caſu noſtro, quia plus vel minus non importat dicere vſufructuariam omnium bonorum,prout loquitur Bar.& alij,quam ſi dicatur,ꝙ habeat vſumfructum omnium bonorum. Et quamuis filius teſtatoris ſit mortuus,quia tamẽ ex pupillari ſubſtõne fratres teſtatoris filio ſucceſſerunt,ab eis etiã alimenta tm̃ ſunt præſtan
2 da,ſm Bar.in d.l.Titia.§.fi.dicens † ꝙ aut legatum factum vxori eſt annuum,vt quia dictum ſit,donec caſtè vixerit,& iſto caſu quia legatũ eſt multiplex, ẽt a ſubſtituto pupillari legatum incipit vires hr̃e,iõ vſusfructus tũc ab eo dẽtur totus.Aut legatum eſt ſimpliciter factum,& non ſub dinumeratione annorũ, vt in caſu nr̃o,& qa cœpit dẽri ex pſona pupilli, eius hæres nõ tenetur in plus,quam teneretur pupillus,& ſic ſolum alimẽta. l.qui fundũ.§.qui filium.ad legem Falcidiam.Et cũ Bar.tranſit etiam Im.in d.§.fi.& idem voluit Bar.in conſi.inci.Petrus Mathioli,& in conſi.inci.Nicolaus,&c.& in alio conſi.incip.Bartholomęus Ruffoli,&c.& Bal.in d.l.fi.C.de indi. vidu. tollẽ. & Ang.in d.auth.hoc locũ.& in cõſi. 109.In Dei nomine,in d.teſtõ,&c.Et ſm pdicta ceſſant & tollũtur plura,de quib.q̃ritur.
3 † Sed iſtis non obſtan.arbitror, ꝙ immo mortuo filio teſtõris in pupillari ætate,verba legati debeant intelligi vt ſonãt, & ſm diſpoſitionẽ iuris cõis,& ſic ꝙ voluerit teſtator relinquere plenum vſumfructum omnium bonorum vxori , quod an facere potuerit,dicetur poſtea, vt ꝓbatur ex notatis p Bened. de Plũbi.in l.2.de manumiſ.teſt.quem refert & ſequitur Alc.in d.l.& ſi contra , de vul.& pup.dicens ꝙ aut legatum,de quo expreſſe agitur,iniunctum eſt filio,& indiſtincte debetur a ſubſtituto , prout dẽbat filius,& ſic alimenta tm̃ præſtantur,p dictum.§.q filium.Et iſto caſu locum hẽt opinio Bar.de qua in dictis locis Aut legatum fuit a ſubſtituto iniunctum,& hoc eſt certum,& tunc quibuſcunq; verbis uſus fuerit teſtator, dẽtur totus vſus fructus per ſubſtitutum.l.ſi fundus.§.ſi pater.de lega. 1. Aut le
4 gatum fuit ſimpliciter † relictum,nec iniunctum ſpãliter alicui & iſto caſu utriq; cenſetur iniunctum,quia uerba in fine poſita referuntur ad oĩa.l.1.C.de libe.ꝑte. & quia illud intelligitur deberi a ſubſtituto tanquam ab hærede.l.ſed ſi plures.de leg.3. & l.ex duob.§.filiũ.de vul.& pup.Et iſte eſt ꝓprie caſus noſter quia poſt inſtitutionem filij & ſubſtitutionem præcedentem , teſtator per hæc verba reliquit vxori. Item legauit dominæ Antoniæ de Merinis eius vxori dotem ſuam & vſumfructum omnium bonorum ipſius teſtatoris toto tempore vitæ ipſius dominæ Antoniæ.Et ſic nõ fuit alicui ſpecialiter iniunctum legatum,ſed ſimpliciter & imperſonaliter relictum,ideo tam a ſubſtitutis quam filio cenſetur datum . Et iſtud etiam expreſſe eſt de intentione Aret.in d.l.& ſi contra,vbi in fine articuli in effectu conſiderat eodem modo , vtrum legatum ſit factum ſpãliter ab inſtituto vel a ſubſtituto , ut in primis duobus caſibus . Aut ſumus in dubio,quia non apparet a quo ſit relictum, cum ſit imperſonaliter factum, & tunc ſecundum eum , uidetur eſſe magis dubium a quo legatum videatur datum, per not. per Barto.in l. qui duos.de uulg.& pup. ſubſtit. Et remittit ſe ad not. in l. 1.§.fin.eod.titu. tibi concludit, quod in dubio lega-
5 tum † intelligatur potius factum a ſubſtituto pupilli , quam a a pupillo, per plura,& maxime per not.per Barto.in l. codicillis de vſufructu leg.Et idem tenet etiam Alexand. ibi,& alij alle.per eum . Et propterea Aretinus remittendo ſe ad not. per eum in d.§.fin.intelliguntur velle,quod iſto caſu legatum vſusfructus iniunctum intelligatur etiam ſubſtituto pupillari , & & ſic ꝙ ex perſona eius incipiat deberi. Ex quo ſequitur, quod tenetur totum vſumfructum præſtare,ſicut teneretur,ſi ſpecialiter & expreſſe grauatus fuiſſet. His igitur ſic præmiſsis capio illud,de quo quæritur primo loco,uidelicet nunquid donatio dictorum omnium bonorum facta uxori in teſtamento , caſu quo per dictum eius hæredem ſeu hæredes vel aliquem eorũ , vel prout ſupra, turbata uel moleſtata fuerit in vſufructu præ
6 dicto , ualeat & dubium facit,† quia teſtator Ioan. Baptiſtam eius filium & quoſcunq; filios & filias procreandos p dictum teſtõrem inſtituit . Vñ videtur,ꝙ donatio facta in pœnã dicti hæredis ſeu hæredũ moleſtãtis vel moleſtantiũ vxorem in vſufructu,dicatur impoſita ſolum filio iam nato, & aliis filijs naſcituris & primo loco inſtitutis,cui & qb.dicta uerba ꝓlata tã in ſingulari,quam in plurali poſſunt conuenire.l.qui liberis.§. hæc verba.de vul.& pup.facit.l.boues.§.hoc ſermone.de uerb. ſign.Et hoc maxime locum habet,vbi agitur de pœna , ſicut in caſu noſtro,vt probatur ex no.p Bal.in l.fin. C. de hære.inſtit. in 21.qõne.vbi vult, ꝙ pęna adiecta heredi,ſi non fecerit monumentum,non tranſit ad hæredem hæredis,ad quem fuit hæreditas teſtatoris tranſmiſſa per ius deliberandi,per l.multa,de condit.& dem.immo uidetur uerum indiſtincte. ꝙ ubi ſit mẽtio de hærede diſponentis,ſicut in caſu noſtro , ꝙ intelligatur de hęrede primo,ſecundum Bal.in d.l.fi.in 3.& 4.oppoſitiõe. & Alex.in l.fi.C.de leg.& in l. paterfamiliàs primis tabulis . de vulg.& pup.per dictum.§.hæc verba.Secundo & fortius, nam teſtator vxori legauit vſumfructum omnium bonorum,& prohibuit eam per hæredes moleſtari , ꝙ facere non potuit ex diſpoſitione ſtatuti prohibẽtis maritum d.modo uxori relinquere,& annullante legatum. Vnde donõ poſtmodum facta vxori prædictæ,ſi fuerit turbata,uel per hæredes moleſtata in uſufructu prædicto,dr̃ facta in pœnam dictorũ hæredũ contrauenie
7 tium,† iõ non valet iſto caſu , tanquã facta in fraudem ſtatuti prohibẽtis relinquere.Quia vbi non valet id, ꝙ eſt poſitum in diſpoſitione ſic, & prohibitio de non moleſtando, ſi ponatur in conditione ad diſpõnẽ pœnalem adiectam,ſicut in caſu iſto in quo dicitur.Et ſi turbata uel moleſtata fuerit , &c. conditio reijcitur,& pœna non committitur tanquam appoſita in fraudem legis uel ſtatuti.l.Seius & Augerius.ad leg.Falci.& ibi per oẽs,& probatur in l.ꝙ de bonis.§.j.eo.ti.& per Bal.in l.j.C.de his quæ pęnæ nomi.in quarta opp.Præterea & tertio vr̃ ẽt prohibita donõ inter viuos marito,maxime ex illo ſtatuto,quo cauetur , ꝙ mariti de cætero non teneãtur,nec debeãt facere vxorib.donationẽ pp nuptias, nec aliquid aliud vltra promiſsionem dotis , quã acceperint ab vxorib.&c. Itẽ ex alio,ſ.ex defe-
8 ctu† inſinuationis,in totum uidetur dicta donatio nulla.Nam quamuis aliàs donatio non inſinuata uitietur & annullatur ſolum in exceſſu.l.ſancimus.C. de donationib.nihilo minus donatio inter patrem & filium,vel inter maritum & vxorem,quæ ab initio nõ valet,ſed morte confirmatur ex hoc defectu etiam poſt mortẽ in totũ non valet , vt probatur in l. antepen. C. de donation.inter vir.& vx.iunc.gl.& ibi ita notanter determinat Salicetus,quia dictis caſib.donõ peccat in duob.ſ. rõne pſonæ donantis,& quantitatis donatæ.Sed non obſtan. prædictis aliter arbitror concludendũ.Et præmitto,ꝙ ex prouiſione decreti maritus põt uxori relinquere quartam partem vſusfructus omnium bonorum ſuorum,donec erit vidua,& in hoc eſt de-
9 rogatũ ſtatuto.Si† ergo relinquat maritus vxori vſumfructum omnium bonorum,legatum non vitiatur in totũ , ſed tantum vltra quartam partem,& ſic in exceſſu,vt probatur in l.hac edictali.uerſ.ſi uero plus quam.C.de ſecun.nup. & in l.ſancimus . C de donat.& melius in l.ſi is qui bonis.de vulgari & pup.vbi habetur,ꝙ ſi relinquatur totum ei, qui poteſt ſolũ capere partem:ꝙ excluditur tantum ab exceſſu.Et idem colligitur in l.ꝙ conditionis.de dona.cã mortis & ſicut ẽt promiſsio uſurarum ultra legitimum modũ nõ uitiatur in totum,ſed in eo , in quo excedit.l.placuerit.& l.pecuniæ fænebris.de vſuris. & probatur ex regula, de qua ibi per gloſſam,videlicet ꝙ in diuiduis, & ſeparabilib.utile non vitiatur per inutile.& prout etiam traditur per Doc.in l.i.§.ſi ſtipulanti.de uerb.obli.& per Bar.in leg. Græce.§.illud.de fideiuſſorib.Nec etiam ſtatutum ĩ hoc diſponit aliter.Quia licet dicat,& ſi ultra reliquerit,ſit uarium & caſſum, &c. tamen intelligitur de eo , quod eſt relictum ultra , & non de toto,qnia recipit ſtatutum interpretationem a iure cõmuni,ut illud minus lædat.l.2.C.de noxalib.& c.cum dilectus. de conſuet. Quamuis igitur in caſu noſtro legatũ uſusfructus non ualeret in totum,tamen ualuit uſque ad quartam partem. Si igitur uxor in hac parte,in qua legatum ualet, fuerit turbata uel moleſtata,adimpletur conditio,ſub qua facta fuit donatio omnium bonorum in pœnam hæredum,& quæ pęna non
10 † ſolum committitur,quando contra factum eſt in totum , ſi in totum ualet diſpoſitio,ſed etiam quando contra fit pro parte.l.4.§.Caio.in fi. de uerb. oblig. prout loquitur de principali promiſſore.Et licet aliter dicat tex.in hæredibus eius loquitur tamen quãdo unus ſolus contra feciſſet. Sed ſi omnes pro parte contra feciſſent,qui in totum repreſentant defunctum,pœna committeretur in totum contra omnes perinde, ac ſi defunctus contrafeciſſet,quia utroque caſu militat eadem rõ,de qua

per Bar.& doc.ibi.Sicut ergo relinqui pōt nomine pœnæ. d. l.
11 1.C.de his quæ pœnæ nomi.& §.fi.inst. de leg. ita etiā † donare
pœnæ noīe uxori inter viuos potuit maritus in testō, vt in spē
colligitur ex no.per Imo.in l.hæres palā.§.fi.de test.dum vult,
ꝙ si testator aliquam rem legat,& dicat,ꝙ si reuocabit legatū,
ꝙ eam donat inter viuos, ꝙ purificata condōne valebit dona
tio,& nō poterit reuocari.Et idem tenet Rom.& Alex.in l.sti-
pulatio hoc modo concepta,in prin. de uerb.oblig. & licet in
hoc aliqui contradicant,tanquā donatio dicatur facta in frau
dem legis,uolentis ꝙ ambulatoria sit voluntas &c.l. si quis in
prin.testamenti.de leg.2.tñ in casu nostro cessat ista rō,quia,
vt dixi,legatum saltem valuit pro parte, & iō quantum ad illā
partem,pro qua valuit,non potest dici,ꝙ pœna sit in fraudem
apposita. Et ꝙ alio casu ualeat donatio facta in testō, probat
ex notatis per gl.& doctores in d.§.fin. De hoc.n.tm̄ quæri-
tur,an in casu turbationis donatio valeat.Et dr̄ ꝙ sic respectu
partis,pro qua legatum ualuit.Sed etiam videtur dici,posse rō
nabiliter,ꝙ in totum isto casu valeat legatū vsusfructus. Nā,
12 vt dixi superius, tale † legatum intelligitur relictum nedum a
filio,sed etiam a substituto pupillari,per not. p Bened.de Plū-
bi.in l.2.de manu.testa.& per moder.in l.& si contra.de vul.&
pupil.Inquantum ergo a substituto pupillari relictum est, in-
telligitur,& reputatur tale legatum factum a filio matri in te-
stō ipsius filij,cuius testm̄ dñc tabulæ pupillares. l. patris & fi
lij.de vulg.& pupilla. Vñ perinde est,ac si filius fecisset testm̄,
& reliquisset usumfructū matri suæ. Et ita propriè hoc modo
declarat Areti.in d.l.& si contra.in fi.octauæ colūnæ.Et pꝑea
dēt ualere legatum, quia filius non est prohibitus relinquere
matri per statutum,sed maritus uxori.Sed in contrarium plu-
rimum uidetur vrgerere tex.in d.l.si is qui ex bonis.de vulg.&
13 pupil.vbi dicit,ꝙ si † filio impuberi testator pupillariter sub-
stituit illum, qui solidum ab eo capere non poterat, ꝙ substō
valet,sed de bonis,quæ fuerunt testatoris,amplius capere non
poterit.Et iō quia isto casu uxor solidum usumfructum ex bo
nis mariti capere non pōt ex dispositione statuti,sed quartam
partem solum,uidetur,ꝙ a substituto pupilli amplius ei relin
qui non poterit.Et hoc in terminis uidetur ibi uelle Alber. de
Rosa.dicens ꝙ si ex forma statuti maritus non pōt aliquid ul-
tra dotem relinquere uxori, & eā filio substituat pupillariter,
ꝙ mediante tali substōne non poterit consequi bona, in qui-
bus filius successit patri,sed solum bona filij,aliunde quæsita,
per illum tex. Et idem etiam per eandem legem tenuit Vber.
de Bobio,ut refert & sequitur Albe.de Rosa. in secunda parte
statutorum.q. 112.statuto cauetur &c.allegat etiam.l.1. C. de
naturalib.liberis.& quia uidetur factū in fraudem statuti,arg.
l.qui testm̄.de probationib. & l.cum quis decedens.§.Titia.de
leg.3.Sed tñ ad istud uidetur rñderi posse,ꝙ tex.in d.l.si is qui
hæres.loquitur,qñ ille qui respectu testatoris,& bonorū eius,
erat incapax in totū vel pro parte, fuit filio substitutus pupil-
lariter,quo casu etiam loquuntur prædicti doctores. tunc.n.
per talem substitutionē plus capere non poterit de bonis di-
14 cti testatoris. Et est rō,quia talis † substitutus pupillaris nedū
succedit pupillo,sed ēt ipsi testatori,& ex iudicio eius l.pater-
familias primis tabulis.de vulga.& pupilla. Vñ istis duobus cō
currentibus,s.quia succedit ēt ipsi testatori, cū sit hæres hære-
dis.l.fi.C.de hære.instituen. & quia ex eius iudicio uenit,pp-
ea repellitur substitutus a bonis, in quibus patri successit pu-
pillus:tanquam dicatur etiam isto casu institutus ab illo,& ab
illo capere, & sic fecisse intelligatur contra dispositionem iu-
ris cōis,vel statuti,& ꝙ sub illo & uerbis eius iste casus intelli-
gatur comprehensus.Secus autem qñ esset hæres hæredis,sine
tñ iudicio defuncti,secundùm Bar.in d.l.si is qui hæres. dum
uult,si testator instituat capacem,& ille deinde instituat illum,
qui a defuncto capere non potuissent, ꝙ talis succedet etiam
in bonis,quæ fuerunt defuncti.Et licet dicatur etiam eius hæ-
res.d.l.fi.hoc non attenditur,quia non uenit ex iuditio eius.Si
cut etiam uidemus,ꝙ sub illis uerbis, quisquis mihi hæres erit
&c.non uenit hæres hæredis ab eo institutus. & hoc quia nō
venit ex iudicio testatoris.l.qui liberis.§. hæc uerba.de uulga-
ri & pupilla.& tamen sub illis comprehenditur substitutus pu
pillaris,quia est hæres testatoris mediatus,& quia uenit ex iu-
dicio eius, secundùm Bart.& docto. communiter in d. §. hæc
uerba. per dictam. leg.paterfamilias primis tabulis.vbi graua-
tus per ista verba,si hæres erit testatori,intelligitur etiam gra-
uatus ille,qui venit per mediā personā ex pupilli substitutione
pupillari,quia verū est,eum esse hæredem testatoris,vt dicitur
in textu.Sicut ergo in tali substituto verificatur cōdō concurrē
tibus prædictis,quę non verificaretur in alio hærede hæredis,
sic ēt dispositio legis & statuti comprehendit hmōi substitutū.
Et iste non est casus noster, quia non fuit vxor filio substituta
pupillariter p maritum,sed alius fuit substitutus,& ab eo vxo-
ri relictus vsusfructus omnium bonorū suorum, quo casu nō
cōcurrunt omnia,de quib.in præcedenti casu.Quia licet ex iu-
dicio mariti defuncti dicatur ad legatum vocari, nihilo minus
secundū iuris interpretationem non dicitur a marito relictum
sed a filio.Et sic isto casu nō intelligitur maritus reliquisse,sed
filius,& est perinde ac si filius maior bona,in quibus patri suc
cessit,matri reliquisset.quod facere potuisset, sicut superius di
xi.Et consequenter dicto casu non dicitur vxor legataria mari
ti,ēt mediate,nec dicitur uxori a marito relictū,sed a filio,sicut
in casu pcedenti dr̄ hæres. Vnde in illa verba statuti non pñt ve
rificari. Nam licet testator ab hæredi hæredis relinquere posit
l.sed si fuerit.§.fi.de le.3.& dicat legatū tunc sumere vires ex p
sona defuncti,si hæres grauatus sit maior, vel extraneus: quia
legauit noīe pprio,secus tamen est, qñ relinquit pater a substi
tuto pupillari,quia non legat noīe proprio,sed filii noīe & tan
quā filiū repræsentans, ppea nō dicitur legatarius pris,sed filij
sui,queadmodū si a filio maiore fuisset relictū matri. Quamuis
5 †.n.hæres institutus ab hærede meo dicatur hæres meus, d.l.fi.
tñ si hæres meus leget,ille non dicitur legatarius meus, nec illi
dicor reliquisse,quia hæres legauit tanquā quilibet; & non tan
quā hæres,& quia talis legatarius non repræsentat uniuersali-
ter & propriè dictū hæredē legatē,sed impropriè & improprijs
sime.l.id tps in prin.de vsucapio.Et consequenter non pōt etiā
defunctū repræsentare: sed quia hr̄s hr̄dis repræsentat defun-
ctum mediante persona hæredis primi, qui repræsentatur ab il
lo,vt in auth.de iurei.a morien.præst.in prin. ppea dicitur hæ
res hæredis, hæres primi testatoris. Et idcirco ille, qui non
pōt a defuncto capere, sicut uxor ex forma statuti, non pōt ēt
ex substōne pupillari consequi bona,quæ fuerunt defuncti,qa
cum sit hæres eius mediante persona pupilli,& succedat ex iudi
cio mariti,diceretur vxori relictum a marito,d.l. paterfamilias
primis tabulis.Sed secus est,si illi relinquatur titulo legati a sub
stituto pupilli,quia tunc a marito non dr̄ vxori legatum, sed a
filio,& licet veniat ex iudicio mariti etiam isto casu, quia hoc
solum non sufficit,sed est etiam necesse, ꝙ ēt titulum mediate
vel immediate hēat a marito, quia alias verba statuti non pos-
sunt uerificari,ut superius dixi,& sic requiritur concursus pdi
ctorū. Vnde nō sufficit, ꝙ habeat ex iudicio defuncti tantum,
nec solū sufficit,ꝙ sit hæres hæredis sine iudicio testatoris,sm
Bar.in d.l.si is qui. Nec obstat,ꝙ psumatur hoc factum in frau
16 dem legis uel statuti,† sicut qñ uxor,uel alius, qui solidum nō
potest capere a defuncto, substituitur pupillariter filio, quia
qñ uia permissa eligit,quæ est diuersa a uia prohibita,non cen
setur in fraudem legis fieri,cum id uideatur facere lege permit
tente,quæ certam viā prohibet,non prohibita alia via diuersa,
secundū Im.in l.tā is.in prin.de dona.causa mor. allegat in arg.
l.iniuriarum actio.de iniuriis.& c.cū ecclesia Vultera.de elect.
& qđ hr̄ in c.cum quid una uia, de reg.iur.in 6.Et pro hoc be
ne facit.quod notanter uult Bart.in l.si is qui duos.de liber. le.
dicens ꝙ si filius spurius,cui pater non pōt relinquere,contra-
hat societatem omnium bonorum cū alio,pater poterit insti-
tuere socium spurij,& per illum acquiretur ēt spurio p dimi-
dia,dūmodo cesset suspicio fraudis.Et sic vult, ꝙ in dubio non
psumatur.Et cum eo transit ēt Sali.in l.societatis.C.pro socio.
Vñ ubi eligitur alia uia,quæ sui natura sit pmissa,in dubio ces-
sat fraudis præsumptio,sicut etiam clarè colligitur ex notatis p
Bar.in d.loco.Nec Doctores in d.l.si is qui.dicunt,ꝙ illa lex sit
fundata in præsumpta fraude.Quamuis.n.Bar. in alia quæstio
ne dicat,ꝙ cesset præsumptio fraudis,per hoc tamen non dicit
quod in casu illius legis fraus præsumatur.Immo Pau. de Cast.
ibi assignat aliam rationem,s. quia illud quod est prohibitum
vna via,non debet esse concessum per aliam uiam,d.c.cum qđ,
17 una uia. Sed etiam nec obst.ista ratio † quia hoc est uerum,
quando alia uia,quæ eligitur,est eiusdem iuris & rationis.d.le.
iniuriarum.& d.c.cum ecclesia.& notatur in d.regula.cū quid
& per

& per Rom.in d.l.tam is.Sed in casu dictæ.le. si is qui.adest rō, de qua superius,quæ vr̄ verior,& quæ cessat in casu isto, iō regula prædicta non habet locū. Si igitur legatū vsusfructus ualet in totum,valet ēt donatio oīum bonorum facta in pœ̄nā molestationis illatæ vxori per hæredes, vt colligitur ex præcedentibus.Nec obstant allegata in contrarium.Et primo dum dr̄,ꝙ
18 † ꝓhibitio & pœna prohibitionis dr̄ solū adiecta hæredi & hæredibus primo loco institutis,& ꝙ non transit ad hæredis, qa hoc posset esse verū,qn̄ fuisset primis hæredibus imposita nominatim,sed est secus,qn̄ imponitur hæredi sub nomine appellatiuo,sicut factū fuit in casu nostro,in quo prohibuit testator vxorem turbari per dictum hæredē seu hæredes, &c.per quod vltimum verbum simpliciter prolatum,& quod stat per se,constat ꝙ prohibitio est apposita sub noīe appellatiuo.Et ita distinguit & cōcludit Bar.in cōs.7.inci. Andreas Martini,&c.& Ale. in l.fi.C.de hær.inst.& Aret.in d. l. paterfamilias primis tabulis.de vulg. & pup.Et tanto magis in casu nostro, quia vt dixi, vsusfructus intelligitur ēt legatus a substituto pupillari, iō ad eum ēt videtur directa prohibitio, cum sit minus dilectus quā filius,qui etiam fuit prohibitus,arg.le.Publius.§.1.de condi.& demon. Non obstat,dū scd̄o dicitur,ꝙ donatio facta in pœnā hæredis turbantis vxorem in vsufructu non ualet tanquam a adiecta in fraudem statuti prohibētis reliquere vxori dictum vsumfructum,quia immo in casu nostro valtuit legatū vsusfructus relictū a substituto pupillari,quia hunc casum non cōprehendit statutum,quia non dicitur simpliciter relictum a marito,sed a filio,saltem ficte,& iō ad hunc casum statutū non porrigitur,quia dum ꝓhibet relinqui a marito vxori, intelligitur qn̄ maritus simpliciter legat,& non s̄m quid.l.hoc legatum. de leg.3. vel qn̄ legat noīe proprio, & non noīe filij, & tanquam repræsentans filium,ut bene probatur in l. quæsitum. de in ius uoc.ubi habetur, ꝙ libertus alieno noīe potest agere contra patronum etiam actione famosa sine uenia. quod facere non posset proprio nomine.Vel saltem dictum legatum ualet vsq; ad quartā partē,in qua si turbaretur vxor,in totum pœna committeretur,vt ex præcedentibus declaratur. Tertio non obstat ꝙ marito sit prohibita per statutum donatio inter uiuos, quia
19 hoc non est verum.†Nam clarū,est,ꝙ per illud statutum,quo prohibetur maritus relinquere vxori,non intelligitur prohibita donatio inter vivos,quia verbum,relinquo,actu ultimæ uoluntatis importat,vt no.ī l.his verbis.in prin.de hær.inst.& quæ donatio in multis differt a relicto.vt no.inst.de leg.§.1.facit.le. verba contraxerunt.de verb.sig. Nec obstat, ꝙ ex alio statuto maritus nō possit donare vxori ꝑꝑ nuptias, nec aliquid aliud vltra dotem,quia sub illo verbo,nec aliud,includitur oīs ꝓmissio vel cōuentiō facta tantū ꝑꝑ dotem, & eius occasione,quod probatur ex duob.Et primo,quia uerbum, aliud, importat similitudinem,ut no.in l.si fugitiui.C de seruis fugi. Vnde quia prædixerat de don.ꝑꝑ nuptias,de alia simili subiunxit.Secūdo, quia illa dictio,nec copulat.l. si ita stipulatus fuerit decem au-
20 reos.de uerb.obl.† Vnde ex prima parte copulata declaratur sequens,sicut vna pars alternatiuę,declarat alteram partem dubiam.l.1.de reb.dub.secūdū Rom.in cōs.231.inc. Præmissorū doctorum,&c.& Soc.in d.l.j.in prin.Non obstat quarto,dum
21 dr̄,ꝙ donatio est nulla ex defectu insinuationis,quia † non debuit insinuari,antequam sit purificata cōdō,sub qua fuit facta quia prius non est donatio.l.1.ff.de dona.facit.l. cedere diē.de verb.sig.Postquam autem erit purificata conditio, poterit per donatarium peti, quod insinuetur, quia ad instantiam solius donatarii & etiam solius donantis donatio potest insinuari. le. cum multæ.& ibi per Bald.& in auth.eo decursum. & ibi Bald. C.de dona. ante nup.& per Bald.in leg. in hac.C.de donationibus & Ange.in consi.189.incip.Visis prędictis instrumentis, &c.in fin.& Alexan.consi. 157.2. uolu. & durat facultas insinuandi per tringinta annos, s̄m Ang. in d.consi. antequā tū̄ sit de nullitate ꝑꝑ defectū insinuationis oppositum, s̄m eum, & Alex.in l. Modestinus.in prin.ff.de dona. Et per hoc responsio colligitur ad vnum aliud,de quo quæritur. Et ubi etiam propter defectum insinuationis posset dici nulla,non tamen annullatur in totum,sed solum ultra summam taxatam a lege,de qua in d.leg. sancimus.C.de donationibus. Nec obstan.d.leg. antep.C. de dona.inter uir.& uxo.cum ibi no.per Saly. quia contra Sal.etiam in dona.inter uirum & uxorem tenet Are.in consil.17.in 3.vol.ad quem me remitto.Et quia in casu nostro cessat etiam rō Sal.dicentis hoc esse,quia donatio inter uirum, & vxorē dicto casu est nulla rōne personæ & rei,quoniam in casu nostro talis donatio ualuit ab initio,& sic non fuit nulla rōne personæ,ex eo quia confertur post mortem mariti. Nā do-
22 natio,† quæ fit constante matrimonio,non valet, sed illa quæ confertur post tēpus soluti matrimonij ab initio tenet.l.si quis eū.§.fi.cū seq.de donat.inter uirū & vxo.& prout ēt vult Alex. in l. Lucius.sol.matr.Quo vero ad aliud dubium, vtrum,s.possit minui donatio occasione legitimæ.Et videtur ꝙ sic.l.1.C.de inofficio.don.Sed breuiter puto contrarium.Nam, vt dictum est,legatum intelligitur ēt relictum a substituto pupillari,vt habetur per Moder.in d.l.& si contra.Et sic aduenıente casu substōnis censetur de nouo illis iniunctum,& eis facta prohibitio de molestando & turbando uxorem,& in casu turbationis sunt priuati, & bona sunt translata in uxorē ex titulo donationis. Quamuis ergo non possit filius in legitima grauari.l.quoniam
23 nouella.C.de inoffic.test.tamen substitutus pupiliaris† grauari potest in legitima filij,vt est tex.no.in l. si fundum per fideicommis.§.fi. cum l. seq. de leg.1.& tradunt Doc.in d.l.j.§.fi.de uulga.& pup. Et eadem ratione casu, quo legatum vsusfructus omnium bonorum a dictis substitutis relicti in totum ualeat, non potest diminui occasione legitimæ filij,quia in ea,vt dixi, potuerunt grauari.Secus uero ubi ex persona filij tantum deberetur legatum prædictum,quia usq. ad legitimam minueretur quæ dētur non solum in proprietate,sed etiam in usufructu,ut no.in auth.nouissima.C.de inoffi.test.& declarat & uult Bar. in l.vxori meę.de vsufr.leg.Circa vero quartum dubium,videlicet nunquid ad uxorem testatoris pertine ant omnes res mobiles existentes, & repertæ in coffanis ex protestat ione mariti facta in testamento, in quo protestatus est,& confessus omnia bona mobilia,pecunias,& res ēt pretiosas, existentes & existētia in coffanis dictæ d.Antoniæ fuisse, & esse iuris ꝓprij ipsius
24 do.Antoniæ, &c. Et uidetur prima facie† ꝙ talis confessio nihil operetur,& non decedens.§.Titia.de leg.3.ubi vult,ꝙ talis cōfessio mariti de recepto ab uxore facta in testō, præsumatur facta aīo donandi,& sic in fraudē legis prohibentis donationē inter virū & vxorē,per l. qui testamentum cum ibi not.de proba.Et subdit idem esse,ēt si appositum super ea fuisset iuramentum.Et idem uult ēt Cy.in l.1.in fi.C.de sacrosan.eccle.& Bar. in l.1.C.de inoffi.dona.& Bar.in l. Aurelius.§.fi.de lib.leg & Sali.in l.hac edictali.in prin.C.de secun.nupt.Vnde & in casu nostro intelligitur facta in fraudem nedum iuris communis,& sic animo donandi,quod est prohibitum de iure,sed etiam in fraudem statuti prohibentis maritum legare uxori. Sed his non ꝓstantibus contrarium arbitror uerius.Et est considerandum ꝙ dicta confessio est facta per maritum ad instantiam notarij stipulantis & recipientis nomine uxoris, & propterea talis confessio habet uim confessionis inter uiuos, non autem hēt vim legati,secundum Bar.in d.l.cum quis decedens.§.codicillis. de leg.3.Quamuis igitur talis confessio facta inter uiuos præsumatur facta animo donādi, & sic tacita & præsumpta donatio nō ualuerit ab initio inter uirum & vxorem,sicut nec expressa.l.1. & per totum de dona.inter uirum & uxorem, fuit tamen morte confirmata.l.antepe.C.de dona.inter uirum & uxor.& prout etiam fatetur & uult Bar.in his terminis in d.§. Titia. & alij præallegati. De iure ergo communi non prohibetur dicta domina Antonia prædicta bona donata capere,quia talis donatio
25 fuit morte confirmata.Nec etiam repellitur ex forma statuti, quia talis cōfessio non est legatum tacitum uel expressum isto casu,quo fuit recepta a notario,vt dixi,& legatum,uel relictum tacitum per statutum est prohibit um,& sub qua prohibitione relicti non continetur dicta donatio, quæ est confirmata morte mariti,secundum Ale.in terminis in consi.26.2.vol.Quia licet talis donatio resultans ex tali confessione & morte confirmata habeat uim relicti,ut notatur in auth.ex testamēto.C. de colla.tamen non dicitur relictum proprie, sed tertia species separata a donatione inter uiuos,& a legato,ut no.ꝑgl. & Doct. in l.filiæ.C.fam.ercis.& Bar.& alij in l.sequens quæstio. de leg. 2.cum alijs concord.de quib.in d.consi.Vnde quia relictum,de quo loquitur statutum,dicitur esse illud,ꝙ fit in vltima uoluntate.l. j.in fi.de tabu.exhib.& no.in auth.sed hodie.C. qui manu.nō poss. sub verbis statuti non includitur tacita donō. quæ resul-

resultat ex dicta cōfessione, quia verba statuti, præsertim exorbitantis a iure cōi, debent intelligi propriè. l. 1. §. si is qui nauē. de exercito. & notatur in l. 3. §. hæc uerba. de negotiis gestis. & prout latius per Alex. in d. consi. quod est repetitum in 5. vol.
26 consi. 134. Ad vltimum verò, de quo queritur, † scilicet an fratres testatoris substituti filio pupillariter sint dicti filij hæreditate priuati, ex hoc ꝙ intra annum non petierint illi tutorem dari. Et absque multiloquio est dicendum ꝙ sic, per tex. vbi est casus. l. sciant. C. de leg. hæred. qui textus loquitur de quolibet substituto pupillariter, ac etiam de quocunq; ab intestato succedente. Et ideo quia cessante etiam dicta pupillari substitutio ne dicti fratres testatoris erant filio ab intestato successuri exclusa matre ex forma statuti, ex hoc etiā capite excluderentur. Nam sicut quando in successione præferuntur per statutum, sic etiam ad illos onus petendi tutorem debet transferri, sicut etiam ad agnatos, qui ex forma statuti præferuntur matri & aliis proximiorib. onus tutelæ pertinet, ſm Bart. in l. j. in prin. de leg. tut. & Sali. in l. fi. C. de legiti. hęredi. & facit. l. ſm naturā. de reg. iur. & quia statutum recipit interpretationem passiuam ex regula iuris antiqui, de qua in d. l. scian. l. 1. §. lex Falcidiam. ad leg. Falid. cum concord. de quibus ibi per modernos. Et ex his ad omnia, quæ proponuntur, responsio colligitur.

¶ Qui alimenta præstare ex dispositione testatoris tenetur extraneæ personæ, vbi illa teneatur præstare.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quando alicui tacitè censeatur relicta.*
2 *Pater filijs, nepotibus, & eorum vxoribus aliunde non habentibus, alimenta præstare tenetur, necnon dotem eorum filiabus.*
3 *Alimenta alicui præstare obligatus, sufficit, vt faciat illum recipere in aliquo hospitali, vel in alia domo, nisi aliter de mente testantis constet. & nu. 5. & nu. 8.*
4 *Alimenta quod præstentur in domo præstare obligati solum ad eius commodum consideratur.*
5 *Qui tenetur aliquem, vt filium tractare, ei alimenta in domo pręstare cogitur, nec ab ea illum expellere potest.*
6 *Pater si assignat alimenta filio extra domum, vt ab eo seorsum habitet, filius licitè de patre querelatur, idem in eo, qui vt filius tractandus est.*
7 *Onus habitandi cum legatario hęredibus iniunctum, vel econuerso, cuius gratia factum censeatur.*
Mens, non ad quem verba dirigantur, attendenda.

CONSILIVM XLV.

AD euidentiam dicendorum est primò videndū, vtrum testor filijs dicatur alimenta reliquisse. Et
1 est dicendum ꝙ † sic, & si non explicitè, saltē implicitè. Nā d. Nestori fratri suo reliquit vsumfructum omnium bonorū suorum toto tpe eius vitæ, ac administratorē & gubernatorē dictorum bonorū, & hæreditatis suæ liberè & expeditè, & in oībus, & ꝑ oīa, ut sunt, & esse dēnt patres, & legitimi administratores in bonis aduentitijs filiorū suorū legitimorū, & naturaliū existētium in ptāte patris sui legitimi, & naturalis, & similiter ēt cum grauaminib. & onerib. tractandi, & faciendi per d. Nestorem erga dictos hęredes dicti Minii testatoris, sicut & prout faciunt & facere debent patres legitimi & naturales habentes filios in potestate erga dictos filios in bonis aduentitiis eorum ratione huiusmodi administrationis & usufructus facere debent ex forma iuris & statutorū Bononiæ &c. Quia igitur dictus dominus Nostor est relictus usufructuarius cum grauaminibus & onerib. tractandi & faciendi erga dictos hæredes, sicut & prout faciūt & facere debent patres erga filios in potestate &c. absque du-
2 bio tenetur alimenta dictis hæredibus præstare, quia & illa cogitur pater filiis exibere, quando aliunde non habent vnde se alant. l. si quis a libe. in prin. & §. si uel parens, de liber. agnoscen. Et non tantum ipsis, sed & liberis & uxoribus eorum, secundum glo. in §. non tantum. eadē lege. ꝑ l. si filia. §. 1. fam. ercisc. Et ēt filias eorū dotare quemadmodū pater cogitur pro filio onus dotādi filias illi⁹ subire. l. dedit dotē. de colla. bonorū. ibi, quippe offm aui erga neptē ex offō patris erga filiū pendet, &c. Et idē vult Bar. & alij, in l. 1. sol. ma. & Bal. in auth. res quæ. C. cōia. de le. qn̄ filius non hēt vnde doter filiā suā. Et cum quo trāsit Sal. in l. si filius. ad Macedonianum, & Bal. & Sal. in l. fi. C. de dotis promissio. & Bal. in l. pater. de euic. & ꝙ isto casu ꝑ dñ. Nestorē dēantur ꝑdictis alimēta, in spē vult Bar. & clarius An.
3 in loco inferius allegando. † His igitur præmissis deuenio ad illud, de quo quæritur, videlicet vtrum dictus d. Nestor teneatur prædicta alimēta in domo sua prestare. Et videtur ꝙ non ꝑ notata per Bal. in l. 1. §. scimus. C. de latina liberta. tollen. vbi vult, ꝙ si quis teneatur alimenta alicui præstare, ꝙ sufficit, vt illum faciat recipere in aliquo hospitali, vel in domo, vel ꝙ paret ei aliquam præbēda, quod dicit esse mirabile. Et cum eo trāsit Io.
4 de Ana. in c. 1. de infantib. exposi. † Quod. n. dēant alimenta ꝑstari in domo illius, qui ad ea obligat, solū consideratur ad eius commodum & fauorem, & sic an ad ea præstanda cogi non possit extra domum suam, quia illi est minus dānosum alimenta in domo ministrare, quā extra domū, non aūt hoc est in cōsideratione, vt cogi possit ad præstandum dicta alimenta in domo ꝑpria, si non vult. l. 4. §. fi. cum ibi notatis per Dy. & Iac. de Aret. de alimē. & cibar. lega. & per Bar. & Doc. in l. 1. C. de le. & Bart. & alios in l. diuortio. in princ. solu. mat. Et iō quamuis testator mandauerit dictis suis filijs & hæredibus stare & habitare & cōmorari in eadem domo cum d. Nestore, istud onus est impositum dictis filijs ad commodum d. Nestoris, vt. s. facilius illis & commodius alimenta ministret, & non ad commodum filiorū, ꝑ notata in locis præallegatis. iō dominus Nestor non potest cogi ad præstandum alimenta in domo, quia potest suo fauori renunciare. l. pen. C. de pac. & quia inducta in fauorem eius non debent redundare in odium. l. quod fauore. de legibus. Et magis in spē hoc videtur decidi ex notatis per gl. in d. l. si quis a liberis §. non tātum. de liber. agnoscen. dum vult, ꝙ qui tenetur præstare alimenta filiis, ac eorum liberis & uxori, teneatur ēt illis vestes & habitationem præstare, quia omnia ista continentur appellatione alimentorum. l. legatis. le. uerbo uictus. & leg. fin. de alimen. & cibar. lega. Et sic videtur glossa præsupponere ꝙ satis sit, ꝙ pater præstet simpliciter habitationem, & sic etiā extra domum propriam. Et ex quo ista alimenta sunt legata & debentur ex dispositione hominis, in dubio videtur testator voluisse, quod extra domum præstētur, & ꝙ sicut hæres non potest cogere legatarium ad recipiēdum illa in domo sua, ita etiā hæres cogi non possit a legatario illa præstare in propria domo. d. l. 4. §. fi. cum ibi notatis per Dy. Ia. de Are. & Bart. & Pau. de Cast. in d. l. diuortio. Sed istis non obstantibus contrarium arbitror uerius. Quoniam testator instituit filium domini Nestoris legitimatum, dominum Andream, Ludouicum & Philippum Mariam fratres, & filios ipsius testatoris æqualiter & æqs portionibus, atq. etiam, ut dixi, dominum Nestorem reliquit vsufructuarium, gubernatorem, & administratorem omnium bonorum suorum, & prout sunt & esse debēt legitimi administratores in bonis aduentitiis filiorum suorum existentium in patris ptāte ac ēt cum grauaminibus & oneribus tractandi & faciendi ꝑ dominum Nestorem erga dictos hæredes d. Minii, sicuti, & prout faciunt & facere dēnt patres lḡimi & naturales habentes filio in ptāte erga dictos filios in bonis aduentitijs eorū ratione huiusmodi administrationis ac usufructus facere de-
5 bent, &c. Quæ † verba nil aliud important, nisi quod dictus dñs Nestor dēat dictos hæredes tractare ut filios, ut per se clarè patet. Et sic ex hoc sequitur, ꝙ sicuti pater tenetur filios alere, ꝙ ēt dēt dñs Nestor prædictis alimenta præstare. l. si quis a liberis in prin. & §. si uel parens. Et prout expresse sentit Bar. in l. quidam cum filium. de uerb. ob. circa ult. col. versi. quid si eum non induit, & c. vbi vult, ꝙ ille, qui est obligatus tractare aliquem ut filium, sicut in casu illius legis, tenetur facere id, ad ꝙ filius posset patrem cogere. d. §. vel parens. qui loquitur in alimentis. Et idem ēt dicit Bar. in prin. illius legis, super tex. in verbo, repulit dum subaudit, ꝙ hoc non faciunt parentes, sed eos. s. filios retinent, & alunt. Allegat dictam. l. si quis a liberis. in princ. & ibi iu tex. ēt probatur, ꝙ ille, qui tenetur aliquem tractare vt filium, non dēt, & non pōt illum expellere de domo, secundum Iaco. de Aret. quia patres filios in domo retinent & nutriunt. Et ex prædictis infert ibi Ange. ad propositum, & in terminis no-
6 stris, quod † quando pater vult assignare partem filio, ut habi-

tet seorsum ab eo, forsan deductus nouercalib. insidijs, ꝙ filius hēt iustam cām querelandi contra eū, ꝙ non tractetur vt filius ꝙ dicit esse tenēdum menti. Et quamuis Ang. loquatur in filio, idem tamē in eo, qui dēt tractari vt filius, & de quo ille tex. loquitur, ꝑ quē mouet Ang. & cum quo transit ibi Imo. in fin. & ēt Are. Et sic ꝑ pdictos qō nostra est in terminis decisa. Scdō ista opinio cōfirmatur. Nam idem testōr dictis hæredibus suis mandauit, ut donec ipse do. Nestor viuet, sic stent & stare debeant sub eius regimine & gubernatione, & cōmorari & habitare cū eorū familijs, & in ead. domo & habitatione, in qua cō morabitur d. Nestor, &c. Ex quib. uerbis apertè colligitur, ꝙ dictus testōr grauauit dictos hæredes ad cohabitandum in eadē domo cum dño Nestore, ut non tātum haberet regimen & gubernationem oīum bonorum, vt prædixerat, sed ēt personarū
7 & familiæ ipsorum hæredū, & ꝑ ꝯñs † onus & mandatū de habitando in dicta domo fuit iniunctū non gratia ipsius dñi Nestoris, sed ipsorū hæredū, vt ꝓbatur ex notatis per Ray. in l. 1. C. de le. in addi. qui, ut refert Alex. quærit, quid si testator instituit hæredes filias suas, & alimenta matri earum reliquit, donec moraretur cum filiab. an si vnam maritauit, & altera decessit, mater adhuc dēt habere alimenta, & dicit ꝙ quidam magni Doctores consuluerunt, ꝙ sic, per gl. in d. l. 1. sed ipse tenet contrarium, quia hoc legatum videtur factū gratia filiarū, vt s. illas nutriat & corrigat. Sic igitur & in casu nostro dictis hæredib. est impositum, ut stent & habitent cum d. Nestore ad commodum illorum, & non domini Nestoris, ut. s. sint sub illius regimine & gubernatione, & ad hunc finem illos grauauit, ut cum illo starent & habitarēt; iō do. Nestor nō pōt recusare, ꝙ secū non habitent, & ipse intelligitur esse grauatus illos in domo sua recipere, quamuis uerba non dirigantur ad illum, sed ad legatarium, quia quæri non debet, cum quo quis de supremis loquatur, sed in quem testatoris, intētio dirigatur. l. cum pater. §. donationis, de le. 2. Et ad allegata in cōtrarium satis ex præmis-
8 sis colligitur responsio, quia † dum dicit, ꝙ alimenta possunt ꝑstari extra domū, dicitur illud non habere locum in patre, nec ī illo, qui tenetur aliquem tractare ut filium, quia ei inuito non pōt assignari portio, ut se ipsum alat extra domum illius, qui tenetur ad alimēta, quia tunc non diceretur tractari ut filius, ꝭm Ang. & alios, in d. l. quidam cum filium. per illum text. Nec ad hoc ob. quod no. gl. in d. l. si quis a liberis §. non tātum. de libe. agnos. quia quamuis dicat, ꝙ pater, & quilibet alius, qui tenetur ad alimenta, debeat habitationem præstare, non tamē dedeclarat, de qua habitatione intelligatur. Vnde est dicēdum, qđ pater in domo propria dēt habitationem præstare, & nō alibi, nisi filius consentiat, aliàs uero extraneus alibi potest habitationem constituere. Nec ob. quod ille, qui ex legato & ex dispositione hominis dēt alimenta, nō compellatur illa in domo propria præstare, sicut ad hoc legatarium non pōt cogere, per ea q̄ habentur in l. 3. §. fin. de alim. & cib. leg. quia hoc non procedit in illo, qui ex ultima uoluntate grauatur aliquem tractare ut filium. d. l. quidam cum filium. qui textus loquitur etiam de illo, qui ad hoc tenetur ex dispōne hoīs. hoc ex contractu. Præterea vt dictum ēst, in casu nostro testator mandat hæredib. ut stent & habitent cum d. Nestore, & hoc ipsorum gratia, s. ut do. Nestor de illis habeat regimē & administrationem, ut patet ex uerbis testī, ꝓpea do. Nestor intelligitur grauatus illos secum in eadem domo recipere, licet ad illum uerba non dirigantur. d. l. cum pater. §. donationis. Et sic sumus in casu certo, quod testator uoluit dominum Nestorem ad hoc teneri. Et ita indubitanter concludendum puto. Laus Deo.

¶ Vxore relicta usufructuaria donec una cum filia habitauerit, impedita habitare facto iusto tertii, si usumfructum amisit, filia ad matrem reuertente an reintegretur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum propter dictionem, donec, multiplex, & annuum effectum pro primo anno purum, pro sequentibus conditionale, semel ex defectu conditionis amissum, quando reintegrari possit. nu. 7. & 9.*

2 *Legatum cum onere habitandi, quando non dicatur deficere, licet cesset conditio habitandi.*

3 *Conditio mista si per casum deficit, habetur pro defecta, etiam in legato alimentorum, quando est factū gratia illius, cum quo legatarius tenebatur habitare, nec debetur legatum. & nu. 5.*

4 *Cōditio mista si deficit facto iusto tertij directo ad hoc ordinato, deficit legatum.*

5 *Vxor relicta vsufructuaria, quando censeatur gratia filiorum vsufructus relictus.*

6 *Vxor debet habitare cum viro, vt in eius sit seruitio, & illi operetur.*

7 *Fraus alicui prodesse non debet, & quando præsumatur. & 8. Desponsatio concubinæ in articulo mortis facta filios non legitimat in præiudicium substituti, propter fraudis præsumptionem.*

9 *Legatum vxori factum, vt filiam custodiret, & corrigeret, filia nupta deficit, etiam si cum matre habitaret.*

10 *Conditio habetur pro impleta, vel pro defecta, si dispositio non habet effectum a disponente consideratum.*

CONSILIVM XLVI.

QVAMVIS aliàs cōsuluerim, ꝙ vxor, quæ relicta fuit a marito dña & vsufructuaria in domo sua, & suorum bonorum toto tēpe vitæ suæ, donec in domo testōris itēterit cū filijs suis, & vitam vidualē & honestam seruauerit, &c. amiserit legatum vsusfructus & alimentorum, si facto tertij iusto fuerit impedita vxor habitare in dicta domo cum filia testatoris: ut quia dicta filia nupsit, & ad domū mariti se transtulit, per rōnes tunc adductas. Quia tñ nunc proponitur, ꝙ dicta filia ad domū patris redijt cū marito, & eo volente, & ꝙ vxor cum dicta filia habitat, quæritur, vtrū legatum reintegretur, & ad illud pro futuro tpē uxor ad-
1 mittatur. Et prima facie videtur dicēdū, ꝙ sic. Nā legatū † illud fuit multiplex, & annuū, ex natura illi' verbi, donec, & sic ꝓ primo anno fuit purū, & pro sequentib. conditionale. l. legatum. de annu. lega. l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. & l. pater Seuerinā. §. fi. de cond. & dem. & prout ad propositum ēt cōcludit Bar. in l. Titia. §. fi. de leg. 2. cum quo trāsit ēt ibi Imo. & Raph. & Barto. in consi. 56. & Imo. Are. & Alexan. in l. & si contra. de vul. & pupil. cum concordantib. de quib. ibi. Quamuis igitur ꝓ tēpore, quo fuit vxor impedita habitare in domo testatōris cū filia facto mariti sui iusto amiserit legatum. iuxta no. per Bart. in l. in testamento. de cōnd. & demon. pro illo tñ tpe, quo in futurum habitabit, & cessabit impedimentū prædictum debet illud consequi: quia, vt dixi, legatum nō est vnum, sed multiplex & annuum, & ideo pro illis annis, quib. impedimentum cessat, impletur conditio, pro illis annis legatum debetur, ut est casus, in d. l. pater Seuerinam. §. fi. & per quē tex. dicit ibi Dy. & Ray. & Imo. ꝙ si aliquid relinquitur vxori, donec voluerit morari cum filijs, ꝙ licet pro præterito tempore noluerit morari, ꝙ tamen pro tempore, quo postea voluerit morari, habebit legatū. Et ea ratione, vt ibi dicitur in text. quia legata sunt plura, quæ ratio ēt militat in casu nostro. Et multo magis legatum debet,
2 si dicatur † ꝙ onus habitandi fuit tēporale, id est, vsquequo filia nupsit, & ꝙ post nuptias filiæ onus prædictum non fuit in conditione, quasi ꝙ testōr voluerit, vxorem habitare in domo cum filia tātummodo, quousque nupserit, vt illam corrigeret, & custodiret, & non postquam nupsit, cum non sit tunc in domo patris filia permansura, sed ad domum mariti transitura. l. mulierem. de ritu nup. & sub cuius custodia debet esse filia testatoris, & non sub custodia vxoris suæ, & de quibus nuptijs filiæ etiam testator ipse cogitauit, cum illam dotauerit in testamento. Nam si ita esset, quòd onus habitandi positum in conditione solum duraret vsquequo filia nuberet, diceretur impleta conditio perfectè, & pro omnibus annis tam præteritis, quā futuris, ex quo vxor testatoris cum filia eius in dicta domo habitauit continuè, antequam filia matrimonium contraheret, q̄a quāuis implementū cōdōnis esset tēporale, legatū tñ annuū esset perpetuū. Et sic post dictum matrimoniū, quāuis vxor nō teneretur habitare cum filia, legatum tñ annuū duraret; qm̄ ꝓ sequentibus annis non diceretur factū sub cōdōne de habitando in futurum, sed singulis annis in perpetuum diceretur factū sub conditione, si vxor habitauerit cum filia, antequam nuberet, & quæ cōditio fuisset impleta nedū pro legatis ꝑteritis, sed etiam pro futuris, si vxor cū filia habitasset, antequam illa nuberet.

beret. Vñ nubẽdo nõ diceretur defecta ꝑ annis sequentib. sed potius finita, secũdum Bal. qui ita determinat in l. 1. C. de leg. dum vult, ꝙ cõdõ mista ꝑ mortẽ illius, puta hæredis, cũ quo debuit habitare, nõ deficit, sed fuit impleta, eatenus debuit impleri, qm̃ nõ est credendum, ꝙ testõr voluerit iniungere onus habitãdi cum hærede, nisi quousq; vixerit hæres. Si ergo sit mortuus, & legatarius habitauerit cum illo quousque vixit, cõdõ fuit impleta, quatenus erat implenda, iõ dr̃ potius finita, quam defecta. Et quia ista rõ locum hẽt nõ solum in legato alimẽtorum, sed in quolibet legato annuo, durabit legatum annuũ ẽt post mortẽ illius, cum quo habitare debuit legatarius. Et quãuis Pau. de Cast. & Alex. ibi dicãt, dictum Bal. esse verum, quando onus habitãdi fuisset appositum cõdõnaliter, sicut qñ legatur, si habitaueris cum herede, & secus esse dicãt, quãdo legatũ annuum fuit factum ꝑ dictionem tẽporalem, puta, donec, vel quãdiu, quia tunc, ſm prædictos, intentio testatoris fuit, ꝙ legatum duret solum, quatenus durabit onus habitandi. Tñ prædicti concedũt, ꝙ ẽt isto vltimo casu legatũ alimẽtorum, & de quo agitur, durabit, quãuis onus habitãdi esset, quia eorum fauore Imperator interpretatur mẽtẽ testatoris aliter fuisse, videlicet ꝙ habitaret quousq. põt habitare, sicut si cõdõnaliter fuisset appositum onus habitandi. Sed prædictis non obstãtib. cõ-
3 trarium puto verius. Et præmitto, ꝙ † qñ cõdõ mista, sicut est ista de habitãdo in domo cum filijs, deficit per casum, ꝙ hr̃ regulariter pro defecta. l. in testõ. de cõd. & dem. & ibi per Bar. & ꝑ gl. & Doc. in l. 1. C. de inst. & sub. sub cõd. fact. Et quãuis dicto casu fauore alimẽtorũ cõdõ habeatur pro impleta. l. Caio. §. impe. de alim. & cib. l. & in l. j. C. de l. & ibi per gl. Bar. & alios, nihilo minus qñ legatum est factum fauore illius, cum quo legatarius dẽt habitare, tunc ẽt si cõdõ deficiat per casum, finitur legatum alimẽtorum. l. illis libertis. & ibi per Bar. & Doct. de cõdi. & dem. & in locis proximẽ alleg. & sic isto casu legatum ali-
4 mentorum non differt ab alio legato. Secũdo præmitto, ꝙ † vbi dicta cõdõ mista deficit facto tertij iusto, si illud factum nõ sit ad hoc ordinatum, ꝙ cõdõ deficit. l. 3. §. si quis seruum. & l. nõ oẽ. de statu lib. & no. Bar. in d. l. in testõ. & Bal. & Ale. in d. l. j. C.
5 de inst. & subst. Tertio præmitto, ꝙ in casu isto, in † quo testator reliquit vxorem dominã massariã & vsufructuariã toto tẽpore vitæ suæ, donec in domo ipsius testatoris habitauerit cum filij suis, istud legatum dicit̃ factum potius gratia filiorum quã vxoris, nã ex quo, vt proponitur, filius testatoris erat malæ cõdõnatus & sine spe reconualescentiæ, præsumitur ꝙ legauerit testator vxori fauore filij, hoc est, vt illum gubernet & ut de illo curam hẽat, arg. l. Titio centum. 2. rñso. de cõd. & dem. & ar. l. sed hoc ita. §. fi. cum gl. de cond. & dem. & ibi ẽt probatur, qđ est idem respectu filiæ impuberis, & adhuc non nuptæ, & sic vt mater illam custodiat & castiget. & ꝓut etiam expressẽ vult Ray. & Alex. in d. l. 1. C. de leg. per d. §. fi. & per l. si ita relictum. §. Pegasus. de leg. 2. & prout etiã plenius dixi in alio præcedenti consilio. Ex præmissis ergo sequitur, ꝙ siue agatur de legato vsusfructus, siue de legato alimentorum, ꝙ statim, ꝙ cessat isto casu onus habitandi per casum, vel per factum tertij iustũ ad hoc non ordinatum, ꝙ legatum fuit finitũ, & per cõsequens cõdõ pro annis sequentibus non fuit adimpleta, sed defecta, & prout cessauit dictum onus per casum quo ad aliũ, qui est mortuus, & quo ad filiam per factum tertij, id est, mariti sui iustũ, qui illã duxit ad domum suam, & quod non fuit ordinatum ad impediendum onus habitãdi iniunctum vxori, sed quia secũdũ
6 † cõdõnem matrimonij dẽt uxor ire ad domum mariti, & non remanere in domo matris inuito marito l. 2. de liber. exhiben. & l. exigere dotem. in fin. de iud. & l. mulierem. de ritu nup. & ut sit in seruitio mariti, & illi operari tenetur. l. sicut patronus. de ope. lib. & no. Bar. in d. §. Imperator. & Bar. & alij. in l. diuortio in princ. sol. mat. Vnde est præsumptio isto casu, ꝙ maritus duxerit vxorem ad domum suã potius vt sibi prosit, quam ut uxori testatoris noceat, per no. in l. fluminum. §. fi. de dam. infe. per glo. Et ubi non posset capi alia coniectura, tunc factum tertij posset præsumi ordinatum ad impendiendum condõnis implementum, & quo casu locum hẽt, quod dicit Bar. in d. l. in testõ. & prout latius dixi in dicto cõs. Nec etiã ex hoc, ꝙ filia testatoris consentiente marito, & simul cum illo redierit in domũ pr̃is & habitet cum matre, pro illo tẽpore, quo ibi habitabit, dicitur
7 cõdõ legati impleri. Qm̃ hoc totũ præsumitur factũ in † fraudẽ hæredis filij testatoris, qui per mortẽ dicti filij, & traductione filiæ ad domum mariti erat liberatus. Et iõ talis fraus prodesse nõ dẽt vxori, vt ꝓbatur, in l. filiæ meæ ægræ. sol. mat. vbi hr̃, ꝙ si pr̃ stipulatus sit dotẽ sibi reddi soluto matrimonio mortæ filiæ, & quo casu videbitur donasse filiæ, si solueretur diuortio. l. si cum dotẽ. in prin. eo. ti. & dũ grauiter filia ægrotaret maritus illi misit repudiũ, ꝙ hoc ꝑsumitur factum in fraudẽ patris, vt. s. dos remaneat apud hæredem vxoris ꝑ diuortium, & nõ reuerteretur ad patrẽ ꝑ mortẽ filiæ. Et ꝓpea hoc nõ prodest hæredi, nec nocet patri. & dñt Doc. ibi, ꝙ fraus ꝑsumitur ex hoc solo, ꝙ maritus repudium misit vxori grauiter ægrotanti. & ꝓbatur, in c. 2. de renun. lib. 6. Et cõfirmatur hoc ex no. ꝑ Io. An. & alios, in c. in præsentia. de prob. qui volunt, ꝙ licet ꝑ ingressum monasterij excludatur substitutus sub cõdõne, si institutus decesserit sine filijs. §. sed hoc ꝑsenti. in auth. de sanctis. epis. si tñ ille ingreditur monasteriũ in fraudẽ substituti, ille non excluditur. Et dicit Bal. ibi, ꝙ si ille ꝓfitetur ĩ articulo mortis, ꝙ ꝑ hoc fraus ꝑsumitur, ꝑ iura præall. Et idem tenet Spe. de sta. mo. qua si in fi. & Pet. de Anc. in c. sicut nobis. de regula. & dicit ẽt Ang. in l. sed quæsitum. de lib. & posth. & in authẽ. nuper. C. de natu.
8 lib. ꝙ desꝑõsatio † facta in articulo mortis de concubina ꝑ illũ, qui erat grauatus, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalib. non legitimat filios ex concubina ꝑiudicium substituti, quia ꝑsumitur desponsatio facta in eius fraudẽ, qđ ẽt sequitur Ale. in l. si quis post. in prin. de lib. & posth. qñ a̅r cõstaret de fraude, per no. per Io. An. in d. c. in præsentia. Quẽadmodũ ergo in casu. d. l. filiæ ꝑsumitur fraus ẽt ad cõmodũ tertij ex hoc solo ꝙ vxori ægrotanti fuit ꝑ maritũ missum repudium, eodẽ modo, & multo magis in casu nr̃o, dẽt ꝑsumi fraus ad cõmodũ hæredis ꝑdicti, ex quo filia testõris semel nupta discessit de domo patris, & traducta fuit per maritũ ad domũ eius, & ibi remansit, quãdiu filius testõris vixit, & donec vxor expelli nõ potuit, ac deĩde redijt filio mortuo, & eo tpe quo extinctũ & finitũ erat legatum vxoris. Nã dolus ex ꝑsumptionib. & cõiecturis probatur. l. quoties. §. qui dolo. de prob. & l. dolum. C. de dolo. in casu igitur nostro ꝑdictæ cõiecturæ nõ minus arguunt fraudẽ in ꝑiudiciũ hæredis grauati, immo magis, quã in casu d. l. filiæ. Et ẽt cõprobatur ex no. ꝑ Bar. in l. j. §. is quoq;, in fi. de colla. bon. nã ibi dr̃, ꝙ emãcipatio filij adoptiui in fraudẽ collationis facta nõ impedit collationẽ. Et dicit Bar. ꝙ ꝑsumitur facta ĩ fraudẽ, si fiat post delatã bonorũ possessionẽ, & non subsit aliqua aliqua alia cã. Allegat tex. in d. c. 2. de renun. & l. fi. de stip. seruo. Et idem ꝓbatur ex no. per Bar. in l. si sequẽs. ad Sylla. vbi vult, ꝙ si institutus repudiet hæreditatẽ antequã sit negligens in vindicãdo necẽ defuncti, ꝙ ab illo tanquã ab indigno non aufertur hæreditas, sed substitutus ꝑfertur fisco. Si vero postquã fuit negligens, recusat adire, fiscus ꝑfertur substituto, quia cum sit iã indignus, ꝑsumitur repudiare, vel nolle adire in fraudẽ fisci. Idem ergo, & in casu nostro, in quo filia cũ marito redijt ad domũ patris postquã vxor poterat expelli, & a qua ab initio recesserat, & absens stetit quãdiu legatũ vxoris durauit, & extingui non potuit. Et tanto magis præsumitur fraus ꝑ ꝑ coniunctionẽ, q̃ est inter filiã & matrẽ & generũ & socrũ, ꝑ no. ꝑ Bal. in l. nõ solũ, in prin. per illũ tex. de ritu nup. & in l. post cõtractũ. de don. Et đ qua fraude dr̃ ẽt vxor participasse ꝑsumptiuẽ, ex quo ꝑdictos recepit in domo post extinctum legatum, & quos recipere non cogebatur, iõ illi etiã nocet fraus tertij, ſm Bar. ĩ d. l. fi-
9 liæ. Scđo ẽt excluditur uxor alia rõne, quia † testõr, ut dixi, uoluit uxorem cum filia in domo habitare, ut custodiret, & ut illã corrigeret, & de illa curã hẽret, ꝑ d. l. sed hoc ita. § fin. & q̃ cã suberat solum antequam filia nuberet, & cessauit postquam nupta fuit, & ad domum mariti ducta; quia ad matrem nõ pertinebat tunc habere curam de filia, nec illam corrigere, & castigare, sed principaliter ad maritum, sub cuius lege dicitur esse post consumatum matrimonium. 7. q. 1. sicut alterius, & 23. q. 4. duo, & no. per glo. in c. quemadmodum. de iurei. & per Doc. in c. cũ contingat. de foro comp. & per Alex. in l. miles. §. qui iudicati. de re iu. Quia ergo ista noua cohabitatio cum matre nõ
10 hẽt effectũ, de quo cogitauit testõr, non põt † dici cõpleta cõditio dicti legati pro aliquo anno, vt ꝓbatur ex not. ꝑ Ang. in cõs. 159. Ex hoc igitur themate, &c. vbi ꝯcludit, ꝙ si testõr substituit filio, si nullũ fecerit testm̃, ꝙ illa cõdõ ꝑ cõfectionẽ testi ab initio validi, si postmodũ fuit ruptũ, & irritum maxima capitis

pitis diminutione ipsius filij, non dicitur defecta, sed adimpleta, quia testator sensit de testõ, per qđ hæreditas perueniret ad illos, ad quos ẽm rectã, purã, & veram intentionẽ filius deueni re vellet. Et sic nõ considerauit testator hoc solum, ꝙ fieret testm̃, sed ꝙ ad institutos in illo hæreditas conflueret, ut ẽt dicit Ang. apparere ex cõiecturata mẽte defuncti ponderata, ut ibi per eum. Et ideo cum instituti capere non potuerint ex dicto testõ, hæreditas pertinet ad substitutũ. Vnde cũ in casu nostro ꝓsupponatur, ꝙ relictum factum vxori cum onere habitandi cum filijs, fit factũ fauore filiæ, & vt custodiatur & corrigatur a matre, sequitur ꝙ non intelligitur cõdõ de ista noua cohabi tatione, & quæ non hẽt effectum consideratum a testator e. Et ꝓpea sicut in casu Ang. cõdõ negatiua, de qua in casu suo, habe tur pro impleta, ex quo testm̃ non habuit effectum a testatore cõsideratum, ita ecõuerso in casu nostro cõdõ hr̃ pro defecta, quãuis vxor habitet cũ filia, quia talis habitatio nõ hẽt effectũ, de quo testator sensit, & sic est perinde ac si nõ habitaret. Nec ob. si dicatur, ꝙ si testator sensit solum de habitatione ante ma trimoniũ filiæ, ꝙ cõdõ post matrimoniũ & traductionẽ ad do mum mariti fuit finita & adimpleta in totũ ẽt quo ad legatum cuiuslibet anni sequentis, non autem dr̃ defecta, per no. ꝑ Bar. ĩ d. l. j. C. de leg. Quia immo sicut onus habitandi fuit finitum, ita & legatum uxoris dẽt finiri, qm̃ cã finalis dicti legati fuit, vt filiã corrigeret, & vt de illa curã haberet. Postquam ergo cura & correctio desiit ad matrem pertinere, & ad maritum spectare, cessauit cã legati, ergo cessare ẽt dẽt legatum, ẽm Bar. in l. filio. §. matri. de adimen. leg. Nec isto casu, quo legatur in fauorem eius cum quo legatarius dẽt habitare, loquitur Bal. in d. l. 1. sed quando legatum fit in fauorem legatarij, & quo casu cessat ꝑdicta rõ. Et clare probantur ẽt prædicta ex no. per Bar. in d. l. illis libertis, & per Bar. & alios, in d. l. 1. C. de le. ubi uult, ꝙ quamuis legatum alimentorũ duret ẽt post onus habitandi finitũ, qñ fit ꝑ dictionẽ tẽporalem, puta, donec, hoc tamẽ intelligitur, qñ legatũ fuit factum gratia legatarij, sed qñ fit gratia illius, puta filij, cum quo legatarius dẽt habitare, tunc si condõ de habitan do deficiat per casum, finitur ẽt legatum, & non alia rõne, nisi quia cessat cã legati. Nec ẽt huic ultimo obstat, ꝙ testator lega rit uxori toto tempore uitæ suæ, & sic ꝙ uideatur uoluisse legatum esse perpetuum, quia per illa uerba sequentia, s. donec habitauerit, restringitur, & limitatur legatum respectu dicti tẽporis, & sic dicitur testator legasse uxori toto tempore, quo ha bitauerit in domo cum filijs. Laus Deo.

¶ Vxor relicta usufructuaria, & si ab hærede in vsufructu mole staretur hæres instituta in hæredis pœnam, si hærede repudiante, an uocetur ad hæreditatem, uel si aliter a filio hæredis sit molestata. Et an hæres ab intestato detrahat Trebellianicam, si in pœnam restitutio est facienda.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem liberum est unicuique repudiare, nec in dolo dicitur.*
2 *Hæres repudians in quo dicatur impugnare iudicium defuncti.*
3 *Legatum vsusfructus censetur repetitum ab intestato propter clausulam codicillarem.*
4 *Verbum, cadat ab hæreditate, significat tempus post aditam hæreditatem, sicut in uerbo priuetur. & nu. 11.*
Hæres directo hæreditate adita ea non priuatur, licet legatariũ molestet, quando testator uoluit eum priuatum in casu molestationis.
5 *Vbi de hærede fit mentio, intelligitur de eo, qui adiuit, etiam si verba sint enunciatiua.*
6 *Semel ab hæreditate exclusus, ab ea amplius excludi non potest.*
7 *Molestare prohibitus, intelligitur quando molestatio est mala, & iniusta.*
8 *In commissione pœnæ a testatore appositæ non receditur a nominata persona, etiam per nomen appellatiuum, nomine proprio præcedente.*
9 *Conditio cohærens personæ hęredis instituti, non transit ad succedentes ab intestato, nec ab illis censetur repetita. & numero 16.*
10 *Hæres ab intestato non debet teneri ad fideicommissum pœnæ nomine a testatore relictum ex delicto alterius, nisi præbeat ministerium hæredi. nu. 14.*
11 *Hæres prohibitus molestare vsufructuariũ, nedum de facto suo tenetur, sed etiam familiæ suæ.*
12 *Familia de voluntate domini in dubio censetur aliquid facere.*
13 *Patris scientia præsumitur de facto filij, licet aliter non probetur, maximè si cum patre habitat.*
14 *Hæres si vsufructuarium molestare sit prohibitus, si filius molestiam patre sciente inferat post aditam ab intestato hæreditatem per hæredem repudiatam, an ea priuetur.*
Conditio hæredi adiecta propter clausulam codicillarem transit ad succedentes ab intestato.
15 *Testamentum voluntariè impugnans nomine alieno, priuatur omni commodo testamenti, sicut si nomine proprio.*
17 *Trebellianica detrahi potest ex fideicommisso in pœnam præstando.*
18 *Trebellianicæ detractio censetur prohibita, si testator voluit, totam, vel integram hæreditatem restitui, vel hæredem haberi in pœnam pro non instituto.*
19 *Repetitio cum omnib. qualitatibus censetur facta, sicut relatio, & prorogatio.*
20 *Clausula, omni meliori modo, post clausulam codicillarem impedit Trebellianicæ detractionem.*
Trebellianicæ detractio est impeditiua voluntatis testatoris.

CONSILIVM XLVII.



VISO ac perlecto testamento Baldantonij de Eugubio, videtur prima facie dicendum, quòd domina Baptista eius uxor non sit ad hæreditatem uocata per repudiationem Baroni hæredis instituti, nec ex aliquo alio capite. Nam Baronus fuit institutus cum hoc, quòd ipse Baronus hæres non permitteret ipsam dominam Baptistam consequi integrum vsumfructum bonorum ipsius testatoris, prout supra, sibi reliquit, & quod contrariaret, seu negaret, quòd tunc ipse Baronus cadat a dicta hæreditate, & habeatur ꝓ non instituto. & ipsam do. Baptistã sibi hęredẽ vniuersalem instituit atque fecit. Fuit ergo do. Baptista uocata ad hæreditatem in pœnam Baroni instituti prohibentis, uel negantis usumfructum. Ergo non dẽt admitti per
1 repudiationem eius. quia † vnicuique liberum est, hæreditatem repudiare. l. si quis omissa. ff. si quis omis. cau. test. & l. nec emere. C. de iure delib. & l. quia poterat, ad Treb. nec dicitur in dolo quamuis legata & libertates intercidant. d. l. si quis omissa. Cessante igitur dolo, cessare debet pœna. l. aliud est fraus. de uerb. sig. l. pater Seuerinam. in prin. de condi. & dem. facit. l. Graccus.
2 C. de adult. Et quamuis † hæres, qui solus est hæres institutus, repudiando dicatur impugnare iudicium defuncti. l. ita tamen. §. qui suspectam. ad Treb. l. quæsitum. de acquir. hæred. & Barto. in l. filio. de leg. primo, illud tamen procedit quantum ad effectum, ut ille, qui repudiat, commodum ex testamento non consequatur, non autem quantum ad hoc ut quis uocatus in pęnam hæredis admitti possit, ex quo, ut dictum est, hoc fit iu-
3 re permittente. Et tanto minus in casu nostro, quia † propter repudiationem non prohibetur dom. Baptista consequi usumfructum, quia in hunc casum legatum illius est repetitum ab intestato per clausulam codicillarem, ut nota. in leg. ex testamento. C. fideicom. & in leg. qui autem. in principio si quis omis. caus. testamẽ. & per Barto. in l. 1. in prima quæst. de iure codicillo. Quamuis ergo hæres repudiando impugnare dicatur, tamen dom. Baptista non est uocata simpliciter & indistinctè in omnem casum, quo Baronus impugnabit, &c. sed eo casu tantum, & duntaxat, quo per negationem, & impugnationem illam consequi non posset integrum usumfructum, quod in casu nostro nõ euenit ꝑꝑ clausulã codicillarem; iõ nõ euenit casus, in quo do. Baptista vocatur & hæres instituitur.
4 Et prædicta adhuc confirmatur; quia illa † verba. s. cadat ab hæ reditate, & habeatur pro non instituto, vñr importare, & significare tẽpus post aditam hæreditatẽ. Et sic ꝙ testtõr senserit solum de prohibitione Baroni hæredis, facta post hæreditatem iam aditam, vt in terminis vult Bar. in l. paterfam. testõ. de hære.

re.inst.vbi dicit, ꝙ si testator disposuit hoc mō,si hæres uxorē meā in tali relicto molestauerit,priuetur hęreditate,ꝙ talis priuatio intelligitur collata in tēpus hæreditatis quæsitæ,& iō nō priuatur directo si molestet,quia qui semel fuit hæres,non pōt desinere esse hæres.l.ei qui soluēdo.de hær.instit.l.miles ita.de test.mil.& no.in l.in substitutione.de vulg.& pup. sed intelligitur grauatur ꝑ fideicōmissum.Sic ergo & in casu nr̄o,quia verbum illud,cadat ab hæreditate,non minus importat hæreditatē esse quæsitā,quā verbum,priuetur,quia sicut non pōt quis priuare eo,qđ non hāt.l.decem.de ver.obl.l.manumissiones.de iusti.& iur.sic nec ab eo pōt cadere.Et istud comprobatur per illa verba,& casu quo Baronus hæres, &c. vbi. n. de † hærede fit
5 mētio,in dubio intelligitur de eo qui adiuit,& non de scripto. l.3.§.si quis ita.de hær.inst.& ibi no.Im.& Pau.de Cast.& probatur in l.in cōdōnibus.§.j.de cōd.& dem.iuncta gl. in verbo, hæres erit.& per Bar.in l.gerit.de acq.hær.uer.circa tertiū,qūo ꝓbetur ista uoluntas ꝑ verba enunciatiua,&c. ubi dicit, ꝙ qn̄ fit mētio de hærede ēt per verba enunciatiua, ꝙ intelligitur de hærede ꝑ aditionē hæreditatis.Et idem vult Bal.in l. potuit. C. de iure delib.Et ex præmissis sequitur, ꝙ si Baronus post repudiatam hæreditatem peti fideicommissum ex testamēto aui, & per hoc minuatur vsusfructus do.Baptistæ,ꝙ non dicitur euenisse casus,in quo ipsa est hæres instituta,quia, ut dixi , vocari intelligitur casu,quo post aditam hæreditatem ꝑ Baronū fuisset prohibita.Et hoc etiam comprobatur,quia uult testator,ꝙ Baronus cadat ab hæreditate,& ꝙ habeatur pro non instituto. Si ergo repudiauit,ex hoc actu repudiationis habetur pro non
6 instituto.l.proinde.si cer.pe.& † cecidit a iure consequēdi & acquirēdi hæreditatē. Igitur petendo postea fideicommissum ex testamēto aui,& per hunc modum minuēdo usumfructum relictum do.Baptistæ,nō pōt amplius ab hæreditate cadere,& haberi iterum pro non instituto,quia semel exclusus amplius excludi non pōt.l.nam & si uer.post defectum.de iniu.rup.& irri.testa.& per consequēs quia hoc casu cessant uerba , cessat ēt dispositio,s.institutio facta de do. Baptista.l.4.§.toties, de dam. infec.& l.id autē.in prin.de admi.tuto. Et probatur ex his quæ in pulchra.q.voluit Iac. Bu.& Sali.in l.si mancipia. C.de seruis fug.& Alex.in d.§.toties.& in rub.solut. matri. Præthereà pœna apposita, si Baronus non permitteret seu cōtrariaret vel negaret,&c.intelligitur,quādo Baronus sic faceret de facto & iniustè,non aūt qn̄ de iure agit ad fideicōmissum ex testamēto aui, ꝭm Bal.in leg. 1.C.de his quæ pœnæ no. 6. col. ver.quæro qđ si testator mandauit,&c.ubi concludit, ꝙ si testator prohibet vxorē† molestari sub pœna,ꝙ intelligitur de molestatione in-
18 notabilis,videlicet† vtrum de hoc fideicommisso relicto in pœnam possit Trebellianica detrahi.Et quamuis omissa sit confectio inuentarij,per hoc tamen non auderem firmare,ꝙ detractio sit prohibita,per ea quæ no.per Bar.& late per Modernos in l.Marcellus.§. 1.ad Trebel. & in alijs locis & consilijs per alios.Imo.ergo in d.l.paterfamiliàs.in fi.de hære.insti.proprie in terminis nostris quæstionẽ format,& arguit ad partes,ac finaliter determinat, ꝙ Trebellianica detrahi possit primo ꝑ text. in l. 1.§.item si ita.ad leg.Falc.vbi de legato,ꝙ præstetur nomine pænæ præsupponit tex.ꝙ detrahatur Falcidia. secundò per tex.in l.cũ pater.§.1.eo.tit.in quo dicitur,ꝙ hæres, qui fuit in mora soluendi legatum,& sic deliquit, Falcidiam non amittit. Et ista opinio procedit,secundum eum,tenendo ꝙ hęres, qui vxorem molestauit,ipso iure non priuetur,sed ꝙ iure fideicommisi restituere teneatur,vt voluit Bart. ibi.Sed istis tamen non obst.contrarium arbitror verius.Nam isto casu hęres in pœnã sui delicti tenetur ad restitutionem fideicommissi.l. 1.C.de his quæ pe.no.& l.Lucius.§.tres hæredes.ad Treb.& per Bar.in d. l.paterfamiliàs.& Pa.de Ca.in d.consi.199.& Ale.in d.consi. 52. 2. vol. Ergo ex eodem facto non debet consequi etiam beneficium Trebellianicæ,quia ex eo. facto non debet quis pęnam pati,& præmium consequi.l.si cui.ex quib.cau.ma. & l.ita demũ. de arb.& no.gl.in l.siue hæreditaria.de neg.gest.cum concordantib.de quib.in ea.Et istud ẽt satis clare præsupponit Bar. in consi. 19.incip. Proponitur,ꝙ in testamento,&c. Nam in casu suo testator instituit filium,etsi non solueret legata, voluit qđ ab hæreditate caderet,& euenit,ꝙ per mortem filij, qui non satisfecit,pęna fuit commissa, debetur ergo,secundum eum,hæreditas cohæredibus,quia ad quem hæreditas peruenire deberet non dixerat testator, detracta tamen legitima, secundum eum,in qua non potuit filius grauari.l.quoniam in priorib.C. de inoff.test. Et sic præsupponit, ꝙ legitima tãtum detrahi possit,& tamen cum esset filius grauatus sub conditione, Trebellianica detrahi potuisset,si debita fuisset,ut no.in l.quamquam. C.ad leg.Falci.& in c.Raynutius.de testa.& est communis opi. de qua late per Alex.in l.in ratione.§.quod vulgo. ad leg. Falc. Nec ob.allegata in contrarium,& primo text.in d.l.1.§. item si
19 ita.ad leg.Falc. Quia translatio in pęnam fieri potest† duobus modis.Et primo à persona in personam.Secundo cum res pro re datur,vt pro fundo uel penore decem aurei,ut habetur in l. translatio.de adim.lega. Primo ergo casu non detrahitur quarta,per rationem prædictam,Et iste est casus noster,quia hæres in pœnam molestationis priuatur, & hæreditas in alium transfertur.Secundo verò casu hæres quarta non priuatur, sed immo per eum detrahitur:quo casu loquitur d.§.item si ita.Et est ratio,quia ante moram & culpam hæredis, & sic antequam fcã esset translatio de re legata in aliam rẽ,de dicta re prius & principaliter relicta Falcidia detrahi poterat,quia ĩ legato erat.d.§. item

20 item si ita.† Translatione igitur rei legatę facta in aliam rem in pęnam hæredis, de ea potest Falcidiam detrahere, quia fuit loco primæ subrogata, unde defalcatur, sicut defalcari poterat illa, in cuius locum subrogatur, argu. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cau. & facit, quod no. Bal. in l. si puella. C. si manci. ita fue. dicens quòd si data erat alicui facultas exequendi cum consilio Prioris Prædicatorum, & ex negligentia, vel eius morte deuoluta sit potestas ad Episcopum, quod exequi debebit cum consilio eiusdem Prioris, quia recessum est a persona, sed non a forma, quod dicit esse notandum. Sic ergo & isto casu recessum est a re, sed non est recessum a modo & a forma soluendi ratione subrogationis, vt dixi. Et quę ratio locum habere non potest in casu præcedenti, quia cessat subrogatio rei. Non obst. etiam tex. in d. l. cum pater. §. 1. ad leg. Falc. quia illo casu legatum erat purum, & consequenter ipso iure per Falcidiam resecatum. l. Plautius. & l. linea margaritarum. ad leg. Falc. Propter moram igitur hæredis superuenientem quartam iam quæsitam non amittit. sed in casu nostro fideicommissum erat conditionale, si hæres uxorem molestauerat. Ante igitur conditionem fideicommissi impletam, & sic ante molestationem, quia non cesserat dies fideicommissi. l. cedere diem. de verb. signifi. Trebellianica hæredi non erat quæsita, nec illi erat debita. per molestationem autem, quia punitur, non debet beneficium Falcidiæ quæri de nouo. Facilius ergo ius quæsitum ad quartam retinetur, vt in casu d. l. pater. §. 1. quam quòd de nouo quæratur, vt in casu nostro, ar. leg. pater furioso. de his qui sunt sui vel al. iu. Et ita concludo. Laus Deo.

¶ Vxor, cui sunt relicta alimenta & habitatio, si vellet onus tutelæ assumere, & cum heredibus uiuere, & casu quo nollet, ei quædam maritus legauit, si succepit tutelam, an debeat consequi etiam illud legatum. Et an hæres possit soluere dotem legatam in rebus mobilibus, si testator sit confessus dotem in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus in testamento, si se excusat, amittit legatum sibi in testamento relictum.*
2 *Quis non debet plus consequi ex facto, ex quo pœnam meretur, quam ex eo, ex quo præmium. & nu. 4.*
3 *Repetitio præcedentis conditionis non inducitur per dictionem item, quando est identitas personarum, rerum diuersitas oratione adiecta existente perfecta.*
4 *Conditio adiecta legato, si est duplex, debet utraque adimpleri, ut legatum debeatur.*
5 *Verba si sunt adeo clara, quod proprie nec improprie menti deseruiunt, non est a uerbis recedendum, etiam si de tacita mente contrarium appareat.*
6 *Legatarius debet probare iustam causam subesse, quare cum hæredibus habitare non possit, cum quibus tenebatur habitare, si vult legatum consequi.*
7 *Indefinita negatiue prolata vniuersali negatiuæ æquipollet.*
8 *Testator si confiteatur debitum in pecunia, hæres in alia re soluere non potest, creditore reclamante, nisi res immobilis melior detur.*
9 *Confessio mariti in testamento de dote recepta ab vxore etiam iurata & notario recepta, illi non præiudicat, sed inter uiuos reuocari potest.*
10 *Hæres quando dotem legatam uxori a testatore soluere possit in rebus mobilibus.*
11 *Verba testantis debent recipere interpretationem a iure communi.*
12 *Hæres non soluens intra annum uxori testantis dotem, quando non constituatur in mora absque interpellatione.*
13 *Verbalis obligatio quando sit sufficiens, ut quis a mora excusetur.*
14 *Hęres in mora constitutus non soluta dote uxori defuncti ad quid teneatur.*
15 *Conditio ratione qualitatis seruandæ non debet censeri repetita.*

CONSILIVM XLIX.


QVANTVM ad id, de quo primo quæritur, prima facie dicēdum vr̄, ꝙ do. Valentina debeat cōsequi habitationem partis domus relictam sub illa conditione, videlicet, casu quo nō vellet onus tutelæ assumere, nec cum hæredib. ipsius testoris viuere, si uitam seruauerit vidualem & honestam. Et idem vr̄ dicendum de legato annuo centum Rhenensium vsquequo vitā vidualem seruauerit, & viuere nō potuerit cum hæredib. infra scriptis ipsius testatoris, &c. Nam in cōdōnib. dēt attendi voluntas testatoris. l. c. in conditionib. primum locum, de condi. & demonst. Cum ergo testator prius grauasset hæredes suos, vt illam tenerent in domo & alimentarent vsquequo vixerit in vita viduali, & deinde eandem & Ioannem eius filium maiorē tutores constituerit, & reliquerit, postmodum subiunxit, quod eo casu, quo d. do. Valentina non vellet tutelæ onus administrare, nec cum hæredibus uiuere, si vitam vidualem & honestā seruauerit, voluit, ꝙ vt ipsa cām habeat retinendi filias suas omnes penes se, ꝙ debeat & possit habitare. Et ita sibi designauit partem exteriorem domus ipsius testatoris, in qua parte sunt plures mansiones expressæ in ipso testamento. Quando ergo vellet cum hæredibus habitare, & etiam tutelam assumere, testator primo loco simpliciter grauauit hæredes, ut illam tenerent in domo testatoris, nec designauit sibi partem aliquam domus. Si vero nollet onus tutelæ assumere, & nolet cum dictis hæredibus habitare, auxit legatum habitationis designando sibi dictam partem domus. Si igitur hoc ultimo casu, in quo nolit esse tutrix, prout testator prius ordinauerat. & sic in hoc iudicium testōris non agnouit, debetur legatum, multo magis debet illud consequi ex tacita mente defuncti, quando illud agnouit, quia absurdum esset, ꝙ ille qui adimpleuit voluntatem defuncti, esset deterioris conditionis, quā ille, qui eam non serua
1 uit. l. non solum. de noxa. & l. Seruius, quod vi aut clam.† Præterea tutor datus in testamento, si se excusat, & sic tutor esse nolit, legatum sibi in testamento factum amittit. l. post legatum. §. amittere. de his quibus vt indig. & l. 1. §. fi. ubi pu. educ. deb.
2 † Non dēt ergo do. Valentina, si tutelam non assumpsisset, plus consequi ex facto, quod meretur pęnam, quam ex illo, qđ meretur præmium, quia hoc etiam esset absurdum. l. siue hæreditaria. de neg. gest. cum concor. de quib. ibi in gl. Et eadem rōne non debet amittere propter hoc dictum annuum legatum. Et etiam alia rōne nōn dēt illud perdere. Quia illæ conditiones appositę in præcedenti legato dictæ habitationis, videlicet, si nolit tutelam, nec cum hæredibus viuere, &c. non intelligūtur repetitæ in prædicto legato annuo facto per illa verba, item ipse dominus testator legauit & reliquit sibi d. Valentinæ uxori suæ singulis annis usquequo uitam seruauerit vidualem, & viuere non potuerit cum hæredib. infra scriptis d. domini testatoris, & sic annuatim per hæredes eius testatoris dari Rhenenses
3 centum, &c.† Quia ubi est identitas personarum & diuersitas rerum, sicut in casu prædicto, si quidem oratio, quæ adijcitur p dictionem, item, est perfecta, sicut esse reperitur in casu nostro non inducitur repetitio præcedentis conditionis, fm Bart. in l. in repetendis. de leg. 3. per l. qui fundū. de contrah. empt. Et faciunt no. per eum in l. Seiæ. §. Caio. de fun. instr. Sed istis nō obstantibus contrarium arbitror verius. Nā quantum ad habitationem partis posterioris domus illud reperitur factum sub du
4 plici cōdōne negatiua videlicet † si nō velit tutelæ onus administrare, nec cum hæredib. testōris uiuere. Ad hoc ergo vt dēatur legatum, exigitur neutrum fieri, & sic ꝙ noluerit esse tutrix & ꝙ cum hæredib. viuere nolit, vt est expressum in l. si ita stipulatus fuero decem aureos. de uerb. ob. sicut qñ fit legatū sub duab. cōdōnib. affirmatiuę, & copulatiuę dēt utrumque fieri, vt ibi, & in l. si hæredi plures. de cond. inst. Cum ergo d. Valentina onus tutelę agnouerit, prima cōdō negatiua defecit & per consequens dies legati non cessit, nec cedere potuit. Nec obst. allegata in contrarium, dum dicitur, ꝙ esset absurdum, ꝙ plus consequatur, qñ impugnauit iudicium defuncti non assumendo tutelam, quam qñ illud approbauit. & ꝙ præmium consequatur ex facto, ex quo pęnam meretur, & damnum ex facto, ex quo percipi pēt præmium. Quia non consequitur plus, immo minus, qñ tutelam non agnouisset. Nam ut dictum est, primo

mo testõr grauauit hęredes,vt illam in domo tenerent,& ei ali
menta p̃staret,deinde illam tutricē reliquit. Ac postea legauit
solum eidē habitationem posterioris partis domus,si nolet tu
telam,& uiuere nollet cũ hæredibus, & in hac parte de alimē-
tis nulla est facta mentio. Ex illa ergo peti non p̃nt, quia non
sunt relicta.Nec ex primo legato,si tutrix esse noluisset,quia ex
quo in hoc iudicium defuncti non agnouisset,dicto priori lega
to alimentorum debuisset priuari.d.l.post legatum.§.amittere.
de his quib.ut indig.& d.l.1.§.fi.ubi pup.educari deb.Nō enim
testõr dedit uxori licentiam recusandi onus tutelæ, q̃n dixit ꝙ
eo casu,quo nollet onus tutelæ,&c. quia dicta uerba condõna
lia nihil ponunt in esse.l.si quis sub cõdõne.si quis omis. ca.te.
immo in hunc euentum minus reliquit, & a primo legato in-
telligitur esse recessum ex dispositione legis, ut in iurib.præal.
5 Et sic patet,ꝙ tunc pœnā patitur.& nō præmiũ.Præterea† q̃n
verba sunt adeo clara ꝙ proprie vel improprie non p̃nt men-
ti deseruire,ut in casu nostro, tunc nō est a verbis recedēdum,
ēt si de tacita mente appareat contrarium,vt colligitur ex not.
p Bar.in l.in ambiguo. de reb.dum r̃ndetur ad l.non aliter. de
leg.3.Et idem vult Pau.de Cast.in d.l.in ambiguo & Alex.in l.
3.in fi.C.de lib.præt.Et dicunt p̃dicti,ꝙ tunc mens præualet &
attenditur,q̃n verba saltem s̃m sign̄ationem impropriam p̃nt
menti deseruire, quia tunc a propria sign̄atione receditur, ut
mens saluetur.Et bene facit.l.quidā cum filium,de hęre. insti.
Ex qua no.ibi Bal.ꝙ mens testõris non attēditur,q̃n non tran
siuit in dispositionē. Et similiter quantũ ad legatum annuũ cē
tum florenorum,idem dico, etiam si in illo non sit repetita illa
conditio negatiua apposita in præcedenti legato. Quia illud fa-
ctum fuit sub illa conditione expressa, videlicet vsqueque vitā
vidualem seruauerit,& uiuere cum hæredibus non potuerit,&
6 hæc ultima adhuc non est purificata,quia ut † impleta dicatur
necesse h̃et probare uxor, quod subsit iusta causa, quare cum
dictis hęredibus habitare non possit, iuxta not. per l.Caio.§.
Imperator.de ali.& cib.leg.& per Doct.in l. diuortio. in prin.
sol.mat.& in l.1.C.de leg. & prout in terminis istis proprie de
clarat Alex.in consi.3.in 4. uol. Quia ergo altera ex prædictis
duabus conditionibus non est impleta, legatum peti non po-
test.l.cedere diem de uerb.sig.iuncta.d.l.si hæredi plures. Nec
obst.ꝙ non possit cum omnibus hæredib.uiuere, ex quo sunt
diuisi,& sic quod legatum debetur,ex quo per eam non stat,ꝙ
conditio impleatur,sed per ipsos hæredes.l.Mæuia.in princ.de
ann.leg.Et quod non sufficiat uiuere cum uno,quia in uno ser
mo ille indefinitus non uerificatur,sed in omnibus.l. si plurib.
in prin.de lega.2.Et ideo non debet scindi vel diuidi conditio.
7 l.qui duobus de cond.& demonst.† Quoniam huiusmodi inde
finita est prolata negatiue,quia dictum est, si uiuere non pote-
rit,cum hęredibus.Vnde æquipollet uniuersali negatiuæ, ideo
est necesse,ꝙ cum nullo hærede possit uiuere.l.si is qui ducen
ta.§.utrum.de rebus dub.& l.2.§.idem si in facto.de ver. ob.&
no.Bar.in l.si pluribus in prin.de lega.2.Si ergo viuere poterit
cum uno,falsum est,ꝙ uiuere non possit cum hæredibus d.§.
vtrum,quia,ut dixi,conditio illa negatiua demum impletur, si
cum nullo possit uiuere. Quia ergo cum uno viuit & viuere
potest,& ubi cum illo viuere non posset,alter est paratus illam
tenere in domo,idcirco non dicitur euenisse casum in quā an-
nuum legatum fuit factum.Et sic patet,ꝙ ratio, quæ allegatur
in contrariũ,facit pro,& non contra,tũc.n. posset requiri con
cursus oĩum hæredũ, q̃n indefinita esset prolata affirmatiue,
& ad hoc tēdit ratio contraria.Circa s̃m dubium, uidelicet v-
trum d.Ioannes possit soluere dotem legatā do. Valentinæ in
reb.mobilibus.Et prima facie uidetur ꝙ non, quia testõr con
fessus est,habuisse dotem in pecunia notario stipulante nomi
8 ne dictę do.Valentinæ † ideo habetur pro facta dicta conces-
sio inter uiuoe,& preiudicat,secundum Bart.in l.cum quis de-
cedens.§. codicillis. de lega. 3. Cum igitur ex tali confessione
probetur debitum in pecunia si hæres debitoris uult soluere
in alia re,fieri hoc non potest reclamante do. Valentina, nisi
ille soluat rem inmobilem meliorē,ut ē casus in auth.hoc nisi
debitor.C.de sol.Cum.n.grauetur in hoc ꝙ aliud pro alio co-
gitur accipere,in alio releuatur,ut no.in d.aut. Et quāuis testa
tor dixerit,ꝙ satisfieri uelit in bonis & de bonis suis.in hoc t̃n
præiudicare non potuit d.Valentinæ,nec p̃sumit, ꝙ p̃iudicare
voluerit,sed uerba illius debent intelligi s̃m dispōnem iuris.l.
Gallus.§.1.secundum vnũ intellectũ,de lib.& posth.& proba-
tur ex no.p Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb.Et sic ꝙ sa
tisfiat in bonis immobilib. meliorib.si in alijs nolit do. Valenti
na sibi satisfieri, prout a iure disponitur,ut in d.auth.Sed istis
9 ēt non obstanti.aliter concludendum puto. † Et pręmitto, ꝙ
ex quo confessio est de dote recepta,ꝙ talis confessio præsumi
tur facta per maritum in fraudem,& animo donandi uxori,&
cui donare non potuit.l.1.de dona.inter vir.& ux.Et ideo talis
confessio etiam recepta a notario non præiudicauit confitenti
s̃m Bar.in d.l.cum quis decedens.§.Titia.ubi idem dicit,quādo
confessio fuisset iurata, & quæ non differt a confessione facta
notario stipulante vel parte præsente,vt in d.§.codicillis. & ibi
per Bar.ea.l Vnde s̃m Bar.maritus posset illā reuocare,sicut &
quodlibet legatum.Et si illam non reuocat, confirmatur mor-
te.Et propterea sequitur, ꝙ talis confessio non probat debitũ
quantitatis,& ꝙ post mortē non debetur tanquam debitũ, sed
tanquam legatũ,uel ex donatione, quę fuit morte confirmata,
& quæ est ad instar legati.l.cum hic status. §.j. cum ibi not. de
don. inter vir. & uxo. Et per consequens potuit testator dispo-
10 nere,† ꝙ soluatur in bonis & de bonis suis, quia si potuit illā
confessionē in totum reuocare, multo magis potuit illam di-
cto modo moderare.Quia igitur non constat, ꝙ maritus esset
debitor in pecunia,& ꝙ esset obligatus,ex hoc infero, ꝙ exe-
cutio istius legati facienda in bonis testatoris, prout ipse uo-
luit,fieri debeat eo ordine,quo fit executio sententiæ, de quo ĩ
l.a diuo Pio.§.in venditione.de re iud.& sic ꝙ a reb.mobilibus
sit inchoandũ, vt ibi, quia uerba testatoris executiua sicut est
11 † verbũ,dari,& solui,& restitui,quo usus est testator,debent,
ut etiam dixi,interpretari s̃m dispositionem iuris, & a iure cõi
recipere interpretationem. Et ultra prædicta istud uidetur be-
ne probari ex no.per Bar.in l.uxorem.§.testamento.de lega. 3.
vbi vult,ꝙ si pater stipuletur sibi aut filiæ,uel sibi & filiæ dotem
reddi, ꝙ intelligitur stipulatus reddi dotem secundum iuris or
dinem,& sic patri in uita, & filiæ post mortem patris uel alius
quando erit facta sui iuris,quia iste est ordo iuris:l.2.§.ꝙ si in
patris.sol.mat.Allegat præsertim,quæ habentur in d.l.Gallus.
§.j.Et cum eo transeunt Doc.in l.Caius.sol. mat.Idem ergo ea
dem ratione dicendum est de uerbis testatoris, vt ibi habetur,
& per no.per Bart. in d.§. cum ita.Et per hæc patet ꝙ non ob-
stant in contrarium alleg.quia procedere possent,quando con
fessio probaret uerum debitum, sicut est quando fit inter per-
sonas non suspectas,quo casu loquitur Barto.in d.§.codicillis.
sed quando maritus confitetur uxori,tunc non probat confes-
sio,& habet locum,ꝙ not.Bart.in d.§.Titia & per consequens
non h̃et locum.d. auth. hoc nisi debitor. quæ loquitur in uero
debitore,& qui non potuit creditori præiudicare, & de cuius
præiudicio isto casu non agit,quia uxor ex causa lucratiua con
sequitur illud, ꝙ relinquitur. Circa tertium est aduertendum,
12 ꝙ† licet hæres mariti intra annum teneatur soluere dotem cō
sistentē in quantitate.l.unica.§.exactio. C. de rei uxo.actio. &
per lapsum dicti temporis constituatur in mora,per not.in l.si
mora.solu.mat.nihilo minus in casu nostro hoc non procedit,
quia quantitas,de qua agitur,non debetur ex causa dotis, quæ
non probatur ex confessione mariti facta in ultima volunta-
te.l.qui testamentum.de prob.& per Bar.in d.§. Titia.sed debe
tur ex tacita donatione morte confirmata. Et ideo quia non te
netur ad diem tacitam uel expressam hęres,mora non contra-
hitur sine interpellatione.l.si ex legati causa de uerbo.oblig.Et
per quam ēt interpellationem dictus do.Ioã. non fuit in mora
constitutus,si obtulit se paratum satisfacere de bonis testato-
13 ris.Et quamuis† uerbalis obligatio regulariter non sufficiat ad
impediendum moram, ut no.Ang.& Ale.in d.l.si mora. & pro
batur ex not.per Bart. in l.prætor.§.si quis paratus.de ope.no.
nun.tamen si dom.Valentina recusauit accipere de dictis bonis
uerbaliter oblatis ad excusandum debitorem a mora,dicta ver
balis oblatio fuit isto casu sufficiens,secundum Bal.in l.1. C. ne
liceat ter.prouoc.& Raph.& Pa.de Cas.in l.qui Romæ.in prin.
de uerb.obl.& Alexan.in d.l.si mora. Et ubi etiam mora fuisset
14 † contracta mediante interpellatione expressa uel tacita,id est
per lapsum anni dato etiam ꝙ debitum esset ex titulo, & causa
dotis,nihilo minus aliquid nomine usurarum peti non potest,
nec ratione lucri cessantis, quando mulier ista non fuisset soli
ta negotiari,ut not.per gl.& alios,Doc. in l.diuortio. in princ.
sol.

sol.ma.& per Bar.in l.in insulam.§.usuras.sol.mat.& Doc.cōiter in c.salubriter. de vsur.cum concord.de quib.per Ale.in d. l. diuortio. quia vsuræ hodie sunt prohibitę,auth. ad hęc.& ibi no.C. de vsur.& extra de vsu.per totum. sed agi tantum posset ad interesse damni emergentis,secundum Bal.& Mod.in d.l.diuortio.& etiam ad interesse lucri cessantis,quando fuisset solita negotiari,per no.in l.3.§.fi. de eo quod certo lo. secūdū Pa. de Cast.& Ale.in d.l. diuortio.in prin. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Vxor relicta domina omnium bonorum,testō rupto per natiuitatem posthumi,an habeat alimenta.Et an relicta uxori possessione & vsufructu,si nihil,dum vixit,percepit,eius hęredes habeant fructuum petitionem aduersus hęredem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ex testamento natiuitate posthumi rupto quando debeatur. & nu.3.*

2 *Dispositio secunda confirmatoria primi testamenti quando dicatur ualere ut testamentum.*

Dictio,cum, habet uim copulæ.

4 *Vxor si est relicta domina omnium bonorū a marito, prout erat tempore testamenti,an debeat habere alimenta institutis filijs sicut quando est relicta domina & usufructuaria. & nu. 8.*

Si uxor relinquatur domina alio instituto,uerbum,domina,significat præeminentiam quandam,non autem dominium.& nu.7.

5 *Declaratio Bar.in l.Titia.§.Titia.ff.de leg.2.*

6 *Dictio,prout,est limitatiua & restrictiua.*

7 *Alimenta uxori uiuens maritus præstat ex obligatione & necessitate.*

8 *Consuetudo Bulgari. quod alimenta uxori debeantur, quando nō habeat locum,nec ad alium casum extendatur.*

9 *Legatum possessionis & usufructus dicitur alternatiuū,in quo datur legatario electio.*

Copula inter incompatibilia resoluitur in disiunctam.

10 *In legato alternatiuo electio est legatarij, & ante electionem si moriatur, non transmittitur aliquod ius ad hæredes, quando morte legatarij finitur legatum,quia nullum habet dominium, si hæres non fuit in mora,nec etiam fructus perceptos præstare tenetur.*

Hæres fructus perceptos ex negligentia non petentis quando non præstet.

11 *Electio quando transmittatur ad hæredes.*

12 *Hæres non præstat fructus perceptos ante præstitam cautionem per usufructuariam.*

CONSILIVM L.

CASVS, de quo agitur prima facie vr̄ satis ambiguus.Nā testōr.post primū testm̄,in quo filios iā natos instituit,& vxorē dn̄am oīum suorū bonorū reliqt,& cui ēt possessionē, & vsūfructū eius legauit dum ipsa uixerit,aliā dispositionē fecit,q̄ voluit valere iure codicillorū,& si iure codicillorū nō ualeret, vel nō ualebit,voluit,ꝙ valeat iure testi,&c.Et i qua ordinauit, ꝙ si vxor tunc pḡnās masculū unū uel plures pareret, ꝙ sit,seu sint hæres vel hæredes eius vna cū alijs filijs suis masculis, æq̄s portionib.& cū cōd tionib.& modis,de quib.in dicto testō de alijs ordinauit,&c.Et in oīb.alijs partib.confirmauit testamen
1 tum prædictum per eū aliàs factum. Quāuis† igitur præcedens testm̄ per natiuitatem posthumi præteriti fuerit ruptum.l.3.in prin.de iniuſ.rup.& irr.testa. & l.uxoris abortu.C. de posthu. hęr.insti.legata tamen facta uxori debentur,& si non ex clausula codicillari,quæ in illo non reperitur apposita,saltem debentur ex posteriori uoluntate, in qua confirmat testator in alijs omnibus partib.testamentum prædictū, & sic legata facta uxori. Siue ergo huiusmodi dispositio ualeat iure codicillorum, ut voluit testator,& prout ualere potest,saltem quoad confirmationem legatorum,quamuis quoad institutionem esset secus, propter illam clausulam,si non ualeret,vel nō valebit,&c. quæ exponitur.i.quatenus non valeret.leg. Stichum qui meus erit. de leg.1.& ibi not.Bart.& alij,& per Bart. in l. 1. in 8. q. de iu. codic.& Bar.& Bal. in d.auth.ex causa. & in l.controuersia. in
2 prin.ff. de transac.† siue etiam dicta dispositio valeat vt testm̄. Et idem,& prout etiam valere potest quo ad instōnē,quia non solum posthumi reperiuntur in ea instituti,sed etiam iam nati, quoniam testator uoluit, ꝙ si uxor pareret masculum unū vel plures,quod sint hęres vel hæredes eius vna cum alijs suis masculis,&c.per illa.n.verba, vna cum aliis filijs suis masculis,intelliguntur instituti filij iam nati, quia dictio,cum,hēt vim copulæ,ut est expressum in l.si quis Titio.de vsuf.accresc & probatur in l.illi.de vsuf.leg.& in l.turpia.§.nihil.de lega.j. Et in casu nostro in specie ita sentit Bar.in l.posthumus.§.fi.de iniuſ.rup. & irri.testa. Nam ibi dicitur in tex. ꝙ si testator fecit secūdum testm̄, & in illo cōfirmetur primum,ꝙ licet reuocetur, omnia tamen in illo disposita debentur ex ultimo iure fideicommissi, & sic etiam hęres in illo institutus intelligitur per fideicōmissum uocatus ex ultimo, propter dictam confirmationem primi, & non uenit tanquam institutus in secundo vna cum alio instituto in illo,secundum Bar.quia non fuit in eo nominatus, iuxta l.iubemus.C.de testa.quę rō cessat in casu nostro,in quo testator filios nascituros instituit cum alijs suis filijs masculis. Et sic in hoc posteriori testō fuerūt nominati in primo, saltem spāliter & nomine spāli,quod sufficit,etiam sine expressiōe nominis ꝓprij.l.Titius.in prin.de lib.& posth.Et quia in aliis primum testm̄ est confirmatū,legata in illo relicta dēntur ex hac ultima dispositione,ut est casus in d l.posthumus.§ fi.& ibi notant omnes,& in l.quærebatur.de test.mil.& in l.si quis priore
3 in prin.ad Treb.† Et vbi etiam ex hac uoluntate peti non possent,adhuc tamen deberentur ex prima, quia licet ruptum sit testm̄ natiuitate posthumi præteriti, legata tamen conseruātur per auth.ex cā.C.de lib.præt.Et quamuis Barto.ibi,& alii multi de quib.ibi per Ale.velint,ꝙ ille tex.locum nō habeat,quando posthumus fuit ignoranter præteritus, tamē alii quamplurimi tenuerunt oppositum,& quorum opinio de iure forte est verior,prout late declarat Im.in l.filio præterito.de iniusto, rup. & irri.test.& Ale.in d.auth.ex causa. Et retēta etiam opinione Bar.in casu tamen nostro speciali rōne non haberet locum.Nā legata dicto casu nō conseruantur,quia lex pręsumit, ꝙ si testator de filiis cogitasset,verisimiliter apparet,ꝙ fuisset relicturus etiā si filios fuisset habiturus, quia tunc cessat ratio Bar.& eius opi.tunc non habet locum,secundum Ang.in d.auth.ex causa. qui isto casu limitat opinionem Bar.& cum quo transit Pau. de Cast.& Ale.& idem tenet Bal.& Ang.Imo. in l. filio præterito. de iniuſ.rup.& irri.test.& in d.l.Titius.in prin. de lib. & posth. Quod autem in casu isto testator fuisset omnino relicturus, si de nascituris cogitasset,patet euidenter, quia in secūda ultima uoluntate,in qua nascituros masculos instituit, legata facta in præcedenti testamento confirmauit.Et dato ꝙ etiam illa omni respectu esset nulla, tamen ex actu etiam nullo declaratur uoluntas.l.fi.de reb.eo.& l.in testō.de fideicom.lib.& no.Bar.in l.fideicommissa.§.1.de leg.3.Secundo limitatur opinio Bar. ut locum habeat, quando testator non instituit alium filium, sed quando filium instituit,ut in casu nostro,licet alium ignoranter præterierit,tunc legata conseruantur,quia sicut unum filiū quem instituit grauauit, ita verisimile est, quod omnino reliquisset,etiam si de alio cogitasset, secundum Bald. in d.l. filio præterito,arg.d.l.Titius.§. 1. quem etiam simpliciter refert Ale.in auth.ex causa. Et similiter opi.Bar.locum non habet. qn̄ legata non sunt magna,adeoꝗ q̄d exhauriāt totū patrimonium. vel maiorem partem,secundum Are.in consi.94.Viso legato, &c.qui dicit & probat hoc esse de mente Barto.in d.l. filio præterito.& idem prius uoluit Ange. in leg. vxorem.de manumis. testam.ubi limitat opinionem Barto. & dicit, illam non procedere, quando legata essent talia,quæ uerisimiliter testator reliquisset,etiam si de filio cogitasset,quod dicit committendum arbitrio iudicis inspecta quantitate, & qualitate relictorum, & personarum, quibus relinquitur. Et idem tenet Paulus de Castro in dict.authen. ex causa. Sed istis non obstantibus ex aliis puto cōtrarium esse uerius. Nam testator primo reliquit & legauit dominam Nicolam eius uxorem, dum ipsa stare uoluerit in domo ipsius testatoris in habitu uiduarum, dominā omnium rerum & bonorum suorum,prout ad præsens est,uolens, & mandans quod per suos hæredes infrascriptos de dicta domo, & bonis aliquo modo & uia extrahi non possit,

aut

tur remoueri. Et spaliter reliquit dictę suæ uxori possessionem
4 & vsumfructum eius, dum ipsa vixerit, &c. † Est igitur videdū, quid importet hoc relictum. Si enim dixisset testator, ꝙ relinquebat uxorem dominam & usufructuariam, tunc extantibus filiis institutis dici posset, ꝙ dicta verba importarēt de consuetudine approbata legatum alimentorum, per no. per gl. & Do. in auth. quod locum. C. si secun. nu. mul. & ꝑ Bar. in l. Titia cū testō. §. fi. de lega. 2. Sed quia testōr simplr dixit, ꝙ relinquebat eam dn̄am oīum bonorum suorum, & nō dixit usufructuariā vel massariam, dubitatur an idem sit, ꝙ in casu præcedenti, & vr̄ ꝙ sic, per no. ꝑ Bar. in d. §. fi. ver. eodem modo puto, &c. ubi postquam dixit, ꝙ illa verba, dominam & vsufructuariam, important legatum alimentorum, subdit, ꝙ eodem modo putat verba debere intelligi, si simpliciter proferantur, ut quia dicat, relinquo vxorem meam dn̄am, vel relinquo eam vsufructuariā omnium bonorum meorum. Quinimmo si etiam solum dixisset, relinquo vxorem meam dn̄am in domo sine adiectione illa omnium bonorum meorum, adhuc idem vr̄, ꝟm Bald. in addi. Spe. in ti. qui filii sint leg. versi. maritus dixit, &c. Sed tamē arbitror, ꝙ in casu nostro, in quo vxor simpliciter relinquitur dn̄a omnium, prout est ad præsens, non debeat vxor alimenta consequi. Nam verbum illud, dominam, hoc non importat, sed in hac materia significat quandam præeminentiam in domo & in bonis, quam ēt hēbat ante mortem viri, puta ꝙ possit facere eleemosynam de illis, & ꝙ hēat administrationem illorum. l. 1. rerum amot. & ibi not. Doct. & l. 1. §. si uix. ad Silla. & declarat
5 Bar. in d. §. fi. Et ubi testator † solum reliquisset uxorem dominam & massariam, sine alia adiectione, uult Bar. ibi in uersi. q̄ro quid si dixit testator, &c. ꝙ in legato contineatur tm̄modo dicta preæminentia. Et de intentione Bar. est sine dubio, ꝙ tūc non habeat locum consuetudo, de qua in d. auth. quod locum. & sic ꝙ non consequatur alimenta dicto casu, & quæ non debentur etiam de iure communi, quia verba ad hoc non sunt cōgrua, & de mente Bart. constat ex versi. sequenti, in quo postea declarat, ꝙ dictum fuisset, relinquo uxorem dominam & vsufructuariam, quid important dicta verba de iure & de consuetudine, Et concludit, ꝙ interpretatio consuetudinis uersatur super istis ultimis uerbis, sentit expresse: ꝙ non habeat locum dicta interpretatio in uerbis præcedentib. quia aliàs inter unum modum legandi & alterum non eēt differentia, quam tamē uoluit Bar. expresse facere. Et ꝑpea videtur, ꝙ Bal. in loco præal. in addi. ad Spe. non bene sentiat & dicat contra Bar. in d. l. Titia §. fi. Quia igitur testator isto casu uxorem non reliquit dominam & vsufructuariam, sed simpliciter dominam omnium bonorum, prout est ad præsens, idem est, quod in primo casu, & sic alimenta non debētur de iure, nec ex consuetudine. Et quā uis idem Bar. in d. §. fi. inferius. in d. uer. eodem mō dico, &c. vel le uideatur, ꝙ si simpliciter relinquatur domina omnium bonorum, ꝙ tunc sit perinde, ac si dictum fuisset, relinquo uxorē dominam & vsufructuariam omnium bonorum, & sic ꝙ utroque casu percipiat alimenta ꝟm interpretationem consuetudinis, tamen istud nō obstat, quia licet dixerit testator, ꝙ vxorē relinquebat dominam omnium bonorum suorum, subiunxit tamen illa verba, videlicet, prout ad præsens est, &c. Ex quibus manifeste colligitur, ꝙ intentio testatoris fuit, solam præeminentiam relinquere uxori, quā prius hēbat. Et iō sicut quando illam reliquisset dominam, quo casu, vt dictum est, in legato est solum dicta ꝑeminentia, & non dominiū, vel usufructus uel alimenta, ꝟm Bar. in d. §. fi. & in d. ver. quęro, quid si dixerit,
6 &c. † Ita & in casu isto, in quo relinquitur domina oīum bonorum, prout ad p̄sens est, quia dictio, prout, stat limitatiue & restrictiue. l. edita. C. de eden. & ibi notant Doc. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, prout. Et sic ad præeminentiam tm̄, quam habebat in bonis, restringitur legatū, ac si de bonis nulla esset facta mentio. Nec ob. si forte dicatur, ꝙ cū uiuo testatore vxor ab eo caperet alimenta, non excluduntur ꝑ illa
7 verba, prout ad præsens est, sed potius includuntur, † qa dicta alimenta non capiebat vxor viuente marito rōne præeminentiæ, nec tāquā domina, sed ex necessitate & ex obligatione, qua tenetur maritus ad alēdū vxorem, siue sit dotata, siue ducta sit sine dote. l. si cum dotē. §. fin autem in sæuissimo. sol. mat. & ibi notāt Doc. & per Inn. in c. per vestras, de dona. inter uirum & uxorem. & Bal. post Cy. in l. pro oneribus. C. de iure dotium. & Alex. in l. ꝙ in vxorē. C. de neg. gest. unde restrictio ad illā præeminentiā, quā uxor habebat uiuente uiro, non includit alimēta, quia sub illa ius alimentorū nō cōtinebatur, sed aliunde causabatur. Secundò ista opinio confirmatur. Nā verba, quib. vxor relinquitur dn̄a & usufructuaria omniū bonorū, a consuetudine restriguntur cōtra propriā significationē, ꝟm quā usumfructū omniū bonorū signāt, & hoc fauore filiorum, ꝟm Doct. in
8 locis præalleg. † Sed quando hoc verba ex sua signātione non important, sicut qn̄ simpliciter uxor, domina, de bonis non facta mentione, qm̄, ut dictū est, tunc in hac materia uerbū, dn̄a, solā præeminentiam continet. d. l. 1. rerum amo. uel qn̄ relinquitur domina omnium bonorum, prout est ad præsens, quo casu ēt dominium uel usumfructū continere non possunt, ut dictū est interpretatio consuetudinis cessat, quia ubi locum haberet, & alimenta dicerentur relicta, significatio uerborū, quæ ēt illis & legato illorum nullo mō conueniunt, augeretur ad incommodum & onus filiorū. Dicta ergo consuetudo, quæ tēdit ad diminutionē ad utilitatem filiorum, non dēt habere locum, quando induceret augmentum ad vxoris commodum & filiorum præiudiciū. l. legata inutiliter. de legatis & fideicom. 1. Tertio facit alia ratio. Nā quando testator legat uxorem dominam & usufructuariam, hēt locū consuetudo, si aliud uxori non sit relictum, ꝟm Bar. in d. l. Titia. & Doc. in auth. ꝙ locum, & quo casu usufructus esset in legato, si cessaret dicta consuetudo, secundum prædictos. Et idem dici posset, quando testōr uxorem reliquisset & usumfructum certi fundi, quia ex hoc constat, qđ uoluit, ut in alijs bonis usumfructum habeat, arg. l. cum prætor. de iudi. & ideo tunc ad alimenta facilius debent restringi dicta uerba, quia sicut dicit Bar. & alij in locis præallegatis, uerbū domina, non significat dn̄iū, ea ēt rōne, quia cū testator filium hæredem instituerit, uerisimile non est, ꝙ dominium uxori omnium bonorum reliquerit, ita nō est uerisimile, ꝙ propter uerbum, vsufructuariā, de vsufructu senserit, sed de alimentis solū, ex quo vsumfructum certæ rei reliquit uxori, & in quo nō habet locum consuetudo, ꝟm Bar. in d. §. fi. quia inclusio vsusfructus illius rei, est alterius exclusio. Sed quando testator simpliciter reliquit uxorem dominam omnium bonorum, & uerbum illud, usufructuariā non expresit, ac ēt uxori reliquit usumfructum certi fundi, sicut factum reperitur isto casu, tunc consuetudo cessat, quia uerba expressa a testatore dominiū nō important rōne subiectæ materiæ, & quia filios institutos testator uoluit esse dominos, ꝟm Bar. in d. §. fi. Nec etiam usumfructum significant, maxime hoc casu propter illa uerba, prout est ad p̄sens, quæ etiam non debent trahi ad alimenta, quæ sub uerbis non comprehenduntur, & ex quo de alimētis uxori aliter prouidit non quidem sub nomine alimentorum, sed sub nomine usufructus certi fundi, & qui loco alimentorum cedit. Cū. n. non reperiatur, ꝙ hoc casu locū habeat dicta consuetudo, tanquam exorbitans, non dēt ad illum extēdi, ꝟm Imo. in d. l. Titia. §. fi. & Alex. in consi. 56. aliàs 55. Ponderatis uerbis testamēti, &c. 3. uol. & probatur ex no. per Bar. in l. post dotem. sol. ma. dū uult, ꝙ consuetudo, de qua per gl. in l. dos a patre profecta. solu. mat. non extendatur tanquam exorbitans ad alium casum, & maxime hoc procedit, quando est diuersa ratio in casu, ad quē fit extensio, sicut est in casu, de quo agitur. Cessante igitur interpretatione consuetudinis, standum est verbis & significatio ni illorum. l. commodissime. de lib. & posth. & l. si extraneus. de cond. ob causam. secundum quam non important uerba lega-
9 tum alimentorum, ut sæpe dictum est, &c. Circa secūdum quæsitum arbitror, ꝙ fructus possessionis relictæ dictæ do. Nicolæ peti non possint. Nam testator legauit dictæ suę uxori copulatiue possessionem & usumfructum eius dum uixerit, &c. Vnde illa copula resoluitur in disiunctam & alternatiuam, quia posita est inter incompatibilia, cum apud eundem non possit esse possessio, qua hoc loco capitur pro proprietate. l. interdum. de uerb. sign. & usufructus formalis. l. uti frui. in prin. si usufr. pe. Et de hoc est casus in terminis & notatur in l. si Titio fundus. de usu fr. leg. & ibi Bar. & per eum l. si is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. & in l. i. in prin. de iust. & iur. & probatur in l. fi. C. de codicil. Et quia legatum fuit alternatiuum, electio competebat dominæ Nicolę, utrum uellet possessionem uel usumfructum eius, ut dicitur in d. l. si Titio fundus. Quia ergo dum uixit, nun
10 quam elegit, † in eam non fuit translatum dominium, uel ius usus-

vsusfructus, quia in legato alternatiuo non transit dominiũ in legatarium ipso iure ante electionẽ. l. huiusmodi. §. Stichum. de leg. 1. & ut dicunt Doc. & maxime Moderni in l. non amplius. §. fi. eo. ti. Quia igitur dñium non fuit translatũ in ipsam legatariam, fructus non debetur, quia non fuit hæres in mora, cum non constet de interpellatione, sicut in legato partis bonorum nõ veniunt fructus percepti per hæredẽ ante morã. l. si quis bonorũ. de leg. 1. & hoc quia dominium illo casu ipso iure nõ trãsit in legatariũ, secũdũ Bar. & alios ibi, & in d. l. non amplius. §. fi. Et sicut hæres grauatus per fideicommissum uniuersale non tenetur ad fructus perceptos negligẽtia non petentis, ut plene no. in l. in fideicommissaria. in prin. ad Trebell. & hoc s̃m Bart. ibi, quia ante restõnem dominium non transit in fideicommissarium, quæ rõ habet ẽt locum in casu nostro. Et ubi legatum esset simplex & rei particularis, quia tunc ipso iure dominium transit in legatariũ, venirent fructus percepti per hæredem, ẽt ante morã. l. Herenius & l. equis. & ibi no. de vsur. & no. in l. 1. & 2. C. de vsur. & fructi. leg. Nec hæres dictæ dñę Nicolæ põt de præsenti eligere, ex quo legatum per eius mortẽ est finitum, cum factum fuerit, donec vixerit. Quamuis enim ius eligẽdi trãseat ad hæredem. l. si stipulatus fuerim illud aut illud. in prin. de
11 uerb. obl. † illud tamẽ procedit, qñ electio fit ad executionem iuris transitorij ad hr̃dem, vt ibi in tex. & prout declarat etiam Bar. quod non est in casu nostro, quia, vt dixi, vsq. ad vitã legatum fuit factum, ꝙ per mortem finitur. l. fin. C. de leg. Et dato etiam ꝙ adhuc competere electio, fructus tamen percepti ante electionem, & sic ante moram hæredis, & ex negligentia non petentis, non deberentur, per ea quę superius dicta sunt. Et ista ratio concludens est necessaria iudicio meo. Secundo principaliter non debentur fructus dictę possessionis percepti per hæredem, etiam casu, quo usufructus illius solum intelligeretur legatus, quia fructus percepti per hæredem, anteq̃ usufructuarius præstet cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, vsufructuario non debentur, secundum Bar. in l. uxori usufructus. de vsufr. leg. & in l. hac edictali. §. his illud C. de secun. nup. & in l. 1. C. de usufruct. & per Doc. maxime Imolam in c. 1. de pigno. Et ita ẽt in his terminis proprie concludit Pa. de Castr. in consi. 240. Prędicti Vannutius, & c. ubi determinat, ꝙ si uxor, cui fuit relictus vsusfructus a marito, mortua sit antequam præstaret dictam cautionem, vel offerret, quod hæres fructus, quos percepit, non tenetur restituere hæredi uxoris, per not. per Barto. in d. l. uxori. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Institutus in vsufructu an teneatur prẽstare cautionem. Et an possit agere contra debitores hæreditarios, & ipse a creditoribus conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Institutus in usufructu, alio in proprietate instituto, an dicatur hæres uniuersalis, uel in quota. & nu. 14.*
2 *Vsufructuarius cohæredẽ uniuersalem non habens an pro dimidia, dum uiuit, dicatur hæres, et post mortem restituere proprietario per fideicommissum grauatus. & nu. 15. & 17.*
3 *Vsufructuarius omnium bonorum licet aliquo modo non diceretur hæres, an agat contra debitores hæreditarios, & retineat libros debitorum. & nu. 11.*
Calendarium dicitur liber, in quo nomina debitorum describuntur.
4 *Genus minus operatur quoad omnia, quam species quoad speciem.*
5 *Vsufructuario omnium bonorum post præstitam cautionem an debeant cedi actiones ab hærede. & nu. 12. & 17.*
6 *Actiones ipso iure transferuntur, si illę specialiter relinquantur prout etiam legatum aliud particulare.*
Traditio & cessio a pari procedunt.
7 *Vsufructuarius rerum corporalium tenetur cauere, aliàs rei uindicatur, uel cautio condicitur, & ante non facit fructus suos.*
8 *Vsufructuarij fideiussores debent esse idonei boni uiri arbitrio, qui si non inueniantur, non statur iuratoriæ cautioni, sed bona sequestrantur.*
9 *Vsufructuario res, quæ vsu consumuntur, sunt dandę æstimatę.*
10 *Vsufructuarius etiam institutus propria authoritate ante cautionem occupans priuatur usufructu.*
13 *Vsufructuarius rerum, quę usu consumuntur etiam pręstita cautione dominium ipso iure non habet, contra Alexan.*
14 *Vsufructuarius omnium bonorum nõ potest conueniri a creditoribus hæreditarijs, contra Bar. quia in eum nõ transeunt actiones actiuæ, nec passiuæ.*
15 *Bonorum mobilium, & immobilium appellatione non ueniunt actiones actiuę uel passiuæ.*
16 *Institutus in re certa, quando dicatur hæres uniuersalis.*
17 *Legatum uxori factum donec vidua, & c. dicitur annuũ, pro primo anno, purum, pro sequentibus conditionale.*
18 *Intellectus. l. uxori meæ. de usufruc. leg.*

CONSILIVM LI.



QVIA principaliter agitur de cautione præstanda uxore, quam maritus instituit in usufructu, & an possit agere cõtra debitores hæreditarios, & a creditoribus cõueniri. Propterea primò vidẽ
1 dum est, utrum uxor prædicta sit † hæres saltẽ in quota, quia ab hoc satis pendent dubia, quæ proponuntur. Et prima facie dicendum uidetur, ꝙ vxor ꝓ dimidia sit hæres pleno iure, & exinde ꝙ pro parte dimidia ad minus cauere non teneatur de vtendo & fruẽdo, & c. & ꝙ pro dicta quota agere possit cõtra debitores hæreditarios, & a creditorib. conueniri. l. 1. C. si cer. peta. & l. pro hæreditarijs. C. de hær. actio. Nam testator in omnibus suis bonis mobilib. & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus & futuris, saluis suprascriptis, sibi hæredes utiles instituit dominam Geneueram, si & donec uidua & in uiduali statu post mortem ipsius testatoris permanserit, & uitam uidualem seruauerit, & non aliter, nec ultra hæredem vsuariam & usufructuariam, & quo ad usumfructum tantum, & c. & Vitalẽ hæredem proprietarium, & quo ad nudam proprietatem tantum uiuẽte & in uiduali statu permanente, d. do. Geneuera. Et ea decedente, uel cedente, uel transeunte ad secũda vota, in quolibet, uel altero dictorum casuum, uoluit dictum vsumfructum penitus & omnino cõsolidari cum sua ꝓprietate, & utrumq; peruenire ad dictum Vitalẽ, & tunc ipsum Vitalẽ in ꝓprietate, possessione, usu, & usufructu, & pleno iure sibi hæredẽ vniuersalẽ instituit, & c. Antequã ergo usufructus vxori relictus finiat nullus reperitur hæres institutus uniuersaliter, sed in re certa, hoc est in usufructu tãtum instituta est vxor
2 & in proprietate solum dictus Vitalis. † Quia ergo interim dicta uxor cohæredem uniuersalem non habet, pro dimidia dum uiuit est hæres uniuersalis, & pro alia dimidia dictus Vitalis institutus in sola proprietate uiuente uxore. l. ex facto. la grande. de hæred. instit. nec refert, ꝙ proprietas sit maioris æstimationis, quam dictus usufructus, vt ibi dicitur, & in l. 1. §. si ex fundo. eodẽ titulo. Et quia post mortem dictæ uxoris Vitalis institutus inuenitur hæres vniuersalis, & in totum dicta vxor dicto casu adueniente, intelligitur grauata restituere dictam dimidiam dicto Vitali per fideicommissum, nec ille iure directo ad dictam partem admitti potest, quia ex quo illa fuit semel hæres, non potest desinere esse hæres, prout in terminis vult Bald. in leg. id quod pauperibus, quæstio. 14. C. de episcop. & cler. ubi concludit, quòd si testator instituit uxorem suam in usufructu omnium bonorũ, & post eius mortem instituit fratrem suum, ꝙ uxor est hæres uniuersalis, quia dum vixit, cohæredem non habuit. d. §. si fundo. d. l. ex facto, & post mortẽ suã dicitur fratri suo grauata per fideicommissum restituere hæreditatem, quia licet sit uocatus per verba directa; quia tamẽ iure directo venire non potest, quia uxor semel fuit hæres directò trahuntur dicta verba ad fideicõmissum. l. ex facto in prin. ad Trebell. & in l. filiusfamiliàs. §. ut quis hæredem, de lega. 1. & cum Baldo transit etiam Ang. in l. filius a patre. in prin. de libe. & posth. & Sali. in l. extraneum. in fi. C. de hær. insti. vbi dicit, ꝙ si testator instituit vxorem suam ad vitam in vsufructu, & post mortem suam hæreditas relinquatur alteri, ꝙ vxor dum viuit, & in proprietate est hęres vniuersalis, cum neminem sibi datũ inueniat cohæredem, per l. si quis instituatur excepto fundo. de hæred. insti. & post mortem vxoris ille aliàs censetur per fideicommissum vocatus; quia paganus non potest directò substituere

stituere alteri quam pupillo in ptāte constituto. l. uerbis ciuili bus.& l.centurio.de vul.& pup.Et hāc opi.sequitur & tenet Ale.ubi plene loquitur in consi.122.inci.Circa primum dubiū, &c.in 2.uol.ubi dicit, quòd aliquando unus est datus cohæres sub conditione in alia parte & tunc uerum est, ꝙ institutus pure interim non est hr̄s in totum,ut no.in l. 2.ff. si pars hæredi. peta.Et hoc casu loquuntur ea, quæ per Imo.allegantur in d.l. l.si filius a patre.contra opi.prædictorum.Si uero illud, quod instituto pure relinquitur etiam ei, qui substitutus est in locū eius in euentum alicuius conditionis, sicut in casu nostro in quo dictus Vitalis est institutus etiam in usufructu post mortē uxoris,quæ in illo fuerat instituta ea uiuente. Et isto casu, f̄m Ale.uxor dum uiuit hr̄s est insolidum,& in euentum conditionis intelligit grauata per fideicommissum,siue alius post mortem uxoris sit uocatus per uerba obliqua,communia, uel directa,per d.l.ex facto,& per dictum.§. ut quis hæredem. Et istud uoluit etiam Ale.in consi.43.inci. Viso themate,&c. 4. vol.& 4.uol.& Moderni idem tenent in d.l.extraneum.Nec refert, ꝙ ꝑdicti loquantur, q̄n uxor sola hæres instituta est in usufructu & absque alio cohærede v̄l vel in re certa & ꝙ in casu nostro Vitalis fuerit pure institutus in proprietate quia hoc solum est in consideratione,quantum ad effectum ut uxor non sit hæres in solidum,sed in casu nostro non minus esse dēt ꝑ dimidia,ex quo non hēt cohæredem uniuersalem in uita, sed in proprietate tantum,sicut dicitur de duob.institutis in re certa.d.l. ex facto.Sequitur ergo ex præmissis,ꝙ d.uxor, quæ dicitur, dum uiuit, hæres pleno iure pro dimidia, nō tenetur aliquā cautionē prestare,& pro dicta quota pōt agere contra debitores hæreditarios,& a creditorib.conuenire, ut in iurib.præall. Et dato ꝙ etiam hēret uxor solum usumfructum oīum bonorū,& ꝙ non esset hæres uniuersalis in totum uel pro quota, adhuc uidetur

3 † ꝙ ipsa possit agere contra debitores hæreditarios, & ab ea possint exigi,& ꝙ apud eam stare & eē dēant libri, in quo descripta reperiuntur noīa debitorum,ut uidetur eē casus in l.vxori meæ de usufr.le.ubi dicitur, ꝙ legato usufructu oīum bonorum uenit calendarium,& ꝙ calendarium nihil aliud est, q̄ liber,in quo describuntur nomina debitorum.l. qui filium. in princ.de leg.3.vbi est text. melior de iure, secundum Bart.ibi, qui etiam dicit,ꝙ in legato usufructus omnium bonorum,uenit usufructus libri & nominum debitorū. Et idem dicit Bar. in l.fi.in fi.de usufr.leg.ubi per dictam l.uxori meæ,dicit,ꝙ nomina debitorum actiue, & passiue pertinent ad usufructuariū omnium bonorum.Si ergo nomina debitorum in dicto legato continentur,ergo actio contra eos ipso iure transit in uxorem.l.ex legato nominis.C.de leg.Et ita etiam in terminis uult Pet.de Anc.in consi.3.inci.Non est dubium,&c.Quia hoc legatum generale usufructus omnium bonorum,sub quo continentur nomina debitorum,non minus operari debet,secundū eum,quam operaretur legatum alicuius nominis debitoris in specie,ex quo absq. dubio transiret actio ipso iure in legatariū.

4 d.l.ex legato nominis.quia† non minus operatur genus quoad omnia,quam species quo ad speciem.l.si chorus,in prin. de le. 3.& l.si duo,de admin.tut.Et per hoc etiam allegat tex. pro casu in l.vxori vsufructu.de usufr. leg.ubi præstatur usufructuariæ omnium bonorum fœnus nominum ex contractu defuncti descendentium.Et quamuis gloss.uerbum,prestabitur, de quo in tex.suppleat,scilicet ab hærede,debet tamen exponi, id est,a debitore, quia vsufructuarius post præstitam cautionem non debet fructus percipere de manu hæredis, sed a seipso le.

5 fundi. de usufr. lega. † & non est necessaria cessio hæredis, secundum eundem, quia usufructuarius efficitur procurator in rem suam,& dicitur habere custodiam rei ad commodum proprietarii l.1.in fi.usufr.quemad.cauea.& l.j.in fi. de oper.nou. nun.multo ergo magis debet experiri posse ad commodum ꝓprium. Et tanto magis in casu nostro istud est uerum, in quo uxor fuit hæres instituta, nedum in usufructu omnium bonorum ḡnaliter,sed etiam sp̄aliter in usufructu iurium, & actio-

10 Quod† etiam dicta donatio dicatur facta cõtemplatione legati,suadetur ex qualitate dispositionis,in qua est facta , hoc est, in testamento,in quo licet fieri possit donatio inter uiuos simpliciter,dict.l.hæredes palam.§.fin. illa tamen dispositio pertinet magis ad ultimas uoluntates,quam ad contractus , argum. l.uerba contraxerunt de uer.si.Et ideo ubi dici potest, & præsumi,quod donatio inter uiuos facta in testamento facta sit potius contemplatione legati quam simpliciter , idest dicendum ac præsumendum,secus autem quando constaret , quod legati contemplatione non esset facta,etiam si legatum præcederet , quo casu intelligi debet,quod dicit Aret.in dicta leg. hæredes palam .§. fin. Item non loquitur, quando post legatum sequitur promissio,& postea donatio,sed quãdo donatio de re priu legata fuit absque alia promissione præcedente. Et ratio diuersitatis colligitur ex præmissis , quia promissio dicitur facta in dubio cõtemplatione legati,ut patet ꝑ prędicta,ex qua promissione declaratur,ꝙ eadem contemplatione est facta donatio sequens, quæ rõ cessat , vbi non ꝑcessit promissio. Et istud

11 ẽt efficaciter confirmatur. Nam ex† quo dicta donatio est vnita cum dicta promissione facta cõtemplatione legati, debet in hoc eius naturam sapere & assumere,arg.l.qui patri. de acqui. hære.ubi substitutio unita cum iure accrescendi,illius naturam sequitur . Et dicit Barto.in leg.4.§.Cato.in 3.oppo. de uerbo. oblig. ꝙ actio personalis unita cum rei uendicatione,ut detur solum contra hæredem,qui rẽ possidet, Et cũ eo transeũt alij, arg.d.l.qui patri.& probatur ẽt ex no.per gl.in l.in conditionibus.de condi.fur. Et ibi ad hoc illam ponderat Pau.de Cast. & sicut etiam videmus,ꝙ actio stricti iuris vnita cũ actione bonæ fidei,illius naturam sequitur.l. 2.& ibi per Bald. C.de pac.inter empto.& uend.& Alex.in l.pacta,quę contra. C. de pac.in fin. Vnde dicta donatio inter uiuos debet solum durare,quamdiu durat relictum,& promissio facta eius contemplatione . Et iõ quamuis directo reuocari non possit stante,& durante relicto d.l.perfecta.C.de dona.quæ sub mo.per indirectũ tamen reuocatur & resoluitur,s.pro reuocatione ipsius legati,d. l. cũ quis decedens.§.1.& per Bar.in d.l.fi. Et sic donatio inter uiuos pura facta pro anima,quæ venit resoluenda sub tacita conditione si legatum reuocabitur,vel extinguetur , sicut & donatio inter viuos fieri potest pure, quæ ueniat resoluẽda sub qualibet alia conditione,vt est casus in l. 1.ff.de dona.& ibi plenè no. Vnde reuocato relicto per testatorem , erit ẽt resoluta dicta promissio & donatio . Et idẽ quoq; est dicendum in dote donata pro anima inter uiuos capellæ S.Antonij.Nam dixit testator: Quã mihi eligo in capellã meam, & in qua , quando uenerit obitus

12 mortis meæ,sepeliri uolo . Et† cui nomine dotis promitto , ac dono pro animá mea inter uiuos,&c. Nam & ista donatio pro anima facta inter viuos , est similiter facta contemplatione electionis de dicta capella , & electionis sepulturæ factæ per dictum testatorem , vt expresse dicit Oldra. in quadam subscriptione ad consilium Feder. 154. vbi dicit , quod relictum factũ ecclesiæ , in qua quis elegit sibi sepulturam, uidetur factum contemplatione sepulturæ,per l.Neffennius cum l.seq.de excu sa.tuto.& maxime in casu nostro,quia ex quo præcesserunt dictæ electiones,& immediate est subsequuta dicta donatio , ad electionem prædictam præsumitur testator habuisse respectũ, arg.l.si ventri.§.in bonis.de priuil.credi. & eorũ quæ per illum tex.dicit Bar.& Doc.l.2.C.de repu.hæred.& Alex.in l.si is qui. de vulg.& pup.& colligitur etiam ex præcedentib.quia sicut prima donatio de expensa facta in dicta capella , non est simplex, & propter legatũ,& eius contẽplatione,vt dictum, ita dicendũ est de sequenti, vt.l. testator eam fecerit contemplatione alterius dispositionis,hoc est, electionis, quia per præcedentia declarantur sequentia.l.qui filiab.in prin.& l.si seruus plurium.§. fi.de leg.1.Et ideo eatenus durat electio , a qua potest discedi, præsertim quia electio non est deducta in pactum,nec in contractum,sed sola donõ, per ea quæ habentur in c. quia pleriq. de pac.& in c.j. de sepul. in 6. & in vltimis uoluntatib.licet variare.l. si quis in princi. testam.de leg.1.& declarat Cyn.Bald.&

13 Imo.in l.unum ex familia.in prin.de leg. j. † Et ideo dicta donatio pura & facta pro anima resoluitur sub tacita conditione, si ab electione recedatur. Nec obst. ꝙ magis facta præsumatur contemplatione causæ,s.pro anima , quam loci uel elections, per not.in d.l.2.§.fi.de don.& per Bar.in l.pater.§.Tusculanus. de leg.3.quia concedo,ꝙ non sit facta contẽplatione loci principaliter,sed magis contemplatione electionis. Et ideo sublata dicta electione & reuocata ,donatio resoluitur , etiã si facta sit principaliter contemplatione animæ , quemadmodum si relictum esset certo loco pro anima expresso quo casu uidetur factum contemplatione animæ principaliter , secundum Bart.in d.§.Tusculanus,& locus ille esse desiset , legatum quoad illum locum non duraret. Et hoc Bar.non negat, & probatur ex notatis per Bar.& Doc.in l.placet.de lib.& posthu.ubi præsupponunt,ꝙ si testator mandasset fieri hospitale in domib.suis,& illud hæredem instituisset,ac deinde domos alienasset, ꝙ institutio deficeret,& sic etiam vult,ꝙ quamuis locus duret, si tamen qualitas,sub qua locus ille fuit uocatus,extinguatur, ꝙ legatũ, & institutio pereat,quia.n.instituit hospitale factum in domibus suis,si desinant esse suæ non durat institutio, quamuis etiã hospitale in illis domibus post alienationem fuisset factum. Quia igitur propter electionem donauit testator pro anima, sublata & extincta electiõe,tollitur & resoluitur donatio,quia dicta est ad instar loci,cui legetur uel donetur pro anima,ideo non resoluitur minus,si electio pereat , quam si locus periret, uel saltem locus desijt habere illam qualitatẽ reuocata electione,ad quam testator respexit, ideo propter hoc etiam debet resolui donatio,per no.in d.l.placet. Et quamuis Bar. in d.§.Tu-

14 sculanos.dicat,ꝙ † perempto loco legatum debeat cõuerti in alium usum pium,nihilo minus in proposito hoc non obstat,

quia

quia satis est, ꝙ monasterio & ecclesiæ, cui est donatum, actio non competat, nec ad eum pertinet cogere testatorem ad talē conuersionem. Præterea dictum Bar. procedit, quando sine facto testatoris locus periit & esse desijt. Sed quando testatoris facto hoc contingit, tunc legatum perit, nec cogitur hæres in alium pium usum conuertere legatum, quasi testator uideatur noluisse, ꝙ legatum non habeat locum, arg. l. fideicommissa. §. si rem, de leg. 3. Et hoc præsupponit etiam Bar. in d. l. placet. q loquitur isto casu, s. quando alienauit domos, & sic ex proprio facto desierunt esse suę. Et ideo cum electio in casu nostro facto testatoris tollatur & euacuetur, donatio simpliciter & absolute resoluitur quia sic actū tacite intelligitur, ꝙ in hunc euētum resoluatur. d. l. cum quis decedens. §. j. & per Bar. in d. l. fi. de solu. Et ex præmissis clara colligitur responsio ad omnia in contrarium allegata. Vnde concludendum uidetur, ꝙ reuocato testamento, resoluta sit dicta donatio. Laus Deo.

¶ Filiusfamiliàs an causa mortis filiæ suæ potuerit donare cum consensu patris in aduentitijs, & in tali donatione substituere.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum appellatione quando hæreditas contineatur. & numero 8.*

2 *Per donationem causa mortis sicut per codicillos hæreditas dari non potest.*

3 *Substitutus in donatione causa mortis quando admittatur. & nu. 9. & 10.*

4 *Donatio causa mortis facta a filiofamiliàs non potest ualere legati iure. & nu. 11.*

5 *Donatio causa mortis an reuocetur, si donans filios suscipiat. & nu. 12.*

6 *Substitutio facta in donatione causa mortis, expirat, si donatarius, qui erat de liberis, filios suscipiat, sicut in legatis. & numero 13.*

7 *Filius bona aduentitia consentiente patre filiæ suæ donare potest causa mortis, sicut etiam & fratri existenti in eiusdem patris potestate, & in illa alium substituere potest.*

8 *Donans iura, non censetur donare hæreditatem, cum iura tantū actiua censeantur donata.*

Iura passiua in alium per donationem transferri non possunt.

10 *Donatio causa mortis si est resoluta per mortem donatarij sine filijs, res donatæ ipso iure reuertuntur ad donantem, vel eius hæredem, sicut ipso iure in donatarium transiuerant, secus in donatione inter uiuos, in qua stipulatione opus est.*

Dominium rei donatæ causa mortis ipso iure transit in secundum donatarium, si donatio fuit extincta in primo, sicut in legatis.

11 *Filiusfamiliàs potest legare aduentitia cum consensu patris ad pias causas, sicut testari.*

CONSILIVM LXII.

EX duobus præcipue videtur, ꝙ donatio cā mortis omnium bonorū facta filiæ & aliis post mortē eius non valeat. Et primo quia donauit pater omnia bona pñia & futura, iura & actiones, &c. vñ
1 est pinde ac si hæreditatem donasset. † Quia appellatione bonorum venit successio & hr̄ditas, qn̄ transferuntur actiones. l. 3. in psin. de bono. possession. Quinimmo appellatione omnium bonorum simpliciter, etsi de iuribus nulla sit facta mentio, hæreditas continetur, ut probatur in l. quoties. in fi. de vsufr. iūcta. l. cogi. in prin. ad senatusc. Treb. & declarat Pet. & Cy. in l. 2. C. communia de leg. & Bar. in l. si quis seruum. §. fi.
2 de leg. 2. Quia † ergo hæreditas per dictam donationem causa mortis data vr̄, donatio non ualuit, quia sicut per codicillos nō potest hæreditas dari. l. Scæuola. ad senatusc. Trebel. ita nec pōt dari per donationem cā mortis, f̄m gl. notabilem, Bar. & alios, in l. licet. C. de pac. Et eadem rōne nō ualuit donatio facta sub eadem forma Benedicto & conuentui S. Dominici, casu quo filia decedat sine filiis, & dato etiā ꝙ donatio facta filiæ ualeret, nihilo minus ex alio vr̄, ꝙ Benedictus & monasteriū mortua dicta filia sine filiis non possit agere contra hæredes filiæ, quia
3 in donatione cā † mortis substitutio demum locum habet, qn̄ ille, cui facta fuit substō promisit secundo donatario rem donatam tradere uel restituere adueniente casu. l. si cui. & ibi per Bar. de don. cau. mor. l. sequens qō de leg. 2. & no. Cy. & alii, in l. 1. C. de dona. cau. mot. & dicta promissione cessante non pōt substitutus ex dicta donatione uenire secundum prædictos, uel saltem donans debuit a dicta filia pro prædictis stipulari. l. quoties. C. de dona. sub modo, & per Sal. in d. l. 1. in fi. & quæ ꝓmissio in casu nostro non interuenit. Nec refert, ꝙ eo, q̄a promiserit secundo donatario, seu notario stipulanti pro eo, quia primus donatarius ex hoc non obligatur, si non sit hæres donantis. Et ꝓpea in dictis iuribus exigitur promissio primi donatarii, & non donantis. Et quamuis Doctores in dictis locis velint, ꝙ isto casu. quo non promisit primus donatarius, valeat donatio in uim legati, hoc tamen stare non potest in casu nr̄o
4 quia filiusfamiliàs † in ptāte etiam cum consensu patris nō p̄t legare, sed tantum mor. cau. donare. l. tā is. §. j. de dona. cau. mor. ideo iure legati ualere non pōt, sicut etiam dr̄ de donatione cā mortis facta absenti, quæ valere non pōt ut donatio, sed ualet ut legatum, f̄m Cy. in d. l. 1. C. de dona. cau. mor. & Bar. in l. 1. ff. eo. & tamen hoc ultimum, f̄m eos, locum habere non pōt in filio donante cum consensu patris, quia nō potest legare ex alio. Et videtur, ꝙ Benedictus & monasterium excludātur, videlicet
5 quia donans † post donationem aliam filiam suscepit, per cuius natiuitatem dicta donatio videtur reuocata. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. Et quamuis reuocetur quo ad legitimam tm̄ donatio facta filiæ. l. si totas. C. de inoff. dona. & per Bar. in l. 1. eo. ti. tamen illa, quæ fuit facta prædictis extraneis, dēt in totū
6 reuocari. d. l. si vnquam. Sicut etiam † videmus, si actum sit, ꝙ post mortem donatarij res donata cā mortis ex eadem cā perueniat ad alium, ꝙ expirat substō, si primus donatarius, qui sit de liberis, decedat cum filiis, f̄m glo. & Doct. in d. l. 1. C. de dona. cā mor. per l. cum acutissimi. C. de fideic. Sicut ergo illa lex, quæ loquitur in legatis, locum etiam hēt in donatione causa mortis sic etiam d. l. si unquam. locum dēt habere in dicta donatione. Nec refert, ꝙ tempore natiuitatis secundæ filiæ donatio facta monasterio & Benedicto penderet ex condōnis euentu, quia spes huius donationis rumpi potuit, sicut per natiuitatem posthumi rumpitur spes secundi gradus. l. si a primo. & l. si posthumus a primo. in prin. de lib. & posth. & ibi no. Bar. & alii, ꝙ illud, quod est in spe, rumpi potest. Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror uerius. Nam, ut est dictum, potuit filiusfamiliàs cum consensu patris mortis causa donare. d. l. tam is. §. j. de dona. causa mor. Nec refert, quod filia, cui donatū est,
7 esset in potestate aui consentientis, quia filius † cum consensu patris potest aduentitia donare fratri suo existenti in potestate eiusdem patris consentientis, secundum gl. & Bar. in l. j. in fi. prin. de authorit. tuto. & Oldr. in conb. 26. incip. Pater consensit. & Io. Andr. in addit. Spe. in ti. de instru. edit. §. porro. in prī. in additione inci. Petrus de Ceruotis. Ex eadem ergo rōne potuit cum consensu patris donare suæ filiæ existenti in potestate aui. l. sic eueniet. in prī. de adul. ac etiam in dicta donatione p̄t donans substituere, d. l. si cui. & in d. l. sequens quæstio. & sic intentio monasterii substituti filiæ, quæ decessit sine filiis, est de iure fundata. l. ab ea parte. de prob. Sola igitur vis est in respondendo ad allegata in contrarium. Non obst. igitur in primis
8 † quod dicatur hæreditas donata, quod fieri non potuit. d. l. licet. quia hoc falsum est, quia licet donauerit iura & actiones, intelligitur tamen donasse iura sibi competentia actiue, & quæ donari potuerunt. l. ad eum. in prin. de dona. & l. mouentium. de uer. sig. non autem in donatione veniūt actiones & iura passiue, quia in illis non consistit commodum, sed onus, & quia etiam non possunt iura passiue in alium transferri, secundum Bal. in l. 2. in prin. C. de pact. per l. si mandato meo. ff. manda. Nam licet in iuribus passiue possit constitui procurator in rē suam, ut ibi notat̄, & in l. fi. §. Titius. de condictione indeb. hoc tamen non contingit mediante cessione uel transactione, sed ex propria promissione illius qui obligatur, ut in dictis iurib. habetur. Et ideo quia donatio cōtinet solū iura actiue, & non passiue, dici nō potest hæreditas donata, in qua iura etiam passiue continentur id est hæreditas. de reg. iur. & l. pro hæreditariis. C. de hær. actio. & l. j. C. si certum petatur. Nec obstat dum dicitur, ꝙ idem est cōcedere omnia bona pñtia & futura, ꝙ hr̄ditatem

ditatem concedere, quia illud est verum in vltimis uoluntatib. sed in contractibus intelligitur concessio omnium bonorum deducto ære alieno, ſm gl. in l. j. de bon. poſ. & Bar. in l. 3. eod. ti. & in l. princeps bona. de uerb. ſign. & in l. 3. C. ad le. Iul. de vi,
9 post gl. & alios. Et quantum ad hoc donatio † cā mortis participat de contractu magis, quam de ultima uoluntate, iuxta no. in l. Seia. de dona. cau. mor. & in l. Seia. de dote præleg. & plene per Doc. in l. 1. de leg. 1. & probatur ex notatis per gl. & Bar. in l. fi. C. de pactis. ubi habetur, ꝙ si dono omnia bona mea post mortem meam, ꝙ talis donatio ualet tanquam donatio cā mortis, & futura etiam comprehenduntur, quia non dicitur agi de magno præiudicio, cum possit reuocari. l. non omnis. in prin. si cer. pet. Et ita in spē concludit Ale. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. de uerb. obl. Cum ergo intelligantur donata bona pñtia & futura. & ualeat donatio, ex hoc declaratur, ꝙ non intelligitur hæreditas donata, quia donatio non ualeret. Non obstat, ꝙ secunda donatio non possit ualere, quia primus donatarius secundo nihil promiserit. l. sequens quæsiti. de leg. 2. & l. si cui. de donatio. cau. mor. quia satis esse videtur, quod frater Petrus donans promiserit, ut uoluit Dyn. quem refert & sequitur Cy. in d. l. 1. circa princ. C. de dona. cau. mor. Et in casu nostro hoc
10 sit uerum, probatur ratione concludenti. Nam † casu quo filia decederet sine filiis eadem bona donauit Benedicto & monasterio notario pñte, & pro prædictis stipulante. Adueniente igitur dicto casu actum est, quod donatio facta filiæ resoluatur, qua resoluta & extincta res donata & dominium earum ipso iure reuertitur ad donantem, uel ad eius hæredē. l. si mortis causa. cum leg. sequenti. & ibi notat gl. & Bar. de dona. causa mor. Dicto igitur casu, quo ad fratrem Petrum, vel ad eius hæredem reuertatur dominium ipso iure, easdem res donasse dicitur Benedicto & monasterio, & ideo ad ipsos etiam transiuit dominium ipso iure ex dicta donatione cā mortis, quia sicut dominium rei legatæ ipso iure transit in legatarium, ita ipso iure transfertur ex donatione cā mortis, ut est casus notabilis in l. 2. ff. de public. Et ista est ratio, ꝙ res donata, resoluta vel reuocata dicta donatione, ipso iure reuertitur ad donantem, quia ex quibus causis transfertur dominiū ipso iure & sine traditione, ex eisdem ipso iure retransfertur in tradentem eo casu, quo ad eum res debet reuerti, ſm gloſſ. notabilem in l. 1. C. de inof. donationib. & ibi not. Bal. & Bar. in l. & ideo. de cōdictione furti. & Ale. in fi. C. de leg. ubi hoc etiam probatur iuncta d. l. a Titio. Et propterea quamuis donans non sit stipulatus a filia pro Benedicto monasterio, neque prædicti sint stipulati a dicta filia, tamen ex donatione eis facta per fratrem Petrū post mortem filiæ eis quæsitum fuit ipso iure dominium, per prædicta. Secus tñ esset, si donatio fuisset inter uiuos, quia ex ea non potuisset ipso iure dominium quæri, quia cum ipso iure nō fuisset retranslatum in donantem, non potuisset illud in alium trāsferre l. traditio. de acq. rer. domi. ideo tunc a filia debuisset stipulari per prædictos, aut ꝑ donantem nōie prædictorum, & aliter eis actio non fuisset quæsita ex sola donatione. d. l. quoties, C. de dona. quæ sub modo, & no. in d. l. 1. C. de don. cā mor. & ubi etiam ex donatione ꝑ Benedictum & monasterium agi nō posset, quod sane falsum est, nihilo minus donatio facta monasterio ualuit & valere potuit iure legati, ſm Docto. in d. l. 1. & Bar. in d. l. si cui. in h. ff. eo. tit. Nec ob. ꝙ frater Petrus sit filiusfamiliàs, qui non pōt legata, etiam cum consensu patris † quia
11 immo testari & legare pōt ad pias cās patre consentiente in aduentitiis, & in quibus non quæritur usus f. pñ, ut probatur in c. licet. cum gloſ. de sepul. ur. in 6. & ibi hoc tenet Imo. & Dominic. & Bar. in repe. l. 1. C. de sacroſ. eccl. in 3. q. primæ patris, cum quo transit Imo. in c. 2. de test. & Ro. in auth. similiter. C. ad leg. Fal. & idem tenet Cald. conſ. 10. eo. ti. & Fed. in cōſi. 194. incip. Habuistis, &c. & Ang. in l. qui in ptāte. ff. de test. & Bal. & Ang. S. l. Ro. & Alex. in l. senium. C. qui testa. facere poſſ. & ibi
12 & Moderni dicunt hanc opinionem eē communem: † Nō ob. ultimo, ꝙ donatio facta extraneo per superuenientiā liberorū reuocetur. d. l. si unquam. de reuo. dona. Et primo respondetur ꝙ illa lex loqtur in donatione inter uiuos uera & simplici, adeo ꝙ non hēt locum in donatione ob cām, ſm Bal. & Ang. ibi & Doc. in l. Aquil. de dona. ergo non hēt locum in donatione causa mortis, quæ non est simplex & uera dona. l. j. ff. de dona. & ibi not. Barto. in fi. & l. filiusfamiliàs. in j. opposi. eod. titu. & optime confirmatur, quia legata relicta a filio uiuo nō reuocantur per superuenientiam alterius filij, ut est casus in l. pen. ff. de iure codicillo. ergo nec donatio causa mortis, quæ legato comparatur. l. Marcellus. & l. illud. in princ. ff. de dona. cā mor. Dicendum est ergo, ꝙ reuocatur per querelam duntaxat usq; ad legitimam, ex quo ualuit, & post ipso iure non resoluitur. l. cum ibi plene no. de inof. dona. & l. si liqueat. & per totum. eo. ti. Non obst. etiam ꝙ no. gl. in l. j. C. de dona. causa mor. quia lo
13 quitur † quando filius donatarius decedit cum filijs quo casu reuocatur, sicut & legatum ab eo relictum, d. l. cum acutissimi. quia, ut dictum est, talis donatio causa mortis legato comparatur. Sed nos loquimur de ipso donante, qui filiam de nouo suscepit, quo casu licet reuocetur donatio inter uiuos. d. l. si unquam. non tamen reuocatur donatio causa mortis, quæ non æquiparatur illi, sed legato, quod iō similiter non reuocatur, et si sit relictum a filio, & deinde testator alium suscipiat filium. d. l. pe. de iure codicil. Secundo dicitur, ꝙ licet etiam donatio causa mortis reuocaretur per superuenientiam liberorum, nihilominus hic locū non hēt, quando pater donat filio, sed solū tunc reuocatur usq. ad legitimam. d. l. si totas. C. de inoffi. dona. & ibi per omnes, & per Bar. & alios, in l. j. eo. ti. Nec obstat, ꝙ in casu nostro secunda donatio fuerit facta extraneo, & qđ spes sit rupta & reuocata. l. si a primo. & l. si posthu. a primo. ff. de lib. & posthumis. quia illis casibus deficit secundus gradus, & substituto ex defectu formę, cum filius debuerit ab illo gradu exhæredari uel institui. d. l. si posthu. §. quod vulgò. Quæ ratio cessat in casu nostro, in quo pater decessit ab intestato, & in quo non agitur de institutione uel substitutione, quæ pro forma sit necessaria, & ideo quia prima donatio facta filiæ ualuit ab initio & ex post facto, per superuenientiam alterius filiæ non fuit statim reuocata ultra legitimam, illa a residuo reperitur exclusa in uita patris, & tempore eius mortis, cum adhuc filia donataria uiueret. Quamuis igitur prima filia donataria ex post acto decesserit sine filijs, tamen non potest, nec debet altera admitti, sed secundus substitutus donatarius est admittendus, quia semel exclusus remanet perpetuo exclusus. c. j. §. cum autem. in ti. epiſ. uel abba. Ex quo colligit ibi Bal. in 2. nota. qđ fœmina semel exclusa a masculo ex forma statuti, remanet perpetuo exclusa, et iam si masculus deinde sine filijs decedat. Et facit, quod notat idem Bald. in §. cum esset. in eo. c. & idem tenet Bal. in authen. sed & si quis. & in l. in quib. C. de secū. nup. Vnde ex pręmissis concluditur, ꝙ in donat. Benedictus & monasterium admittitur. Laus Deo.

¶ Legatum factum filio illegitimo nominato a patre filio legitimo & naturali an ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Filius nominatus in actu, qui solum filio conuenit, constituitur in quasi possessione filiationis, & qui sint illi actus.*

2 *Confessio sola patris facta etiam patre absente, probat filiationem, saltem semiplene.*

Filius in quasi possessione filiationis constitutus, præsumitur legitimus, nisi contrarium probetur.

3 *Pater si asserat aliquem filium suum legitimum & naturalem, uel suum simpliciter, ex tali assertione legitimatur, quia ex ea præsumptiue probatur matrimonium inter patrem, & matrem.*

4 *Natus ex duobus simul habitantibus, præsumitur legitimus, si in uicem adsit nominatio mariti & uxoris. & nu. 13.*

5 *Filij, quibus de illigitimate opponitur, debent legitimitatem probare, ut consequntur legatum, quod aliàs consequi non possunt.*

6 *Naturales filij nō dicuntur, qui sunt nati ex non retenta in domo nec maritali affectione, etiam quod quandoque fuisset retenta.*

Concubina quæ dicatur.

7 *Legatum factum filio naturali nominato legitimo & naturali, non ualet.*

8 *In dubio quis præsumitur credere, quod uoce expressit, etiam si præsumptio eßet in contrarium, & annullaretur actus.*

9 *Nominato filij quando non constituat quem in quasi possessione filiationis.*

10 *Filij*

10 *Filij naturales quoad honores non sequuntur familiã patris, nec nobiles dicuntur, sed infames infamia facti.*
11 *Animus probatur ex his, quæ quis extraiudicialiter dixit.*
12 *Nominatio non constituit quasi possessionem filiationis, quando dubitatur, an mater uxor esset, & quæ requirantur ad constituendam dictam quasi possessionem.*
13 *Quod per uiam dispositionis fieri non potest, nec etiam conditionis.*

CONSILIVM LXIII.

VAERITVR, vtrum legatũ factũ dño Io. Bap. & Alberto sit de iure validũ vel nullũ tanquã factũ filijs spurijs. Et videtur prima facie ꝙ valeat, quia testõr iure instõnis & pro omni sua ltĩa reliquit Io. Bap. & Alber. filijs legitimis & naturalib.
1 vt ipse dñs testõr dixit, & asseruit, &c. † Quia ergo testõr noĩauit & cõfessus fuit illos filios legitimos & naturales in actu, qui nõ cõuenit nisi filijs legitimis & naturalib. hoc est, institutione legitimæ, quæ debetur illis ex d. ti. & nõ extraneis. §. aliud quoq. capitulũ. in aut. vt cum de appell. cognos. dñr prædicti positi in quasi possessione filiationis & legitimitatis, per notata ꝑ Bar. in l. i. §. idẽ per contrariũ. de lib. agnoscen. vbi vult, ꝙ licet non probetur filiatio ex hoc, ꝙ quis extra iudiciũ incidenter & ꝑꝑ aliud asserat Titiũ esse filiũ suum, si tamẽ illũ nominauit filium in actu. qui solũ conuenit filio, puta exhæredando vel emãcipãdo illũ. l. quidã cũ filiũ. de ver. obl. dr̃ illũ cõstituisse in quasi possessione filiationis. Et cũ Bar. transit An. de But. in c. Michael. de fil. præsby. & in c. transmissæ, qui filij sint legiti. & in c. per tuas, de probationib. & Pe. de Anch. in cle. si summa de sent. excom. vbi ponunt alia exẽpla. & maxime quando quis hæres institueretur tanquã filius. Et quãuis Are. in d. c. per tuas. dubitet de hoc, quia signũ hoc est æquiuocũ, quia cadit ẽt in extraneũ. l. extraneũ. C. de hær. inst. fatetur tamẽ, ꝙ si institueretur in ltĩa tanquam filius. ꝙ diceretur positus in quasi possessione filiationis, quia talis instõ conuenit soli filio, & cũ eo transeũt Moderni. Et magis hoc procedit in casu nr̃o, in quo nõ solũ prædicti fuerunt nominati filij legitimi & naturales incidenter, & propter aliud, dũ dixit, filijs suis legitimis & naturalib. &c. sed etiẽ
2 testõr ita cõfessus est, vt probatur ex illis verbis, s. † vt ipse dñs testõr dixit & asseruit. & quæ cõfessio sola facta patre absente probat filiationẽ, saltẽ semiplenè, sicut illam probaret plene facta in pręsentia, ẽm Abb. & Modernos in d. c. per tuas. per l. certũ. §. cũ me absente. de confes. Si ergo prædicti positi sunt in quasi possessione filiationis & legitimitatis, præsumentur filij legitimi & naturales. donec probetur contrarium, secundũ Bar. in §. idẽ per contrariũ. ꝑ l. 1. §. ad qõnẽ. & ibi ẽt ꝑ Bar. de q. & in l. nõ nudis. C. de prob. & Doc. in d. c. transmissæ, qui filij sint legiti. & in d. c. per tuas. & per Alex. latẽ. in cons. 51. 2. vol. & magis in spẽ quoad casum nostrum istud vult Io. An. in regula, infamib. de reg. iur. in 6. in merc. vbi quærit, quid si dubitatur, vtrũ quis sit legitimus, cui incumbat onus probandi. Et concludit, ꝙ si sit in quasi possessione legitimitatis, ꝙ ei, qui dicit illũ non esse legitimũ, incũbit onus probandi. Et ubi pręd icti fuissent so
3 lũ naturales & illegitimi, quia† tamẽ pater dixit, illos esse filios suos legitimos & naturales, dicerentur ex hoc legitimati, quia ex tali assertiõe mr̃imoniũ ꝑbat præsũptiuè inter patrẽ & matrẽ eorũ, vt probatur in §. ad hæc. in aut. vt lice. mat. & auię. & in auth. Itẽ si quis. C. de natu. liber. & notant Doctores post gl. in c. ꝑ tuas. qui filij sint legi. vbi hr̃, ꝙ si pater filios naturales tm̃ in instr̃o publico noĩat illos filios suos simpl̃r, ꝙ intelligũtur ltĩmati, multo magis ergo in casu nr̃o, in quo dixit ẽt & asseruit
4 eos eẽ legitimos, & naturales. Et hoc ꝯfirmatur† ex no. ꝑ Abb. in c. lato. qui filij sint legiti. q colligit ex gl. ibi, ꝙ natus ex duobus simul habitãtib. ꝑsumitur legitimus, quasi ꝙ fauore legitimitatis canon præsumat matrimonium, licet respectu ipsorum cohabitantium præsumatur potius stuprum, & hoc vt inuitentur facilius ad contrahendum matrimonium palam. Sed his nõ obstantibus contrarium puto de iure uerius. Nam isti non sũt legitimi, quia non sunt nati ex iustis, & legitimis nup. l. filium
5 diffinimus. de his qui sunt sui uel alie. iur. Cum† enim illis opponatur de illegitimitate, illi dñt probare legitimitatem, si volũt cõsequi legatũ illis factũ tãquã filijs legitimis, & naturalib. ꝙ aliter valere nõ põt. l. neq. ꝓfessio; C. de te. & l. si pr̃. de hær. inst. secũdũ Io. An. in d. regula, infamib. in merc. Nec etiam sunt
6 naturales tanquã nati ex cõcubina, ex quo præsupponitur† ꝙ mater eorum in domo non retinebatur affectione maritali, & prout requiritur ad hoc, ut dicatur concubina, & ꝙ filii ex ea nati dicantur naturales, iuxta no. per Bar. post gl. in l. fi. de concub. & probatur in §. cõsideremus. ver. & hoc dicimus. in auth. de trien. & semis. & in auth. quib. modis natu. effi. sui. §. si quis aũt, & per Old. consi. 196. Factum tale est, &c. Et quãuis qñq; retẽta sit in domo clã, hoc ẽt nõ sufficit. Sed ad hoc vt cõcubina dicatur, est necesse, ꝙ tanquam talis retineatur vicinis scientib. & videntib. & ꝙ istud probetur, ẽm Ang. in d. §. consideremus. arg. l. si vicinis. C. de nu. & similiter non sufficit, ꝙ alio loco & alio tempore fuerit retenta in domo, ex quo etiam alias mulieres retinuit, & ad illas accessum habuit, & ex quibus alios filios suscepit. d. uerb. & hoc dicimus. Præterea de hoc frustra quęritur, quia etiam si eẽnt naturales, tamen legatum isto casu non valeret, quo fuit illis relictum tãquam filiis ltĩs, & naturalibus,
7 & quæ † demõstrõ, cũ sit falsa, vitiat isto casu legatum. d. l. neq; professio & d. l. si pater. Et quamuis illa iura loquantur, quãdo fuit erratum in ipsa filiatione, ut quia ille, cui fuit relictũ tanq̃ filio, non erat filius, tamen idem qñ est erratum in qualitate filiationis, ut quia relinquitur alicui tanquam filio ltĩo, & naturali, qui sit naturalis tm̃, ut in casu nostro, quia militat eadẽ rõ, qm̃ sicut in primo casu filiatio ipsa præsumitur cã finalis relicti ẽm Doctores in dictis locis, ita etiam qualitas ipsius filiationis, quæ inducit diuersitatem in substãtia. d. l. filium diffinimus, dẽt dici cã finalis relicti. & iõ dẽt eẽ idem ius. l. illud. ad legẽ Aquil. & a l. Titio. de ver. ob. Et si dicatur, ꝙ dicta iura hñt locum in testõre errante, secus autem si sciuisset illum cui relinquitur, non esse filium, vel non esse legitimũ, d. l. si pater. & no. in l. neque, & ibi per Pau. de Ca. qui hoc modo intelligit. l. 1. §. Põponius. de Carbon. edic. quia hoc procedit, quando constaret, ꝙ
8 testõr sciebat illũ non eẽ talẽ, † sed in dubio præsumitur qs credere, qđ uoce expressit, ẽm Bar. in d. l. neq; per l. Labeo. de sup. leg. & per no. in l. nemo. §. 1. de hær. inst. ꝙ procedit, ẽt si præsũptio eẽt in cõtrariũ, ut probatur ex notatis ꝑ Ang. in l. cã quã. C. de fideic. & in cõs. 93. Visis, & ĩspectis subscriptis, &c. vbi cõcludit, ꝙ si legum doctor adoptauit aliquẽ in filiũ, & adoptio fuerit nulla ꝑꝑ defectũ iuris, & postea instituat illum tãquam filium, ꝙ instõ est nulla, quia licet tanquam Doctor pręsumatur scire iura, & per ꝯñs adoptionem nõ valere, tamẽ præsumitur potius credidisse, ꝙ uerbo expressit, & sic illum esse filiũ. Et multo minus valeret istud legatũ, si dicti filii sint spurij, per iura prædicta, quia illis relinqui nõ põt ultra alimẽta. aut. ex cõplexu. C. de incest. nup. & in §. fi. in auth. quib. modis natura. effic. sui, iuncto c. cũ hẽret. de eo qui duxit in matr. quã pol. ꝑ adul. & per no. per Bar. in l. fi. de his quib. ut indig. Sola vis est igitur in respondendo ad allegata in contrariũ. Nõ obstat igitur
9 primo dum dr̃, † ꝙ ex quo testõr nominauit, & confessus fuit illos ltĩos, & naturales in actu, qui solis filiis legitimis, & naturalib. conuenit. dr̃ illos cõstituisse in quasi possessione filiationis, & ltĩmitatis, per quã transfertur onus probandi contrariũ in aduersarium, ꝑ no. ꝑ Bar. in l. 1. §. idem per contrariũ. de lib. agnos. Quia cõtrariũ dr̃ probari in casu nostro. Primo ex his, q̃ disposuit testõr circa dictã mulierẽ sæpius, q̃ nunq̃ nominauit vxorẽ sed solũ noĩe proprio, & sic illã in his nõ tractauit vt vxorem, sed velut extraneã, ẽm Doctores in d. c. ꝑ tuas. Si. n. fuisset vxor illi tanq̃ vxori reliquisset, sicut ẽt probatur expressius ex eodẽ testõ & ex verbis testõris prolatis in eo. Et in ea parte, in qua prædictos Albertum & Ioannem Baptistã cõmẽdat alijs suis filiis hæredib. vniuersalibus, subiũgẽs idẽ testõr hmõi verba, videlicet. Recolẽtes q; ipsi dñi Comites Vincislaus & Hercules, ꝙ ipse dñs testõr ipsis semper pius, & clemens pater fuit, & ne nouercam superduceret, quę subinde fratres ęquales & ꝓcreare posset, perpessus fuit: & adhuc patitur incõmoda, & aliqualem forte honoris notam, &c. Ex quibus uerbis manifeste constat, ꝙ testõr confitetur aliam uxorem non habuisse & filiis nouercam non superduxisse. Et si forte dicatur, ꝙ hoc verbũ restringitur ꝑ illa verba sequẽtia. s. quæ subinde fratres, & æquales procreare posset, &c. quasi dicat, ꝙ non superduxit nouercam nobilẽ, quæ posset, procreare alios filios illis nobilitate pares, & ẽm quem sensum non negatur, quin duxerit Domicellam, quæ non erat nobilis, nec testõris æqualis. Respõdetur

quod

ꝙ iste sensus stare non pōt, quia si cū illa matrimoniū cōtraxisset, quantūcunq; ēt uilior fuisset: filij tñ ex ea nati nō eēnt minus nobiles, quā nati, ex præcedenti matrimonio, & primis eēt omni respectu æquales & pares, quia filii sequuntur condōnē patris, & non matris. l. cum ltiæ. & ibi plene notatur per glo. de statu ho. & l. liberos. & ibi etiam no. de senato. Voluit ergo dicere testōr, ꝙ non duxit nouercā, nec aliquam aliam uxorem, q̄ priorib. filiis procrearet fratres æquales. i. ex ltio matrimonio,
10 qm̄ aliter nati non sūt alii ęquales, quia † quo ad honores non sequuntur originem patris. secundum glo. in cle. 1. de baptis. & no. inst. de seru. cogn. in prin. Nec dicuntur nobiles, secundum Bal. in d. l. cum ltiæ. & Fulg. in l. fi. C. de uer. sig. & Ant. de But. in c. uenerabilem. qui filii sint legitimi. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus in ult. col. ad Treb. immo sunt infames infamia facti, ꝑm Azo. in summa. C. ex quib. causis infa. irro. & Alex. in d. §. si quis rogatus. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & sub. post Bal. Et quāuis testator sciuerit istos filios quo ad prædicta esse aliis inæquales, est tamen arbitratus errando in iure, ꝙ essent naturales, & lti, ex quo illos nominauit, & dixit superius esse tales, quia, ut dixi, quis præsumitur credere, quod voce expressit, quamquam ex hoc sequatur annullatio actus, & tollatur pręsumptio, ꝙ quis præsumatur scire iura, ꝑm Bar. & An
11 gel. in dictis locis. & ꝙ error † testatoris probetur quo ad dictā nominationem ex his, quę statim dixit in eodem testamēto & in loco prædicto, colligitur ex notatis per Bar. in l. non fatetur. de confes. in ult. col. uer. qualiter probabitur, &c. & ex no. per gl. in l. Fulcinius. §. sed si fraudationis, ī uer. animus, ex q̄b. cau. in pos. eat. & in l. apud Celsum. in prin. de doli exceptio, q̄ uult, ꝙ animus probetur ex his, q̄ quis extraiudicialiter dixit.
12 Secūdo rn̄detur † ꝙ ex tali noīatione facta in actu proportionabili filio ltio, & naturali ponitur quis in quasi possessione filiationis & ltiatis, quando dr̄ & allegatur, ꝙ fuit natus ex illa, quam constat certitudinaľr eē, uel fuisse uxorē. Et sic quando ex tali quasi possessione non inducitur probatio matrimonii p̄sumptiue, q̄a, ut dixi, de matrimonio illius, ex qua dicitur nat⁹, aliter constabat uel constare poterat vere. Sed vbi non apparet ꝙ illa, ex qua filii dr̄, & allegātur nati, eēt uxor, sed de hoc dubiū erat, ut ī casu nostro, tūc ꝑ solā noīationē & assertionem, ꝙ sint naturales, et lti, non ponuntur in quasi possessione filiationis, quia per illā non ꝓbatur matrimoniū præsūptiue, sed alia plura dēnt cōcurrere. Et primo, ꝙ illa noīatio sit facta principaliter propter se, secus aūt si eēt facta propter aliud, puta cā demōstrōnis, ut si dicatur, lego tali filio meo, ut in casu nostro nā illa oratio principaliter proferť ꝑ legatū, illa uero uerba, filio meo, proferunť ut in ꝑsonā legatarii clarius exprimať demōstrō, ꝑm Ba. qui ita declarat ī disp. hēo filiū naturalē, &c. Itē requirit ꝑm eū, ꝙ mulier illa, ex qua filii sunt nati, sit talis, cum qua uir ꝑ prolatorū uerborū potuerit contrahere matrimonium honeste & sine dedecore. secus aūt si eēt illi uerecundia illā accipere attēta nobilitate, & diuitiis uiri. Et idē uoluit Bar. in cons. inc. Neratius Cōradini, & Bal. in l. 2. in 10. opp. C. quib. res iud. nō noc. & Ang. in aut. quib. mod. nat. efficiun. sui. §. j. ꝑ illū tex. in verbo, neq; dign. & in §. ad hæc. in aut. ut liceat matri, & auiæ. Itē requiritur, ꝙ filii sint nati ex muliere retenta in domo affectione maritali, & ꝙ nō extent alij filii nati ex ltio matrimonio, ꝑm Bar. in d. disp. & Host. in summa, qui fi. sint legi. §. fi. & Io. An. in c. ꝑ tuas. eo. ti. Et his oīb. nō cōcurrētib. filii ex tali noīatione nō præsumūtur lti, ꝑm prædictos, & ꝓut in casu nō cōcurrūt, imo oīa necessaria deficiūt. Et si forte dicatur, ꝙ prædicta hñt locū, qñ testōr noīauit aliquē filiū suū, nō aūt qñ dixit illū filiū ltium, & naturalē. Istud nihil est, q̄a paria sūt illū asserere filiū suū, & dicere filiū ltium, & naturalē, ꝑm Bal. exp̄sse ī c. innotuit. de elec. in 4. col. vbi dicit, ꝙ tex. in d. §. ad hęc & in aut. ītē si q̄s. C. de natu. lib. ꝓcedit, qñ pr̄ noīauit talē filiū cū adiectione, suū, & nō aliter, q̄a dicēdo suū, uult dicere ī sua ꝑtāte, & ꝑ ꝯñs ltium, & sic cōfitetť eū legitimū, §. sui. inst. de hæ. qual. & diff. Ponderādo ergo qualitatē importatā ꝑ verbū, suū tūc pater, & lex statim ltiant eū, iurib. allegatis, ꝑm eū. Et sic p̄supponit Bal. ꝙ iura prædicta procedant, & ꝙ omnia debeant concurrere, qñ pr̄ nominauit filiū ltium & naturalem implicite, uel explicite, & aliàs secus. Nec etiam dicatur, ꝙ prædicti non loquuntur in actu proportionabili soli filio, quia istud est manifeste cōtra mētē ꝑdictorū, & expresse cōtra Bar. ī dicta disp. in quantū vult, ꝙ oportet, vt verba sint prolata principaliter propter se, ꝙ esse nō pōt, nisi quādo cōueniūt solū filio, ut ēt dicunt Doc. in d. c. per tuas. & maxime Are. de proba. Et per hęc respondetur ad vltimum, ꝙ allegatur in contrarium, hoc est ad tex. in d. aut. item si quis. & in d. §. ad hæc. quia hic non cōcurrunt prædicta, quæ sunt necessaria ad hoc, vt habeant locū dicta iura. Non obst. etiam, ꝙ no. Abb. in c. lator. qui filij sint legi. videlicet ꝙ natus ex duob. simul habitantib. præsumatur legitimus, quia isti non habitarunt simul, præsertim palam. Item Abb. loquitur, quando illi appellabant se adinuicem maritus,
13 & vxor, ꝙ nō fuit in casu nostro. Concluditur ergo † ꝙ legatū factum dictis filijs non valet, saltem quatenus excedit alimēta. Nec alij filij illud impugnantes in pœnam, quia maior portio istis filijs illegitime natis, & incapacibus non potuit nomine pœnæ applicari. inst. de leg. §. fi. iuncta dicta aut. ex complexu. C. de incest. nup. & quia quod non potest fieri per uiam dispositionis, fieri, etiam non potest per viam conditionis. l. Seius, & Augerius. ad leg. Falci. Laus Deo.

¶ Legatum si filiæ sit factum sub conditione, si nupserit, an talis conditio censeatur repetita in secundo legato, & expectetur conditionis euentus, vel statim petatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio nubendi apposita in legato dotis, non censetur repetita in alio legato, etiam comprehendente dotis legatum, & maiorem quantitatem, ideo statim purificata conditione debetur. & num. 11.*

2 *Legatum ab instituto pupillo sub cōditione relictum simpliciter a substituto repetitum, pure debetur.*

Legatum post mortem pupilli relictum, in dubio censetur a pupillari substituto relictum.

3 *Repetitio conditionis in primo legato appositæ non fit in secundo aliam conditionem habente. & nu. 12.*

4 *Conditio non cēsetur repetita in secundo legato, quādo in eo fuit expreßa certa quantitas, ideo statim agi potest, etiam si nouatio non diceretur facta.*

5 *Legati dicitur facta nouatio, facta commemoratione quātitatis ex primo legato debitæ.*

6 *Legatum conditionale, si est nouatum, debet expectari purificatio conditionis, etiam in secundo legato, secus si primum erat in diem.*

7 *Legatum filiæ factum, quando in dubio censeatur relictum ex causa dotis, & sub conditione, si nupserit, & animo compensandi.*

8 *Causa præcedentis legati censetur repetita in secundo, quando in eo quantitas prioris legati fuit repetita, etiam si plus contineat.*

9 *Legatum ex causa dotis dicitur habere tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur, etiam si sit collatum post mortem fily, quando semel ab eo fuit exclusa.*

10 *Statutum quod a legitima filiæ onus reijciatur quando sunt extranei hæredes instituti, quomodo intelligatur.*

CONSILIVM LXIIII.

VISO tenore legati facti Lucretiæ per patrem, & uerbis eius diligenter ponderatis, uidetur prima facie dicēdū, ꝙ legatū prædictum mille ducatorū sit purificatū. Nam licet primo testōr prædictæ filiæ legauerit ducatos sexcentos pro dotib. suis, & sub conditione expressa, si contingat ipsam nubere in sęculo. Nihilo minus postea inferius, & in alia parte testamenti eidem Lucretiæ testator reliquit simpliciter ducatos mille computatis dictis ducatis sexcentis eidem, ut supra in dotē relictis, & sub alia conditione, uidelicet casu quo Hercules testatoris filius, & hæres institutus absq. fratrib. & absq; filijs decederet siue in pupillari ætate, siue aliàs quandocunque: Et qui casus euenit, & sic prędicta conditio purificata fuit, ex cuius implemento videtur, ꝙ legatū mille ducatorū de præsenti sit debitū. l. legata. de condi. & dem. & l. 5. §. sed si sub conditione. quando
1 dies lega. ceda. Nec † illa conditio apposita in primo legato ducatorum sexcentorum. l. si contingat eam nubere in sęculo, vt repe-

repetita in hoc sequẽti legato maioris quãtitatis, per no. p Pau. de Cast. in consi. 78. inci. Viso dicto puncto, &c. in fi. vbi cõcludit, ꝙ si testator vltra dotes prius relictas filiæ reliquit duos mãsos in diuersa oratione, & alijs capitulis interpositis, ꝙ cõditio, si nupserit, sub qua dos erat relicta, non intelligitur repetita in legato mansorum, quamuis illa dictio, vltra, sit repetitiua, vt not. Barto. in l. cum ita. de auro & argen. lega. Mouetur Pau. ex nota. per Bar. in l. in repetendis. de lega. 3. dum alleg. l. si fundũ. de contrah. emp. & per quam dicit, quòd vbi est identitas personarum, & diuersitas rerum, ꝙ conditio apposita in primo nõ intelligitur repetita in sequẽti facto in diuersa oratione, per d. l. si fundum. Et idem vult Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. oblig. Quia ergo in casu nostro ſm legatũ factũ eidem in alia parte testamenti continet diuersam quantitatẽ, cessat dicta repetitio. Nec refert, ꝙ testator voluerit, ꝙ in hac summa maiori computetur ẽt alia minor prius legata causa dotis; quia ex quo primum legatum est auctũ. dicitur diuersa res legata, arg. l. ius ciuile. de iust. & iur. Nam & in casu etiam Pau. de Cast. illa dictio, vltra, tendit ad augendum. ¶Secundo facit.
2 Nam hoc † vltimum legatum mille ducatorum est relictũ post mortem filij hæredis decedentis in pupillari ætate. Intelligitur ergo in dubio a substituto pupillari relictum potius quam a pupillo, ſm gl. quam ad hoc ibi ponderat Bar. in l. qui duos. de vulga. & pup. & cum qua transeunt Doc. cõiter, ibi, & in l. cohæredi. §. cum filiæ. eo. tit. cum concor. Et probatur in l. codicillis. in prin. de vsufr. lega. & ex no. per Bar. in l. centurio. de vulg. & pup. versi. ulterius quæro, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine filiis, & in l. si sic. de lega. 3. Cum ergo primum legatum sit factum a pupillo, & sit expressè repetitum ab eius substituto, non hẽt locum condõnis repetitio. ut uidetur esse casus in l. si cui serui. §. 1. de leg. 1. & ibi per gl. & omnes. ubi concluditur, ꝙ legatum relictum ab instituto sub condõne, & simpliciter, & expresse repetitum a substituto, debetur purè. secus autẽ si repetitio legati esset tacita, ut no. ibi. Tertio cõfirmatur dicta
3 † opin. qm̃ primum legatum fuit factum sub illa conditione, si filia nuberet in seculo, & aliud factum fuit sub diuersa condõne, uidelicet si filius hæres institutus decederet in pupillari ætate sine filiis & absq. fratribus. Quia igitur sub alia condõne ad hoc ultimum legatum uocatur filia, & sic p cã filia dicatur grauata, iuxta no. p Bar. in l. illis libertis. de cõd. & dem. non dẽt intelligi repetita cõdõ p̃cedẽtis legati, & in hoc dẽt filia releuari. Sicut hac rõne cõdõ apposita in instõne, non intelligitur repetita in substõne, quę sub alia cõdõne reperitur facta. l. sub con
4 dõne. & ibi per glo. de hr̃dib. instituen. † Quarto pro eadẽ opi. adduco no. p Bar. in l. si Stichũ. §. j. de noua. ubi concludit, qđ aut in sequẽti stipulõne nulla fuit expressa quantitas, vt quia dictũ fuit ꝙ ex prima stipulatione debes, promittis, & intelligitur repetita qualitas precedentis promissionis in sequenti obligatione nouante, p l. qui sic. de ver. obl. Aut est expressa quãtitas, puta si dicatur centũ, quæ mihi debes, promittis, & tunc cessat repetitio. per no. in l. si prior. sol. mat. & in l. Nessennius. de re iudi. Et iste est noster casus, quia testator reliquit ducatos mille computatis dictis ducatis sexcentis prius legatis ex causa dotis, & sic ꝙ prius legauerat, rursus legauit expressa quantitate, ideo conditio primi legati non debet dici repetita in hoc vltimo legato, si per illud sit facta nouatio prioris legati, & etiã si nouatio facta non esset prędicta distinctio locum haberet, ex quo expresè legatum est a substituto repetitum, & quo casu aut in repetitione dicti legati est expressa eadẽ res uel quantitas, & non intelligitur repetita conditio. d. leg. si cui serui. §. 1. quæ hoc modo debet intelligi, secundum Nico. de Neapo. Ba. Imo. & Alexan. ibi. aut simpliciter, quod ab insituto reliqui a substituto lego absque alia expressione rei uel quantitatis, & conditio intelligitur repetita secundũ prædictos, p l. fi. §. j. de fideicommiss. liber. Et allegant etiam pro hac distin. no. in d. l. si
5 prior. & in d. l. Nessennius. Sed† præmissis non obstantib. cõtrarium puto uerius. Nam, vt sæpe dictum est testator reliquit filiæ ducatos mille auri, computatis dictis ducatis sexcentis eidem supra in dotem relictis. Ex huiusmodi autem uerbis inducitur nouatio præcedentis legati, ut probatur ex not. per Bart. in l. 2. de noua. ubi quærit, quid si in instrumẽto dicatur, Titius promisit Seio centum ex alia causa, cõputato in hoc omni alio instrumento, utrũ ex hoc uideatur facta nouatio p̃cedentium.

Et rñdet ꝙ sic per l. si. C. de noua. & per l. Paulo Callimacho. §. 1. de le. 3. qui loquitur in legatis, in quib. etiam fit nouatio, vt ibi, & in l. 1. §. item si ita. ad le. Falc. & in l. 1. de pen. leg. quæ iura ad hoc ẽt allegat Bar. in l. ita stipulatus. la granda. de uer. ob. in 10. opp. vltimæ partis. Et istud confirmatur ex no. per Pe. de Bellapertica in l. qui vsumfructum. de verb. ob. vbi no. dicit, ꝙ licet secunda stipulatio continens idẽ, quod prima non valeat, & ꝙ ex prima tantum agatur. l. quibus idem, de verb. obl. si tamen secunda sit facta sub commemoratione primæ, tunc agitur, solùm ex secunda, quia prima intelligitur nouata, arg. l. nõ ad ea. de cond. & demon. quæ similiter loquitur in legatis. Et cũ ista opi. transit etiam Alex. in d. l. qui bis idem. qui pro hac opi. allegat etiam no. p Bar. in d. l. 2. de noua. Et sic vult, ꝙ in casu Bar. pariter, & nostro dicatur vltima promissio facta sub commemoratio ne primæ, & dicatur nouatio inducta. Cum ergo
6 † ſm legatum dicatur factum animo nouandi primum relictũ condõnale, expectari dẽt ꝙ purificata sit condõ primi legati, & quod orta sit obligatio, & actio, quia alias non potest habere locum nouatio & consequenter legatum vltimum reperitur factum sub eadem condõne, vt est casus in l. legata. de cõd. & dem. vbi dicitur, quòd pendente condõne legati non põt interim delegari, ſm vnam literam, qđ est verum, ſm glo. ad hoc vt delegatio, & per eam nouatio statim sortiatur effectũ, sortietur tñ, dicit gl. impleta condõne, p d. l. si Stichũ §. 1. vbi idẽ dr̃ in cõtractibus, & in l. quoties. eod. tit. videlicet. & p sequentem simplicem promissionem factam aĩo nouandi nõ nouatur prima obligatio condõnalis, antequã purificata sit cõdõ. Nec ob. quod no. Bar. in d. l. si Stichum. §. 1. quia loquitur, quãdo prima obligatio fuit in diem certam & quæ dies non impedit ortũ obligationis, & actionis ab initio, l. 1. in fi. quando dies vsusfruc. lega. cedat. & sic eo casu quo potuit fieri nouatio, licet cesset dicta repetitio. Sed aliud est, quãdo cõdõnalis est præcedẽs obligatio, vt in tex. dr̃, quia nouatio tunc habere locũ non põt, nisi repetatur, & adimpleatur cõdõ, cum prius non sit obligatio nata. l. cedere diem. de verb. sig. quæ possit in alteram transferri. l.
betur, quãuis ab instituto fuerit relictum nominatim, vt vr̃ esse
casus, in l. Marcellus. in prin. ad Treb. Nam in casu, de quo ibi,
fuit legatum ab hr̃de noĩatim, ſm glo. cõiter approbatam, & tñ
præsupponitur, & in tex. dicitur, ꝙ post restitutionẽ fideicõmis
si debetur. Nam cum hæreditas sit adita, & legatum incœperit
deberi, onus cępit esse hæreditarium, ideo trãsit cũ hæreditate,
ut ibi etiam declarat Cuma. Sed præmissis non obstan. contra
6 rium puto uerius, qm̃ † onus prædictũ, de quo agitur a do. Ca-
rolo instituto fuit noĩatim & expresso proprio noĩe relictũ, vt
ex uerbis testĩ declaratur. Et ideo ad illud Manfredus substitu
tus nõ tenetur, si ex uulgari fuit admissus, ſm Bar. in l. quæ con
ditio. de cõd. & dem. & Bar. Ang. & Ale. in d. l. licet Imperator,
de leg. j. & Imo. in l. si duobus. §. 1. eo. tit. per l. si plures. de lega.
3. & d. l. 1. §. id quod ex substitutione. ad leg. Falc. & l. Celsus. §.
fi. de leg. 2. Et ista est communis opi. a qua non est recedendum
in consulendo & iudicando, ſm Alexan. in d. l. licet. Et in casu
nostro pręcipue d. opi. est uera, quia testator substituit d. do.
Carolo eius filios, si extabunt, & illos grauauit specialiter com-
municare dictos fructus eidem. Item casu quod filii non ex-
tarent, substituit Manfredum, quem tamen dicto modo non
grauauit. Quia ergo dictos filios substitutos, qui pro uno re-
putantur. l. interdum. in pri. de hær. insti. specialiter & expresse
tñ grauauit, intelligitur ex hoc velle, ꝙ ad alterum non perti-
neat onus prædictum. arg. l. cũ prætor. in prin. de iud. & l. ma-
ritus. C. de procur. Vnde in persona Manfredi cessat repetitio
dicti oneris, quia ex coniectura ꝓdicta constat de cõtraria mẽ
te testoris. d. l. licet. ubi alię similes coniecturæ ponuntur & al
legantur. Et idem dico, per dom. Carolum fuit hæreditas adi-
ta, & sic Mãfredus velit ex fideicommisso venire, quia cum no
7 mine † proprio fuerit do. Carolus grauatus, tale onus non est
hæreditariũ, vt declarat Bar. cũ quo alij magis cõiter trãseunt,
in d. l. Marcellus. d. l. si plures. cum concor. præall. quicquid ibi
dicat Cum. quem ẽt Soc. reprobat. Cum ergo onus non sit hæ-
reditarium, non potest transire ad fideicommissarium, eadem
rõne qua non transit ad substitutum vulgarem, nec ad cohære
dem, cui accrescit portio deficiẽs, vt habetur in dictis iurib. Et
hoc etiam euidẽtius patebit ex responsionibus ad cõtraria. Nõ
obst. igitur in primis dum dicitur, ꝙ immo transit ad substitu-
tum vulgarem, quia hoc est verum, quod simpliciter vel ab hæ
rede sub noĩe appellatiuo relinquitur, d. l. licet imperator. se-
cus si nominatim grauetur, vt in casu nostro per prædicta. Nõ
obst. tex. in d. l. 1. §. id quod ex substõne. quia dum text. dicit, ꝙ
legata non augẽtur, hoc procedit, quia nullo modo debentur,
secundum Cy. Ang. Imo. & Alexã. ibi, & Alexan. in d. l. licet im-
8 perator. Non obst. tertio. d. l. ab exhæredati. §. fin. † quia non
fuit grauatus institutus noĩe proprio, sed per nomen appella-
tiuum, quia fuit relictum a posthumo, & ideo intelligitur gra-
uatus tanquam hæres, licet illud nomen non significet hæredi
tatem. d. l. Lucius. §. Mæuia. ad Trebel. & per Bart. in d. leg. tur-
pia. §. fi. & per Alex. in l. si mihi & Titio. in 4. col. de verb. oblig.
dum respondet ad l. Thais. §. Stichus seruus. de fideicommiss. li
bert. Et ita etiam in proposito respondet Alex. in d. l. licet. Et
huic responsioni non obst. text. in d. l. vtrum. de reb. dub. cum
ibi not. per Bart. de quo Alexan. mẽtionem non facit, ubi pro-
bari videtur, ꝙ quando relinquitur posthumo, ꝙ habetur pro
relicto facto nominatim, quia illud est verum quantum ad ef-
fectum, vt si sint plures posthumi ꝙ habeantur pro pluribus,
& non pro vno, & sic ꝙ quilibet posthumus pro virili admit-
tatur, & non omnes sit ad vnam portionem. Sed quantum ad
alium effectum, & maxime quo ad illum, de quo agitur, refert
vtrum de posthumo sit facta mẽtio, vel nominatim de aliquo,
vt probatur in l. cum ex pluribus. de manu. testa. iunct. l. cum
inter ueteres. C. de fideicom. libert. Et ibi hoc etiam declarat Sa
lic. & probatur ex nota. per Barto. in d. l. turpia. §. fin. de leg. 1.
9 † vbi dicit, ꝙ licet quando dispositio non potest referri nisi ad
unum, ꝙ ille habeatur pro nominato. l. 2. de lib. & posth. & le.
nominatim. de cond. & demons. tamen ubi grauamẽ est iniun
ctum sub nomine appellatiuo, censetur grauatus ut hæres, per
d. l. Lucius. §. Męuia. Et cõfirmat, quia si quis filios grauat sub
nomine appellatiuo, dicuntur tanquam hęredes grauati, & nõ
nominatim, secundum Bar. in d. §. fi. & per Alexan. in d. l. si mi-
hi & Titio. per d. §. Stichus. & tamẽ quãtum ad alium effectum
expressio dicti nominis appellatiui tenet uicem expressionis
factæ nominatim. l. Titius. in prin. de lib. & posthum. ubi habẽ
tur, ꝙ si quis exhæredat filios ꝙ exhæredatio dicitur facta no-
minatim. Et per hoc colligitur responsio ad quartum in quo
dicitur, ꝙ si unus solus est institutus, ꝙ habetur pro nomina-
to, quia, ut est dictum, hoc non procedit, quo ad effectum, de
quo agitur, sed ad finem, ut actus ualeat. Non obst. etiam dũ
tertio allegatur. leg. si debitor. §. 1. de lega. 2. quia licet, quam
doque dicta nomina sint propria. dicta l. in conditionibus. §. 1.
& dicta lege quoties §. sed cum primum. nihilo minus casu.
dicto §. 1. primus & secundus non sunt nomina propria, sed
appellatiua, ut etiam dicit Alexan. in d. l. licet. quamuis de prę-
dictis mentionem non faciat, nec aliter declaret. Capitur ergo
primus pro primo nominato, & secundus pro nominato secũ
do loco. Non obst. quinto lex. non iusta. C. ad Trebell. quia
quamuis ibi dicatur, quòd substitutus non fuerint nominatim
grauatus, per hoc tñ nõ sequitur, ꝙ ab instituto fuerint nomi
10 natim relictum. † Non obst. etiam dum sexto dr̃, ꝙ si grauauit
institutum magis dilectum, multo magis est credendum, quod
substitutum minus dilectum graua uoluerit, arg. leg. Publius.
§. fi. de condi. & demon. quia, ut dicit Alexan. hoc negatur, quã
do grauatur quis nomine proprio, quasi ꝙ ex hoc appareat te
statorem uoluisse grauamen esse personale. Et ultra eum dici-
tur, ꝙ voluntas testatoris demum attenditur, quãdo uerba cõ

veniunt menti, saltē ex larga & ex impropria significatione. Sed vbi verba non conueniūt ꝓpriè nec impropriè, vt in casu nostro, mēs nō attenditur, vt colligitur ex no. ꝑ Bar. in l. in ambiguo, de reb. dub. dum respondet ad l. non vniuersaliter. in prin. de le. 3. Et hoc etiam clarius voluit ibi Pau. de Ca. & Alex. in l. 3. in fi. C. de liber. præt. & bene facit tex. in l. quidam cum filiū. de hær. inst. Ex quo no. ibi. Bal. ꝙ voluntas testatoris non attēditur quæ non transiuit in dispositionem. Et per hoc respondetur ad aliud, s. dum dicebatur, ꝙ filius do. Caroli substitutos & magis dilectos grauauerat: quia Manfredus non est de illis, nec appellatione dictorum contineri potest, etiam improprie Nec obst. dum dicitur, ꝙ dicti filij dñi grauati sub nomine appellatiuo, iō grauamē intelligitur esse hæreditarium & non ꝑsonale: quia hoc dici posset, quando Manfredus dictis filijs esset substitutus. Nam tunc onus iniunctum illis ad illum posset transire, sed Manfredus est tātum substitutus do. Carolo uno casu, s. si decesserit sine filijs: & filij do. Caroli eidem sunt substituti alio casu, scilicet si extabunt. Vnde onus nominatim iniunctum do. Carolo non transit ad Manfredum eius substitutum, per prædicta. Nec illud, quod est iniunctum filijs D. Caroli, quia illis non est substitutus Manfredus, nec illi datus est cohæres: immo, vt superius dixi, ex hoc ꝙ filijs D. Caroli substitutis vno casu specialiter, & expresè idem onus imposuit, per hoc censetur Manfredum alio casu substitutum uoluisse grauare. d. leg. cum prætor. Constat ergo ex præmissis, quod ubi Manfredus venire posit ex vulgari, quod ad onus iniunctum D. Carolo non tenetur. Et idem etiam, vt dixi, si venire posit solum ex fideicommisso. Nec obst. l. Marcellus. in prin ci. iuncta glo. ad Trebell. quia vbi hæres nominatim grauatur aduersus fideicommissarium vniuersalem, potest vti retentione pro mensura oneris sibi iniuncti, & illud adimplere, vel potest simpliciter restituere recepta cautione a fideicommissario de adimplendo dicto onere, secundum gl. in d. l. Marcellus. per l. cogi. §. inde quæritur. eod. tit.

11 † Et istis casibus locum hēt d. l. Marcellus. vt etiam dicit gl. & vbi non vteretur deductione, vel cautionem non reciperet, tunc contra fideicommissarium legatarius ex testamēto agere non posset, quia onus hæredi iniunctum nominatim est personale, & non potest ad eum dicto casu transire: ut est de mente glo. & clarius Barto. dum declarat gl. sed tunc legatarius agere posset contra heredem etiam post restitutionem, quia dolo fecit restituere non facta deductione nec recepta cautione. l. dolo. ad leg. Falc. ideo sibi non prodest restitutio. secundum Pau. de Cas. qui dicit hoc esse no. Et ideo in casu nostro, in quo Manfredus possidet, non potest contra eum agi per legatarium, ex quo ab eo non est recepta aliqua cautio. Ex testamēto enim contra eum non datur actio, ut dixi quia cum onus sit personale, ad eum non potuit transire. Præterea alia ratione Manfredus fideicommissarius non tenetur ex coniecturata mente testatoris, ex quo alteri per fideicōmissum vocato in diuerso casu, puta filijs D. Caroli expresè & specialiter idem onus imposuit, quia per hoc voluisse uidetur, qđ ad Manfredum non transeat, sicut dictum est in casu præcedēti. Et ideo ubi etiam Manfredus non possideret, contra eum deductio locum habere non posset, nec ab eo cautio peti, nec etiam hæredi posset aliquid imputari, quia uoluntas testatoris eum excusat, propter quam isto casu deductio cessat & cautio & sic locum non habent not. in d. l. Marcellus. Et si forte con-

12 tra prædicta dicatur † ꝙ licet Manfredus possideat, non tamen possidet ex restitutione fideicommissi, sed quia occupauit propria authoritate, ideo potest per hæredem D. Caroli possessio repeti, vel interdicto quorum bonorum, uel remedio l. fina. C. de edi. di. Adrian. toll. siue Manfredus possideat iniustè. leg. filiam fratribus. cum ibi plene nota. ff. ad Trebellia. & per Barto. & Doc. in d. l. fin. siue etiam possideat iustè, quantum ad effectum, ut Trebellianicam detrahat, & ut quod sibi debetur retineat, aut ut dictam cautionem recipiat, secundum Pau. de Castr. & Alex. in d. l. fin. per leg. 1. in princ. cum ibi not. ff. quorum leg. Ad istud respondetur, quod ad effectum Trebellianicæ detrahendæ non potest habere locum dicta repetitio, quia illa cēsetur prohibita per prohibitionem alienationis, authēt. sed in ea re. C. ad le. Falc. quæ locum etiam habet in Trebellianica, secundum Bal. ibi. Nec etiam quo ad effectum deductionis debiti uel cautionis eligēdæ, quia aut Gaspar legatarius non est hæres D. Caroli fratris sui, & adillum nō pertinet dicta repetitio. Si uero est hæres, & idem duplici ratione. Et primo, quia a Māfredo fideicommissario non debetur hoc legatum ex tacita mēte defuncti, qui, ut dictum est, grauando alium fideicommissarium diuerso casu uocatum, uoluisse uidetur, ꝙ Manfredus ad illud nō teneatur. d. l. cum prætor. ideo deductio ex hoc capite non potest locum habere, nec peti cautio, quæ esset superflua.

13 l. hæc stipulatio. §. diuus. ut lega. nomine cauea. † Secundo, quia per aditionē inuētario non confecto confusa est actio, si qua sibi competebat contra D. Carolum hrdē grauatum. l. debitori. C. de pac. & l. in personam. C. de fideicom. & ideo possessorio agi non pōt ad effectum retinēdi, quod sibi debebatur ex causa legati, uel ad finē consequēdi cautionem, quia per talem aditionem legatum fuit extinctum. Nec obst. ꝙ hæres aduersus fideicōmissarium deducat sibi debitum, nedum olim, l. debitor, in prin. ad Trebel. & not. in l. ita tñ. §. si ex Trebellianico. eo. ti. sed etiam hodie, etiam non confecto inuentario, secundum Rapha. in d. l. si debitor. & Pau. de Cast. & Alex. in d. §. si ex Trebelliano. & Pau. de Castr. in l. ab omnibus. §. fi. de le. 1. & in consil. 165. Quæritur primo, &c. & in consi. 211. Dubium facit, &c. &

14 Ang. consi. 64. Quoniam nihil, &c. quia uerum est † ꝙ actio dicto casu habetur pro non confusa quantum ad effectum retentionis, sed non quantum ad finem agēdi, secundum Pau. de Castr. in d. l. ab omnibus. §. fin. & in consi. 165. Si ergo Manfredus possedit antequam Gaspar hæreditatem do. Caroli adiret, iustè dicitur possidere, secūdum Imo. in d. l. filiam fratribus. per d. l. 1. in princ. quo. de lega. & not. in l. non dubium. C. de legib. ideo cum post aditionem confusa sit actio, quæ sibi competebat ad legatum, non potest eo prætextu, quia esset creditor do. Caroli hæredis agere possessorio, quamuis sic agatur, ut sequi posit retentio, quia solum habetur actio pro non confusa, quando locum potest habere retētio absq; eo, quod præcedat aliqua petitio. sed secus est ubi retentio fieri non potest, nisi præcedat petitio, vt in casu nostro. Vel dici potest, ꝙ hæres aduersus fideicommissarium deducit, quod sibi debebatur, quan

15 do † debitum erat hæreditarium, ut quia defunctus erat debitor hæredis, uel quia debita erat impensa funeris. Sed isto casu cum grauatus sit d. Carolus nomine proprio, istud, ad quod ipse tenetur, non est debitum hæreditarium, secundum Barto. & Doct. in d. l. Marcellus. in prin. ideo isto casu post aditionem, & confusam actionem non habet deductio uel retentio locum nec cautionis petitio aduersus fideicommissarium. Et ratio diuersitatis est satis euidens, & manifesta, quia hoc ultimo casu onus iniunctū hæredi facta simplici restitutione, etiam si actio non esset confusa in fideicommissarium, non transiret, vt superius fuit probatum: sed in casu præcedenti secus. l. fin. C. ad Trebel. Quia igitur primo casu mediante retentione agitur de conseruatione debiti hæreditarij, facilius conceditur retentio, postquam confusa est actio, quam in casu sequenti, in quo agitur, ut de nouo debitum in effectu efficiatur hæreditariū, arg. l. patre furioso. de his qui sunt sui uel alie. iu. & quia iure cautū non reperitur, ꝙ isto casu hæredi retentio detur aduersus fideicommissarium, ideo standum est regulæ, de qua in d. l. debitori. cum concordan. per not. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum cæci sub qua forma concipiendum.*
2 *Institutio hæredis siue præcedat, siue sequatur legata, non refert in testamento cæci.*
3 *Præcepta ad instantiam actoris facta quando habeantur loco petitionis.*
Ordo iudiciarius quando non attendatur, sed solum id, quod probatum est.
4 *In possessorio ille obtinet, qui probat antiquiorem possessionem.*
5 *Verbum, incontinenti, habet interuallum, vt testis saluetur.*
6 *Possessio per actum incisionis lignorum probatur.*
7 *Possessionis probationes ubi sunt pares, præfertur ille qui ostendit iustum titulum.*
8 *Per renunciationem generalem amittitur possessio, etiam si esset nulla talis renunciatio.*

9 *Pro-*

8 *Probans antiquiorem possessionem habet intentionem fundatã aduersus molestantem, qui etiam ex eo solo, quod contendit se possidere, dicitur molestare.*

9 Legatum in primo testamento factum quando censeatur reuocatum in secundo facto a cœco. Et quis obtineat in possessorio retinendæ.

CONSI IUM LXVIII.

IN causa & lite vertente inter Franciscũ Raynaldi ex vna, & Nicolaũ ac eius uxorẽ, videlicet D. Bernardinã ex altera, primo videndum est utrum petia terræ, de qua agitur, iure legati ptineat ad D. Franciscum ex testõ Ioannis de Raynaldis, an vero ad dictam do. Bernardinam ex persona matris, cui fuit relicta dicta petia terræ in primo testõ dicti Ioannis. Et omissis superfluis argumentis ad partes, puto concludendum, ꝙ dicta petia terræ spectet ad dictum Franciscum ex alio sequenti testamento eiusdem Ioannis, ꝙ fuit ualidum, & solenne, quamuis tunc temporis factus esset cæcus. Nam licet D. Ioãnes de ann. 1509. condidisset testm̃, in quo dictam petiam terræ reliquit vxori suę & matri d. Bernardinæ, cum clausula derogatoria ad sequentia testamenta in amplissima forma, nihilo minus idem testator postea factus cæcus de anno 1513. condidit aliud testamentum, in quo prædictam petiam terræ legauit d. Francisco. Et in hoc secundo testamento, & in principio eius notarius attestatur,
2 † ꝙ idem Ioannes testator uocato notario infrascripto & testib. infrascriptis protestatus est per præsens testamentum nuncupatiuum sine scriptis, volens testari, declarans & exprimens infrascripta legata, hæredis nomina, dignitatem & iudicia, & cæteras infrascriptas dispositiones dilucide ore ꝓprio coram eis, &c. Et quæ verba debuerunt pro forma exprimi in testõ cæci, quamuis in aliorum testamẽtis possint omitti. l. hac consultiss. C. qui testa. fa. pos. cum gl. 2. cõiter approbata. Et propterea patet ex hoc, ꝙ non est verũ unum ꝙ allegetur pro parte D. Bernardinæ, videlicet ꝙ illud posterius testamentum sit nullum ex eo, ꝙ testator non fecerit dictam protestationem, & ꝙ nomina hæredum non expresserit ore proprio, quia contrarium expresse probatur ex verbis superius relatis & scriptis in prin. d. secundi testamenti, sed forte dominus aduocatus D. Bernardinę habuit respectum ad tertium & vlt. testamẽtum d. Ioannis conditum. 1518. in quo prædicta forma fuit omissa, & quæ, vt dixi, in secundo fuit obseruata. Et quamuis in eodem se
3 cundo † testõ instõ hæredis sequatur legata, & non præcedat, vt videtur requirere tex. in d. l. hac consultiss. tamen quia ista solennitas est leuis, eius omissio non vitiat. ſm Bal. Pau. de Cast. Roma. Ale. & Corn. ibi, qui dicunt ita seruari hodie ex stylo notariorum. Et ẽt tenent alij Moder. Et per istud etiam secũdum testamentum est spãliter derogatum primo, ex clausulis derogatorijs in illo positis & in forma solenni & ualida, &c. ſm no. per Bar. in l. si quis in prin. testa. de leg. 3. & per alios; in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. cum concor. Ex quib. sequitur, ꝙ legatũ factum in priori testamento de istis terris uxori testõris fuit reuocatum per scd̃m testm̃, in quo relinquuntur d. Francisco. §. posteriore insti. quib. mod. testa. infir. & l. si quis priore. ad Trebel. Et idem erit si tertium & ultimum testamentum ualebit, prout vult Ale. in d. l. hac consultissima. quia & in illo etiã Francisco dictæ terrę relinquuntur. Et ubi sit nullum, quia in illo non sit sernata illa solennitas, de qua dictum fuit supra primo loco, & de qua in d. l. hac cõsultissima, ſm testm̃ habebit effectũ, & ex illo legatũ dictarũ terrarũ debebitur d. Francisco. Sed quia ꝑ dictũ Franciscũ vr̃ agi possessorio retinendæ, vt colligitur ex præcepto prius facto ad eius instantiã Nicolao mari
3 to do. Bernardinæ sub die septima mensis Octob. 1522. † & ex alio præcepto deinde eidẽ Bernardinæ sub die. 19. Decembris eiusdẽ anni iunctis no. per Bar. in l. j. §. interdictum. uti possid. & in l. j. C. eo. tit. & quæ præcepta facta ad instantiam Francisci sufficiunt loco petitionis, ex quo ex forma statuti proceditur de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti ueritate, inspecta. & propter quã clausulam omissio & peruersio ordinis iudiciarij non debet attendi, sed solum illud, ꝙ est probatum, ut consuluit Imola, quem refert Alex. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. de uerb. obli. videndum est, quis habeat potio-
4 ra iura, & quis in possessorio debeat obtinere. † Et in quo ille vincit & obtinet regulariter, qui probat de antiquiori possessione, quia possessio iunior aduersarii præsumitur clandestina. c. licet cãm. de proba. & ibi per omnes, & ꝑ Barto. in l. si duo. in prin. ff. vti. possi. & ꝑ alios, in d. l. 1. C. eo. & quamuis testes do. Bernardinæ videant dicere, ꝙ incontinenti mortuo patre do. Bernardina incepit possidere hanc petiam terræ, nihilo minus duo ex trib. referunt se ad quandam scripturam factã ꝑ do. Nicolaũ Capellanum, quando do. Bernardina accepit tenutam, quod fuit de mense Maij, & die 25. vt patet ex ipsa scriptura in
5 processu producta, † & ideo verbum illud, incontinenti, hoc casu significat dictum interuallum, & prout aliàs interuallum importat, ut plene no. per Mod. in l. j. §. j. de ver. obl. & maxime in teste gr̃a ꝯrietatis euitandæ. c. cũ tu. cum ibi no. de testib. Sed duo ex trib. testib. d. Francisci probant de anteriori eius possessione, videlicet primus, qui dicit, ꝙ do. Franciscus in hebdomada sancta eiusdem anni, & etiam de mense Octoris incidit uel incidi fecit ligna in dicta petia terræ, & vltimus dicit, ꝙ eodẽ anno incidit ligna de mense Aprilis ad instantiam eiusdem Fráci
6 sci & illo p̃nte. † per quem actum possessio probatur, iux. no. in l. Titia. ff. de solu. Et per ꝯñs possessio Francisci antiquior est & iustior. Et tanto magis, cũ d. Franciscus titulũ legati ꝓbaue
7 rit, vt dixi. † Et propter quem, ẽt si utraq; pars probasset possessionẽ æqualis tẽporis, ille deberet ꝑferri, ꝗ oñderet iustum titulum suæ possessionis, & ille diceretur hr̃e potiora iura. d. c. licet cãm. & l. 1. C. de edi. diui Adr. tollen. & prout uult Cy. post Iac. Butrig. in d. l. 1. C. uti possid. & Bar. in l. si duo. in princ. Et prædicta adhuc confirmantur. Nam do. Bernard. die. 21. Maij 1522. renunciauit omnib. suis iurib. eidem quolibet cõpetẽtib. in quibuscunq; bonis hæreditatis paternæ, vnde ex tali renun-
8 ciatione, etiam si prius possedisset, possessionẽ amisisset, † quæ solo aĩo amittitur. l. 3. §. in amittẽda. & l. si qs vi. §. dñia. de acq. pos. Et quãtũ ad hũc effectũ amittẽdæ possessionis frustra disputatur, utrum cõtractus fuerit nullus, quia ẽt si contractus & renunciatio non ualuisset, adhuc tamen possessionẽ amisisset, quia desijt habere animum possidendi, vt est casus. in l. 1. §. si uir. de acq. pos. ubi est expressum, ꝙ ex contractu nullo amittitur possessio. Et est rõ, quia ex actu etiam inualido declaratur intentio. l. si. de reb. eo. & no. Bar. in l. fideicommissa. §. quoties de legat. 3. Et sic anterior possessio ꝗ fuit interrupta, & ꝗ non fuit continuata vsq; ad tempus præcepti, nihil põt operari, ꝗa debuit durare vsq; ad tp̃s litis contestationis. §. hodie. inst. de interdic. Si ergo d. tempore constat de aliqua possessione D. Bernardinæ, solum habuit initium die 26. Maij, quando accepit tenutam, de qua D. Antonius confecit scripturam, & ad quam testes habuerunt relationem, & ubi etiam dicti testes de anteriori possessione deponerẽt, nihilo minus illa fuit interrupta per dictã renunciationem, iõ nihil prodest, vt dictum est. Nec etiã iuuat, ꝙ deinde de nouo acceperit tenutam, de qua supra. quia fuit clãdestina, ex quo Fráciscus probauit de antiquiori possessione, & ẽt de titulo per prædicta, & in qua præsumitur permãsisse vsq; ad tempus præcepti, & postea, per ea quæ habẽtur in
9 l. siue possidetis. C. de prob. Et propterea † quia de possessione Francisci constat, & de turbatione & molestatione D. Nicolai & do. Bernardinæ eius uxoris, tam reali quã uerbali, & ex hoc solo quod illa contendit se possidere, iux. no. plene per Im. Ro. & Alex. in l. si prius. de ope. no. nun. Intentio d. Francisci super possessorio est fundata. Quare ex omnib. ꝑdictis cõcludo, partes dñi iudicis fore & eẽ in pronunciando & declarando, dicta præcepta facta D. Nicolao & do. Bernardinæ fore & esse iusta & lĩme facta, ac effectum sortiri debere aliqua suspensione nõ obstante, & seu in confirmando dicta præcepta de nouo, & in condemnando prędictos, ut a molestatione illata d. Francisco desistant, & ꝙ de cætero illum & in futurum non molestent, & prout in dictis præceptis continetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres prohibitus petere rationem administrationis et grauatus administrantem liberare, non potest contra illum agere etiam propter dolum preteritum.*

2 *Hæres grauatus administrantem liberare, si apparebit debitor, non petit aliqua, etiam ex dolo præterito.*

3 Ne-

3 *Negotia alterius gerens tenetur de iure rationem reddere, etiam si simpliciter sit liberatus a ratione futuræ administrationis.*
Ratio administrationis quare reddatur, quando quis simpliciter est liberatus.
4 *Dolus futurus negotia agenti per testatorem remitti non potest. directe seu indirecte. & nu. 5.*
5 *Testator liberationem relinquens, & legans quicquid apparebit administrantem debere, & etiam reliqua, dolum futurum non comprehendit.*
6 *Dolus futurus quare per testatorem tutori remitti non possit.*
7 *Testator quemadmodum non potest de præsenti administraturũ liberare a futuro dolo, ita nec nec etiam conferre liberationem in tempus administrationis præcedentis.*
8 *Dolus quando dicatur constare in administrante negotia aliena.*
9 *Liberationis confectio non censetur remissa, licet testator nolit rationem reddi, nec etiam expresse remitti potest.*
Doli nedum ueri, sed nec præsumpti remissio includitur sub generalitate uerborum.
10 *Inuentarij confectio quare tuteri remitti possit, non autem confectio libri rationis.*
11 *Iudex potest a prouisione testatoris recedere, ubi expedit pupillo.*
12 *Inueutarij confectio quare hæredi remittatur in præiudicium etiam legatarij.*
13 *Dolus præsumptus etiam de futuro quando remitti possit.*

¶ Testator an possit remittere dolum futurum administranti, & hæredem grauare in hoc.

CONSILIVM LXIX.

ISO testõ Ioannis de Desiderijs, in quo inter alia reliquit filijs suis administrationem omnium bonorum ac iurium & capitalium apothecarum & traficorum ipsius testõris vsque ad decennium post mortem suam, & quos liberauit a rõne reddenda, a satisdatione præstanda, & ab inuentarij confectione, prohibens durante d. decennio peti redditionem rõnis, vel inuentarii confectionem a Bonifacio eius nepote ex altero filio præmortuo, & quem Bonifacium grauauit etiam ipse testator ad absoluendum & liberandum a d. administratione prædictorum decem annorum, & a reliquorum præstatione sub pœna priuationis hæreditatis, & prout plenius in d. testõ continet. Vñ vr̃ prima facie dicendum, dictos filios non teneri, nec obligatos esse reddere rõnem dictæ administrationis prædicto Bonifacio, quia sic testõr uoluit, ut ex testamento explicite constat, ac etiam potuit. l. si quis rõnes, & l. cũ ita. de lib. leg. ubi dr̃
1 † ꝙ hr̃s prohibitus petere rõnem administrationis, & illum, q̃ negotia gessit liberare, nõ põt agere contra illum ẽt occasione doli, nec reliqua petere, etiam si hoc non sit expressum, multo ergo magis in casu nostro, in quo fuit Bonifacius spãliter grauatus liberare dictos filios a reliquorum præstatione. Et vbi ẽt simpliciter liberatur quis per testõrem a rõne reddenda, cogat aliqua præstare l. si seruus uetitus. de leg. 1. & l. quidã decedens
2 in prin. de adm. tut. † secus tñ est, quando hr̃s est grauatus liberare, quia talis liberatio hr̃dis q̃ sequitur, dr̃ fieri inter viuos, ꝑpterea & dolus videtur remissus, & reliquorũ præstatio, ut declarat Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de libe. leg. & multo magis quãdo est hr̃s grauatus spãliter liberare a reliquorum præstatione & pro hoc facit, quod uoluit Cy. consulendo, &c. dicens, ꝙ q̃uis liberatus per testõrem a rõne reddenda non dicatur liberatus a dolo & a reliquorum præstatione, ut dictis iuribus, si tamen procedat vlterius testõr, & liberet eum, si apparebit in aliquo eum esse debitorem rõne administrationis, tunc rõne doli uel reliquorum occasionẽ nõ poterit cõueniri, per d. l. si quis rõnes. ubi idem tenet Dy. & Ray. & probatur in d. l. quidam decedens, in prin. cum gl. & de quo etiam per Ale. in consi. 54. 2. uol. Idem ergo quando grauauit hæredẽ liberare a reliquorũ pręstatione. d. l. si quis rõnes, quę isto casu loquitur, & prout etiam in terminis uoluit Ang. in consi. 174. incipien. Circa primum, &c. & in consi. 185. inci. Primelius notarius. isto enim casu, ꝯm eum, non dicitur remissus dolus futurus, qui remitti nõ potuit. l. si unus. §. illud. ff. de pact. sed ꝑteritus, & liberatus quis intelligitur ab administratione præterita, quia liberatio facienda per hæredem, ad quam grauatua, confertur post tempus rõnis iam repetitæ, uel administrationis præteritæ, quod maxime uerum est in casu nostro, ĩ quo grauatur Bonifacius post decẽnium, & administratione iam finita liberare filios, ideo perinde est ac si tempore testamenti pręcessisset administratio, arg. l. in tempus. de hære. insti. Illud etiam videtur esse certissimi iuris, scilicet quod potuit testator remittere confectionem inuentarii dictis filijs administratoribus per l. fin. C. arb. tute. Et quod dicitur esse caput rationis, secundum Bar. post antiquos in l. cum tale. §. 1. de cond. & demõ. Sed præmissis non obstan.
3 contrarium est de iure uerius. Nam clarum est † ꝙ qui administrauit bona alterius, tenetur de iure rationem administrationis reddere. l. 2. de neg. gest. & insti. de oblig. quæ ex quasi cõtractu. §. sicut autem, & d. l. cum tale, §. 1. Quod etiam procedit, si sit simpliciter liberatus a ratione futuræ administrationis, quia ẽt tunc rationem reddere tenet, sed in reddẽdo rationem modus tm̃ uidetur adhibitus, ut. s. ab eo non exigatur culpa leuis uel leuissima, sed de dolo tenetur & lata culpa, quæ dolo comparatur. l. ꝙ Nerua. ff. depo. & propterea ad effectum vt cognoscatur, vtrum sit in dolo vel in culpa lata, tenetur rõnem reddere, vt clare dicit tex. in d. l. cum tale. §. 1. & probatur in l. non solum. §. hæres. & in d. l. si quis rõnes. in prin. de libe. leg. & in l. si seruus vetitus. de leg. 1. & ibi no. omnes. & in d. l. quidã decedẽs. in prin. de admin. tut. Et rõne etiam probatur, nam dicto casu non intelligitur quis liberatus a reliquorum præstatione, ut dicitur in prædictis iuribus. Ergo ad effectũ, de quo supra, tenetur rationem reddere, quia sine ea peruenire non posset ad notitiam reliquorum. l. cum seruus. de condi. & demõ. iuncta gl. in ver. non recte. & ibi per Doc. & maxime Pa. de Cast. & probatur in l. præcedenti. & ibi ẽt per Paulum Castr. ubi habetur, ꝙ ratio redditur ad effectum dictorum reliquorum. Et istud
4 est ea† ratione, quia testator non videtur dolum futurum remisisse, quem etiam non potuisset expresse remittere. l. si unus. §. illud. ff. de pac. ꝯm Doc. in iurib. prægallegatis. Et illud ẽt uoluit Ang. in consi. 102. inci. Testator adultum minorem. & ibi dicit, ꝙ dolus per coniecturas probabitur, ac subdit, ꝙ tenebitur reddere rationem de his, quæ repeiruntur apud eum peruenisse, quia præsumuntur adhuc apud eum extare, nisi probetur consumptio, quæ non præsumitur, cum sit facti. l. nã & si fur. si cer. pet. & l. in bello. §. factæ. de capti. Et idem quoq. uoluit Pa. de Cast. in cons. 371. inci. Ad primum quæsitum, &c. vbi cõcludit, ꝙ non obstante liberatione legata a futura administratione, compelli potest quis ad restituendum quicquid reperitur ad eum peruenisse ex bonis administratis, quia nec a dolo, nec a præstatione reliquorum intelligitur liberatus, sed a scrupulosa inquisitione, & sic a culpa leui tantum. d. l. si seruus uetitus. cum concor. Et etiam subdit, ꝙ pecunia, quæ reperitur ad administrantem peruenisse, præsumitur extare nedum apud eũ, sed etiam apud eius hæredem. l. 1. §. ꝙ penes hæredem. de fideiuss. tutorum. Et sic non potest directo quis a ratione futuræ administrationis liberari quoad effectum, ut de dolo, & ad præstationem reliquorum non teneatur, ita etiam non potest per
5 indirectum, ut contingit, quando testator ulterius procedit legãdo quicquid apparebit deberi ab illo, qui administrauit, uel quando absoluit ab administratione futura, & grauet hærẽdẽ absoluere a præstatione reliquorum, sicut contingit in casu nostro. Nam & isto casu intelligitur solum remissa scrupulosa inquisitio, & culpa leuis, sicut & alio casu per eadem iura. Et ideo hoc ultimo casu cogitur quis rationem reddere, & ob dolum potest condemnari, & ad reliquorum præstationem. Et ita in proprijs terminis nostris determinat Pet. de Anc. in cons. 117. incipien. Casus talis est, &c. In casu enim etiam suo testator habens plures filios reliquit tutores nepotis ex altero filio præmortuo, quos prohibuit rationem administrationis reddere. Et si etiam occasione dictæ tutelæ & administrationis & bonorum dictæ hæreditatis bene uel male gestæ, omissæ uel neglectæ, siue dolo, culpa, uel negligentia, in aliquo teneretur, uel damnaretur, illud totum uel tantundem de suo eisdem tutoribus reliquit iure legati uel institutionis. Et insuper uoluit testator dictum nepotem stare in communione cum dictis suis filijs usq. ad ætatem 25. ann. ꝙ si contrafecerit dictus testator ipsum nepotem damnauit nomine pœnæ in amissione totius suæ

ftae partis dictae hereditatis,&c. Vn, secundum Petrū de Anch. liberatio facta dictis tutorib. non est extēdēda ad ea, quae dolo uel quasi sunt relicta penes ipsos tutores. d.l. non solum. §. fi. & d.l. si quis rationes. in prin. sed solum scrupulosa inquisitio est remissa, vt in iurib. praeall. Nec obst. uerba legati, in quo uidetur relictum id, in quo ipsi tutores damnarentur, quia tale legatum respectu administrationis futurae dolosae, uel respectu reliquorum nihil operatur, tum quia hoc non praesumitur fuisse de mente testatoris, tum quia praestitisset, causam maleficio, ꝙ testator nō potuit facere, quia ius publicum, &c. d.l. quidam decedens. in pri. de admi. tut. Item nec fideicommissum respectu reliquorum in administratione futura operatur, vt in dictis iuribus concluditur. Nec ob. secundum eam d.l. si quis rationes. in fi. ubi probatur, ꝙ reliqua possint relinqui, quia debet intelligi de reliquis administrationis praeteritę & non futurae, ut no. Bar. in d.l. quidam decedens. & in l. Aurelio. §. Caius. de libe. lega. & Doct. in l. cum necessitatem. C. de fideicō. Et ex his infert ipse ꝙ nepos possit petere rationē administrationis respectu doli & reliquorum. Et sic Pet. de Anch. in d. consi. clare determinat, & aperte concludit, ꝙ reliqua futurae administrationis relinqui non possint, & eorum legatum nihil operatur, praesertim ea ratione in proposito, quia daretur materia delinquēdi, cōtra l. conuenire. C. de pact. dota. & idē tenet in effectu Sali. in d.l. cū necessitatē. C. de fideic. ubi gl. 1. vult, ꝙ necessitas reddendae rōnis tutelae futurae remitti non possit, ꝙ esse verū dicebat Dynus, directo, sed per indirectū pōt, puta si ultra liberationē a rōne reddenda addat testor, & quicquid apparuerit deberi ex cā administrationis, tibi lego. per d.l. si quis ratione. Et ita cōsuluit, ut refert Sali. sed ipse tenet hoc casu contrariū, quia secundum eū, hoc consilium est contra d.l. quidā decedens. versi. nec eo nomine, &c. & glo. in l. age. C. de transa. Et hanc partē, secundum eū, tenuit Petr. pro qua

6 dicit ēt cōsuluisse per plures rōnes.† Et primo, ne detur tutori materia delinquēdi. d.l. conuenire. Secundo, ne quis fructum suae malignitatis consequatur. l. pe. C. de lega. Tertio, quia non meretur, qui dolū & fraudē committit. l. si legatarius. de dolo. ergo legatum habere nō dēt, cum fiat ob meritū. l. nec adiecit. ff. pro so. Quarto, quia cū sit futurus debitor haeredis, non dēt defunctus eū posse liberare, sicut nec remittere satisdationē de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri. l. scire oportet. C. ut in pos sess. leg. ubi no. Quinto, quia relictū uidetur quasi in poenā nō patiētis se fraudari, igitur non dēt ualere. l. j. C. de his quae poenae no. Nec ob. secundū Sali. d.l. si quis rōnes, quia loquitur in debito ipsi defuncto ex administratione praeterita, ut patet ex principio illius legis, & prout eam intelligit glo. in l. Aurelio. §. Caius. eo. ti. Et operabitur legatū secundum eū, ut intelligatur remissa scrupulosa inquisitio, per no. per gl. in d.l. quidam decedens. in uerbo, leui culpa. Et cum Sali. transeunt ēt Mod Peru. & alij Mod. in l. cū necessitatē. Et idē tenet quidā D. Franciscus de Crema. in quodā consi. inserto inter consilia Alex. nu. 62. 4. uol. per no. per Bar. in d.l. quidā decedens. & in d. §. Caius. dum dicit, ꝙ praedicta lex, si quis rationes. loquitur, & locum hēt in administrōne praeterita, sed in futura non procedit, ꝙ ibi dicit per d.l. quidā decedēs. Et sic patet, ꝙ Dynus qui in contrarium allegatur, in hoc non bene loquitur, & cuius opi. ēt nō firmat Ale. in d. cōs. 54. 2. uol. nec Ang. in cōs. 185. in fi. Nec ob. ꝙ lega

7 tum reliquorū sit collatū in tempus administrōnis praeteritae, & rōnis iā redditae, ut dicebat Ang. in d. consi. 194. quia cum ut dictum est, nihil operetur, & nō valeat relictū reliquorum ea rōne, vt praebeatur occasio delinquendi secundum praedictos, lex resistit initio, iō sicut nō pōt testōr de pñti illū, qui est administraturus, liberare, ita ēt nō pōt liberationē conferre in tempus administrationis praecedentis, & sic grauare hęredē, ut illum liberet a reliquis, uel ꝙ praestet tantundē. l. minor. ff. de ser. expor. & no. Bar. in l. j. §. nunciatio. de ope. no. nun. & Imo. in d.l. in tēpus. Nec similiter obstat, ꝙ dicat̄ dolus remissus, quando testator nō liberauit, sed grauauit hęredē liberare, ut in casu nostro contingit, tanquam liberatio dicatur tunc facta inter uiuos, secundū Bar. in d. §. Caius. quia loquitur in liberatiōe, quae fit ab administratiōe praeterita, ut clare cōstat ex uerbis eius, & nō in futura, quia ēt per cōtractū nō pōt dolus futurus remitti. d.l. si

8 unus. §. illud. ideo ēt non uidetur in dubio remissus. Et† de dolo dicitur cōstare eo ipso, ꝙ nō restituit quis, ꝙ ad eū peruenit, nisi probet̄ cōsumptio, uel distributio. l. dolus. ff. mand. & l. 1. §. an in pupillum, iuncto. §. est apud Iulianum. ff. de po. Et vult ēt hoc Bal. & Imo. in d.l. si seruus uetitus, qui dīt, ꝙ dolus est nō restituere reliqua. Et similiter dolus probatur eo ipso, ꝙ liber rōnum non reperitur confectus, qđ apparet, quia contra eum iuratur in litē. l. 1. §. officio. iun. gl. in verbo, tenebitur. de tute. & rat. distrah. & probatur in l. tutor qui repertorium. in prin. de admi. tut. qđ non fit, nisi ob dolum, non autē propter culpam

9 etiam latam. l. in actionibus. & ibi notatur, de in litem iurā.† Et quamuis remissa sit per testatorem cōfectio inuentarii, nō est tñ remissa confectio libri rōnis, q̄ etiam in dubio remissa non vr̄, quamuis noluerit testator, ꝙ rō reddatur, quia rōnis redditio non est remissa simpl̄r, nec ēt remitti potuit propter dolū, & reliquorum praestationem, occasione quorū pōt peti, ꝙ rō reddatur, quamuis testator cā remisisse uideatur, ut in pręcedēti. fuit probatum. Si ergo eo prętextu potest adhuc ratio administrōnis peti, ergo liber dēt confici. d. §. officio. & aliàs dolus praesumitur, & probatur, vt ibi no. & hoc uoluit Pa. de Ca. in d. consi. 371. dicens, ꝙ ille, cui relicta est liberatio ab administratione futura tenetur reddere rationem, & libros rōnum cōsignare, per iura quae ibi allegat. Et idem uult clarius in consi. 226. incip. Dubitatio vertitur, &c. in fi. ubi uult, quòd teneatur reliqua reddere, & libros ostendere. Si enim lata culpa non intelligitur remissa, quamuis testator uetuerit peti rōnem administrationis, secundum Bal. Ang. & Imo. in d.l. si seruus uetitus. & Bal. in d.l. cum necessitatem, quae potuit lata culpa expresse remitti, ut probatur in l. contractus. de reg. iur. & notat expresse Dy. in r̄l, contractus. eo. ti. lib. 6. multo minus dolus iste, qui praesumitur ex omissione cōfectionis librorum, videtur remissus, quia plus aggrauat & nocet, quam culpa, qm̄, ut dixi, pro dolo praesumpto, & non pro lata defertur iuramentum in litē. Sub generalitate igitur uerborum ipsius testatoris non includitur remissio doli, nedum veri, sed nec etiam praesumpti. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. per quem textum in specie ita uult Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. pro socio. circa vlt. chartam. uer. q̄rō nunquid possit renunciari, &c. quem sequitur do. Ant. in c. Quinta uallis. de iureiur. in 7. memb. & alii, de quib. ibi per eū, & quos etiam late ibi refert Imól. in ultimus chartis in quarto casu. Quinimmo uidetur ꝙ expresse remitti non possit ꝑ hominem dicta librórum confectio, quia per hoc inuitaretur administrator ad delinquendum, contra d.l. conuenire. & d. §. il-

10 lud. Nec obstat † ꝙ in casu nostro remissa sit & remitti poterit confectio inuentarii. d.l. fi. C. arb. tute. & per Bar. & Doc. in l. nemo potest. de leg. j. quia potest esse, ꝙ nepoti minori expedit, ꝙ confectio inuentarij omittatur, ne paupertas detegatur, uel secreta patrimonii pandátur l. 2. C. qñ & quib. quar. pars de be. lib. 10. & l. 2. C. de ali. pup. praesta. & probatur in d.l. tutor, qui repertorium. & ibi Bar. & per eum in d.l. nemo potest, & ꝑ Io. And. in add. Spe. in tit. de tuto. §. generaliter. uer. hoc autem notandum, &c. & ideo lex praesumit, ꝙ pr̄ ex iusta cā prohibuerit confectionem inuentarij, & ad utilitatem filii, pro quo solet bonum consilium capere. l. nec in ea. §. j. de adult. & facit. l. si pupillorum. §. si pater. de rebus eor. & l. pen. de cura. furio.

11 † Praeterea ubi iudex uideret minori non expedire, potest a ꝓuisione testatoris recedere. l. utilitatem. & l. in confirmando. de confir. tuto. & per doc. in locis praeallegatis. Et sic per iudicem potest remoueri omnis occasio delinquendi. Sed aliud est in libro rationum, qui potest tm̄ prodesse, & nullo modo obesse, quia per illum paupertas nō detegitur, nec secreta patrimonij panduntur, sed de receptis & expēsis scriptura priuata & secre

12 to sine testibus conficitur.† Et per hoc etiam respondetur ad aliud, quod confectio inuentarii possit remitti haeredi in praeiudicium legatarii, secundum Pau. de Cast. & Ale. in d. l. nemo potest. & Bal. in d.l. cum tale. §. j. quia potest interesse testatoris & haeredis repraesentantis illum, & cuius contemplatione & fauore fit dictum inuentarium. l. fi. §. cum igitur. C. de iure delib. ꝙ non pandantur uires & secreta patrimonii, quę ratio cessat in casu nostro. Et ista est melior ratio, quam illa, quae assignat̄ per Paulum de Cast. in d.l. nemo potest. dum dicit, ꝙ sicut potest testator non legare, ita potest dicto modo legatum moderare, qm̄ hoc uidetur contra nota. in l. j. C. de usufr. ubi hr̄, ꝙ non potest testator remittere cautionem utendi & fruendi, ne quis inuitetur ad delinquendum, & tamen potuit haeredē, cui

13 venit praestāda cautio, priuare proprietate illius rei.† Nec ob.

prae-

præmissis, ꝙ dolus præsumptus remitti possit. ſm D. Antoniũ in c. fraternitatis. de testibus. dum concludit, ꝙ inter partes pôt conueniri, ꝙ testes producantur post dicta testificata, quamuis subsit timor subornationis, & uideatur dolus præsumptus de futuro remitti, quia hoc non reperitur prohibitum, solum prohibetur remissio veri doli. d. §. illud. & d. l. conuenire, quia hoc negari pôt, & contrarium tenet Pau. de Ca. in d. §. illud. Vel dato ꝙ hoc sit uerum, illud procedit, qñ ille, cuius fauore dolus præsumitur, illum remittit, quia ille suo fauori potest renũciare, & eius consensus facit præsumptionem iuris cessare, sed remitti non potest per defunctum in hæredis præiudiciũ, vt colligitur aperte ex notatis per gl. in d. l. 1 C. de vsufr. dum vult, ꝙ hæres possit remittere cautionem vtendi & fruendi, quia pôt suo fauori renunciare, & per defunctum non possit fieri remissio, ne detur delinquendi occasio. Eadem ratione ergo non potuit auus in præiudicium nepotis librum rõnum remittere, q̃a hoc continet remissionem doli præsumpti, & quia per eum daretur materia delinquendi. Et sicut hac rõne nõ pôt fieri remissio reliquorum, ut superius dictum est, ita non posset remitti confectio librorum, per quos peruenitur ad notitiam reliquorum, quia prohibito uno, intelligitur etiam prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud. l. oratio. de sponsalibus. Et ubi etiam remitti posset librorum confectio, & sic dolus præsumptus, in dubio tamen non præsumitur remissus, d. §. Lucius & per Bart. in d. §. arbitrorum. Concluditur ergo, ꝙ iste nepos absque metu pœnæ potest petere reddi sibi rõnẽ administrationis, ad effectum vt intelligatur, an patrui fuerint in dolo vel lata culpa, & ad effectum, ut consequatur reliqua, a quibus non tenẽt patruos liberare, quia in hoc non potuit ab auo grauari, ut per prædicta clare colligitur. Laus Deo.

¶ Legatum factum filijs quondam Titii an valeat, si Titius uiuit. Et an ualeat legatum de eo, quod testatori debetur, si nihil debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quondam, habet significatum trium temporum, sicut dictio olim, nisi materia subiecta aliud suadeat, ideo ualet instrumentum licet in eo dicatur, Titius olim Semproy, et uiuat Sempronius. & nu. 10. & 12.*

2 *Legatum falsa demonstratio non uitiat. & nu. 13.*

3 *Legatum si creditoribus sit factum, compensatio solum fit quo ad concurrentem quantitatem, & non ultra, etiam si simpliciter legatum acceptetur.*

4 *Testator potest uni legare, alteri tamen prospiciens.*

5 *Legatum creditoribus factum quando censeatur animo compensandi.*

6 *Legatum debitori factum, qui debitor non est, non ualet, idem si legetur quod Titius debet, & ipse non sit debitor.*

7 *Legatum factum Titio de eo, quod sibi non debetur per testatorẽ licet non debeatur, quare ualeat.*

8 *Dictio ad, facit modum, qui utilitatem tertij respiciens inducit causam finalem, qua falsa existente uitiat relictum.*

9 *Verba, nisi, si, & quando, num faciant conditionem.*
Modus dicitur conditionem facere, quando testator uult prius ad impleri, id quod per modum expressum est.

10 *Conditio impossibilis ignoranter a testatore adiecta uitiat legatum.*

11 *Hæres promittens de facto suo, tenetur etiam de facto defuncti.*
Dictio, olim, subauditur in instrumento, ne uitietur, nisi subiecta materia aliud suadeat.

CONSILIVM LXX.

VISO ac perlecto testõ d. Ludouici de Faba, & præsertim legato de ducatis quatuor millibus relicto Francisco, & Petro fratribus filiis quon. Hieronymi de Freschobaldis de Florentia, uĩ prima facie dicendum, ꝙ licet d. Hieronymus uiueret tpe testamenti, ꝙ nihilo minus illa verba instrumẽti, videlicet filiis
1 quon. Hieronymi, & c. possint uerificari, † quia illa dictio quõdam, tria tempora significat præteritũ. s. pñs, & futurũ, ut not. in l. nec emptio. de contrah. emp. Et per hoc Barto. cũ quo alij transeunt in l. j. §. j. de ope. nõ. nun. dicit, sustinuisse instrumentum, in quo notarius dixerat, Titius olim Sempronij, & c. & rñ pater eius adhuc uiuebat, nã instrumẽtũ stare pôt, quia dictio, olim, ẽt tempus pñs significat, ſm eum, & idẽ tenẽt Ant. de Butr. & Imo. in c. ex parte. de for. cõpe. & in c. cum olim. de off. de le. Pari ergo ratione & in casu nostro illa dictio, quondã, quæ non differt in hoc a verba olim, vt no. in d. l. nec emptio. debet pñs tempus significare, & sic ꝙ legatum dicatur factum filijs
2 Hieronymi viuentis, & superexistentis. † Et vbi etiam dictio, quondam, caperetur in præteritum & sic importaret, Hieronymum tempore testi esse mortuum, adhuc tñ legatũ non vitiaretur, licet hoc non esset verum, quia falsa demonstrõ non vitiat legatum. l. demonstratio falsa. in princi. de condi. & demonstr. Ex quo sequitur, quod si d. Hieronymus reperiatur creditor hæredum dicti testatoris, ipse poterit petere creditum suum statim, & quòd etiam prędicti eius filij legatum eis factum calculatis & saldatis rationibus cum Alexandro fratre ipsius testatoris, de his omnibus, quæ d. Alexander agere habuit tam citra quam ultra montes cum dictis de Freschobaldis. Et vbi prædicti reperiantur creditores dom. Alexandri ultra dictam quantitatem legatam, petere non erunt prohibiti illud super-
3 fluum, † quia quãuis legatum eis factum dicatur relictum animo compensandi cum eo, in quo Alexander erat debitor, tamẽ videtur actũ, ꝙ compensatio solum habeat locum vsq. ad concurrentẽ quantitatẽ, & non pro toto, & iõ quamuis dicti legatarij simpliciter legatum acceptarent, tamen in residuo sibi nõ præiudicarent, vt probatur in l. Titia. §. qui in uita. de leg. 2. cũ glo. & in l. pen. §. j. de alim. & ciba. lega. Et hoc ẽt vult Imo. in l. creditorem. de leg. 2. & Pau. de Cas. in lect. Bononiensi allegat Imolam. l. ciuitatib. §. si. cum gl. de leg. j. & idem etiam vult Pa. de Ca. & Alex. in l. si compensandi. C. de hæred. instit. Sed præmissis nõ o bstã. aliter & alio modo concludendum puto. Nã vt ex tenore testamenti apparet, quamuis uerba dirigantur ad filios d. Hieronymi, tamẽ intentio testõris fuit prouidere principaliter d. Alexandro, & ꝙ ad eius commodum cederet legatũ
4 † sicut & aliàs plerumq. contingit, ꝙ testator vni legauit, & ꝙ alteri prospicere uoluit, vt est textus notabilis in l. fideicommissa. §. interdum. de leg. 3. Et ꝙ ita sit tenor testamenti ostẽdit, in quo dicitur, idem dictus testator iure legati reliquit Francisco & Petro fratribus filijs quon. Hieronymi de Freschobaldis de Florentia quatuor millia ducatorum auri ad bonum computum iurium, rerum, & rationum quæ & quas dicti de Freschobaldis & Alex. frater ipsius testatoris agere & negotiari habuerunt & hñt vicissim & inter se, & ad beneficium, commodum, & vtilitatem ipsius Alexandri, & ad computum iurium, quæ ipse vltra & citra montes & in omni loco, & satis enim constat cla-
5 rè ex† verbis præmissis, ꝙ legatum hoc factum fuit animo liberandi dictum Alexandrũ saltem pro concurrenti quantitate ab eo, in quo reperiretur debitor illorum de Freschobaldis, & seu animo compensandi cũ eo, ꝙ d. Alexander fuisset eorum debitor, quia aliàs legatum hoc dici non posset factũ ad vtilitatem, commodum, & beneficiũ d. Alexandri, prout uoluit testator. Et probatur quia si dicatur, lego pro dote, perinde est ac si dictum fuisset, lego animo cõpẽsandi cum dote. l. vnica. §. primũ. & ibi no. Bal. C. de rei vxo. actio. & Alex. in l. huiusmodi. §. cum pater. de lega. j. qui etiam ad hoc allegat. l. Titia. §. qui in uita. de leg. 2. multo ergo magis in casu nostro dicendum est, ꝙ voluerit testator legatum hoc compensari cum eo ꝙ ipsis legatarijs Alexander erat debitor, & prout colligitur ex verbis sequentibus, & de quibus inferius. Quia ergo voluit testator fieri dictã compensationem, & ea mediante Alexandrũ liberari, dubium remanet, vtrũ valeat legatum, cũ præsupponatur, ꝙ Alexãder non esset tẽpore testi in aliquo debitor prædictorum, quia cũ illis aliquid nunquam agere habuit, sed solum cum eorum patre, qui tunc viuebat. Et ꝙ valeat, ꝓbari videtur per tex. in l. si sic. in prin. de le. 1. dum ibi dicitur, ꝙ si lego Titio centum, quę debeo, legatum valet, licet nihil ei deberetur. Et hoc ſm Bar. cũ quantitas est certa, ideo nocet demonstratio falsa, quæ rõ uidetur locũ habere in casu nostro, in quo certa quantitas fuit legata pro eo, ꝙ Alexander frater testatoris dẽt. Sed tamen contra-
6 rium arbitror verius, & sic† ꝙ legatũ sit nullũ ꝑ textum in d. l. si sic. in prin. dum ibi dicitur, ꝙ si lego Titio centũ, quę mihi debet, ꝙ legatũ non valet, si nihil debeat. Et ea rõne, secundũ Bartolum

solum & alios, ibi, quia cũ legauerim Titio certam quantitatẽ tanquã debitori, videor ei voluisse legare liberationẽ. Cũ ergo non inueniatur debitor, liberatio nõ põt sequi, & sic deficit res & substãtia rei legatæ, iõ falsa demonstrõ, per quam substantia legati perit, vitiat. Et eadẽ rõne qñ lego centum, quæ mihi Titius dẽt, non valet legatũ, si Titius nihil debeat, vr̃ tunc testator voluisse legare actionem cõtra Titium, quæ non inuenitur in rerum natura. Et sic cũ res legata, hoc est, ipsa actio non reperiatur, legatũ perit. Et idẽ ẽt vult Bar. in l. demonstratio falsa. ĩ prin. de cond. & demonstr. Idem est ergo dicendum in casu nostro, quia militat eadem rõ, quoniã vt dictum ẽ testator voluit Alexandrum liberare a legatarijs & cõpensationem inducere. Cũ igitur reperiatur, ꝙ non fuerit debitor, non põt habere locum liberatio, neq. cõpensatio, iõ legatum non valet, quia deficit substantia rei legatæ. Nec obstat tex. in d. l. si sic. In alio casu
7 allegato in contrariũ, † quia quando quis legat certam quantitatem, quam debet, dici non põt, ꝙ voluerit legare liberationẽ, quia legatum liberationis reperiretur factum hæredi, ꝙ valere nõ potuit, quia hr̃di a seipso legari non põt. l. qui filiab. §. fi. cũ l. seq. & l. planè. §. si duob. de leg. j. Iõ si testõr nihil dẽt, legatum valet, quia quantitatẽ, & nõ liberationẽ vr̃ legare voluisse, sed ẽ secus, qñ legat testõr Titio certã quãtitatẽ, quã sibi dẽt, quia ei potuit liberatio legari, si verè debitor fuisset, iõ in dubio illam ꝑsumitur legare uoluisse. Et idẽ qñ legat Sẽpronio, ꝙ tertius, puta Titius, dẽt, vel qñ legat aĩo cõpensandi cum eo, ꝙ dẽt Titius, vt in casu nostro, quia tunc ẽt Titio vr̃ voluisse liberationẽ legare, vel cõpẽsare voluisse, & quã relinquere vel habere locũ potuisset, si Titius vere debitor fuisset. Et iõ si non inueniatur debitor, legatum est nullum, quia substantia rei legatæ non reperitur extare. & hoc præsertim est verum, quãdo testõr ignorauit debitum non subesse, ẜm Pet. & Alex. in d. l. si sic. & ꝓut de ignorantia testatoris in casu nostro constat satis, qui legauit Petro & Francisco filijs quondam Hieronymi, & c. Ex quo verbo quondam, probatur, ꝙ credebat Hieronymum eẽ mortuum cuius Alexander debitor esse poterat, quia cum illo ĩ multis negotiatus fuerat, & cõsequẽter ꝙ remansisset debitor filiorum & hæredum dicti Hieronymi. Secundo ista opinio confirmatur. Nam testator ꝑdictis legauit dictam quantitatem ad bonum computum iurium, & c. illa. n. dictio, ad, facit modũ. l. qui
8 bus† diebus. §. Termilius. de cond. & demon. & ibi Bart. Et iste modus respicit commodum tertij. i. Alexandri, quia ad utilitatẽ suam fuit appositus, vt colligitur ex verbis illis sequentibus. s. ad beneficium commodum, & utilitatem ipsius Alexandri, & ad computum suum, & c. Talis ergo modus ad vtilitatem Alexãdri appositus dicitur continere causam finalem. l. Titio cẽtum, in prin. & ibi Bar. & Doc. de cond. & demon. & per Bart. in l. 2. §. fi. de dona. Quia ergo dicta causa finalis est falsa, cum non sit debitor, & quia cum legatarijs nihil gessit ad computum Alexandri & rationum, per legatarios non potest opponi, ideo legatum uitiatur propter dictã falsam finalẽ causam. l. 1. C. de falsa causa adie. leg. & ibi per Doct. & per Bart. in l. demonstratio falsa. §. 1. de cond, & demõ. ver. tertio modo, & c. in fi. d. ver. dum allegat d. l. 1. Tertio, ꝙ legatum non ualeat, alia ratione probatur. Testator, enim legauit dictam quantitatem prædictis filijs Alexandri, hac tamẽ lege, ꝙ primo & antequam soluatur, aut petatur, aut peti possit huiusmodi legatum, dicti de Frescobaldis & Alexander sint & esse debeant in bona concordia & cõpositione, saldo, & calculo omnium eorum iurium, & rationum, & rerum, quas & quæ agere & negotiari habuerunt & habent ad inuicem in omni loco, & non aliter uel alio modo petatur, vel debeatur hoc legatum in totum uel in partem., nisi si & quando erunt in concordia, saldo & compositione ipsi de Freschobaldis cum dicto Alexan. saldatis omnibus computis,
9 & c. nam illa uerba, † nisi, si, & quando, faciunt conditionem, maximè dictio, si, ut notatur in l. qui promisit. de condict. indeb. & probatur in l. si Titio. quando dies leg. ced. & per Barto. & alios, in l. 1. de cond. & demonst. & similiter illi ablatiui, scilicet saldatis omnibus computis, absolute positi faciunt conditionem. l. a testatore. de condit. & demonstr. & vbi etiam verba sui natura modum importarent, quia tamen testator uoluit prius impleri id, quod per talia uerba importatur, quam legatarius emolumentum consequeretur, vt patet ex illis uerbis. & non aliter uel alio modo petatur uel debeatur, & c. Ideo facerent conditionem. le. Thais ancilla. §. Stichus, de fideicom. lib. & per Bar. in d. §. Termilius. Verum quia est impossibile, ꝙ computatio rationum sequatur, & ꝙ post illam essent in concordia de his, quæ simul fuissent negotiati, quia, ut dictum est, aliquod negotium inter eos retro fuerat gestum. l. decem. de verb. obl. & l. manumissiones. de iusti. & iure. Et consequenter legatum dicitur factum sub impossibili conditione. Et quam-
10 uis conditio † impossibilis non soleat uitiare legatum, sed vitiari. l. 1. de condit. instit. illud tamen est uerum, quando testõr sciebat illam esse impossibilem, sed si ignorabat impossibilitatem testator, tunc legatum impossibilis conditio uitiat, ut est tex. no. Bar. & omnes in l. seruo manumisso. de cond. indeb. ꝙ autem testator isto casu crediderit conditionem eẽ impossibilem, & per consequens ꝙ ignorauerit impossibilitatem, ꝓbatur ex illo uerbo, quondam Hieronymi, ex quo declaratur, ꝙ testator credidit, Hieronymum fuisse mortuum, quia dictio, quondam, & olim, ex propria significatione important tẽpus præteritum, ut probatur in c. cum contra. de pig. & ibi no. Doct. & maxime Im. & in c. cum olim. de off. deleg. & Ale. in d. l. 1. §. j. de ope. no. nunc. qui etiam allegat ad hoc Iacobũ Butrig. in l. cum aliquis. C. de iure delib. & Albe. de Rosate in suo diction. in ver. olim, in quibus locis dñt prædicti, ꝙ si in instrõ dicatur, Titius quondam Petri, uñr partes, quę fuerut pñtes, affirmare Petrum esse mortuum. Nec obstat, si forte dicatur, ꝙ etiam Hieronymo mortuo, ut testator putauit, adhuc dicta cõditio impossibilis fuit, cum nihil fuerit inter legatarios gestum & Alexandrum ante mortem uel post mortem d. Hieronymi, super quib. cadere posset redditio rõnis, & cõputatio posita in cõdõne, quia, & si nihil gestum fuerit cum prædictis ẜm ueritatem, si tamen tunc fuisset Hieronymus mortuus, cum quo Alexander negotiauerat, dici potuisset recte, ꝙ negotiatus fuisset cum dictis filiis & hæredib. Hieronymi, cuius factũ reputatur
11 factũ hr̃dis, sed † & factũ hr̃dis dici põt, adeo ꝙ si hæres ꝑmittit de facto suo, tenetur ẽt de facto defuncti, ẜm glossam nota. in l. seruus. in princ. de condi. furti. & illã notat ibi Bar. & Bal. in c. j. in fi. qui succes. tene. & Ale. in l. stipulatio ista. in prin. de verb. obl. in secundo notab. in fi. Nec etiam obstant alia in cõtrarium allegata. Et primo dum dicitur, ꝙ dictio, quondam, significat ẽt tp̃s pñs, & ꝙ uerificari potest, ẽt si Hieronymus viuebat tpe testi, quia quãuis pp hoc instrumentũ posset sustineri ꝑ no. ꝑ Bar. in d. l. j. §. j. de ope. no. nun. tamen non fuit intẽtio testatoris loqui de pñti, sed de præterito, prout colligitur ex sequentib. ex quib. sua intentio declaratur. l. qui filiab. in prin. & in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. Cum. n. dicat testator velle, ꝙ quantitas relicta ponatur ad cõputum suum, & ꝙ prius videantur & calculentur rõnes inter legatarios & Alexandrum de his, quæ insimul, & in oĩ loco fuerunt negotiati, ex his demonstratur, ꝙ credidit Hieronymum esse mortuum, quia aliter prædicta non poterant adimpleri, per ea, quæ superius dicta sunt. Et pro hoc, quod uult Bal. in l. cũ acutissimi. C. de fi-
12 deicom. dicens, ꝙ † licet si in instrumento dicat̃, Titius filius Sẽpronii, non uitietur instrumentũ, si Sẽpronius sit mortuus, quia subauditur dictio, olim, ut notatur in l. eius q in prouincia. si cer. pe. & prout uult Ant. de Bu. in c. ex parte. de for. cõp. hoc tamen limitatur, nisi rõ subiectæ materiæ aliud suadeat, puta si statutum dicat, ꝙ filius bãniti non possit stare in ciuitate, quia intelligitur de filio banniti uiuentis, & non mortui, quia finita cã odii finitur odium. l. Titia. §. vsuras. de leg. 2. Sic igitur & in proposito, rõne subiectæ materiæ dictio, quõdam, signat Hieronymum eẽ mortuum. Et ubi etiam in illo viuo posset intelligi, tamen adhuc legatum non valeret, ꝑsertim ex prima & secunda rõne, q̃ tunc habere põt locum. Non obstat dũ dicitur
13 † ꝙ falsa demonstratio, non vitiat. d. l. demonstratio falsa. quia fallit, quando faciat deficere substantiam rei legatæ, prout facit isto casu, ẜm Bar. in d. l. demonstratio. & in d. l. si sic. ĩ prin. Præterea ubi ex hoc capite legatum non esset nullum, tamen non ualeret, quia factũ reperitur ex cã falsa, & fi. d. l. 1. C. de falsa cã, ad. leg. & quia factũ fuit sub conditione impossibili, quam testator ignorauit eẽ impossibilẽ. d. l. seruo manumisso. de cond. indeb. Et quo legato existente nullo, cessant omnia alia, q̃ pro parte contraria deducuntur, quæ possent esse in consideratione, quando legatum esset ualidum. Laus Deo.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum de reb. ad alicuius usum paratis, comprehendit ea quæ sunt proprij usus non communia.*
2 *Mistum quando comprehendatur sub simplici in legatis et in alia materia fauorabili. & nu. 5.*
3 *Aditus ad petiam terræ demonstrat, cui illa cedat an possessioni, uel domui, per quam aditus ad eam habetur. & nu. 7.*
4 *Solum dicitur maxima pars rei & principalior, cui domus cedit & uites & arbores, & illud est in consideratione, dato quod ex eo nihil percipiatur.*
6 *Seruitus constituta uineis magis ad solum, quam ad superficiem pertinet.*
7 *Solo cedit omnis superficies, etiam eo pretiosior.*
8 *Legati fundi pars si a testatore sit alteri fundo destinata, censetur legatum ademptum. & nu. 12.*
9 *Rei simpliciter facta mentio totam rem comprehendit.*
10 *Indefinita prolata a testibus uniuersali non æquipollet, sed in duobus uerificatur.*
11 *Legatum si fiat expresso nomine fundi non dicitur indefinitum sed particulare.*
12 *Destinatio nihil operatur, quando res destinata legatur.*
12 *Inter dominum & colonum dicitur contracta societas, quæ morte finitur.*
14 *Colonus dicitur domesticus, ideo non est integer testis.*
15 *Testi non deponenti uerisimilia plene non creditur.*
16 *Frater faciens quid in re fratris, censetur iure familiaritatis facere.*
17 *Diuisio facta gratia commodioris culturæ non operatur, quin illæ res non contineantur sub legato possessionis laboratæ a tali colono.*
18 *Verba inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

¶ Legatum factum de possessionibus & de omnibus ad eas spectantibus, quæ de præsenti laborantur a tali uillico, an comprehendat petiam in terræ, quam dictus uillicus quo ad vires non laborat. Et an ueniant aliæ terræ existentes sub eorundem laboratura.

CONSILIVM LXXI.

CIRCA processum agitatum inter Isachinum de casa noua ex una, & reas conuentas ex altera, de trib. principaliter quæritur, & dubitatur. Et primo an sub legato possessionis facto Antonio & filiis eius cum oīb. & singulis ad eā possessionem spectantib. & pertinētib. & tentis eius laboratura de pñti, &c. contineatur & comprehendatur qdā petia terræ noīata, gli ca sali di casa. Et uidetur prima facie dicendum, ꝙ non, quia quāuis eēt sub cura eiusdem uillici & coloni partiarij quo ad segetes, & respectu soli, tamen quo ad uites non erat sub cura eiusdem, quia uites colebantur proprijs expensis ipsius testatoris, & ad eius commodum tantum per alios operarios eiusdem, & sic non erat picta petia terræ simpliciter sub laboratiua eiusdē possessionis, secundum quid, id est, quo ad solū duntaxat, ergo non uenit in legato facto de omnibus & singulis ad eam spectantibus & pertinentibus & tentis sub eius laboratura de præsenti, ut uidetur esse casus in l. legatis. de leg. 2. & in l. hoc legatum. de leg. 3. & in l. Quintus, in prin. de aur. & arg. leg. ubi ha
1 betur † ꝙ si legatur uxori causa eius parata, ꝙ uenire uidentur q̄ sunt parata gratia eius proprii usus, & non communia, vel q̄ sunt ad usum promiscuum eius & mariti. Et dicit Bald. in l. j. in ult. quæstione, de statu hom. quod si legat quis eius utensilia, non ueniunt communia, quia unum ex simplicibus, id est alterum extremum non continet mistum, per dictam l. hoc legatū. Et idem uult Roma. & Alexand. in l. 2. in princip. de uer. oblig.
2 ubi dicunt † quod licet in legatis contineatur mistum sub simplicibus, hoc tamen est uerum, quando de utroque simplici est facta mentio. l. Titiæ textores. de leg. j. Secus si de altero simplici tantum sit facta mentio, per dictam l. hoc legatum. Ergo in casu nostro non debet hæc petia terræ, quæ non est simpliciter sub laboratiua possessionis legatæ: sed quo ad quid tantum uenire in legato, quia quo ad laboraturam concurrit, quædam mistura, quæ non uenit sub altero simplici, de quo solo est facta mentio, per dicta iura. Alia etiam ratiōe uidetur quod di-
3 cta petia terræ non cedat legato possessionis, † quia probatum est, quod ad eam aditus erat per curtile domus deputatæ ad vsum ipsius testatoris, & quod illi erat contigua, & quæ domus separata erat ab ipsa possessione, ideo censetur esse potius pars illius domus, quam ipsius possessionis. l. prædijs. §. balneas. & ibi per Bar. de leg. 3. & l. arbor. §. de uestibulo. ff. commu. diui. & no. in l. Olympico. de serui. urb. præd. Sed præmissis non ob. contrarium arbitror uerius, quoniā cōstat & probatum est, ꝙ solum dictæ petiæ terræ erat sub laboratura dictæ possessionis, & hoc satis est, ad hoc ut cedat legato facto de dicta possessione cum omnibus & singulis ad dictam spectantibus, & pertinētibus & tentis sub eius laboratura de præsenti, &c. quia solum,
4 quod est sub laboratura prædicta est principalior, † & maxima pars dictæ rei. leg. cum res. §. aream. de solutio. & declarat Bar. in l. peculium. §. quadrigæ. de leg. 2. vbi dicit, ꝙ solū est pars potentissima. & propterea legata domo, & combusta debetur area. l. si grege. in fi. de le. 1. quia solum, ꝙ remansit, est pars principalior domus, quoniam ei superficies cedit. l. obligationum fere. §. placet. de act. & oblig. & similiter uites, & arbores cedūt solo. insti. de rer. diuisi. §. si Titius. & §. qua ratione. & ff. eod. ti. l. adeo. §. fi. Quamuis. n. prædicta petia terræ simpliciter & absolute non sit sub laboratura dictæ possessionis, satis tamen est, ꝙ principalior pars eius hoc est, solum sit sub cura eiusdem vil
5 lici. † Quia de vno simplici fit mentio, puta de rebus contentis sub laboratura possessionis legatæ, continetur etiam mistum, ꝙ de illo simplici magis participat, & consequenter res, quæ respectu soli, & sic partis principalioris & potentissimæ, ad laboraturam dictæ possessionis pertinet, licet quoad superficiē ad illam non spectet. l. quæritur hermaphroditum. de sta. homi. & notat Ro. & Alex. in d. l. 2. in prin. de verb. obl. & præcipue hoc locum habet in materia fauorabili, & sic in legatis. l. in testamētis. de reg. iur. ut probatur etiam ex no. per Io. And. in c. statutum. de electio. lib. 6. ubi dicit per illum tex. cum ibi no. ꝙ appellatione ecclesiarum parochialium non ueniunt ecclesiæ parochiales collegiatæ, in materia stricta, quia habent qualitatem collegij supra curam, sed in materia fauorabili comprehenduntur. & per quem tex. dicit Abb. in rub. de maior. & obed. ꝙ appellatione clericorum non comprehenduntur clerici in dignitate constituti, neq; canonici in materia stricta, quia in eis est qualitas, quę non reperitur in clericis simplicibus. Et idem tenet in c. bonæ, el 1. in j. col. de post. præl. quia qualitas altera ipsum simplex. Secus autem si materia sit fauorabilis. Et prædicta confirmantur per tex. in l. certo generi. in prin. de seru. rust. præ
6 di. † vbi probatur, quòd si seruitus cōstituatur uineis, quòd ea magis ad solum, quam ad superficiem pertinet, nisi aliud actum sit, & sic in dubio, secundum Barto. ibi, appellatio uineæ refertur ad solum, & non ad superficiem, & hoc non alia rōne, nisi quia superficies cedit solo accessorie, & solum tanquā pars principalior consideratur, & ideo ad illam intētio dirigitur. Sic ergo & in casu nostro solum & laboratura soli debet esse in cōsideratione, & non ipsa superficies. Et per hæc ad allegata in cōtrarium colligitur responsio clara. Non, enim ob. tex. in d. l. hoc legatum. de leg. 3. cum concor. quia loquitur, quando mistum non participat magis de simplici expresso, quam de alio omisso. Secus autem si de expresso magis participat, d. leg. quæritur hermaphroditum. secūdum Ro. & Alex. in d. l. 2. in prin. de verbo. obl. Nec refragatur ꝙ fructus vineæ sint uberiores, quā fructus soli, quia per hoc non fit, quominus solū dicatur pars principalior, quia omnis superficies cedit solo, quamuis preciosior sit & maioris æstimationis. & precij. d. l. obligationum fere. §. placet. & l. adeo. §. ex diuerso. & §. sequ. de rer. diui. immo si fructus tantum colliguntur ex uinea, & ex solo nihil, ad solum potius quam ad uineam habetur respectus. & l. certo generi. ubi dicitur, & retuli supra. ꝙ in dubio seruitus intelligitur constituta solo, & non vineæ in eo positæ, & ex qua tantum fructus percipiebantur. Sic ergo & in casu nostro debet esse in considratione, sub cuius laboratura sit solū, & non superficies, nec laboratura ipsius. Non ob. insuper, ꝙ ad dictam petiam terræ esset aditus per curtile alterius domus separatæ a dicta possessione legata, per l. prędijs. §. balneas. de leg. 3. quia contrarium procedit, quando illud quod est cōiunctum domus, puta hortus,

erat solū destinatus ad vsum domus, ſm gl. in d. l. Olympico. & Bart. in d. l. prædij. §. quo domū sed in casu nostro principalior pars, hoc est, solū d. petiæ terræ erat destinata ad usum possessionis legatæ, iō non cedit domui, sed d. possessioni. d. l. Olympico. & hoc magis procedit, si aditus ēt per aliū locū fuisset ad d. terrā, ut probatur in d. l. arbor. §. de vestibulo. & per Pau. de Ca. in d. l. Olympico. sed hoc vltimū nō est necessarium. Scđo dubitatur principaliter, utrum pratum denominatum, le uegie cedat legato dictæ possessionis relictæ. Et uidetur similiter pri
8 ma facie dđm ꝙ non, qm̄† per tres testes ad minus probatum est, ꝙ dictū pratum ante mortē & ante testamentum fuit applicatū alteri possessioni magnę, & ei destinatū, igitur uidetur esse pars illius, & non istius legatæ, vt vr̄ esse casus in l. ꝙ in rerū. §. fi. de le. 1. ubi ēt dicitur, ꝙ si post testamentum & legatū iam factū testōr detraxisset illud a fundo legato, & illud alteri fundo adiecisset, ꝙ id, ꝙ alteri destinatum est, videtur esse adēptū, quia sola destinatione, ēt fundorū noīa & domus nō natura cōstituuntur. Nec ob. ꝙ Leonellus, & Santolinus dicant, ꝙ testōr promiserit cosignare pratū simpliciter, & sic nō deponāt de toto, prout deponit Frācīscus, quia per hoc nulla inter dictos te-
9 stes uidetur eē cōtrarietas, vel repugnantia.† Quia ꝓmissio de cōsignādo prato simpliciter, de qua deponūt prædicti, intelligitur de toto, quāuis hoc nō fuerit expresſū, sicut uidemus, ꝙ ille, qui petit rē in libello, intelligitur totā petere. Et similiter iudex, qui pronunciat rē esse meā, nō dr̄ obscure pronūciare, q̄a videtur de tota re pronunciasse, ut probatur in l. si rē. in pri. de rei vēd. cū ibi no. & in l. de pupillo. §. qui nūciat. de oper. no. nūcia. & utrobiq; not. Bar. & traditur in l. Pōponius. §. sed & his. de procuratorib. quicquid ibi dicat gl. & per Dynum & Bar. in d. l. legatis. de leg. 2. Et in terminis hoc ēt vult Are. in cōs. 103. vers. circa ſm dico breuiter &c. vbi cōcludit, quòd si testes deponant vidisse posideri talē rē, licet non dicant totā, ꝙ nihilo minus probant, quia intelliguntur de tota re deponere. Et cum eo transit Soc. in l. si quis cū totum. in prin. de excep. rei iud. vbi ēt rn̄det ad no. per Inn. & alios, in c. auditis. de præsc. dū di-
10 cit,† ꝙ indefinita prolata a teste, nō æquipollet uniuersali, sed uerificatur in duob. l. inter illam. in prin. de ver. sig. Et idē si exprimatur in instrumento, ſm Pe. de Anc. & Im. in c. quanto. de his quæ fiūt a maio. parte Capit. & Ale. in l. eescriptum. in prin.
11 de pactis.† quia ſm Socinū, quando fit mentio de fundo expresso noīe, sicut in casu nostro, oratio nō dicitur indefinita, sed particularis, scđm Bar. in l. si plurib. in prin. & in l. si ita scriptū. de leg. 2. iō scđm Soc. prædicta nō faciunt ad qōnē nostrā. Sed præmissis ēt non obstantib. in hoc quoq; puto contrariū esse uerius de iure, nā ex positionib. etiā partis aduersę, & ex testib. & præsertim ex dispōne Peregrini clare constat, ꝙ Dominicus testōr locauerat suā possessionē magnā Francisco & fratrib. eo. anno, quo ille decessit, cōferēdo tñ locationē in tp̄s S. Michaelis eiusdē anni, & sic dicta locatio fuit facta ante testm̄ hoc ē de mēse Martij vel Aprilis, prout deponit Santolinus. Ex quo sequitur, ꝙ testōr tp̄e testi, & mortis actualiter non separauerat pratū à possessione legata, & ꝙ similiter illud nō coiūxerat actualiter dictæ possessioni magnæ, sed, ꝙ promiserat & cōuenerat tm̄ de separēdo illud ab area, & de adijciendo illud alteri. Est. n. aliud adijcere, & aliud ꝓmittere de adijciēdo, sicut est aliud vēdere, & aliud pactū facere de vēdēdo. l. i bonæ fidei. & ibi no. de eo ꝙ cer. lo. Cū igitur dicto tp̄e testī pratum esset sub laboratura possessionis legatæ. & a colonis eiusdem teneretur, sub eadē laboratura uenit, & comprehēditur sub uerbis illis legati dictæ possessionis, videlicet cum omnibus & singulis spectantib. et pertinentib. et tentis sub eius laboratura de præsenti, etc. quoniā, vt dixi, uerum est, ꝙ de præsenti pratū ꝑdictū tenebatur sub laboratura dictæ possessionis, sicut etiā sub obligatione bonorum uenit res uendita per debitorem, si adhuc non erat tradita, quia tēpore obligationis adhuc erat sua, licet alteri esset prius obligatus tradere, secundum glo. in l. 1. C. de
12 iur. fisc. in uer. perfectam. li. 10. Nec ob.† ꝙ tempore testī dictū pratū erat destinatū ad aliam possessionē magnā, et ꝙ sufficiat sola destinatio. d. l. ꝙ in rerum. §. fi. de leg. j. quia destinatio non erat pura, sed collata in dictū tēpus S. Michaelis. ideo destinatio ante illud tempus non inducit effectū separationis. le. in tēpus. in prin. de hær. inst. l. eum qui. §. fi. de donationib. īter uirum et uxo. nec de tali destinatione loquitur tex. in d. §. fin. sed de illa, quæ fuit simplex & pura. Nec etiam adueniēte postmodum dicto tempore destinatio potuit effectum sortiri, quia ꝑ legatum factum medio tempore, sub cuius uerbis pratum cōprehenditur, ut dixi, a precedenti destinatione intelligitur esse recessum per testatorem. l. cætera. §. fi. de leg. 1. ubi probatur, & ibi not. Bar. & alii, ꝙ destinatio nihil operatur, quando res destinata legatur. Nec refert, ꝙ testator promisisset dictum pratū dicto Francisco & fratribus, quia cum factum contineret promissio, non potuit ꝑcisè cogi ad factū. l. si quis ab alio. §. fi. de re iud. Nam qua rōne legatum factum de re aliena ualet. l. cum alien. C. de leg. ita etiam ualet legatum de re propria alteri promissa uel debita. Preterea etiam isto casu nihil erat debitum colonis illius possessionis magnæ, quia inter eos & dominū fuit
12 cōtracta societas,† quæ morte domini fuit finita, ſm Bar. Ful. & Pau. de Cast. in l. merces. §. uis maior. ff. loc. ubi concludunt, ꝙ inter dominum & colonum partiarum est contracta quædā societas, ut ibi, & sic inter eos hēt locū pro socio. & ꝑpea dñr, ꝙ illa finitur morte, sicut quælibet alia. l. actione. §. morte. ff. ꝓ soc. & cum Bar. trāsit etiam Ro. in l. filio. §. fi. so. mat. & Abb. in c. propter sterilitatem. de loc. & est communis opi. quicquid dicat Bal. in l. certi. C. loc. & in l. 1. C. de fru. & lit. expen. Quia ergo societas fuit finita morte domini, ex hoc etiam capite destinatio prati, & promissio de assignando pratum pro feralio, nō habuit effectū, quia promissio & destinatio facta fuit contemplatione societatis contractæ in diem, & quæ ante diem fuit finita, & sic ante tempus, hoc est, ante festum S. Michaelis pratū non fuit separatum a possessione legata, nec re ipsa, nec etiam simplici destinatione, quia, ut dictum est, illa non fuit pura, sed collata in dictum tempus. Nec etiam adueniente dicto tp̄e, & quia, ut dixi, ab illa fuit recessum per legatū dicti prati cōprehensi sub legato possessionis, & quia sicut ante tp̄s per mortē testatoris finita fuit societas inter illum & colonum, sic ēt promissio prati facta eidem pro feralio expirauit, quia causa, propter quam fuit facta dicta promissio, s. societatis, finita est, iō cessauit etiā in effectu d. promissio. l. j. §. fi. ff. de cond. sine cau. & consequenter dici nō potest ꝙ aliquid sit detractum possessioni legatæ, & adiectū alteri possessioni, quia dicta detractio facta fuit in diem, & ex certa cā, quæ ante diē fuit finita. & propterea possessio legata remansit integra, & sine dicta detractione. Nec isto casu locum habet d. l. ꝙ in rerum. §. fi. de leg. 1. sed loquitur in destinatione & adiectione simplici, & reali, & qñ habuit effectum unio & adiectio, ita, ꝙ non stetit in suspenso ꝑ appositionem diei, uel condōnis, sed in casu nostro non fuit adiectio, vel destinatio realis, vel in rem, sed fuit quædam obligatio personalis, quia non adiunxit pratū Dominicus ipsi possessioni magnæ sed promisit illud consignare post tempus colono pro feralio: quæ promissio de consignando differt a reali ac puro & simplici augmento, ut probatur ex no. per gl. & Bar. in l. item Mela. §. fi. de alim. & cib. leg. & l. apud Iulianū. §. si quid alicui. de leg. 1. Et idcirco quia cā dictæ promissionis ante diē fuit finita remāsit sine effectu, & sic possessioni legatæ nihil dr̄ eē detractum, nec ī aliquo dr̄ diminuta dicta possessio. Et hæc est efficacissima ratio iudicio meo, & per prædicta ad allegata in contrarium colligitur clara responsio. Nec prædictis ob. ꝙ Franciscus & Peregrinus fratres dicant, ꝙ ante mortem Dñici in executione promissionis & unionis factæ per eum, conduxerant illo anno fenum ad dictam possessionem magnam, & sic ꝙ uideantur probare actualem unionem, quia dicti testes ex
14 plurib. nō sunt idonei, & primo † quia coloni partis aduersæ; quoniam colonus dicitur domesticus, & tanquam talis non dicitur integer. l. ꝑsenti. §. fi. C. de his qui ad ecc. cōfug. et no. Spe. in ti. de test. §. j. uer. item, ꝙ domesticus, &c. et gl. inst. de test. §. in testibus. et Doc. in l. etiam. C. de test. et gl. in c. in literis. eod. ti. Item quia deponunt non uerisimilia, quia, ut etiam ipsi attestantur, erant deputati coloni dictæ possessionis ad festum S. Michaelis proxime uēturum, et in illud tempus erat collata ꝓmissio & unio, unde uerisimile non est, ꝙ habuerit fœnum dicti prati uirtute unionis, vel promissionis, cuius dies adhuc nō uenerat, et quia fœnum illius anni pertinebat ad dominum, et ad colonos alterius possessionis legatæ qui non præsumuntur uoluisse illud donare Francisco. l. cum de indebito. de prob. et l. cum aurum. de sol.† Testi autem non deponenti uerisimilia, non creditur, saltem plene. l. 3. in prin. et l. ob carmen. §. fi. de testibus,

ftib.& declarat Bal.in l.testm̃.C.eo.ti.col.7. & quia etiã in hoc tractãt de se exonerãdo inquãtum dñt, sic factum fuisset pro executione & impleméto promissionis, iõ pp hoc etiam non probant, iuxta no.p Bar.in l.deferre.§.idẽ decreuerũt. de iur.
16 fis. Dicendum est ergo,† ꝙ iure familiaritatis dictum fęnũ ad dictũ locũ conduxerint, cum ad eos,& ad alios fratres eorum, cũ quib.erãt in cõione, fęnũ ptinere.l.qui iure familiaritatis.ff. de ac.pos.& hoc ibi expresse no.Bar.in fratrib.in cõione habi tantib.& ẽt Pa.de Ca.in consi.168.in cã quam magnificus,&c. in 4.col.& tãto magis quia hoc affirmat Sãtolinus eorũ frater, q ẽt deponit, ꝙ etiam post mortẽ Dñici, durãte inter eos cõio ne habuit partẽ fœni dicti prati, & sic probat, ꝙ adhuc eo tpe non erat pratum abdicatum in totum a possessione legata, quã dictus Santolinus colebat. Accedit etiam, quia ipse,& alii testes deponũt, ꝙ usq; ad mortem dicti Domini super coloni dictæ possessionis legatæ tenuerunt dictũ pratũ,& eo vsi sunt, & sic contradicũt pdictis,& his est magis credendũ, quia ex oĩ parte sunt idonei,& quia numero plures iuxta no.in d.l.ob carmen. §.fi.& in c.in nostra.de testib. Et ubi etiam non eẽt inter testes utriusque partis aliqua disparitas, dicti tamen testes actoris essent præferendi tanquam deponentes uerisimiliora, fm oẽs in d.c.in nostra.& per Ale.in l.inter stipulantem.§.1.de verb.obl. Sed dato etiam, ꝙ pratum simpl'r fuit separatum a possessione legata,& alteri realiter unitum & adiectũ, adhuc tñ legato cederet, ut clare probatur ex his, quæ dicentur in sequenti dubio ad quæ, quantum ad hoc, me refero. Circa tertium dubium, uidelicet vtrum duæ petiæ terræ, quę retroactis temporib. fuerũt sub laboratura dictæ possessionis ueniant in legato, ex quo tẽ pore testĩ & mortis inueniuntur separatæ,& aliis locatæ, ut in illis plantaretur uinea. Et uidetur fortassis ꝙ non, per dictam l.quod in rerum.§.fi.& quia testator restrinxit se ad terras, quæ de pñti essent sub dicta laboratura, ergo dẽt adesse illa qualitas de pñti.l.in delictis.§.extraneus.de noxalibus.l.ex facto.§.fi. ad Tre.& notaẽ plene per Bar.in l.ex facto.in prin.de uul.& pup Sed his non obstantib.contrarium puto uerius, quia, ut ex pro bationib.factis liquido constat, testator dictas petias terrarum aliis colendas concessit, non quidem ut eas in perpetuum separaret a possessione legata sed gratia commodioris culturæ, & ad finem,& effectum, ut in illis plantaretur uinea,& ut terra, quæ erat satis sterilis, efficeretur vineata, & quia coloni dictæ possessionis hoc facere noluerunt uel non potuerunt, alios operarios ad hoc adhibuit testõr,& quidem eo proposito, ut solum interim, hoc est intra tempus quo uinea creuisset, apud istos operarios permaneret,& non ultra, & deinde rediret sub cura uillici, sub qua erat antea. Et ubi etiam de hoc ultimo non
17 constaret, saltem constat,† ꝙ gratia commodioris culturæ, & ad finem, de quo supra, fuit facta diuisio, ideo nihil operaẽ quã tum ad effectum, ut nõ contineatur sub legato dictæ possessionis, ut est casus in l.Caius.§.fi.de leg.2.ubi dicitur, ꝙ si testator fundum legauit Seianum, quem duob.locauerat gratia cõmo dioris culturæ, ꝙ utraq; pars cedit legato fundi Seiani. Et hoc ẽt uult Bar.in l.1.de reb.dubiis. & Alex. in d.l.quod in rerum, §.fi.in fine. Et istud ẽt rõne comprobatur euidéter, nam testõr legauit possessionem, quam aliàs laborabãt illi de Riuolis. Si.n. testõr ulterius non processisset, dubium non esset, quin in legato dictæ petiæ terrę cõtinerentur, ex quo erat pars dictæ possessionis eo tempore, quo illi de Riuolis illam laborabant, ad quod tẽpus testator se retulit, iõ debet attendi qualitas & quã titas dictæ possessionis illius tẽporis, quia qualitas adiecta verbo,&c.ut in iurib.pręallegatis. Quamuis igitur subiecerit testa tor cum omnib.& singulis ad dictam possessionem spectantib. & pertinentibus, ac tentis sub eius laboratura de pñti. quæ uerba uidentur importare restrictionẽ ad tps psens, nihilo minus
18 legatum non restringunt,† quia sunt prolata ad augmentum, iõ non debent importare diminutionẽ, ut est casus quasi in terminis in l.si mancipia.in princ.de fun.inst. Nam ut ibi declarat gl.testõr legauit fundum cum instrumento, quod legatũ cõpre hendisset mancipia etiam postea inducta in fundo, ut ibi esset perpetuo, si testõr ulterius non processisset.l.pe.eo.ti. Sed quia testõr adiecit etiã illa uerba, cum mãcipijs, quę ibi erant,&c.dubitatur, vtrum intelligeretur se restrinxisse ad mancipia, quę in fundo erant tpe testĩ, prout verba sonabant. Et determinatur, ꝙ non, qa illa verba pñtis tpis sunt expressa ad augendum, & ampliandum legatũ, ideo nõ operãtur in cõtrariũ,& sic nõ restringũt signationẽ illorũ verborũ præcedentium, s. fundũ cũ instrumento. Sic ergo in casu nostro formaliter est ddm, vt.s. verba sequentia relata ad tẽpus præsens nõ restringãt verba pcedentia, quę ex sui natura comprehendebant istas petias terrarum, vt supra dixi, quia apposita sunt gratia augendi,& non diminuẽdi legatũ, vt probatur per notata in l.nulla.de le.& ex his quæ ibi voluit Ang.post Guliel.vbi quærunt, ꝙ testator legauit uxori domum cum hoc, ꝙ si valeat minus ducẽtis libris hæres teneatur illi supplere, ita, ꝙ vxor habebat valorem ducentarum librarum. Si ergo domus valet vltra, an illa debeat habere illud vltra,& videbatur fm eos, ꝙ non, quia illa verba, ita, qđ vxor habeat valorem ducentarum librarum, videbatur obtinere vim taxationis.arg.l.Lucius,§.quæ habebat. in fi.ad Treb. & arg.l.qui in alieno.§.liberos.de nego.gestis. Contrarium tamen deciditur, quia illa uerba fuerunt adiecta ad ampliandum fauore uxoris, unde non dicunt operari contrarium effectum, per dicta.l.nulla.cum ibi no.allegant ẽt l.legata inutiliter. in prin. de leg.1.& cum eis transit ibi Alex. Et per istam rationem probatur etiam, ꝙ in hoc legato continetur pratum, de quo in præcedenti dubio, quia erat vnitum cum possessione legata eo tempore, quo erat sub cura & laboratura illorum de Riuolis. Quã uis ergo postea fuisset ab ea separatum per testatorem, per hoc tamen non debetur minus, quia in legando refert se testõr ad præteritum, hoc est, ad tempus, quo dicti de Riuolis laborabãt dictam possessionem, ideo considerari debet dicta possessio, secundum illud tẽpus, quia si legat possessionem, quam prædicti laborabãt, ergo quicquid erat sub eorũ laboratura debetur, aliàs non consequeretur legatarius integrum legatũ. Nec verba sequẽtia relata ad tẽpus præsens restrĩgũt, qa nõ sunt apposita animo restringendi, sed potius agendi. Nec diuisio & separatio est in consideratione, quia, vt est dictũ, testõr se retulit ad tempus, quo pratum erat cum possessione unitum, tunc enim operari posset diuisio, si ad præsens tempus legatum referreẽ. d.l.ꝙ in rerum.§.fi. Saluis tamen his, quæ dicta sunt in præcedẽti dubio. Et ita circa præmissa concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa a patre marito filiæ deducenda est de hæreditate patris tanquam æs alienum, etiam si filia adeundo non confecerit inuentarium.*
2 *Dos ab auo relicta nepti ex filio, pro dimidia debetur a sorore cohærede in bonis eorum patris.*
3 *Dos ab auo relicta nepti uiuente filio, quando dicatur profectitia uel aduentitia.*
4 *Præsumptio pro validitate actus est cæteris fortior, & præferenda.*
5 *Dos nepti ab auo relicta licet profectitia diceretur, non tamen quoad omnem iuris effectum.*
6 *Frater non tenetur conferre cum fratribus dotem relictam ab auo filiæ suæ, nec imputare sibi in legitimam.*
7 *Legatum dotis neptis ab auo factum dicitur aduentitium, quando non erat nubilis tempore legati facti.*
8 *Hæreditas proprie dicitur ante aditionem, ideo infertur ad laudum de hæreditate faciens mentionem.*
Sententia seu laudi uerba stricte interpretanda, sicut statuti.
9 *Hęres si potuit minuere relictum, & non minuit, secutus fidẽ, et pietatem, non debet sibi per creditores hæreditarios imputari, quamuis ex hoc lædantur.*
10 *Portio legitimati, quæ ex legitimatione non potest eße maior quam legitimorum, debet æstimari quantum est id, quod ex iudicio testatoris habent filij, non aliter.*
11 *Portio secundæ uxori relicta quando ascendat nedum ad illud, quod filio relictum est, sed etiam ad id, quod obtinuit agẽdo ad supplementum.*
12 *Augmentum, quod ab hærede vel legatario capitur, non pro augendo partem relictam, sed tanquam separatum et diuersum, non dicitur a testatore.*
13 *Auia non potest nepoti spurio ex filio legitimo hæreditatẽ relinquere existentibus nepotibus legitimis, & naturalibus ex dicto filio.*
Masculinum in odiosis non concipit fæmininum.

14 Di-

14 *Dispositio, quod auus filio spurio non relinquat, non dicitur odiosa.*
15 *Legitimatus non trahitur retro in præiudicium prolis legitimæ.*
16 *Legitimatus non admittitur ad emphyteusim receptam pro se, et filijs, &c.*
17 *Filij dicuntur habere spem probabilem in emphyteusi a patre recepta pro se, & filijs, etiam patre uiuente.*
Pater non potest in emphyteusi filijs in ea comprehensis absolute præiudicare.
18 *Spurius nō potest legitimari in filiorum præiudicium quo ad emphyteusim illis non citatis.*
19 *In spurij dispensatione requiritur legitimorum citatio.*
Dispensatus non dicitur proprie filius legitimus.
20 *Spurius non admittitur ad emphyteusim, si de ea comiti non sit facta mentio.*

¶ Dos relicta ab auo neptibus, filio hærede vniuersali instituto an sit deducenda de hæreditate filij tanquam eius æs alienum. Et an sit profectitia vel aduentitia. Et an minuatur portio filiarum propter vsumfructum vxori relictum. Et an auia posit nepoti spurio relinquere extantibus filiabus legitimis ex filio. Et an spurius legitimatus admittatur ad emphyteusim.

CONSILIVM LXXI.

HABITA super his, quæ proponūtur, matura cōsideratione, quoad primum dubiū, in quo quæritur an dos relicta ab auo neptibus ex filio sit deducēda de hereditate filij tanquam æs alienum ipsius filij Et quo ad dotē Margaritę, res mihi uidetur clara & sine ulla probabili dubitatione, quōniam in pūcto deducitur, qualiter pater adhuc uiuens Margaritam matrimonio collocauerat, & quod pro ea promiserat dotis nomine liberarum duo millia, quas uiuens non soluit, licet fructus cuiusdam prædii pro inter usuriis cōsignauerit. Ex quo ergo erat obligatus ad dictam quantitatem duarum millium librarum ex propria promissione, &
1 ad eam cogi poterat, absq. † dubio tota hæc summa deducēda est tanquam æs alienum. l. debitor. & l. creditor. de verb. sig. Et quo ad hanc summam frustra quæritur, utrum legatum sit profectitium, uel aduentitium, quia, ut dixi, ex propria promissione est debitor pater, quamuis non teneretur ex testamēto aui. Nec etiam curandum est, quod Margarita non confecerit inuentarium, quia summa prædicta non est debita ex promissione patris dictę filiæ, sed eius marito, cui est facta promissio, ideo ei non præiudicat omissio innentarij prædicti, sed potius prodest, sicut alijs creditoribus hęreditariis. l. si §. in computatione. C. de iure delibe. Quo uero ad dotem relictam auo do. Marię Catharinæ, quæ fuit promissa, nec tradita a patre, res uidetur magis ambigua, quia cum ipsa absq. inuentario adiuerit, confusa est actio pro portione hæreditaria. d. l. debitori. C. de pactis. & illā pro dimidia, quæ est confusa, non pōt deducere aduersus Ioannē Colūbanū legatarium tanquam æs alienum. d. §. in cōputatione. a cōtrario sensu, in alia uero dimidia uidetur idem, quasi quod legatum dotis factū ab auo dicatur potius profectitiū, quam aduentitiū. l. dedit dotem. de coll. bon. & per Angelum Modernos in l. in quartā. ad legē Fal. cum conc. de quib. ibi. Sed tñ ēt
2 aliter sentio, circa hāc dotem, † & quo ad dimidiā, quæ nō est cōfusa additione, dico quod do. Maria Catharina est creditrix hæreditatis paternæ, & quod illam consequi dēt a sorore cohærede. l. qui filiabus. §. fi. de le. j. Nec isto casu est necesse intrare illam diffi
3 cultatē, an legatū sit profectitiū, uel aduentitiū, † quia tunc de hoc pōt quæri, quando dos fuit data nepti ab auo dū uiueret, uel quando esset nepti legata ab alio hærede instituto, & non a patre, quia dictis casib. dubitatur, utrum dos sit profectitia, uel aduētitia, quo ad effectū imputandi eā in legitimā nepti, ei debitam in bonis paternis, uel imputādi in legitimā ipsi patri debitam ī bonis aui. Sed quādo auus instituit filium uniuersalem hæredē, & ab eo legauit dotē nepti ex dicto filio, non est dubiū, quin neptis dicatur creditrix patris, & quod pater teneat tanquam debitor ipsius filiæ. Nec dicitur dos profectitia quo ad hunc effectū, quasi profectitia esset, patri relicta intelligeretur. l. sed si plures. §. in arrogato. de uul. & pup. subst. & per cōsequēs legatū nō ualeret, quia cūm ille sit hæres legātis, a se ipso sibi legatū repeteretur, quod fieri nō pt. l. plane. §. si duobus. de l. j. & l. legato gene-
4 raliter. §. j. † Vt ergo legatū potius ualeat quam pereat, dicendum est, quod factū intelligatur hoc casu contemplatione neptis, & nō filii. l. quoties. de rebus dubiis. & l. quoties. de uer. ob. & quia præsumitur, quod uoluerit testator facere actum ualidum. l. si quis locuples. de manu test. & per Bar. in l. Seiæ. §. Caio. de fundo inst. & in primis & ante oīa recurrēdum est ad hanc interpretationem, deinde ad alias coniecturas, secundum Pau. de Cast. in l. ubi uerborū. per illum tex. de reb. dub. & sic illa coniectura, & præsumptio, quæ est pro ualiditate actus, est potentior aliis, ideo in casu nr̄o tollit aliam, quod s. præsumatur auus legasse contēplatiōe filij, ut notatur in l. diuus. de in integrum rest. immo legatum hoc dici dēt aduentitiū, sicut est regulariter illud, quod ab auo relinquit nepoti, ut notatur in l. quæsitum. in prin. de leg. 2. in l. qui in aliena. §. interdum. de acq. hær. & in l. Gallus. §. j. de liberis &
5 posth. † nā & eo casu, quo etiā dr̄, quod dos relicta nepti ab auo est profectitia, hoc tamen locum non habet quo ad omnem iu-
6 ris effectum, & hinc est, quod filius non tenetur eā conferre † tāto minus accipiendo in diuisione faciēda cum fratrib. legātis, secundum Aret. ubi hoc late probat in consi. 17. in septimo dubio & non tenetur eam sibi imputare in legitimam detrahendā de bonis, secūdū eundem Aret. in d. §. interdum. sed solum quantum ad hoc, dicitur dos profectitia secundum eum, vt neptis imputet sibi illā in legitimā de bonis patris sui. Minus ergo dēt dici profectitia, quo ad hunc effectum, de quo agitur, vt. s. neptis ad eā nō possit agere, vel quod pro ea illi nō cōpetat actio. Et cōfirmatur, quia illi, qui dn̄t dotē esse profectitiā, sic uolūt, quia auus tenet propter filiū, propter dictā l. dedit dotē. vt declarat ēt Alex. in d. l. in quartam. & in d. §. interdū. Quæ rō cessat hoc casu, in quo auus reliquit dotē nepti præstandā a filio post mortem ipsius aui, & sic in tp̄s, quo dotandi onus pertinet ad filiū, vt ad filiū, & nō ut ad hæredē aui ipsius neptis, ut est casus in l. profectitia. §. filius. el 2. de iure
7 dotiū. Et sic dici nō pt, quod hoc casu dotē cōtēplatione filij auus dicatur reliquisse. Et adhuc istud cōprobatur, † quia cū neptes adhuc nō essent nubiles, non tenebatur tunc auus, nec ēt filius eas dotare, secundum Alex. in l. huiusmodi, §. cum pater. de leg. j. Et propterea legatum est aduentitiū, ex quo non erat obligatus auus propter filium. Et propter prædicta remanet responsum ad tertium dubiū, in quo quæritur, an tota summa librarum duarum milliū sit deducēda, ut æs alienum, quia certum est, quod sic, ex quo fuit per patrem promissa marito Margaritæ. quinimmo videtur, quod etiā sit deducenda alia dimidia librarum mille relictarum ab auo dictę do. Mariæ Catharinæ, quia quāuis actio sibi cōpetens pro illa parte videatur confusa, nihilo minus per hoc nō augetur eius portio hæreditaria iudicio testatoris, sed ex facto, seu ex non facto dictæ dominæ non conficientis inuentariū, & ideo solū ei dicitur relictum a patre, quantum ualet dimidia hæreditatis, deducto omni eo, quod sibi debebatur ex testō, quia propter ea filio legitimato hac lege, ut ei plus relinqui non possit, quā uni ex filiabus, cui minus relinqueretur, non dēt prodesse omissio inuentarij, nec propter hoc dēt eius relictum augeri, ex quo nō consequitur illud ex relicto, vel iudicio paterno, sed perdit debitum ex proprio facto, & sui culpa, per ea quæ dicentur latius inferius. Nec obstat laudum, in quo dicitur, quod legata facta Ioanni Colūbano non excedant ualorem dimidiæ bonorum totius hæredi-
8 tatis, &c. † quia hæc verba secundum propriā significationem importat, quod fiat æstimatio habito respectu ad tēpus ante aditam hæreditatē, quo tempore propriè erat hæreditas, & non erat confusa actio do. Mariæ Catharinæ pro aliqua parte, & non habito respectu temporis post illius additionem, quia tñ non potest dici hæreditas proprie, secundum Bar. & Doct. in rub. de acq. hær. & no. per oēs in l. j. §. veteres. de acq. poss. & si non possent verificari illa uerba laudi, s. totius hæreditatis. Et ideo secundum Cuma. & Mod. in d. §. veteres. statutū Mediolani prohibens mulierem nubere extra territorium cum hæreditate, locum non habet in illa, quæ iam adiuerat per rationem prædictam. Sicut ergo uerba statuti sic stricte interpretantur, sic & uerba sententiæ sunt interpretanda, quæ est stricti iuris. l. j. C. si plu. vna sent. & l. Paulus. de re iud. Circa secundum, omissis superfluis, mihi ur̄, quod minuatur portio filiarū propter relictū vsusfructus factū uxori, considerando vsumfructum integrum, & non pro alimentis tm̄, quia tm̄ quis dicitur consequi ex relicto, quātum apud eum remaneret deducto onere sibi imposito. l. non amplius. in prin. de leg. j. cum cōcor.

de quibus ibi. Nec obst. ꝙ usumfructum capiat uxor integrum
per approbationem filiarum, qua non facta, nō habuisset uxor
9 nisi alimēta ex forma statuti, † quia ex quo testator voluit, qđ
uxor hēret integrū usumfructū, quāuis cōtra eius volūtatē mi
nui posset ex dispōne statuti, nihilo minus non pōt imputari fi
liabus p alios, quorū interest, ꝙ sint sequutæ plenam fidem &
debitā pietatē, sicut dicitur de hærede, qui restituit hæreditatē
non detracta Falcidia, cui per creditores hæreditarios non pōt
imputari, quāuis ex hoc lædantur, & hoc quia Falcidia licet de-
trahi posset, veniebat detrahenda contra voluntatem testatoris
l. Titia. ff. ad legem Falc. ut dicit textus in l. patrem. quę in frau.
credit. & bene facit. l. si sponsus. §. si quis rogatus. de dona. inter
10 virum & uxo. Et confirmatur, † qa spurius est lḡiatus cum hoc
ꝙ plus ei relinqui non possit, quam relinquatur uni ex filiis, cui
minus relinquitur. Verum est ergo, ꝙ tanto minus est relictum
filiabus, quantum est onus usufructus integri, & quāuis ex illo
consequi posesent pp statutum illud non habuissent ex relicto
facto, sed ex dispōne statuti, & propterea portio lḡiati dēt æsti-
mari tantum, quantum est, id quod est a testatore filiabus reli-
ctum, nec esse dēt in consideratione augmentum, quod capiūt
cōtra voluntatem testatoris ex dispositione legis. Et hoc in ter
minis vr̄ Ale. velle. in l. si testō. in fi. de vul. & pup. subst. ubi con
cludit, ꝙ si substō sit facta per illa uerba. quisqs mihi hæres erit
&c. quo casu ueniūt substituti ex ea parte, ex qua fuerunt insti
tuti, & unus filius sit institutus in parte non ascendente ad legi
timam qui ad supplementum egit, ꝙ ex substōne capiet iste, ha
bito respectu tantum ad id, in quo fuit institutus, sine illo aug-
mento, quia illud non dicitur relictum, quia non capitur ex iu
dicio testōris, sed ex dispōne legijs, q̄ rō punctualiter conuenit
in casu nr̄o. Obstare tñ uidetur, ꝙ notat Bal. in l. hac edictali, ī
11 prin. C. de secun. nup. ubi uult, † ꝙ relictum factū secūdæ uxo-
ri, cui non pōt plus relinqui quā vni ex filijs primi matrimonii,
cui minus relinquitur, ut ibi ascendere posit nedū ad illud, ꝙ
est relictum filio, sed ad id, quod habuit filius agendo ad sup-
plementum lḡimæ. Et idem in casu simili uult Bar. in l. ex facto
in prin. in 2. q. de uul. & pup. cum quo trāseunt Are. Ang. Ale. &
Sal. & Pau. de Cast. in l. humanitatis. C. de impub. Sed responde
tur, quod illud est, ſm Bal. quia pater relinquēdo aliquid filio,
fuit cā, ꝙ supplementum lḡimę cōsequeretur. iō perinde est, ac
si ab eo fuisset relictū, ut ibi latius per eū. Nam secūdū eūdem
Bal. in l. 1. C. qñ non pet. par. in 3. q. ille dicitur relinquere, qui
dat occasionem capiendi. le. codicillis. §. pe. de leg. 2. & l. si quis
priore. §. cæterum. C. de secun. nup. Sed in casu nostro non est
sic, quia filiæ non auferunt ab uxore usumfructū ei relictum,
ex eo, ꝙ a patre aliqd habuerit nec illius contemplatione, sed
solum quia filiæ, adeo ꝙ non necesse, quantum ad hoc, quod
aliquid habuerit a patre, & sic non habēt usumfructū a patre,
nec immediate, nec occasione relicti eis facti, sed solum a statu
12 to. † Præterea illud augmentum, de quo prædicti loquūtur, p̄
statur, ut portio debita compleatur & perficiat, iō de illo est iu
dicandū ut de parte aucta. l. inter soecerum. § cum inter. de pact.
dota. & le. etiam. C. de iure dotium. & in l. si ex toto. in prin. de
leg. j. Sed hoc casu quod aufertur ab uxore, non capitur pro au
gendo partem, uel rem relictam, sed tanquam res separata & di
uersa, ideo non potest dici relicta. Et hæc congruens & optima
est responsio, iudicio meo, & quę probatur ex notatis per Bar.
in l. cum fundus. de leg. 2. ubi in simili casu sic etiam considerat
Et pōt ēt dici in casu nostro, ꝙ si relictū uxori auferatur, ꝙ te-
stm̄ impugnetur, quod non est sic quando lḡia petitur, ſm Bal.
in l. cum lege. per illum textum. C. de epis. & cler. & hoc forte qa
lḡia est debita iure naturæ. l. cum rō. in prin. de bon. damnat. &
per Doc. in l. in quartam ad legem Falci. & in auth. nouissima.
C. de inoffi. test. & per gl. & Doct. in c. Raynutius. de test. Quo
13 ad quartum dubium, in quo queritur † utrum auia posit relin
quere nepoti spurio ex filio legitimo, & naturali, extantibus li
beris legitimis, & naturalibus, ut extant in casu nostro, in quod
reperiuntur extare neptes ex dicto filio. Et Pau. de Cast. in ter
minis decidit, quod sic, in leg. Gallus. §. quid si is. de libe. & post
hu. dicens, quod tex. in l. fi. C. de natur. lib. loquitur in auo, ideo
non debet extendi ad auiam, quia in odiosis, sicut est dispositio
illius legis, masculinum non concipit fœmininum, secūdū Bar.
in l. j. de uer. sig. & Doc. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. Sed con
trariū puto uerius, per dictā l. fi. ubi etiā gl. dicit idē in auia. Et
hanc opinionē ēt tenet Aret. in d. §. quid si is. per eandē legem.
14 † Nec est verum, ꝙ sit odiosa, attenta causa, quæ fuit vt homi-
nes inuitarentur ad matrimoniū, & ab illicito coitu se abstine-
rent. Et dato, dicit ipse, ꝙ esset odiosa, est tñ odium rōnabile,
quia sic factū dicitur, vt diuitiæ conseruentur in prole legitime
nata, ppca hoc casu masculinū cōcipit fęmininum, ſm Bart. in
4 mo, certum eſt † ꝙ ad templum conſtruendum non tenetur, qa alienando locum uoluntarie teſtator, in quo eccleſiam ordinauit ædificari, dicitur hæredem ab hoc onere liberaſſe. d. l. ad rẽ. & d. §. ſi rem. Nec obſt. ꝙ diſpenſationem impetrauerit ædificãdi in alio loco, quia de hoc non conſtat, & dato ꝙ conſtaret, tamen in alio loco non teneretur ædificare hæres eccleſiam, quia quamuis hoc fieri poſſe impetrauerit teſtator, tamen hoc non fecit, nec hæredem grauauit ad hoc faciendum, & ideo non ſufficit teſtatorem velle, niſi diſponat. l. quidam cum filium. & ibi not. Bal. de hæred. inſtit. Nec poteſt etiam dici, quod authoritate iudicis uel epiſcopi compelli posſit ad ædificandum eccleſiã in alio loco, ex quo in loco deſtinato ædificari non poteſt, per d. l. legatum. quia illa. l. cum ibi not. procedit, quando propter aliquod impedimentum iuris uel facti extrinſeci non poteſt voluntas teſtatoris impleri. ſecus ãt quando id contingit ex uoluntate teſtatoris recedentis expreſsè vel tacitè a priori uoluntate, ut dicetur inferius, ſicut in caſu noſtro, in quo uoluntarie locum alienando tacite receſsiſſe uidetur ab onere impoſito hæredi de ædificanda ibi eccleſia. Et quamuis dicatur impetraſſe, quod alibi ædificari posſit, tamen compelli non poteſt ædificare in hoc nouo loco, nec uirtute primæ uoluntatis, quia ab ea fuit receſſum, ut eſt dictum, per alienationem, nec uigore ultimę uoluntatis, de qua dicitur apparere in precibus oblatis Papæ, quia, ut etiam dictum eſt, illa non tranſiuit in diſpoſitionẽ. d. leg. quidam. non enim ſequitur, teſtator impetrauit poſſe ædificare nouam eccleſiam, ergo uoluit, quod hæres eam ædificet, ſi aliter illum non grauauit. leg. non quicquid. de iud. Præterea ut dixi, non conſtat, quod teſtator petierit & impetrauerit in alio loco dictam eccleſiam ædificare poſſe, quo ſtante alia ratione non cogitur hæres ad conſtructionẽ dicti templi, quia cum
5 † ordinauit teſtator, quod in dicto templo morentur certi clerici, cum certo & quodam nouo habitu, hoc fieri non poteſt ſine diſpenſatione apoſtolica. d. c. j. de relig. do. in 6. & ideo hoc præceptum teſtatoris tãquam imposſibile non ualet. d. le. apud Iul. §. fin. de leg. j. & de hoc ſtatim dicetur latius. Quo uero ad
6 † legatum poſſesſionum, & rerum factum dicto templo conſtruendo ſimiliter dico illud non deberi, quia, ut proxime dictum eſt, cum ordinatio teſtatoris tãquam imposſibilis impleri, & ſeruari non debeat, per d. leg. apud Iul. §. fin. iuncto d. c. 2. de reli. do. legatum huic templo relictum eſt prononſcriptũ, & ſic non ualet. le. unica. §. in primo. C. de cadu. tol. nec etiam tale legatum prononſcriptum conuerti debet in alium pium uſum, per d. leg. legatum. quia ex quo ſequuta alienatione dicti loci, in quo dictum templum erat ædificandum, oñditur teſtatoris uoluntas tacita liberandi hæredem ab onere templi cõſtruẽdi. d. §. ſi rem. Ex hoc colligitur, teſtatorem uoluiſſe adimere legatum factum dicto templo, ſine quo dictum legatum deberi non poteſt, ut uoluit teſtator, quia eſt loco perſonæ legatarii. leg. mortuo, de fideiuſ. quæ perſona legatarii, in quam diſpoſitio confertur, eſt de ſubſtãtia ipſius legati, ſecundum Barto. in l. j. uer. quarto principaliter, & c. de cond. & demon. & iõ ſicut mortuo legatario uiuente teſtatore legatum fit caducum
7 leg. j. §. pro ſecundo. C. de cad. tol. ita hoc caſu extincta ſpe † tẽpli ædificandi uiuente teſtatore, & facto eius legatum extinguitur, & ſicut deficit legatum factum poſthumo illo non nato. l. ſi duobus. §. fin. de leg. j. cui æquiparatur templum ædificandum, cui legatur, ſecundum Bart. in l. ſeruos. in fi. de ali. & cib. lega. & quia uirtute correlationis adempto onere eccleſiæ conſtruendæ, uidetur etiam ademptum legatum factum d. eccleſiæ futuræ, ſicut uidemus, ꝙ adẽpto onere appoſito in uim modi uel fideicommisſi legatario, uidetur ẽt ademptum legatum ei factum, quia prædicta habent ſe correlatiuè l. alumnæ. §. fi. & in l. filio. §. matri. de adi. leg. & utrobique per Bart. & per glo. & Doct. in l. ſi quis ſeruum. de condi. & demon. Et ſi dicatur, ꝙ ſi legatum fuit pronõſcriptum, ut dixi ſuperius, non poteſt dici per alienationem reuocatum. l. nam & ſi. uer. poſt defectum. de iniuſt. rup. teſt. quia reſpondetur, ꝙ ſatis dicitur conſtare de intentione teſtatoris, ꝙ non uult legatum præſtari, ẽt ſi ualeret arg. l. fi. de reb. eo. Si ergo per dictam alienationem uidetur teſtator dictum legatum factum templo reuocaſſe, ſaltẽ quatenus de facto proceſsit, ergo non poteſt in alium uſum conuerti, quia, ut etiam ſuperius tetigi d. l. legatum. in qua dicitur, ꝙ legatum prononſcriptum in alium uſum conuertitur, procedit, quando durat teſtatoris uoluntas, ſed impleri nõ poteſt de iure, uel de facto. Secus autem quando vltra impedimentum iuris, uel facti ceſſat etiam uoluntas teſtatoris, ſicut hic, ubi legatum factum huic templo ædificando nõ tantum uitiatur ratione imposſibilitatis, ſed etiam uirtute ademptionis cauſatæ ab alienatione uoluntaria, & ideo dictum legatum cõuerti non debet in alium uſum, quia dicta conuerſio fit pro adimplenda uoluntate teſtatoris eo meliori modo, quo fieri poteſt, ergo ceſſat dicta uoluntas in eo, quod ſemel ordinauit teſtator, ceſſat cauſa conuertendi ad alium uſum, ut colligitur ex his quæ not. uoluit Angel. in l. j. §. fina. ff. ad legem Falcidiam, ubi dixit, quod ſi teſtator relinquat certam ſummam pro conſtructione capellæ, uel altaris, & illa non ſit per exequutores tota expenſa, quia ſuffeciſſet minor ſumma, quod reſiduum debebit hæredi reſtitui, & non in alium pium uſum cõuerti. Non obſt. d. leg. legatum. dicit ipſe, quia illa loquitur, qaando relictũ nullo modo potuit adimpleri, ut uoluit teſtator, quia tũc conuertitur in ſimilem piam cauſam, ſecus quando potuit impleri, vt teſtator voluit, quamuis tota ſumma non eſſet neceſſaria, quaſi ſentiat Ang. & hoc expreſſe dicit Imo. ibi, & Alex. quod primo caſu fit conuerſio, quia non fuit voluntas teſtatoris impleta, in ſecundo vero caſu conuerſio ceſſat, quia voluntas fuit impleta, & ideo quia in ſuperfluo voluntas teſtatoris ceſſat, cõuerſio etiam in alium uſum ceſſat. Et ad quædam in oppoſitum facientia reſpondet ibi Ale. Idem etiam vult Ang. & Imo. in le. ſi ſeruus. eod. tit. Quia ergo ex alienatione loci prædicti apparet, quod teſtator noluit legatum ei factum præſtari, & ſic illum receſsiſſe ab illa voluntate legandi, ideo tale legatum tacitè reuocatum, & in quo ceſſat voluntas teſtatoris, non debet in aliam ſimilem cauſam conuerti. Nec prædictis obſt. quod teſtator dixit, vt ei liceret dictum templum poſſe alibi ædificari, quia de hoc non conſtat, tum quia, ut dixi, ſua uoluntas non tranſiuit in diſpoſitionem, nec reſpectu templi, ad quod non hæredem grauauit, nec reſpectu legati facti dicto templo. licet enim uoluiſſet hæredem in alio loco tẽplum ædificare, & hoc diſpoſuiſſet, tamen dicto nouo templo nihil legauit. Potuit enim velle alibi templum ædificari, & tamen nolle huic legare, quod legauerat primo. Secundo principaliter dico
8 ꝙ † non debet conuerti in alium uſum dictum legatum pronõſcriptum, quia fuit relictum certo templo, uel certo collegio. Nam paria ſunt legare eccleſiæ certæ uel collegio illius leg. annua. §. j. de an. leg. Et colligitur ex not. per Imo. in c. nouerit. de ſen. exc. & per Bal. in rub. C. de ſacroſ. ecc. & in authen. ingresſi. 5. col. uer. iuxta quæro. eo. ti. Vbi autem certæ perſonæ uel collegio relinquitur contemplatione magis perſonæ quæ cauſæ, ſicut in dubio præſumitur, ſi non poteſt ualere legatum, ut uoluit teſtõr, non conuertitur in alium ſimilem uſum. l. pr. §. Tuſculanus de le. 3. & ibi hoc uult Bar. Fit autẽ cõuerſio ad alium uſum, ſecundũ eum ibi, quãdo teſtõr principaliter reſpexit cauſam:

sam, sicut quando nulli certæ personæ uel certo collegio relīqt in aliquem pium vsum. Et ita procedit & intelligi debet. d. l. legatum. Quantum autem ad legatum habitationis & alimentorum factum certis clericis deputatis ad curam tēpli ædificandi per ipsum testatorem, concludendum mihi uidetur, ꝙ non debeatur, nam testator dictos clericos electos uoluit stare & habitare in dicta ecclesia, si fuerit ædificata, prout in suo testamēto ordinauerat, nam illa uerba conditionalia, uidelicet si fuerit ædificata, referuntur ad testorē, & sic si fuerit ædificata ab ipso testatore, vt superius ordinauerat, uoluit dictos clericos stare. Dum ergo postea subdit, & si non fuerit ædificata, subauditur ab ipso testatore uiuente, uolo quod per hæredem meum ei assignetur, & intelligi debet, ꝙ debeat ei præstari habitatio, & ꝙ debeat ali non simpliciter & in perpetuum, sed interim & donec ecclesia ædificabitur, qua ædificata debeant in ea habitare, & ab ea percipere, prout supra fuerat ordinatum. Quod autem ista fuerit testatoris intentio, patet ex quib. præcedentia declarātur. l. si seruus. §. fi. de leg. 1. Vult. n. inuer. sed isto interim &c. immediate subsequēti, ꝙ interī ꝙ ecclesia ædificabitur, dicti clerici sic electi teneāt ī ecclesia S. Nicolai celebrare missas S. Gregorij, & singulo die alias duas missas, sicut. n. dictos clericos legatarios nō grauat simpl'r, sed interim ꝙ ecclesia ædificabitur, ita legatū præcedēs eis factū dēt limitari ad dictū tempus, quia
9 cū grauamen† illis iniunctum fuerit cā finalis legati, ₰m Bart. in d. l. filio. §. matri. debet limitari a sua causa, uel secundum eam interpretari. arg. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & sicut econtra dispositio temporalis quo aduersa iudicatur perpetua attenta causa legandi, quæ omne tempus respicit, ut no. declarat Bar. in l. pater. §. fundum. de leg. 5. Præterea ex quo testator superius grauauerat hæredem ædificare templum, non possūt dicta uerba. scilicet, si non fuerit ædificata, intelligi, id est noluerit ædificare, argumen. leg. non ad ea. de condi. & demon. & prout statim dicam latius. Si igitur testator vult, quod interim, quod templum æd. ficabitur dicti clerici ad curam dicti templi electi & deputati ab ipso capiant alimenta, ex hoc constat, qđ istis legauit tanquam deputatis ad dictum templum, & ex iusta causa, quia illos deputauit & elegit ad curam illius, sicut in simili habetur in l. seruos. de ali. & cib. leg. Sed alianendo testōr locum, in quo ordinauit templum fieri, dicitur ademisse onus iniunctum hæredi de ędificando illo, & omne legatum factum dicto templo, & consequenter uidetur reuocasse electionem factam de dictis clericis ad curam dicti templi, & sic cessat causa finalis, ex qua fuit eis legatum, ideo cessante causa legati, dēt legatum cessare l. Seia. in prin. de ann. leg. l. Pāphilo. §. fi. de leg. 3. & in l. alteri. de adi. leg. & per Bar. in l. filio. §. matri. eo. ti. Sed dato etiam ꝙ dicta uerba conditionalia, uidelicet & si non fuerit ædificata, intelligerentur simpliciter, tamen adhuc legatum non deberetur, quia ex quo superius testator grauauerat hæredem suum dictam ecclesiam ædificare, ut patet circa principiū testamenti, ver. hac tamen conditione, ꝙ fabricatis dicta ecclesia S. Crucis, & loco apud ipsam, qui uocabitur paradisus, per
10 hæredem meum incertum, &c.† illi enim ablatiui. s. fabricatis dicta ecclesia, &c. absoluti & relati ad hæredem, quem testator potuit grauare, inducunt dispositionem. l. fideicommissa. §. cū eēt. de lega. 3. & ibi Doc. & in l. in rōne. §. tametsi. ad leg. Falcid. idem quoque probatur ex alia parte testamenti. in uersi. sed casu quo, &c. ubi ad onus hæredis uult eē cōstructionem dictæ ecclesiæ, & electio & deputatio clericorum, ₰m quod superius ordinauit. Stante ergo præcedenti dispositione de ædificanda & fabricanda dicta ecclesia per hæredem, dicta uerba. s. & si nō fuerit ædificata, &c. relata ad ipsum hæredem, debēt intelligi, id est si per hæredem steterit quominus ædificetur. l. si duo. §. fi. de consti. pe. & ibi Bar. & l. 1. §. item si ita. ad leg. Fal. & ibi not. Mod. Siue ergo de iure impediatur ædificari, siue quia testōr dictam dispositionē mediante alienatione uoluntaria dicatur reuocasse, non dicitur stari per hæredem grauatum, & si non dr̄ impleta dicta conditio legati negatiue concepta, ergo non possunt ad legatum uenire. Vbi autē dispositio inciperet a pręcedenti conditione, tunc sufficeret quomodocunque non esset ædificata. l. in illa. l. hoc iure. & ibi Bar. de uerb. ob. & per eūdem in l. ita stipulatus. 6. q. eo. tit. & per Alex. in d. §. item si ita. & hoc casu procedunt alleg. in contrarium, & tunc dici posset, illum eē uocatum sub conditione necessaria, quæ non suspendit, quod in casu nostro dici non potest attenta mente testatoris incipientis a pręcedenti dispositione. per quod apparet, quāuis dispositio sit nulla, ꝙ ita demum teneatur, si sit in mora ædificandi, quia ex actu nullo uoluntas declaratur. l. fi. de re. eo. Item ex præcedentibus colligitur responsio, quia in casu nr̄o mens testatoris fuit illis tanquam deputatis ad templum legare, quæ deputatio fuit reuocata, & consequenter legatum ex dicta cā illis factum. Per prædicta quoque patet, ꝙ legatum rationum factum dicto templo est pro nō scriptum, uel casu quo cōstaret de authoritate Papæ circa templum construendum, ꝙ est tacite reuocatum ex alienatione loci ad templum destinati, & consequēter ꝙ debeant apud hæredem testatoris remanere l. unica. §. in primo. & §. seq. C. de cad. to. Superesset nunc ad allegata in contrarium respondere. Sed quia ex pręcedentib. ad omnia clara colligitur responsio, ideo circa hoc aliter non insistam. Concluditur ergo circa omnia prædicta sicuti ex præcedentibus colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Substitutio compendiosa facta per uerbum commune cōtinet ēt fideicommissariam post pupillarem ætatem.

2 Testator si filijs prohibuit alienationem usque ad certum tempus, an censeatur illa permissa post illud tempus. & numero 7. & 9.

3 Alienationis prohibitio expressa inducit illam ipso iure non ualere, secus in tacita causata a substitutione fideicommissaria. & nume. 9.

4 Alienatio per ultimam uoluntatem facta an comprehendat bona restitutioni subiecta. & nu. 11. & 12.

5 Fideicommissarius uocatus in defectum filiorum, non excluditur a filio adoptiuo uel arrogato. & nu. 12.

6 Prohibitio alienationis a testatore facta nulla causa expressa, quando ualeat.

8 Per fideicommissum relictum ab ultimo moriente an uideatur tacite prohibita alienatio.

9 Alienatio permissa post tempus debet præferri prohibitioni tacite causatæ ex fideicommisso conditionali, ut minus grauetur hæres.

In concursu duarum causarum illa attenditur, quæ tendit ad diminutionem Falcidiæ,

10 Alienationis appellatione continetur hæredis institutio.

Intellectus auth. nunc autem. C. de secun. nupt.

13 Grauatus quando quartam fideicommissario reseruare teneatur.

14 Expreßum illud dicitur, quod continetur ex natura uerbi expressi.

¶ Testator si prohibuit intra certum tempus alienationem facta substitutione fideicommissaria, an post illud tempus cēseatur permissa alienatio, etiam per ultimam uoluntatem, etiam ad exclusionem substituti.

CONSILIVM LXXVI.

VISO ac perlecto testamento Mini, de Scarduis prima facie dicendū, ꝙ eius hæreditas pertineat iure fideicommissi ad filios descendentes masculos Antonij de Scarduis substitutos ultimo decedenti ex filijs masculis ipsius testatoris hæredib. institutis, casu quo omnes dicti filij masculi decesserint sine filijs masculis, &c. & qui casus euenit, quia in dicta substitutiōe
1 † compendiosa facta per uerbum commune continetur etiam fideicommissaria post pupillarem ętatem. c. si pater. de test. lib. 6. & no. Doc. communiter. in l. centurio. de vulg. & pup. & in l. precibus. C. de impu. & al. subst. & in c. Raynutius. de test. Nec
2 prædictis uidetur obstare † ꝙ testator prohibuerit dictis suis filijs alienationem solum ad tempus. s. vsquequo minor eorum peruenerit ad vigesimumquintum annum, & sic ꝙ post illud tempus uideatur alienatio permissa. l. pater. §. fundum. de leg. 3. & per consequens ꝙ bona alienata ex licentia testatoris post dictam ætatem non ueniant in restitutione fideicommissi, sicut non ueniunt, quando rogatur quis restituere quicquid ex hæreditate supererit. l. Titius. ff. ad Treb. & in auth. contra rogatus.

gatus.C.eo.ti.& in corpore unde sumitur.Quia ex quo ultimo morienti est facta substõ dicto casu adueniente,videtur testõr ex hoc etiam post dictam ætatem prohibuisse alienationem ir reuocabilem,iuxta auth.res quę.C.comm.de leg.& in l.Marcel lus.§. res quæ.ad Treb. Infra igitur ætatem minorẽ prohibuit
3 testator alienationem expresse,& effectus huius † prohibitionis est, ꝙ alienatio facta contra illam ipso iure nõ ualet, ut no. gl.in l.cum pater.§.libertis.de leg.2.& Doct.in l.filiusfamiliâs. §.diui.de leg.1.& est facta fauore minoris prohibiti,ne.s.ꝑpter fragilitatem ætatis inconsulte alienet.l.2.C.de vsuc. pro empt. & locum hẽt etiam filiis non extantibus.Post uero dictam ætatem uoluit dictam prohibitionem expressam cessare, & tacitã prohibitionem locum habere, quæ causatur a dicta substitutione fideicommissaria,ut habetur in dictis locis, & quæ tacita prohibitio intelligitur facta fauore fideicommissarii, & est alterius naturæ,& effectus,quia per illam non impeditur alienatio facta pendente conditione fideicommissi,sed solum purificata conditione resoluitur & annullatur.l.fi.§.sin autẽ sub conditione.C.com.de leg. Vr̃ ergo testator post dictam ætatem pupillarem permisisse alienationem eo modo,quo permittitur & permitti solet,quando fit pendente conditione fideicommissi, ut.s.interim alienatio fieri possit,& ꝙ ualeat, donec & quousque casus substitutionis fideicommissariæ eueniat, sed ꝙ dicto casu superueniente resoluatur.d.§. sin autem sub conditione. & sic intelligitur permissa post tempus alienatio. reuocabiliter tamen eo modo,quo dictum est. Et ita in terminis uult etiam Pau.de Cast.in consi.294.incip. Circa primum quæsitum, &c. in j.& 2.parte consi.antiquorum.incip. Visis & consideratis, &c.Cum itaq; omnes filii testatoris sine filiis decesserint, & sic purificata sit conditio fideicommissi, omnis alienatio interim facta debet resolui, & bona interim alienata debent ad fideicõmissarios pertinere,& ab illis uẽdicari posse.d.§. sin autem sub conditione.& ibi no.& per gl.& Doc.in l.pe.C.ad Treb. & in
4 l.j.§.sed & quoties.ff.eod.Sed etiam dato, ꝙ † post dictum tp̃s permissa fuisset alienatio, & ꝙ bona alienata non uenirent in restitutione fideicommissi,hoc tamen procederet,quando bona testatoris, fuissent simpliciter, & expresse alienata,sed per institutionem generalem, factam per filium testatoris ultimo mortuum non intelliguntur dicta institutione censentur comprehensa quo ad hunc effectum, ut non ueniant in fideicommissi restitutione,ut probatur in authent. nunc autem C. de secun.nup.iuncta.leg.C. ubi dicitur, ꝙ lucra dotalia per patrem.qui non transiuit ad secundas possunt alienari,& in alios transferri extantibus etiam filiis ex primo matrimonio, quod hodie est uerum,si sp̃aliter transferantur,& alienentur,sed per generalem institutionem non intelliguntur alienata, sed filiis reseruata, ideo non pertinent ad hęredem institutum a patre, sed ad filios,per quem tex.dicit Raph.in d.l.Titius.ff.ad Tre. ꝙ grauatus restituere quicquid supererit,qui potest alienare, ut ibi,non excludet fideicommissarium per alienationem factam mediante institutione hæredis,vel per ultimam uoluntatem. Et cum eo transit Alex.ibi.Et istud confirmatur,quia si taliter alienando fideicommissarium excludere posset, a sua simplici uoluntate penderet exclusio fideicommissaria in totum, quod esse non debet.l.si ita quis.§.is cui.de leg.2.& in leg.fideicommissum.de condi.& demon.vbi habetur,quod fideicommissa-
5 rius uocatus.si hæres grauatus decesserit sine filiis,† non excluditur per existentiam filij adoptiui uel arrogati,& hoc ne sit in potestate grauati simpliciter adoptando filium excludere fideicommissarium,secundum Ioan.And.in addi. Spec.in ti.de suc. ab intest.ad finem,& Barto.in l.si cognatis.in 2.uol.ff.de rebus du.Et ubi prædicta omnia cessarent,videtur tamen ad minus, ꝙ quarta portio debuerit reseruari fideicommissarium, q̃ non potuit auferri, quamuis grauatus habuerit ptãtem alienandi.d. authen.contra rogatus.& in corpore unde sumitur.Sed pręmissis non obstantibus puto de iure uerius, ꝙ in casu nostro, nec ad totum,nec ad partem admittatur fideicommissarius. Nam,
6 vt dictum † est filij & hæredes testatoris fuerunt expresse prohibiti alienare bona immobilia,antequam iunior peruenisset ad ætatẽ 25.annorum,quæ prohibitio,quamuis non uideatur facta eum causa,ualuit tamen, ex quo alius uocatur, casu quo factũ sit contra prohibitionem,ut probatur in l.1.C.de his quæ pæ.nom.& in §.fi.insti.de leg.& in l.3.§.si quis ita.de ali.leg.& not.glos.in l.filiusfamiliâs.§.diui.de leg.1.in verbo,respectu.& Bar.in l.quoties.C.de fideicom.& Ang.in consi.168.incip.Testator in omnibus,&c.& Alex.in consi.56.2.uolu.Dicta ergo
7 alienatio prohibita† ad dictum tempus intelligitur post dictũ tempus permissa.d.l.pater.§.filium.& ibi per Bar.in summario de leg.3.& no.glo.& Bar.in l.peto.§.frater.de leg.2.& probatur optime in l.in hoc iudicio.§.si conueniat.ff.commu. diui. & in l.Imperator.de posthum. Nec est uerum,quod per fidei-
8 commissum relictum ab ultimo moriente,casu quo omnes filij decesserint sine filijs masculis, videatur alienatio tacite prohibita,quia fideicommissum relictum stare põt, quãuis alienatio sit permissa a testõre,&non sit prohibita expresse uel tacite,ut probatur in d.l.Titius.& in auth.cõtra rogatus.ubi fideicõmissũ est.quãuis grauatus possit ex permissione testõris alienare. Et ꝑpea in casu nostro ex tali fideicõmisso nõ inducit ẽt tacita prohibitio alienationis ꝑꝑ contrariã uolũtatẽ testõris, quæ colligitur ex prohibitione expressa facta ad tẽpus,ex qua vr̃ uoluisse post tp̃s prohibitionem cessare & alienationẽ permittere,per præallegata.Et ideo hoc casu,quo de cõtraria uoluntate testatoris apparet, locum non habet, ꝙ habetur in d. auth.res quæ.& in d.l.Marcellus,§.res quæ,ad Treb.quia non præsumitur, ꝙ testator, qui promisit alienationem post tẽpus, per dictam prohibitionem temporalẽ uoluerit incontinẽti ab ea recedere,& se corrigere.l.non ad ea.de cond.& dem. Quod etiam confirmatur.Nam certum est, ꝙ durante tempore prohibitionis expresse aderat dictum fideicommissum conditionale,& ꝙ dicto tempore poterat conditio illius purificari, & tamen tunc non habebat locum prohibitio tacita alienationis, quæ solet induci ex solo & simplici fideicommisso conditionali.d.auth.res quæ.quia dicta prohibitio alienationis expressa, donec durat,facit cessare tacitam prohibitionem.l. cum filio.§. 1. de vulg. & pup. Si ergo dicta prohibitio tacita cessat ab initio,& non inest,ergo ẽt ex post facto.i.post dictam ætatem,& sic tractu temporis non oritur.l. quæ ab initio. de reg. iur. & ideo Bar.& Doc.in l.centurio.de vulg.& pup.& in l.precib.C. eo.dicunt, ꝙ in expressa vulgari ab initio inest tacita pupillaris etiam matre existente in medio,quamuis non habeat effectum quia ubi non inesset, non posset ex post facto tacita pupillaris locum habere,matre de medio sublata,prout dicto casu locum habet prædicta substõ.l.fi.C.de insti.& substit.Præterea, vt dixi,alienatio prohibita ad tempus uidetur post tempus permissa, quæ permissio alienationis concurrens cum prohibitione tacita,quę dicitur causari ex fideicommisso conditionali,debet
9 præferri,quia in dubio † sumenda est interpretatio, per quam hæres minus grauatur.l.apud Iulianum.§.Scio.de leg.1.& in l. Titia.§.qui in vita.de leg.2.& prout minus grauatus inuenitur si post tempus alienatio irreuocabilis non sit prohibita sed permissa. Et melius etiam facit l.si pupillus.ad leg. Falc.ubi probatur, ꝙ in concursu duarum causarum attenditur illa,quæ tẽdit ad diminutionem Falcidiæ,tanquam ista sit fauorabilior.Et ibi dicit Bar. ꝙ idem est,quando concurrunt duæ causæ cõtrariæ, quarum vna tendit, ꝙ soluatur gabella, & altera ordinatur ad contrarium effectum, quia ista tanquam fauorabilior debet ꝑferri,& idem etiam satis ad propositum vult Aret. in l.2.in pri. de verb.obl.Et istud etiam probatur ratione multum clara iudicio meo.nam testator ad tempus prohibuit alienationem.vẽditionem, & diuisionem, &c. sed post tempus diuisio intelligitur permissa,& nullo modo prohibita.i.nec expresse,nec tacitè,quia etiam non potuisset prohiberi perpetuo & omni tẽpore,sed ad tempus solum.d.l.in hoc iudicio.§.si conueniat.ff. commu.diui.ergo etiã quoad alios modos non debet intelligi alienatio post dictum tempus tacite prohibita, vt omnium sit æqualis determinatio.l.iam hoc iure.de vulg.& pup.& l.si legatarius.§.1.& ibi no.Bar.de leg.3.vbi per illum tex.dicit, ꝙ si q̃s relinquat uxori singulo anno decem corbes frumenti, & decẽ libras, ꝙ sicut frumentum debet solui eo tempore,quo colligitur,& non in initio anni.l.Firmio.§.pater.ff.quando di.le.ced. & ibi no. ita eo tempore debebit solui pecunia propter unionem,quam habent simul, & quia debent vniformiter intelligi, & sic eodem tempore solui per illum tex.& per d.l.iam hoc iure.Si ergo prohibitio quoad diuisionem post tempus penitus cessat, & quo ad eam alia prohibitio tacita non succedat,idem est dicendum quo ad alios modos alienandi,ut.s.quo ad eos ꝓhibitio

hibitio tacita similiter locum non habeat post tempus quæ rõ cessat, & locum non habet in casu Pau. de Cast. allle. in contrariũ. Præterea in casu suo fuerat prohibitio facta fauore prohibiti simpliciter, quia erat minor, sed in casu nostro fuit maior etiam prohibitus expresse, s. quousq. iunior est maior 25. annis, & sic dici non põt quoad maiorem, ꝙ respiciat eius fauorem. Et per hæc etiã respondetur ad vnum, ꝙ allegatur in cõtrarium, videlicet, ꝙ post tempus succedit alia prohibitio tacita, quæ est diuersi effectus, quia contrarium probatur per prædicta, ex quib. constat, ꝙ immo testator uidetur permittere alienationem irreuocabilem post tempus, nam sicut intra tempus prohibitio impediebat alienationem simpliciter, hoc est, tã reuocabilem, quam irreuocabilem, sic post tempus absolute illã testator concedit, & per consequẽs ꝙ possit fieri etiam irreuocabiliter per prædicta. Potest igitur tacita prohibitio solum habere locum quoad bona mobilia, de quib. nõ fuit facta expssa ꝓhibitio ad tempus, & illa tantum absolute subiacẽt restitutioni fideicommissi immobilia uero non, si reperiũtur alienata, prout reperiuntur in casu nostro per hæredis instõnẽ factã ab vltimo decedẽte & quæ instõ dicitur alienatio. Et quę appella

10 tione† alienationis cõtinetur, qñ de illa fit mẽtio permissiue. l. si quis priore. §. cęterũ. de se. nup. & l. vnũ ex familia. §. si duos de leg. 2. & no. Bar. in d. l. peto. §. fratre. de leg. 2. & Bar. & Doc. in l. si ita quis. §. ea lege. de ver. obl. Et iõ, vt sæpe dictum est, cũ post tempus sit permissa alienatio testatore, sub tali permissione continetur etiam hæredis institutio. Nec obstat, ꝙ alienatio per vltimam uoluntatem non censetur permissa, quando

11 † quis est grauatus restituere, quicquid supererit tẽpore mortis secundũ Raph. & Alex. in d. l. Titius. ad Treb. quia, vt ipsi dicunt, verum est dicere, ꝙ tpe mortis bona supersunt, quia tunc alienatio, quę fit per vltimam uoluntatem nõ sortitur effectũ, sed post mortem, vt no. in l. illa institutio. de hær. insti. & ideo de hoc modo alienandi non potest intelligi, ꝙ testator senserit, sed de alienatione, quæ fit inter uiuos, per quam desinũt bona extare, & superesse tempore mortis ipsius grauati. Quę rõ cessat in casu nostro, quoniam, vt dictum est, testõr post tempus dicitur permisisse alienationem, sub qua permissione proprietate verborum continetur ẽt illa, quæ fit per ultimam uoluntatem, & quæ effectum confert post mortem grauati. Et quamuis Raph. etiam pro se alleget. d. auth. nunc autem. C. de sec. nupt. tamẽ Alex. cum eo transit, non per illum tex. sed per rationem prædictam. Et merito, quia ille tex. est exorbitãs a regulis iuris, & venit ad correctionẽ. l. Codicis. iõ solum hẽt locũ in casu. i. quoad lucra dotalia, quæ non dicuntur alienata per institutionem generalem spãli fauore filiorum, sed extra illum casum sub dispositione legis, vel testatoris permittentis alienationem includitur ẽt hæredis institutio, & per illam dicitur facta alienatio, vt habetur in locis prædictis. Et similiter nõ ob.

12 dum dicebatur, ꝙ in casu nostro non dẽt† contineri institutio sub dicta permissione, ne sit in facultate testatoris excludere fideicommissarium instituendo heredem quemlibet extraneũ. arg. l. fideicommissum. de condi. & demonst. & l. si ita quis. §. is cui. de leg. 2. quia sicut grauatus potest excludere fideicommissarium ex dispositione testatoris aliter & alio modo alienando, & maxime donando, ita non inconuenit, quod idem possit hæredem instituendo, sed in legibus contrarijs non concessit grauato, quod aliquo modo, vel aliquo casu possit fideicommissarium excludere, propterea in dubio fit interpretatio qđ a potestate grauati non pendeat inclusio, & exclusio grauati, & maxime quia uerba patiuntur talem interpretationem, quia quod appellatione filiorum non ueniant adoptiui, istud non repugnat, immo conuenit proprię significationi. leg. filium diffinimus, de his qui sunt sui uel alie. iu. & idcirco in contractibus appellatione filij non uenit adoptiuus. cap. adoptiuus. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & not. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. 68. & per Alex. in l. adoptiuum. in princ. ff. de in ius uoc. ubi concludit, ꝙ non dicitur filius proprie, per d. l. filium diffinimus. sed in casu nostro appellatione alienationis permissæ venit proprie intestato, ut dixi. Et ideo qua ratione voluit testator, quod possit hæres grauatus excludere fideicommissarium per alienationẽ inter uiuos titulo etiam lucratiuo, eadem ratione voluisse creditur, ꝙ idem facere possit per ultimam uoluntatem. & bene probatur ex no. per Bar. cũ quo alii transeunt in l. 2. in prin. de vul. & pup. ver. vlterius quæro, quid de pupillari partim tacita, &c. ubi cõcludit, quod pupillaris partim expressa, & partim tacita quo ad certos casus admittitur contra matrem etiam in casu tacito, quia qua rõne exclusit matrẽ uno casu. s. si filius hæres erit & in pupillari ætate decesserit, eadem rõne uideatur eam uoluisse excludere, si hæres non erit, & decesserit in pupillari ætate, sed, ut dixi, in casu nr̃o hoc magis & facilius procedit, quia sub permissione alienationis facta post tempus non minus proprie continetur alienatio per ultimam uoluntatem, quam inter uiuos. Postremo. nõ ob.

14 dum dicebatur, ꝙ grauatus quamuis habeat† licentiam alienãdi, tamen tenetur quartam fideicommissario reseruare, per auth. contra rogatus. C. ad Tre. quia in casu nostro est aliud, quia ex quo hẽt licentiam instituendi hæredem, & per hoc apparet, ꝙ testõr uoluit, ꝙ possit alienare totum, quia instõ nõ põt fieri pro parte, & pro parte non, sed de necessitate continet totũ. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. quia non potest quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. l. ius nostrum. de re iur. Ex quo igitur mediante institutione excludere potest fideicommissarium, perinde est ac si vocatus esset, si hæres decesserit intestatus, quo casu si decessisset testatus. absque dubio in totum excluderetur fideicommissarius. l. generaliter. C. de inst. & subst. l. Lucius. de hære. insti. & per Ang. consi. 158. inci. Ex hoc igitur themate, &c. Voluit enim dicit ipse, hoc casu testõr hæredes instituendos a filio grauato pręferre fideicõmissario, casu ergo quo grauatus hẽt licentiam alienandi per actum, puta per institutionem, quę sui natura continet totum, & non põt in parte consistere, non hẽt locum. d. auth. contra rogatus. perinde ac si dixisset testator exprese, ꝙ posset totum alienare,

14 quia illud † dicitur expressum, quod continetur ex natura uerbi expressi. ſm Bar. in l. fideiussor. §. meminisse. de le. 1. & l. uxorem. §. agri plagam. de leg. 1. alleg. Dy. in l. sciendum. de uer. obl. Quando autem testator grauauit restituere, quicquid supererit, ut in casu d. auth. nunc autem. non intelligitur concessa alienatio per ultimam uoluntatem, ſm Raph. & Ale. in d. l. Titius. & sic non apparet, ꝙ testator dederit licentiam hæredi grauato disponendi de toto, lex illo casu præter mentem testatoris uoluit quartam partem reseruari fideicommissario. Sed quando per testatorem data est licentia alienandi simpliciter, quo casu intelligitur permissa hæredis etiam institutio, dicitur grauatus habere licentiam alienandi totum. & propterea tunc cessat interpretatio legis, & eius prouisio contra uoluntatem testatoris, præsertim quia cessat præsumptio fraudis in translatione, quæ fit in hæredem, & in alienatione, quæ prouenit ex hæredis institutione. l. ex hoc edicto. §. in hæredem. de alie. iu. mut. cau. fa. & no. Bar. in d. l. peto. §. fratre. propter quam fraudis suspicionẽ lex statuit, & ordinauit, ꝙ quarta reseruaretur fideicommissario, ut habetur in §. hoc autem. in auth. de restit. colla. 8. & ẽt ad tollendas discordias, quæ oriri possent inter hæredem & fideicommissarium, vel ex proprietate uerbi, vel ex legis dispositione, ſm Iaco. de Belu. ibi, quæ ratio cessat, quando grauatus hẽt licentiam a testatore instituendi hæredem, ut dixi. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In legitima filius grauari non potest.*
Trebellianica debet specialiter prohiberi, nec sufficiunt uerba quantuncũque generalia, maxime quando aliter uerificari possunt.
2 *Trebellianica per prohibitionem molestationis positam in conditione, non autem in dispositione non censetur prohibita. & numero 11.*
3 *Prohibitio molestationis an intelligatur de iniusta tantum. et nume. 7. & 8.*
4 *Molestare non dicitur, qui petit id, quod ex natura contractus venit.*
5 *Trebellianica dicitur detrahi contra uoluntatem testatoris.*
6 *Molestare, uerbum est generale ad omnem molestiam de iure, uel de facto, & sic in dubio est intelligendum. & nu. 7.*
8 *Dictio generalis, quoquomodo, quomodo cunque, etc. facit aliqua comprehendere, quæ alias non comprehenderentur, maxime quando plura coniunguntur.*

Pro-

Prohibitus molestare priuatus relicto, etiam si iure permittente molestat.
9 *Trebellianica licet per uerba generalia non dicatur prohibita, tamen pœna priuationis relicti bene comprehenditur in prohibitione molestationis, si dicta Trebellianica petatur.*
10 *Trebellianica uerbis generalibus per indirectum prohiberi potest metu pœnæ.*
Trebellianica quod metu pœnæ non prohiberetur, tacite locū habebat de iure antiquo Digestorum.
11 *Lex ubi actui non assistit, nec resistit, illud, quod expreße & directe fieri potest per uiam dispositionis, potest etiam tacite & per indirectum per uiam conditionis.*
12 *Prohibitio alienationis sine causa in cōditione posita ualet, licet aliàs non ualeret.*
13 *Dictio, quandocunque, cuius sit naturæ.*
14 *Filius grauatus post mortem intelligitur grauatus si sine filijs decesserit, etiam in relicto particulari, & etiam filijs iam natis tempore testamenti.*
15 *Donatio inter uiuos per superuenientiam liberorum reuocatur, quamuis aliqui liberi tempore donationis extarent.*

¶ Testator si relinquit alicui legatum cum onere, ne hæredem turbet, alias ille priuetur, si iure permittente agat ad legitimam vel Trebellianicam, an legato priuetur.

CONSILIVM LXXVII.

IN facto proponitur, ꝙ testator filium instituit, & ꝙ eidē qñcunq; decedenti sine filiis substituit d. Thaddeam eius filiam, & ꝙ post eius mortem reliquit fundicum & domum suis nepotib. ex fratre prædefuncto, ita tamen & cum hoc, ꝙ illi nō turbent, nec molestent aliqualiter. nec turbare, nec molestare debeāt quouis mō ullo unquam tempore in hæreditate & in bonis aliquib. hæreditatis prædictæ ipsius testatoris, nec dictū nobilem Christophorum filius ipsius testatoris & hæredē, nec dictam d. Thaddeam filiam eiusdem testōris substitutam & institutam ut supra. Et si dicti nepotes turbauerint aliqualiter & molestauerint quomodocunq; & quandocunque uel dictum Christophorum, vel dictam do. Thaddeam in hæreditate prædicta, aut aliquib. bonis eius hæreditatis ipsius quomodocunq; & qualitercunque tunc & eo casu, ipsoque succedēre, testator ipse priuauit & ex nunc priuatos decreuit, & esse uoluit, & declarauit suprascriptos suos nepotes legato ꝓdicto de dicto fundico & domo prædicto facto ut supra. &c. Accedit, ꝙ filius testatoris decessit sine filiis, & sic euenit casus substōnis fideicōmissariæ factæ de filia ipsius testatoris, & filio prędicto ab intestato successerūt dicti nepotes testatoris exclusa dicta do. Thaddea ex forma statuti. aduersus quam detraxerunt legitimam & Trebellianicam ex persona hæredis dicti testatoris, & deinde mortua dicta do. Thaddea petunt dicti nepotes legatum eis factum in hunc casum de fundico & domo quæritur ergo, an debeant audiri, uel dicantur exclusi aut priuati, præsertim quia mouerunt litem contra do. Thaddeam super legitima & Trebellianica, & quam deduxerunt ex persona filij testatoris, cui, vt dictum est, ab intestato successerunt. Et uidetur prima facie dicendum, quòd non dicantur exclusi a dicto legato, quo-
1 niam certum est, † quod legitima erat eis tanquam hæredibus filij debita, & in qua filius ipse grauari non potuit. l. quoniam in prioribus. ff. de inoffic. testām. & l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pupil. Et idem uidetur de Trebellianica, quia dato ꝙ possit prohiberi, secundum opin. Bar. & aliorum magis cōem in l. Marcellus. §. 1. ad Treb. tamen dēt specialiter & expresse ꝓhiberi. §. si uero expressim. in auth. de hęredibus. & Falc. & ibi expresse Ange. not. quod non sufficiunt uerba generalia, & idem tenent in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. quod factum non reperitur, nec uerba generalia, de quibus in testamento, sufficiunt, ut traditur in dictis locis, & maxime quia possunt uerificari in molestia alio modo illata dictæ dominæ Thaddeæ in iudicio & extra, de iure & de facto. Et propterea quando uerba quantumcunque generalia & prægnantia possunt aliud significare & importare, quam prohibitionem Trebellianicæ, nunquam dicitur prohibita specialiter, & non sufficit prohibitio gnālis, ſm Pau. de Castr. & alios Moder. in d. authē. sed cū testōr. C. ad leg. Falc. & Fulg. in auth. similiter. eo. ti. & Pa. de Ca. in cōs. 150. & Are. in l. centurio. de vulg. & pup. & in consi. 12. Quia ergo de iure potuit peti per dictos nepotes legitima & Trebellianica, non dicitur contrafactum, ut est dictū. Et alia ratione manifesta non pōt dici Trebellianica prohibita
2 per prohibitionem molestationis, † quia prohibitio molestationis non fuit posita in dispositione, sed in conditione, quia legauit testator, ita tamē & cum eo, ꝙ non turbetur, &c. Et sic legatum factum fuit sub conditione, uel sub modo, si non turbauerint, uel ut non turbent. Et similiter priuatio facta fuit sub conditione, si turbauerint. Ergo prohibitio non est in dispo-
3 sitione. leg. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. † Nec per petitionem legitimæ, & Trebellianicæ, quæ de iure erat debita dictis nepotibus, dicitur purificata illa conditio, & si turbauerint uel molestauerint, sub qua fit priuatio, quia intelligitur de turbatione, & molestia iniusta, quæ fit malo animo, secundum Bal. in l. 1. C. de his quæ pæ. no. uersi. quæro testator mandauit. ubi dicit, ꝙ si testator mandauit hæredi, ne molestet uxorem sub pœna priuationis, qđ intelligitur de molestia quę fit malo animo & malo modo, alleg. gl. in l. si seruum. §. ꝓtor. de acq. hær. Et dicit etiam Bal. in l. 1. C. de vsufr. ꝙ si hæres promittat vxori eam non molestare quoquo modo in vsufructu sibi legato & sub pœna priuationis, & ab ea petat cautionē de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri, quam hæres potest re
4 mittere, vt ibi not. ꝙ non incidit in pœnam, quia non† dicitur molestare, qui petit illud, ꝙ venit ex natura cōtractus, allegat. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. uenditores. de uerbo. obl. Et cum Bal. in dictis locis transit ēt Alex. in l. ꝙ de bonis. §. j. ad leg. Falc. Et facit, ꝙ vult Pa. de Ca. in consi. 191. inci. Antequam veniam, &c. Nec potest nunc in dubium reuocari, vtrum molestauerint de facto, cum iudicatum sit, seu laudatū fuerit legitimam & Trebellianicam deberi, & pro quo laudo & illius iustitia præsumitur, ex quo transiuit in rem iudicatam, c. nisi es sent. de præb. & ibi notat Imo. & late per do. Alex. in l. sciendū de uer. obl. & sic habetur pro ueritate sicut sententia, quæ trāsiuit in rem iudicatam. l. 1. de re iud. & ī l. res iudicata. de reg. iur. Accedit etiam, quia prohibuit dictus testator dictos nepotes molestare filiam in bonis aliquibus hæreditatis prædictæ ipsius testatoris, &c. Non dicitur autem molestia illata in bonis testatoris per repetitionem legitimæ & Trebellianicæ, quæ remansit in bonis & hæreditate Christophori filij & hæredis, & quæ in restitutione non uenit. Et pro hoc, ꝙ no. Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi, in fi. de ope. libe. Sed præmissis non obstantib. contrarium arbitror uerius. Et præmitto, ꝙ quamuis Trebellianica debeat expresse & specialiter prohiberi, & non sufficiat prohibitio generalis. d. §. si uero expressim. & d. auth. sed cum testator. dicitur tamen detrahi contra voluntatem testatoris,
5 † etiam quando aliquo modo non prohibita, & nedum olim quando non poterat prohiberi. l. Titia. ad leg. Falc. iuncta. l. ꝙ de bonis. §. 1. eo. ti. sed etiam hodie. c. Raynaldus. de test. in fi. cū gl. & prout vult etiam Alex. in d. l. Titia. quamuis hodie possit prohiberi Trebellianica, ſm Doc. communiter, in d. l. Marcellus. in prin. Et ideo qui restituit non retenta quarta, dicitur voluntatem testatoris plenius secutus. l. patrem, quæ in frau. cred. & l. j. C. ad leg. Falc. Et est etiam præmittendum, ꝙ turbare vel
6 molestare, est verbum generalem ad omnem molestiam. s. iudicialem & extraiudicialem, & de iure aut de facto, & siue illata sit agendo vel excipiendo, per not. per gl. & alios in l. Lucius. §. tres hæredes. ad Treb. cum concor. de quib. per Alex. in consi.
7 42. 2. vol. His igitur sic præsuppositis dico, ꝙ† sub dicto uerbo, molestare vel turbare, ex sui generalitate continetur molestia illata in iudicio etiam de iure, & per consequens ꝙ in casu nostro nepotes testatoris mouendo quæstionem & controuersiam in iudicio dictæ do. Thaddeæ super legitima & Trebellianica detrahenda de bonis testatoris etiam de iure, dicuntur incidisse in pœnam priuationis quæ in hūc casum illis potuit imponi. l. 1. C. de his quæ pę. no. & insti. de leg. §. fi. & in proposito per Bar. in l. paterfamiliās. de hær. inst. qui dicit, ꝙ iusta est causa priuationis, quando testator dixit, si hæres molestauerit vxorem in tali relicto, priuetur hæreditate. Debet ergo in dubio verbum, molestare, generaliter intelligi in casu nostro propter plenitudinem illorum uerborum, quomodocunq. & qualitercunque, & quouis modo sub quib. includitur omnis spēs mole-

8 molestationis,† & sic tam de iure quam de facto,& tam in iu
dicio quam extra,quamuis aliàs uerbũ,molestare, simpliciter
prolatum restringi deberet ad molestiã de facto, vt probatur
ex no.per gl.in l.cum pœna,de arbi.quæ vult,ꝙ licet uenditor
non teneatur de euictione,quæ sequitur ex compromisso.l. si
dictum.§.si cõpromisero.de euic.si tamen promisit quocunq.
modo sequatur euictio,tunc dicto casu debetur euictio.Et idẽ
tenet Alex.in l.si domus.§.de euictione.de leg.1.Et idem pro
batur ex no. per Bart.in l.generali.§.vxori.de leg.3.vbi vult in
fi.ꝙ verbum,quoquo modo, operetur, ꝙ dispositio hominis
non recipiat aliquam restrictionem. Et ad idem facit, ꝙ vult
Bald. in c.Imperialem.in prin. de prohi.feu.alie.per Fed. & in
rub.de re.diu.in 24. q. ubi dicit,ꝙ licet in feudis appellatione
hęredis veniant solum descendentes.c. 1.§. & si Clientulus.de
alien.feu.& per no.per Bar.& alios, in l.Gallus. §.etiam si pa-
rente.de lib.& posthum.si tamen facta sit concessio pro se, &
quibuscunque hæredibus,ueniunt etiam hæredes extranei, &
etiã legatarius,qui largo mõ dicitur hæres.l.id tẽpus. in princ.
de hær.insti.& cum eo transit Alex.in d.§.ẽt. & in l.ẽt. in prin-
ci.solu. matr. & in l.postulante.in prin.ad Treb.& pro hoc ul-
tra istos optime facit,quod vult gl.in cle. 1. de decimis.in glo.
j.& 2.dicens,quod in materia odiosa uerbum,religiosi,capia-
tur multum stricte,nisi diceretur,quicumq. religiosi,quia tũc
venirent etiã hospitalarij.Et istud etiam sequitur Abb. in rub.
de regularib.& dicit Domini.in c.decet.de immu.eccl. in 6.in
prin.ꝙ si lex vel statutum dat potestatẽ cognoscendi de quibus
cunq. causis,quod nulla intelligit excepta.Et vult etiam Sal.in
leg.si serui vestri.C.de noxal.ꝙ si statutum punit occidentem
quouis modo , uel qualitercunque , comprehendit homicidã
etiam non dolosum,sed culposum , licet aliàs secus. & vult e-
tiam,quod non includatur ille, qui occidit ad sui defensionẽ,
cum quo transit Alex.in l.& si sæuerior. de his qui notã. infra.
Ad prædicta etiam facit gl.in l.quidam ita. §. 1. de fideicomm.
lib.in ver. quoquo modo,quæ vult,quod sub illo uerbo appo
sito in prohibitione alienationis comprehendatur alienatio
etiam necessaria,quæ non comprehenderetur sub prohibitio
ne simplici.l.peto.§.prędium.de leg.2.& facit glo.in cle.j.uer-
bo,quãuis.de re iud.& in cle.j.super eo uerbo.de reb.eccl.non
ali.Et quia quodlibet prædictorum verborum,scilicet quouis
modo,quomodocunq. & qualitercunque, per se est gemina-
tum,sub quolibet contineri debet illud , quod sub uerbo sim-
plici non contineretur,ſm gl.cum qua alij transeunt in l.bali-
sta.ad senatuscons.Trebe.& tanto magis quãdo omnia uerba
prædicta geminata coniunguntur & simul exprimuntur, per
no.per Bar.in l.cum scimus.C.de agri.& censi.lib.11.Dicendũ
est ergo,ꝙ uerbum,molestare,cui adiecta sunt illa uerba,quo
uis modo,quomodocunque,& qualitercunque,includãt om-
nem molestiã,& sic tã iuris quã facti,& tã in iudicio ꝙ extra ,
& non solum agẽdo, sed ẽt excipiendo quamuis verbum predi
ctum sine adiũcto etiam caperetur magis stricte.Ex quo sequi-
tur, ꝙ propter controuersiam motam dominæ Thaddeæ sū-
per bonis testatoris,occasione saltem Trebellianicæ dicti nepo
tes remanerent priuati legatis,etiam si de iure Trebellianica e-
rat il lis debita.Nec obstant alleg.in contrarium.Et primo dũ
9 dicitur, quod † Trebellianica non intelligitur prohibita , nec
prohiberi potest,nisi specialiter & expſſe.§.si uero expressim.
in auth.de hæredib.& Falc. & d. auth. sed cum testator.quia &
si ita sit,tamen per hoc non fit, quo minus habeat locum pœ-
na priuationis. Non , enim dicitur, quod pœna priuationis sit
commissa, quia Trebellianica sit prohibita,sed dicitur etiam si
non fuerit prohibita, & fuerit debita , quod adhuc fuit com-
missa pęna priuationis , quia domina Thaddea fuit molestata
saltem de iure ex petitione dictę Trebellianicæ . Et quæ mole-
statio iuris fuit prohibita sub pœna priuationis , & tanto ma-
gis , quia quamuis dicta molestatio sit de iure, & secundum
ius,non est tamen secundum, sed contra uolũtatem testatoris
tacitam.d.l.Titia.ad leg.Falc.& d.c.Raynaldus.in fi.cum glo.de
testamentis.& dixi supra. Concedi ergo potest, quod Trebel-
lianica non sit directò prohibita , quia directò prohiberi non
possit, nisi specialiter , & expresse, sed fuit prohibita per in-
directum,ex quo uoluit testator, quod nepotes legato priua-
rentur , etiam si de iure molestarent filiam , quia perinde est,
ac si dixisset testator, quod uoluit nepotes esse priuatos le-
gato,si Trebellianicam peterent. nam hoc casu directo non
esset prohibita Trebellianica , quæ fuit in conditione posita ,
10 dict.l.e.si quis sub conditione.de cond.insti.† sed tacite,hoc est
metu pœnæ prohibetur petitio Trebellianicæ.Et quæ prohibi
tio tacita & per indirectum etiam uerbis generalib.ualet ,nec
isto casu loquitur d.§.si uero expressim,& d.auth.sed cum te-
stator.Et si dicatur,ꝙ non potest prohiberi per indirectum &
metu pœnæ,sicut nec directo,d.l.quod de bonis.§.1.& l.Seius
& Augerius.ad legem Falcidiã. Ad istud respondetur, ꝙ illud
locum hẽt ſm tempora Digestorum, ſm quæ Falcidia & Tre-
bellianica etiam expresse non poterat prohiberi,& ea rõne nõ
ualebat tunc pęna apposita prohibitioni,quia hmõi prohibitio
ni tunc lex resistebat,& præsumebatur pęna adiecta in fraudẽ
legis,ſm Imo.& Pau.de Cast.in l.seruo alieno.§.fi.de lega.1.&
Alc.in d.l.Seius & Augerius.qui etiam dicunt per illum text.in
11 d.§.fi.iuncta l.Mæuius.de cond.& demonst.ꝙ† ubi lex non re
sistit,sed non assistit,illud,quod non põt fieri expresse & dire-
cto per uiam dispositionis,potest fieri tacite & per indirectum
seu per modum conditionis.Sed quia hodie lex non resistit pro
hibitioni Trebellianicæ,quia prohibitio est concessa expresse,
d.§.si uero expressim.& sic in hoc dicta iura hodie sunt corre
cta,ut etiam dicit gl.in d.l.quod de bonis.§. 1. ideo prohibitio
Trebellianicæ potest poni in conditione pœnalis dispositionis
secundum manifestam intentionem prædictorum.Nec refert,
utrum in conditione sit posita expresse uel generaliter detra-
ctio quartæ,quia etiam si dicatur.& si quartam detraxerit , sit
priuatus,non dicitur quarta expresse prohibita, quia quod est
in cõdõne,nõ est in dispositione,d.l.si quis sub cõdõne . de cõ
dit.instit.sed tacite & per indirectum.i.metu pœnæ prohibetᷣ.
Et istud etiam clare probatur ex no.per gl.in l.Lucius.de hær.
insti.inquantum uult, ꝙ liberi in conditione positi dicũtur uo
cati tacite & non expresse. propterea sicut hoc casu committe-
retur pœna apposita sub dicta conditione, ita etiam dẽt cõmit
ti,quando pęna eſt apposita,si molestauerit quis filiam quomo
docunque & qualitercunque.Sub quib.uerbis generalib.etiam
in conditione est apposita detractio quartæ per prædicta.Quã
uis ergo hodie quando directe fit quartæ prohibitio,sit dña in
ter expressam , & tacitam prohibitionẽ.d.§.si uero expressim ,
quando tamen est solum in præcedenti conditione ad sequen
tem dispositionem pęnalem non est dña,utrum in illa appona
tur quartę detractio nominatim & expresse uel generaliter,ꝗa
non minus uno casu,quam alio dicitur prohiberi tacite & per
indirectum,nec per uiam conditionis põt prohiberi alio mõ.i.
quam tacite,uel per indirectum.& tamen hoc hodie fieri est ꝑ
missum,ſm intentionem prædictorum doctorum.Nec est mi
rum,ꝙ illud,quod non potest fieri per modum dispositionis,
fieri concedatur per uiam conditionis,quando lex non resistit,
d.l.seruo alieno.§.fi.iuncta l.Mæuius.Et sicut etiam uidemus,
12 ꝙ licet prohibitio alienationis † unda & sine cã facta in ultima
uoluntate non ualeat.l.filiusfamiliàs.§.diui. de leg.1.Si tamẽ sit
in conditione posita,ualet tunc prohibitio per indirectum, ẽt
sine cã.l.si quis ita.§.fi.de cond.inst.ſm Alex.in d.§.diui. circa
prin.uer.j.limita, &c. Et istud puto uerissimum. Non ob.ẽt ꝙ
dicebatur, ꝙ de iure potuit deduci legitima & Trebellianica,
quia etiam si ita sit,tamen pro tali molestia de iure pęna fuit cõ
missa isto casu,quæ includitur sub dictis uerbis prægnantib.&
geminatis,ut plene probatum fuit supra . Non obst.postremo
ꝙ fit prohibitio molestationis in hæreditate,& in aliquib.bo-
nis hæreditatis ipsius testatoris.Quæ uerba non uerificantur in
deductione legitimę, & Trebellianicæ, quæ ipso iure resecatur
ab hęreditate ipsius testatoris.l.Plautius.& l.linea margaritarũ.
ad leg.Falcid.& sic non dicitur esse in hęreditate, nec in bonis
hæreditatis dicti testatoris.Quinimmo per detractionem Tre-
bellianicę molestia dicitur inferri in hęreditate testatoris,quia
est quota dictæ hæreditatis,& per retentionem illius minuitur
hæreditas in quota.l.1.§.fi.ad Treb.& ibi no.Et similiter legiti
ma non est æs alienum,quia patre uiuente non debetur filio ,
l.j.§.sed nec impuberi.de col.bon.Et hinc est,ꝙ detrahitur de-
ducto ære alieno.& funeris impensa.l.Papinianus.§.quarta au
tem.de inoff.test.Nec est dubitandum , an testator senserit de
molestia ex cã de præsenti uel de futuro,quia uerba se referunt
expresse ad futurum,ut patet ex illo uerbo, vllo unquam tem-
pore,& ex uerbo,quandocunque,quod includit omne tẽpus,
&

& sic ante aditam uel post aditam hæreditatem, vel in uita filii uel post mortem, ſm Bar. in l. centurio. de uul. & pup. uer. quæro, utrum substo uulgaris facta per uerbum commune, &c. & probatur ex no. per Ang. post Bal. in lect. antiqua in l. quod si nolit. §. si quid. de ædil. edic. ubi dicit, quod si fideiussor promisit præsente debitore, quandocunque, intelligitur etiam post sententiam, licet alias secus. l. Græce. §. post litem. de fideius. & idē etiam uult Bar. in l. si quis reum. de custod. reor. & Alex. in l. 1. §. fi. qui satisd. cog. Et facit, quod no. glo. in l. 1. C. de concuss. in uer. omni tempore. quam no. Ang. in l. cum stipulatus sim mihi, a Proculo. de uer. obl. Secundo principaliter excluduntur le-
14 gatarii, uidelicet ex defectu tacitæ conditionis, quia filia † grauata præstare fundicum & domum post mortem, intelligitur grauari si decesserit sine filiis. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. & c. per quem tex. ampliatur. l. cum acutissimi. C. de fideic. & l. cum auus. de cond. & dem. ad relictum particulare, & hēt locum etiam, quando tempore testamenti filii erant iam nati, ſm Moder. Perusi. & Senenses in d. §. cum autem. per plura, de quib. ibi per eos. Et referunt, ꝙ pro ista opinione ēt consuluit Cuma. & pro qua etiam latissime consuluit Marian. in consi. 27. & etiam Cor. consi. 197. 3. vol. qui dicit, ꝙ idem ēt consuluit Capra. Et licet Ro. in consi. 370. & Soc. in consi. 191. uideantur aliter sentire, prima tñ opi. vr̄ magis cōmunis apud Modernos, & ēt vr̄ uerior, & pro qua ultra alios pondero tex. in d. l. cum acutissimi. ibi, nisi cum filius eius sine sobole uitam suam reliquerit, &c. & sic quātum ad hoc, an filii extēt uel nō, relationem hēt tex. ad tempus mortis filii grauati, & non ad tēpus testamenti. Et pro hoc facit, quod uult Bal. in l. 2. C. de iure emph. dicens, ꝙ si quis recepit emphyteusim cum hoc, ut non transeat nisi ad suum primogenitum, ꝙ intelligitur de illo, qui tempore mortis recipiētis superuiuebat, & erat primogenitus, quia successio hēt relationem ad tempus mortis, iō inspicitur prioritas, quæ eo tempore erat, allegat l. ex facto. §. pe. ad Treb. & cum eo transit ibi Ale. quamuis. n. quis tempore testamenti haberet filios, & de illis cogitauerit, non erat tamen certus, an superuiuerent patri eorum uel non. Quia ergo de hoc potuit dubitare, uerisimile est, ꝙ si cogitasset, & certus fuisset ꝙ superuiuerent, ꝙ filium non grauasset. Et dato ꝙ quæstio possit esse dubia, quando filii extarent tempore testamenti, & alii post testamentum non fuissent suscepti, quia tñ in casu isto ēt post testm̄ filia grauata post mortem alios filios suscepit, isto casu clarum esse uidetur, ꝙ relictum non habeat locum, per iura præallegata, & prout uult Soc. in d. l. cum auus. col. 56. in libro meo uer. capio tertium casum. ar. l. pe. de iure cod. & ꝑ no. per Bald.
15 in l. j. C. de inoff. do. ubi uult † ꝙ ꝑ superuenientiam liberorū reuocetur donatio inter uiuos, quamuis aliqui liberi extarent tempore donationis per l. si unquam. C. de reuoc. donat. Facilius ergo reuocatur legatum. Et est etiā clarum, ꝙ d. l. cū auus. locum hēt etiam, quando filia est grauata, ſm Bar. & alios, & maxime Pau. de Cast. in d. l. cum auus. Nec refert, ꝙ ista filia exclusa esset ab intestato ex forma statuti per supexistētiam agnatorum, quia in illa locum hēnt dicta iura, ut clare probatur ex no. ꝑ Fulg. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem. C. de test. cum quo transit Ale. in §. ex imperfecto. eo. ti. qui dicunt, ꝙ ille tex. in quo dicitur, ꝙ ualet testm̄ minus solenne inter liberos, locum etiam habet in filia per statutum exclusa. Et ea rōne in proposito, quia dato ꝙ sit exclusa ab intestato, non est tamē exclusa condito testō, cum habeat uoluntatem patris, allegat, quod habetur in simili in l. non putauit. §. in adoptiuū. de bon. poss. contra tabu. Et quia, ut dixi, post testamentum suscepit filios, isto etiam casu locum hēt. d. §. cū aūt. in legato particulari, ut manifeste præsupponit Soc. in d. consi. 161. uer. hanc conclusionem probat, &c. dum allegat. l. pe. de iure cod. Et quod dicit Bar. ꝑ illam legem in l. filio præterito. de iniuſ. rup. & in auth. ex cā. C. de lib. preter. quamuis aliter uideatur Soc. uelle, si tpe testamenti filii extarent, & post testm̄ alii non fuissent suscepti. Nec etiam præmissis ob. ꝙ post mortem do. Thaddeæ, si aliter illa de dictis bonis non disponeret, uoluit testator ꝙ ꝑtineret ad hæredes. i. ad filios illius. l. ex facto. §. fin. ad Trebel. & quo casu Soc. in d. consi. uidetur uelle, quod tunc non subaudiatur dicta conditio, quia isto casu ueniunt quicunque hæredes etiam extranei, & non tantum filii, per no. per Bart. & alios, in l. Gallus. §. etiam si parente. de libe. & posthu. ubi a regula, quæ ibi traditur per Doctores, non reperitur exceptus iste casus, & ēt
2 isto casu expressio hæredum fuit superflua & facta per eū modum, per quē inerat, quia in illum casum bona erant peruentura ad hæredes do. Thaddeæ, si de illis non fuisset facta mentio. Et similiter nō ob. ꝙ do. Thaddea sit grauata restituere sub illa conditione, & ea succedēte quæ uenit implēda ea uiuēte, & quo casu nō hēt locū d. l. cū auus, ſm Cuma. ibi. & Soc. col. 13. uer. tertium corolarium, quia huiusmodi conditio tacita inerat, quia aliter grauari non poterat. l. ab eo. C. de fideic. Præterea prædicti loquuntur, quando fideicommissarius adimpleta conditione in uita statim erat uocatus, quia sicut tunc excluditur filius, ita & nepos ex eo secundum prædictos. Sed in casu nostro nedum legatum fuit factum sub conditione, quæ potuit impleri uiuente do. Thaddea, sed etiam post mortem do. Thaddeæ legatum fuit collatum. Quia ergo tunc ipsa non excluditur, ita nec etiam nepos ex ea. Et sic cessat ratio prædictorum. Et istud non habet dubium. Nec obst. insuper, ꝙ substitutio facta filio sit expresse concepta, si decesserit sine filijs, quasi ꝙ si idem uoluisset de filia, hoc uerisimiliter expressisset, quia in persona filij dicta conditio fuit expressa ex abundanti, d. l. cum auus. & abundans cautela non nocet. leg. qui mutuam. in prin. ff. manda. & l. testamentum. C. de testa. Præterea quo ad filiam non fuit conditio expressa, non quia voluerit testator illam haberi pro omissa, sed quia sciebat, ꝙ habetur pro expressa, & ꝙ plus præsumebatur dictum quam scriptū. d. l. cū auus. nō dēt ergo capi iterpretatio in præiudicium filiorum, ex quo capi pōt alia coniectura in fauorem eorum, quia etiam uerba potius impropriantur, ut non excludantur. l. si is qui ducenta. §. item si ita. & ibi no. de reb. dub. Et per hæc ad omnia contraria remanet responsum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in institutionibus, & legis ueniunt omnes descendentes, etiam fœminæ, maxime quando sunt uocati in quendam incertum futurum euentum, & quando procedat. nu. 5.*
2 *Filiorum nomen dicitur collectiuum, quando eorum appellatione ueniunt descendentes, qui ordine successiuo tunc censentur uocati. & nu. 7.*
3 *Descendentes qui ueniunt appellatione filiorum in conditione positorum censentur ad fideicommissum uocati, & comprehenduntur etiam fœminæ.*
4 *Pater & filius copulatiue sunt ad successionem uocati, pariter admittuntur.*
6 *Vulgaris substitutio in dubio, censetur ubi non adest uerbum denotans tractum temporis, etiam quod ordine successiuo sint uocati.*
8 *Pluralitas quando resoluatur in singularitates.*
9 *Nepos quando succedat in locum patris sui. & nu. 11.*
10 *Conditio, si sine liberis, &c. desicit, si institutus cum filijs moritur, licet filij postea sine filijs decedant, uel etiam si cum neptibus superstitibus quis decedat.*

¶ In legatis an filiorum appellatione ueniant neptes. Et an quamuis non sint uocatæ, faciant tamen deficere conditionem, si sine filijs, &c.

CONSILIVM LXXVIII.

PRIMVM dubium, ꝙ oritur ex testamento Laurentij, de quo quæritur, est, vtrum filiæ Benedicti iunioris ex do. Cæsare veniāt ad legatum domus, & possessionis factum Benedicto de Varano & filijs Benedicti post mortem uxoris ipsius testatoris. Et prima facie uide-
1 tur dicendum ꝙ sic, quia † in institutionib. & legatis appellatione filiorum ueniunt etiam descendentes. l. Lucius. de hær. inst. ubi probatur, ꝙ liberi continentur, & sic etiam descendentes. l. liberorum. de ver. sign. & ita etiam tenet Bar. in l. liberorum. de uerbo. sig. & probatur in l. Gallus. §. instituens, secūdum intellectum Bar. de libe. & posthu. Ergo pronepotes dicti primi Benedicti ex alio Benedicto filio do. Cæsaris debent admitti ad relictum domus, & possessionis factum dicto Benedicto, & filijs eius, & cum Bart. transit etiam Ang. in d. §. instituens. & Ant.

Ant. de But. in c. in quibusdam. de pæ. & Pet. de Anch. in cle. 1. de baptis. & Card. in c. 2. de ver. sign. & præsertim cum filij isto casu reperiantur uocati in quẽdam incertum futurum euentũ id est post mortem vxoris debent etiam pronepotes uenire, secundum Imo. & Alex. in d. §. instituens. per d. l. Lucius. & Alex. in cons. 1. vol. 1. & in cons. 26. 3. vol. & nedum masculi, sed etiã fœminæ intelliguntur vocati. l. si ita sit scriptum. in prin. de leg.
2 2. & l. si quis ita. de testa. tute. quia † ergo dicto casu appellatione filiorum veniunt pronepotes & alij descendentes primi Benedicti. d. l. Lucius. intelligũtur vocati ordine successiuo, quia nomẽ filiorũ, tũc dicitur esse collectiuũ plurium personarum existentiũ in diuersis gradib. sicut ẽm dictũ ordinẽ admittũtur plures vocati ꝑ aliud nomẽ collectiuum. l. cum ita. §. in fideicõmisso. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. & l. fi. C. de ver. sig. & no. Bar. & alij, in d. l. Gallus. §. quidam recte. & in specie istud firmat ibi Soc. videlicet, ꝙ in casib. in quib. appellatione filiorũ veniunt nepotes, & alij descendentes, ꝙ dicantur uocati dicti descendentes ordine successiuo, & sic post filios extinctos. d. §. in fideic. Et ex alio quoque dici potest, ꝙ dictæ pronepotes Benedi-
3 cti per fideicommissum sint vocatæ, quia casu, † quo d. Benedictus & filij eius decederent sine filijs, voluit testator dicta bona distribui amore Dei, &c. Quia igitur Benedicti descendentes, qui ueniunt appellatione filiorum positorum in conditione. d. l. Lucius prætulit, & illis extantibus uoluit bona apud illos remanere, & ad pauperes non peruenire, intelligitur tacite illos inuitasse ad dicta bona, & per fideicommissum admitti voluisse, vt uidetur probari in d. l. Lucius. & quia cum dicta uerba sint prolata fauore dictorum descendentium, ex hoc intelligũtur uocati. l. fideic. §. interdum. de leg. 2. & l. 2. §. si duo. de collatio. bono. Et istam opin. tenuerũt etiam Old. An. & Ful. in l. 1. C. de cond. inser. ubi probatur, quod veniunt etiam fœminæ. & Rom. in l. si cum dotem. in prin. sol. ma. & alij plures sequuti sunt istam opi. quæ pluribus alijs rationibus posset confirmari, quas omitto, quia non est necessariũ, & quia esset nimis longum. Sed prædictis non obstantibus, quæ vere non obstãt, contrarium est dicendum. Nam primo considerandum est, qđ
4 ad relictam † factum Benedicto & eius filijs voluntarie & aliqua necessitate non subsistente, simul, & eodem tempore uocantur pater, & filij ex natura copulæ, quæ hoc importat, ut probatur in c. Ray. & in c. Raynal. de testa. & ita etiam per iura prædicta uolunt Doc. cõmuniter in d. l. Gallus. §. quidã recte. & quamuis Bar. ibi aliter dixerit, tamẽ eius opinio cõmuniter reprobatur. Et ad suas rationes per Doc. respondetur, quos aliter non refero. Quia ergo d. Benedictus uocatus post mortem uxoris testatoris, & adhuc viuente ea mortuus est eius portio defecit. l. hæres meus. in prin. de cond. & dem. & in l. 1. ver. dies autem. eo. ti. Et portio Benedicti do. Cæsari eius filio accreuit. l. unica. §. in 1. & §. pro secundo. C. de cad. tollen. nec substitutio in ea parte facta de pauperibus põt locum habere, quia cum decesserit Benedictus cum filio, defecit conditio, sub qua ei facta fuit substitutio, videlicet si Benedictus, & eius filij decesserint sine filijs. l. non est sine liberis, de ver. signi. nec etiam mortuo postmodum do. Cæsare possint eius neptes venire ex aliqua
5 substitutione, quia † quamuis relictam sit factum Benedicto & eius filijs post mortem vxoris, & sic isto casu quo nõ est purum, sed collatum in dictum euentum incertum, dici posset, ꝙ appellatione filiorum ueniant pronepotes, illud tamen procedit, & locum habet, quando dispositio in personam d. Cæsaris filij primi gradus non fuisset sortita effectũ. Sed quia dictus d. Cæsar tẽpore, quo vxor testatoris mortua est, superuiuebat, ad relictum fuit admissus, proneptos ex illo amplius venire nõ possunt, quia in casibus in quibus appellatiõe filiorum veniũt descendentes, intelliguntur illi demum uocati, si dispositio in persona filij effectum non habuit, secundum Bar. in d. l. liberorum. col. pe. ver. quid si in aliqua dispositione, &c. per l. Gallus §. item credendum. Et ratione comprobatur, quia quãuis post mortem vxoris fuerit relictum Benedicto, & eius filijs: & sic in rebus relictis substitutio ista etiam fuerit fideicommissaria, quia fuit post mortem uxoris institutæ collata, ut sentit gloss. quam Raph. ad hoc no. in l. testamento. C. de testa. mili. nihilo minus inter ipsum Benedictum & eius filios non fuit appositum aliquod uerbum denotans tractum temporis. Et ideo quãuis etiam uenirent eius pronepotes & inter illum, filios & alios descendentes facta diceretur substitutio ordine successiuo, illa esset uulgaris tantum, quę etiam fieri potest in legatis, & fideicommissis singularib. leg. ut hæredib. de l. 2. & d. §. in 1. &
6 §. pro secundo. Et hoc † quia, ut dixi, inter prædictos non apponitur aliquod uerbum denotans tractum temporis, ꝓpterea inter illos in dubio uulgaris censeri dẽt substitutio. l. iam hoc iure. de vul. & pup. & quia in dubio præsumitur, ꝙ substitutio sit potius directa quam obliqua. c. si pater. de test. in 6. & not. in l. uerbis ciuilibus. de vul. & ita etiam uult Raph. Are. & Soc. in d. §. quidam recte. & in terminis nostris proprie Ale. in consi. 22. Visis ac perlectis, &c. in 3. uol. & idem Ale. in consi. 24. eo. vol. refert, ꝙ istud vult Rap in loco præall. & Pau. de Cast. in d. §. in ffdeicommisso. in lectu. Bonoñ. & quæ uulgaris expirauit in totum, & quo ad omnes, ex quo d. Cæsar fuit admissus ad relictũ. l. post aditam. C. de impub. & aliis substi. & per Ale. in d. consi. & ubi pronepotes dicti primi Benedicti nõ fuissent natæ uel cõceptæ tempore testamenti vel mortis uxoris testõris, post quã uocantur Benedictus & filii eius, ẽt ex hoc capite eẽnt exclusæ, quia solum illi descendentes intelliguntur uocati, qui dictis tẽporib. vel altero eorum sunt nati vel concepti, ut est casus in d. §. in fideicommisso, iuncta l. si cognatis. de reb. du. & no. Doct. in dictis locis. Ex præmissis ergo apparet, ꝙ pronepotes Bñdicti ex domi. Cæsare non põt admitti ex relicto facto prædicto Benedicto & eius filiis, nec etiam uenire põt ex eo, ꝙ uoluerit testõr dicta bona distribui amore Dei, si d. Benedictus & eius filii, decesserint sine filiis, & sic quia sint positæ in cõdõne, quia
7 per hoc † non censentur positæ in dispositione, vel ex fideicommisso uocatæ. l. si quis sub cõdõne. si quis omis. cau. test. & ꝓut vult gl. in d. l. Lucius. de hær. inst. & quę est communiter approbata ẽm Imo. ibi, & opin. illius glo. late etiam comprobat & sequitur Ale. in consi. 185. Viso titulo quæstionis, &c. in 2. vol, vbi etiam respondet ad allegata in cõtrarium, & ad omnia, quæ allegari possunt pro parte contraria, ad quem me gratia breuitatis remitto, ex quo ista est communis opinio, & quæ seruatã in practica, & a qua nõ licet discedere, ut habetur in locis vulgarib. Nec etiam ob. quædam alia, ad quæ manifesta colligitur responsio per prædicta. Nam inquantum dicitur, ꝙ appellatiõne filiorũ Benedicti ueniunt pronepotes, respõdetur, ꝙ licet istud sit uerum, tamen solum admitti possunt, quando in persona filii non habuisset effectũ dispõ, sed quando in persona eius con secuta est effectum, tunc in hunc casum non intelligãt uocati ꝑ no. ꝑ Bar. in d. l. liberorũ. in pe. col. Et quia intelliguntur pñ substituti vulgariter tm̃ casu etiam, quo ordine successiuo sint uocati, ex quo inter eos nulla apponitur dictio denotãs tractũ temporis, ẽm Doc. in d. §. quidam recte, & Ale. in d. consi. & sic substitutio solum uulgaris intelligeretur facta ẽm dictum ordinẽ & de iure dẽt intelligi, quod no. Soc. in d. §. quidam recte. allegato in contrarium, quæ expirauit postquam d. Cæsar fuit admissus. d. l. post aditã. C. de impub. & aliis substitutio. Secundo principaliter quæritur, vtrum neptes dicti d. Cæsaris ex Benedicto iuniore quamuis non sint uocatę, saltem faciant deficere cõdõnem illam, l. si Benedictus & eius filii decesserint sine filiis, sub qua testõr uoluit bona distribui amore Dei. Et pro hac parte, s. ꝙ non defecerit conditio, sed ꝙ sit adimpleta, audio, ꝙ allegatur ista rõ. Nam uerum est, ꝙ do. Cæsar decessit sine filijs, quia Benedictus eius filius prius decessit, ergo fuit adimpleta conditio, sub qua ille fuit grauatus. Nec obstare uidetur, ꝙ primus Benedictus & eius filij fuerint grauati, si decesserit relicto filio
8 d. Cæsare & sic ꝙ non concurrat † concursus copulatorum l. si hæredi plures. de cond. inst. quia illa pluralitas resoluitur in plures singularitates, & sic sufficit, ꝙ in persona d. Cæsaris fuerit adimpleta condõ. l. hæredes mei. §. cum ita. ff ad trebell. l. si. §. filium. de leg. 2. & in l. Lucius. §. Caio. ad Tre. ex quo non supest persona, quæ ex uerisimili mente defuncti excludat substitutũ, idest, aliquis descendens ipsius testõris, vt plene no. in d. §. cum ita. & in l. pe. C. de impub. & aliis subst. & in restitutione uenit etiam portio primi Benedicti, quæ peruenit ad d. Cæsarem ex iure accrescendi. l. si totam. cum ibi no. de acqui. hære. & no. Ba. & alii in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Treb. Nec etiam ob. ꝙ dictus d. Cæsar decesserit superstitibus suis neptibus ex filio
9 Benedicto, quia illæ non repræsentant personam patris sui, & filij dicti d. Cæsaris, quia nepos succedit in locum filij, & illum repræsentat, quando succeditur ab intestato ex titulo hæreditario

tario. Secus autem si succedatur ex testō & ex titulo fideicōmis si.ſm Bal.& Raph.in d.l.cum ita.§.in fideicommisso. Aret.insti. de hære.quæ ab intest.§.cum filius.& cum Sal. transit etiā Alc. consi.204.2.vol.& in consi.126.5.vol.Quib.non obstantibus quæ nullo modo obstant,contrarium est uerius. Nam quo ad personam Benedicti, & eius portionis, certum est & uerius, quod defecit dicta cōditio substitutionis,quia decessit supersti te dom. Cæsare eius filio. Et quamuis postmodum do. Cæsar diceretur sine filiis decessisse, nihilo minus casus substitutio nis factæ d.Benedicto non diceretur euenisse,quia satis est, ꝙ ille tempore mortis cum filiis decesserit, nec curatur, quod filius eius postea sine filiis mortuus sit.l. ex facto. §. penul. ad Treb.& prout ēt uult Old.in consi.21.Thema tale est, testōr, &c.& in cōsi.141.Thema tale est,do.G.& Io.And.in add.Spe. in ti.de test.§.in primis.in fi.& similiter dr̄ defecta cōditio quo ad substōnem factam do. Cæsari per superexistentiam neptū suarum ex Benedicto iuniore eius filio,quia illa cōdōne,si decesserit sine filijs, absque dubio continentur nepotes & neptes eius,d.l.Lucius.de hær.inst.iuncta l.j. C. de cond.inser.& not. Bar.in d. l.liberorum.in uers.4.casu, &c. Nec ad propositum
11 † facit,quod no.Bal.& Raph. in dicto §. in fideicom. quia ipsi loquuntur,quando nepos ex filio præmortuo uult simul succedere & concurrere cum patruo existente in gradu proximio ri,quia tunc admittitur cum illo, quando agit de succedēdo ab intestato,& ex titulo hr̄ditario,ꝑ auth.cessāte.C.de legiti.hær. Et est aliud ſm eos,quando agitur de successione testati vel ex titulo particulari.Sed iste non est casus noster,quia istę neptes non sunt in dispositione hominis uel legis positæ, & sic non contendunt velle admitti ex testamento uel ex titulo singulari cum patruo existente in gradu proximiori. Sed dicitur, quod continentur appellatione filiorum positorum in conditione, & quod ex illarum superexistentia deficit conditio, sub qua fuit grauatus,quod est uerissimum in d.leg.Lucius.Nam in ca su Bald. in quo nepos ex filio præmortuo uult admitti cum pa truo, secundum eum, non admittitur, quia proximior ex testamento intelligitur uocatus per prius,dic.§.in fideicomm.Et ideo patruus, qui illum in gradu præcedit in totum succedit, nec tunc nepos in locum filii pręmortui succedit. quæ ratio cessat isto casu,in quo neptes tanquam positæ in conditione non contendunt cum patruo ex testamento, nec uolunt cum illo succedere, sed dicunt quod ex earum superexistentia defecit conditio.sub qua do.Cæsar earum auus fuit grauatus,& quod substitutus excluditur,ex quo ad hunc effectum semper nepos succedit loco filii,& uenit filii appellatione.d.l.Lucius.& sic cō stat, quòd prædicti casus sunt diuersi, quia uno casu uult admitti nepos ad lucrum,& isto casu ultimo uult onus euitare & damnum.Præterea opin.Bald. Rapha.& sequacium in d.§.in fi deicom. non est uera, contrarium uult ibi gloss. cum qua Do cto. magis communiter simpliciter transeunt,& expresse Imo. illam approbat,& ad rationes contrarias respondet. Et cum ista opinione,uelut communi transit etiam Alexand. in consi. 198. primo uolum.& in consil.26.vol.3.& Aret.in consi.164. in fi.pen.col.cum sequen. uersiculo uenio igitur ad quartum, &c.Et in hoc,iudicio meo, casus iste non habet dubium. Concluditur ergo,quod do.Cæsar de istis bonis potuit testari & libere disponere. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum si sit factum cum prohibitione, ne plus petatur, idem importet,ac si diceretur legatum pro omni eo & toto,quod petere posset,&c.*
Dictio,tota,quid inducat.
2 *Dos licet excedat summam legatam,legatum tamen censetur factum animo compensandi cum toto debito, & excluditur agnoscens a supplemento,quando prohibetur plus petere. & numero.6.*
3 *Legitima non dicitur debitum.*
4 *Quarta de legatis pijs licet minui non possit per testatorem,tamē si legatum acceptetur,non agitur ad supplementum,*
5 *Legitima dicitur melioris conditionis quam uerum debitum ex dispositione legis, uel hominis.*
6 *Legatarius si in minori quantitate grauatur, quando legatum possit in excessu ualere.*
7 *Pecunia non æstimatur per pecuniam.*
8 *Prohibitus plus petere in bonis & hæreditate,censetur etiā sibi debitum prohibitus petere, etiam si diceret in bonis tantum quando ad aliud non posset haberi relatio.*
9 *Præsumpta iuris ignorantia non prodest mulieri,nisi in processu reperiatur allegata.*
10 *Error allegatus a muliere non iuuat eam, quando peritiores potuit consulere,etiam si tractet de damno uitando, quando damnum habet originem a lucro.*
11 *Lucrum acceptans fingitur se obligare omnib.onerib.& ius sciuisse,nec admittitur probatio in contrarium.*

¶ Mulier acceptans simpliciter legatum,an excludatur a parte dotis debita per testatorem legantem.

CONSILIVM LXXIX.



ISO eleganti consilio cōsumatissimi Iurisconsͤ do.Bonifacij mihi patris honorandi, ac responsionibus suis ad ea,quæ acutissime obijciuntur ꝑ reuerendum domi.iudicem,& omnibus mature ponderatis,resideo tandem in opi. do. consultoris,videlicet ꝙ do.Anna,que simpliciter acceptauit legatum librarum quinquaginta, excludatur a parte dotis debita per testatorem legantem.Et præsuppono,id ꝙ uerissimum est,ꝙ nō
1 refert † ꝙ legetur certa quantitas cum hoc, ꝙ legatarius plus petere non possit,uel pro omni eo & toto,ꝙ petere posset.Nā sicut primo casu prohibetur plus petere,ita & hoc ultimo, ut probatur in l.si.C.ad l.Falc.& no.in l.decem.de fideic.liber. vbi ponitur de uerbo,totus,tota,totū,de quo per Rayne. l. post dotem.so.ma.& ibi per Ale.in fi.uerbis,dum dicunt, ꝙ maritus,qui promisit restituere dotem,potest retinere partem,quā lucratur ex forma statuti,secus si promisit restituere totam do tem.Et idem vult Ang.& Imo.in l.damni.§. cum parietem. de dam.infe.Hoc igitur sic præsupposito, dico,ꝙ quamuis quan
2 titas† dotis excedat summam legatam,ꝙ uidetur legatum factū animo compensandi cum toto & integro debito,& non tantū pro quantitate concurrenti.Et ꝙ d.Anna agnoscendo simpliciter legatum,uidetur illud acceptasse cum sua causa.Et sic qđ excluditur a petitione dotis debitæ per testatorem, tanquam agnouerit onus ab eo iniunctum.& ita in terminis decidit Pa. de Cast.in l.si cum dotem.§.si pater.sol.mat.cum quo trāsit ibi Alex. in 1.col. ubi uolunt, ꝙ si pater debitor filiæ in dote per eum exacta,& filiæ leget minus,quā sit ipsa dos, ac prohibeat illam plus petere,ꝙ si simpliciter filia legatum acceptet,videaẗ acceptasse illud cum sua causa.Et ideo quatenus plus est in do te, petere non poterit,per l. cum ab uno. de leg. 2. & c.officij. de test.& idem vult Dyn.ut refert Alex.in l.cum pater.§.dotale. de leg.2. Et istud etiam aperte uolunt do.in l.si compensandi. C.de hęre.inst.ut dicit do. consultor, sed glossari non potest, ꝙ dicunt prædicti in §.si pater.ubi clare, & explicite sic determinant. Et propterea ex dictis eorum confunditur, ꝙ voluit Pau.de Cast.in cons.131.incip.Licet ista domina Lisia,&c.qui allegatur in contrarium, & in quo fit magna uis,quoniam, vt dixi,contrarium directo uult Pa.de Cast.& Alex.in d.§.si pr̄.& Dyn.in d.§.qui dotale.Nec obstant rationes Pau. de Cast.in d. consi.Et primo dum dicit,ꝙ testator non potuit prohibere petitionem dotis debitæ,ideo onus reijcitur ultra quantitatem legatam,sicut dicitur de legitima,per l. si quando.§. & generaliter:& ibi per Bal.C.de inoffi.test.& ultra eum hoc poterat effi cacius confirmari.Nam legitima non est proprie debitum,qđ
3 † patet,quia detrahitur deductis prius debitis.l.Papinianus.§. quarta,de inoffi. testamen.Si ergo onus reijcitur de legitima ē quasi debita.Sed prædicta ratio Pau.de Cast.non est uera,& ē
4 contra d.c.officij.de testamen. Quarta† enim debita episcopo de legatis ad pias causas prohiberi, nec minui potest per testatorem,capi.requisisti.eod.titu. & tamen si relinquat episcopo minus,cū, hoc ꝙ plus petere nō possit,& acceptet episcopus legatum simpliciter,non poterit agere ad supplementum quartæ.Et quamuis Pau.de Cast.in d.§.& generat respondeat, qđ episcopus uidetur approbare, ꝙ de iure fieri potuit, & non illud,ꝙ fieri non potuit,& sic sentiat,ꝙ in casu d.c.officij pos-

sit

agi ad ſupplementum,& per ꝯñs ꝙ onus reijciatur,prout ēt vi
detur glo.ſentire in d.c.Inno.Io.An. & alij ibi tenent,ꝙ immo
onus non reijciatur,& ꝙ ad ſupplementum agi nō poſsit, quā
5 do legatum fuit ſimpliciter agnitum,& in hoc† legitima eſt al
terius naturæ,ſecundum Imo.ibi.Iſtud idem vult etiam Pau.de
Caſt.& Alex.in d.§.ſi pater. vbi volunt,ꝙ filia non agit ad ſup
plementum dotis,quando legatum continēs minus ſimpliciter
acceptauit,per d.ca.officij.& ſic intelliguntur, ꝙ in caſu illius
capituli non habeat locum petitio ſupplementi . Et idem vult
Ale.in d.l.ſi compēſandi.dum all.illum tex.& Ale.& Pa.de Ca.
in l.ꝙ de bonis.§.cum fideic.ad l.Falc.vbi dicunt,ꝙ in caſu.d.c
officij.onus non reijcitur ipſo iure,ſicut reijcitur de legitima
Patet ergo,ꝙ verum debitum ex diſpōne hoīs vel legis,ut caſu.
d.c.officij.in hoc eſt deterioris conditionis quam legitima,quia
de illa reijcitur onus dicto caſu,& tamē non reijcitur de vero
debito.d.c.officij.Nec mirum,quia videmus etiam , ꝙ fructus
percepti iudicio teſtõris computantur in vero debito.l.cum pa
ter.§.Titio.de leg.2.& d.l.ꝙ de bonis.§.ꝙ auus.ad leg. Falc.&
tamen non imputantur in legitimam,ēt ſi teſtator aliter diſpo
nat.l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſt.de quo mirat Pau.
de Caſt.in d.§.ꝙ auus quia ſi non imputantur in legitima, quæ
eſt ſolum quaſi debita,multo minus deberent imputari in vero
debito. Sed reſpondet ibi Alex.ꝙ ideo aliud eſt in legitima,q̄a
de illa ipſo iure ſtatim deducitur oē grauamen,adeo ꝙ ēt reijci
tur,quamuis filius ſimpliciter legatum agnouerit.d.§.& genera
liter.Quæ rō , ſm eum, ceſſat in alio debito , quia lex ipſo iure
non reijcit grauamen.Et ſic Ale. in loco prædicto apertisſimè
determinat,ꝙ onus impoſitum per illam clauſulam,ꝙ plus pe
tere non poſsit, non reijciatur de alio debito.ſicut de legitima
Et merito,quia hoc probatur,ut dixi,in d.c.officij . & ſic male
loquitur Pau.de Caſt.in d.conſi.& per hæc ſua rō, quam pucat
efficacisſimā,deſtruitur,& clare tollitur . Alia ēt ratio Paul.in
6 eod.conſi.non eſt vera,dum dicit , ꝙ legatur † pecunia animo
compenſandi cum debito conſiſtente in pecunia, quod in ex-
ceſſu non valet grauamen,per l.filiusfamiliàs.§.apud Marcellū
de l.1.& melius probatur in l.Imperator.§.ſi centum.vbi habe
tur,quod ſi pecunia legetur,& grauetur legatarius in pecunia,
ꝙ grauamen non tenetur ultra quantitatem legatam . Nā tex.
in d.§.apud Marcellum.ſecundùm Bara.ibi loquitur alio caſu ,
quando fuit legata ſpecies , quo caſu non poteſt in plus legata-
rius grauari, quam ſit pretium illius ſpeciei cum fructib.qui ca
ſus nihil hēt cōe cum caſu noſtro,in quo fuit legata quantitas
& non ſpecies.Sed iſta conſideratio Pa.eſt expreſsè contra tex.
in d.c.officij.vbi tex.loquitur indiſtinctè de quarta,quæ poteſt
conſiſtere nedum in ſpecie,ſed ēt in quantitate,quando legata
ex quibus detrahitur,ēt in quantitate conſiſtebant,& tñ ſi lege
tur minor quātitas cum hoc,quod plus petere nō poſsit, onus
non reijcitur ultra quantitatem legatam.Præterea dicta rō Pa.
eſt expreſsè contra id,quod ipſe dicit in d.§.ſi pater.ubi uult,ꝙ
onus impoſitū p illa uerba,ꝙ plus non poſsit petere,non reij-
ciatur de debito dotis cōſiſtētis in pecunia , q̄uis minor q̄titas
ſit legata.Et ad d.§.ſi centum.ſub.inductum reſpondet,nam ali
quādo pecunia relinquit,& grauatur legatarius in maiori quā
titate,& non ualet grauamen in exceſſu,vt ibi. Aliquando gra-
uatur in ꝓpria ſpecie,& acceptando legatum minoris quātita-
tis quam ſit pretium ſuæ rei,ſibi præiudicat,ut ibi dicit,quia rē
ſuā tm̄ æſtimare videtur.Aliquādo & tertio legatur pecunia,&
prohibetur petere pecuniam ſibi debitam,ut in caſu noſtro, &
agnoſcēdo legatum minoris quantitatis ſibi præiudicat , & de
exceſſu onus non reijcitur.d.c.officij.& per doct. in locis alle-
gatis . Et hoc quia iſto caſu intelligitur grauatus actionem ſibi
competentem remittere,& debitorem liberare:ideo agnoſcen-
do legatum minoris quantitatis,videtur actionem ſibi compe-
tentem & circa uerſatur grauamen tantū æſtimare.Et ſic eſt ea
dem rō iſto caſu , quæ in proximo,& diuerſa ab illa , de qua in
alio caſu, ſ. quando legatarius grauatur in quantitate maiori .
7 Nam tunc dici non poteſt, ꝙ maior† quātitas,in qua quis gra-
uatur,æſtimetur per minorem ſibi legatam, quia ſimpliciter lo
quēdo pecunia nō æſtimatur p pecuniā.l.1.de ꝯtrah.emp.Sed
alia res p eā æſtimatur,ut ibi,& in l.ſi ita fideiuſſorem accepe-
ro.de fideiuſ.quādoq. tamē pecunia ī ſpecie p pecuniā ęſtimat
iux.no.p Bar.in l.Pau.de ſol.At ubi legatari⁹ grauatur in ſpecie
vel in actione ſibi competēte maioris æſtimationis, poteſt ſpe
cies & actio,& quælibet alia res æſtimari per pecuniam etiam
minorem,quam ſit pretium actionis uel ſpeciei.d.l.ſi ita fideiuſ
ſorem accepero.Et hinc eſt,ꝙ actio competens etiam ad pecu
niam vendi pōt,ut C.de hær.vel act.uend. ꝑ totum,& l. ꝑ diuer
ſas.Et ſi manifeſtē patet,quod aliud eſt grauare debitorem lega
tarium certæ quātitatis in quātitate maiori, & aliud grauare ī
actione competēte ad maiorem quātitatē,ſicut contingit, quā
do ꝓhibetur plus petere, vel q̄ñ relinquitur ꝓ oī eo & toto ,
8 &c. Non ob.inſuper dū dicitur,ꝙ† factū eſt legatū cū hoc,q̄d
plus petere nō poſsit in bonis & hæreditate teſtõris,& ſic uide
tur, ꝙ nō prohibeatur petere dotē ſibi debitā,q̄ non dicitur in
bonis,ſicut nec aliud æs alienū.l.ſubſignatū.§.bona.de uer.ob.
& videtur uelle Bar.in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.de ope.libert.
quia ad hoc duobus modis reſpondetur . Et primo, ꝙ dictum
eſt,in bonis & hæreditate,æs autē alienum,quamuis non ſit in
bonis,eſt tamen in hæreditate.l.1.C.ſi cert.pet.l. pro hęredita-
rijs.C.de hęr.act.& d.l.nihil.de uerb.ſigni.& in l.hęreditas. de
reg.iur.Et ita in terminis uult Bal.in l.liberti,libertæque. C.de
ope.libert.pe.col.verſ.ſed dubitatur.ibi,quid ergo erit.vbi con
cludit,quod ſi prohibetur quis petere ſuper hæreditate , quòd
non poterit agere ad dotem maternam . Aut non petere ſuper
bonis,& tunc ſecus,& iſto caſu ſm eum procedit opi. Bar.ī d.
§.ſi liberi.Secundo reſpondetur ſm ēt Bal.ibi,quod opin. Bar.
hēt locum , quando prohibitus dicto modo hēbat aliquod ius
in bonis teſtatoris,ad ꝙ dicta verba poterant referri.Sed ſi non
poterant uerificari , niſi in dote materna,& in ære alieno,tunc
ad illam agere non poterit arg.l.fundus qui locatus. de fun. in-
ſtru.& l.2. de lib. & poſthum. Et iſtud etiam optime probatur
ex no.per Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb. obl. in 6.
q.ubi per iura prædicta in ſimili caſu,& ī quo eſt eadem ratio,
idem determinat . Cum ergo in caſu noſtro ſit factū legatū ꝓ
omni eo & toto quod petere poſſet occaſiōe legitimæ uel qua
cunque alia ratione vel cauſa,&c.& aliud in bonis defuncti nō
habeat,ad quod illud verbum,quacunque ratione uel cauſa,re
ferri poſsit,verificari debent in debito dotis.Qui enim dicit ꝓ-
dictum uerbū poſſe referri ad aliud debet hoc probare, vt not.
gl.in l.cum de lege.de prob.Et per hoc tolluntur quædam alia,
videlicet,quod in dubio non debeat generalis ſermo referri ad
dotem,per no.per Sali.in l.fi.C.de iure dot.vel, ꝙ dicta uerba
de alio ſimili debito intelliguntur,& ſic de neceſſario, per not.
in l.ſi fugitiui.C.de ſeruis fugi.quia hæc locum non habent,q̄ñ
non ſubeſt aliud debitum,ad quod dicta verba poſsint referri.
Aliter etiam alio modo ad hoc poſſet facile reſponderi,ſed non
9 expedit.Non obſt.poſtremo dum dicitur† quòd quis acceptā-
do legatum videtur agnoſcere onus , quando ſcienter accepta
uit , ſecus ſi ignoranter . Et idem ſi ſequatur liberatio,ſm Pau.
de Caſt.in d. conſi. & ſecundū cum ignorātia iuris pręſumitur
in muliere.vt no.in auth.de ince. nup. in prin. Quoniam iſtud
eſt contra illud,quod ipſe uoluit ,& Alex.in d.l.ſi cum dotem.
§.ſi pater,qui loquuntur in filia,& ſic in fœmina,& tamen uo-
lunt ſimpliciter,ꝙ agnoſcendo legatum, intelligatur etiā onus
agnouiſſe.Nec obſ. ꝙ pręſumatur in muliere iuris ignorantia,
quia ubi mulier non allegauit in proceſſu iuris errorem,præſū
pta iuris ignorantia ſibi non prodeſt . quia iuris præſumptio
non iuuat , ſi non allegetur . leg. ſi adulterium cum inceſtu.§.
idem Pollioni.de adul.& per Bart. in l. cum quid . ſi certi pet.
cum concordan. Et dato quod error allegaretur,adhuc tamen
10 † non iuuat,ex quo iſta mulier potuit conſulere petitiores,per
ea quę habentur in leg.in bonorum.ff.de bono. poſſ. & in leg.
iuris ignorantia . C. qui admit. Et quamuis in dictis iurib.per
glo.& Docto.dicatur,quod illa diſtinctio,utrum potuerit con-
ſulere peritiores uel non habeat locum,quando mulier tractat
de lucro, ſed agitur de damno,ſicut agi dicitur in caſu noſtro ,
indiſtinctè iuris error prodeſt.per l.regula,de iur.& fact.igno.
tamen eadem diſtinctio locum habet, etiam ſi agatur de dāno,
quando damnum habuit originem a lucro. ſecūdum gl. notab.
& omnes in l.ſi duo.de acqui.hære.nam ſi mulier adit , obliga-
tur oneribus hæreditarijs,quamuis ignoraret ſe obligari.Item
ſi acceptat ciuilitatem obligatur oneribus eius quamuis uere
vel pręſumptiue ignouerit ſe teneri.& hoc,quia hoc onus ha-
buit originem a lucro . Sic , & in caſu noſtro per ignoran-
tiam iuris non excuſatur mulier ab hoc onere, quia trahit o-
riginem a lucro , hoc eſt legato , quod ſolet lucrum affer-

re, Qui enim accedit ad lucrum, ante omnia de eius uiribus diligenter debet inquirere, s̃m Bar. in d. l. si duo, arg. l. qui in alte
11 rius. de reg. iur. & qui † commodum uel lucrum acceptat, fingitur se obligare omnib. oneribus desce͂dentib. ab illo, & sic fingitur ius sciuisse, adeo ꝙ non admittitur probatio in contrarium, s̃m gl. fi. in l. duo. iuncto tex. cum qua alii transeunt. Et ꝓpterea in casu nostro non pręsumitur ignorantia iuris etiam in muliere, immo fingitur ius sciuisse, ita ꝙ uolens probare contrarium non deberet audiri. Nec etiam ista mulier potest se fũdare in errore facti, hoc est, quod ignorauerit dictum onus fuisse iniunctum legato, quia de scientia apparet ab ipsa absolutione facta per eam, in qua habet relationem ad dictum legatum, & ad testm̃, in quo factum est. Vnde ex hoc oritur præsũptio, ꝙ habuit scientiam legati cum dependentibus ab illo, ut ut colligitur ex no. per Bar. in d. §. duo fratres. in 4. q͂o. Ex quib. concluditur recte fuisse conclusum contra D. Annam per dictum dominum consultorem. Laus Deo.

ADDITIO.

Vide Fanuc. de luc. dot. glo. 10. post. nu. 72 & post nu. 74. Hier. Zan.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta relicta uni a plurib. hæredib. absque eo, quod dixerit in domo pręstanda, quomodo debeant pręstari.*
2 *Alimenta in domo præstanda a plurib. hæredib. non possunt peti extra domum, si stat in communione, secus si faciant diuisionem.*
3 *Testator legans alimenta in domo, intelligit de habitatione.*
4 *Alimenta quando diuidantur per tempora.*
5 *Alimenta legata debentur, etiã quod quis habuerit unde se aleret, secus in his, quæ ex dispositione legis uel iudicis officio debentur.*
6 *Consignatio quando censeatus facta animo compensandi cum legato alimentorum.*
7 *Consignatio quando dicatur facta animo donandi.*
8 *Donatio in dubio non uidetur facta animo compensandi.*
9 *Alimentorum consignatio non ualet sine authoritate iudicis.*

¶ Alimenta ab hæredibus relicta in domo testantis, an possint extra domum peti. Et an petantur, quando quis habuit unde se aleret.

CONSILIVM LXXX.

1 PRO clara intelligentia considero aliquos casus. Primus est† quando testator reliquit vni a pluribus hæredib. simpliciter alimenta, & absq. eo ꝙ dixerit velle quod præstarentur in domo sua, & propriè de hoc loquitur tex. in l. 3. ff. de alim. & cib. leg. & tunc præstatio fieri dẽt s̃m ꝙ ibi in tex. dicitur, & hoc petẽte legatario, aliàs debet agi cõtra quemlibet pro rata. Et isto etiam casu loquitur Bart. ibi dum dicit, ꝙ præstatio tunc potest diuidi per tempora, ut. s. ab uno tantum præstentur certo tempore & ab alio tẽpore a-
2 lio. Et iste non est casus noster. Secundus est casus, quãdo† relinquuntur a pluribus hæredibus alimenta in domo ipsius testatoris. Et tunc aut dicti hæredes stant in communione hæreditatis, & in eadem domo cõiter viuunt, & non possunt alimẽta peti extra domum regulariter. l. Caio. §. Imperator. & l. si Stichus. §. fi. de alim. & cib. leg. & l. Mæuia. de annuis leg. & l. 1. cũ ibi plene no. C. de leg. & in l. illis libertis. de cond. & demon. Et similiter iste non est casus noster. Aut dicti cohæredes deuenerunt ad diuisionem, prout in casu nostro contingit, & isto casu arbitror, quod extra domum possint peti alimẽta. Q͂n dũ
3 testator dixit velle, quod† alimenta præstentur ĩ domo sua, intellexit de habitatione. leg. lex Cornelia. §. domum. de iniur. & quidem hæredum suorum, quia hoc factum est gratia eorum, vt. s. minori expensa & dispendio præstent alimenta, secundum Bar. in d. §. Imperator. & in d. l. 1. C. de leg. & in consil. 211. inci. Quidam sibi filios &c. Nam habitatio hæredum dicitur etiã habitatio testatoris, quamuis etiam ipse adhuc uiuens alibi habitauerit, sicut quodlibet factum hæredis dicitur factum defuncti, ut no. in l. si seruus. in prin. de cond. furti. Aliàs sequeretur, ꝙ si hæredes non habitarẽt in domo, quæ fuit testatoris, quod in illa alimenta essent præstanda, vel extra domum hæredum, ꝙ esset absurdum & contra intentionem testatoris qui, vt dixi, sic voluit fauore hæredum, & habẽdo respectum potius ad eos quàm ad ipsam domum materialiter sumptam. Si ergo dicti hæredes veniunt ad diuisionem, & sic separatim & diuisim habitant, per eos dr̃ fieri, quo minus possit in eorum cõi habitatione legatarius alimenta capere, quia tunc non potest cum utroque habitare, ideo possent peti alimenta extra domum. d. § imperator. vbi vult Bar. ꝙ quomodocunque impediatur facto hæredis legatarius alimenta in domo capere, ꝙ illa põt extra domum petere. Et idem not. per eum in d. l. illis libertis. & in d. l. 1 C. de leg. etiam per alios, sicut q͂n legantur simpliciter absque eo ꝙ dicat testator, ea velle præstari in domo propria. l. libertis, libertabusque meis. §. fi. & ibi no. Bar. de ali. & cib. le. & per Bal. & mod. in l. diuortio. in prin. sol. matr. Nec ob. ꝙ
4 † certo tempore possit stare legatarius, & habitare cum uno, & alio tempore cum alio, ut dicit Bar. in d. l. 3. quia, ut dixi, loquitur Bar. in terminis illius text. videlicet q͂n non dixit testator, ꝙ alimenta præstarentur in domo, sed quando alimenta simpliciter legauit, quo casu, ut dixi possunt peti extra domũ, ideo potest diuidi præstatio per tempora. Sed quando voluit, ꝙ in domo præstentur, non potest habere locum diuisio prædicta. Et est ratio; quia persona cuiuslibet hæredis non repræsentat in totum personam defuncti, sed pro parte solum l. cum a matre. C. de rei vend. & no. gl. in l. 2. §. fi. de præt. stipu. & Bar. in l. 2. § item si in facto. de uerb. obbli. habitatio ergo cuius libet non potest in totum dici habitatio testatoris, sed pro parte tantum, sicut pro parte, ut dixi, repræsentatur a quolibet hærede, & ideo habitatio & domus cuiuslibet non potest simpliciter dici habitatio defuncti, sed secundùm quid, sicut appellatione cuiuslibet rei uenit in dubio tota res. & non pars illius, ut no. in l. si in rem. in prin. de rei uẽdic. & probatur in l. Titia cũ testõ §. j. & ibi no. Bal de leg. 2. & in l. de pupillo. §. qui nunciat. & ibi not. Bar. & alij communiter de oper. no. nunc. Quãdo ergo testator a pluribus hęredibus legat alimenta in domo sua, perinde est, ac si dixisset, ꝙ ab hæredib. in cõione habitantib. simul præstaretur, quia aliter non potest dici ꝙ in domo, id est in habitatione testatoris præstentur, & præsertim quando simul habitabant tempore testamenti & mortis testatoris, sicut in casu nostro, quando autem diuisim habitassent, forte posset dici, ꝙ uerba impropriarentur, & ꝙ sufficeret stare modo cum vno & modo cum alio, uel cum uno tantum, prout iudex decerneret. Sed hunc casum non prosequor, quia ad rem nostrã non pertinet. Q͂n autem explicitè a testatore fuisset dispositum, ꝙ a dictis hæredib. alimenta præstarentur in eorum habitatione simul, sine dubio diuisim & in diuersis locis ab eis præstari non possent, ergo nec in casu nostro, in quo hoc dixit, & voluit testtõr explicitè. Si ergo extra domum potuerunt alimenta peti, ergo multo magis debentur, si d. Ioannes alimẽta percepit in domo d. Caroli, quæ debet consequi ab hærede
5 d. Camilli, quamuis aliunde † alimenta fuerit consequutus, ex quo ex ultima uoluntate debentur & iure actionis, secundùm Bar. in l. libertis quos. §. 1. de alim. & ciba. leg. Pau. de Cast. & mod. in d. l. diuortio, in prin. & Bald. & alios in l. de alimentis. C. de transa. Et idem si habuisset aliunde, unde se aleret. Nam utcunque quis posit aliunde se alere, consideratur quando alimenta debentur ex dispositione legis & officio iudicis, sed quando ex prouisione hominis, & iure actionis debentur, indistinctè possent peti, secundum Bar. in d. l. libertis quos. §. 1. & Pau. de Cast. in d. l. diuortio. in princ. & Alex. in d. l. de alimentis. Et per hæc tolluntur multa, quæ per partem aduersam obiiciuntur, & maximè quòd potuit d. Ioannes habere alios patronos & c. Nam uerba testatoris intelliguntur de illo patrono quem habebat tempore testamenti, & nõ de futuro. l. si ita. de aur. & arg. leg. l. si ita scripsisset. de leg. 2. cum s̃mi. Et per eius mortem adimpleta est conditio, sub qua alimenta fuerũt relicta, quia uerum est, quòd desinit posse habere reductũ cum illo. d. §. imperator. & d. l. illis libertis. & d. l. j. C. de leg. Nõ obst. insuper, quòd d. Ioannes fuerit confessus sibi datum & cõsignatum fuisse unum casale a dictis hæredib. ut uiuere pos
6 set, quia ad hoc multis modis r͂ndetur. Et primo; quia nõ † apparet, quo tempore hoc fuerit factũ. Et sic esse põt, ꝙ hoc fuit ante mortẽ illust. d. Sigismundi, quo t̃pe adhuc non uenerat,

nec

nec ceſſerat dies legati alimentorum.l.cedere diē.de vēr.ſig.iō
non pōt dici,ꝙ datio vel ſignatio talis facta fuerit animo com
penſandi,ꝓut clarè determinat Alex.in l.hmōi. §. cum pr̃.ver.
tertiò limitari poteſt,&c.de leg. 1.Et ideo quãuis ex illo d. Io-
annes capiat alimenta,& ad hunc finem facta ſit conſignatio ,
tamē ꝑ hoc non ſequitur , quin petere poſſit alimenta legata,
quæ cū iure actionis ſint debita,ſunt præſtanda,licet quis hēat
aliunde vnde poſſit ſe alere,vt dixi,& in dubio eſt ēt interpre-
tandum,ꝙ conſignatio fuerit facta eo tempore,quo adhuc nō
erant debita alimenta relicta,quia dubia probatio , &c. & c.in
potētia.de prob.l.non hoc.C.vnde cog.Nec refert,ꝙ fuerit fa-
cta d.conſignatio , vt poſſet ſe alere , vt videtur in confesſione
contineri,quia non ſequitur,ꝙ per hoc uoluerit hæredes cōpē
ſare cū alimentis relictis ab eis , quia licet alimenta ipſa capere
poſſet ex caſali,non tamen prohibetur legata alimenta petere,
quæ ſunt debita iure actionis,& quæ non amittuntur, ut ſæpe
dictū eſt ex hoc,ꝙ aliter & alio mō poſſit. Et in dubio,vt ēt di
ctum eſt,nō eſt credēdum,ꝙ voluerit cōpēſare cum alimentis
legatis,q̄ adhuc non debebantur. Et hæc eſt reſpōſio clara. Qđ
7 ēt cōfirmatur,quia† conſignatio & datio talis fuit facta animo
donandi,prout importat verbum,conſignauerunt,& dederūt,
ſm Pe.in l.ſi fundum.de ver.ob.& Bal.in l.cum uirum.C.de fi
deic.& Sal.in l.ſi donatione.C.de coll.Et hoc magis in caſu no-
ſtro,in quo facta fuit datio coniunctæ perſonæ, & res eſt mo-
dica.Ex quib.etiam ſolummodo præſumitur donatio,ſm Pe.in
d.l.ſi fundum.& Imo.ibi,& Bald.in l.generaliter.C.de non nu.
pec.& in l.a Titio,de ver.ob.per l.ſi ſeruus cōis.& le. vtrum.de
dona.inter vir.& uxo.& faciunt no.per Bar.in l.cū quid.ſi cer.
8 pe.dicta ergo† donatio non videtur in dubio facta animo com
penſandi cum dictis alimentis,ſicut nec legatum,quod dr̃ dona
tio,inſt.de le.in prin. intelligitur factum animo compenſandi
cum debito ex eā voluntaria.l.ſi creditorem.de le. 2.& per Bar.
& Doc.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ſol.ma.& in auth.præterea
9 C.vnde ui.& uxor.Secundo & clarius rn̄detur,ꝙ † fructus di-
cti caſalis & etiam proprietas nō aſcēdit ad ſummā dictorū ali-
mētorum, & ꝑpea ubi ēt facta fuiſſet cōſignatio pro dictis ali
mentis,non valeret,ex quo facta fuit ſine authoritate prætoris.
l.cum hi.per totā l.ff.de trāſa. imo nō ualeret ēt ubi ad alimēta
ſufficeret.ſm Bar.in d.l.3.ubi uult, ꝙ ꝯuentio īter partes ſuper
ſola præſtatione alimentorū non valeat prætore inconſulto,ꝑ
d.l.cum hi.& iſta reſpōſio manifeſta.Ex quib.omnib. concludi
tur in fauorem dicti D.Ioan. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum alimentorum ratione incertitudinis uitiatur. & numero 14.*

2 *Conditio quando poſſit adimpleri per æquipollens, quando teſtator cogitauit de effectu. & nu. 15.*

3 *Petens alimenta extra domum teſtatoris, dicitur plus petere, cū ſit grauior hæredibus.*

4 *Alimenta ſi a plurib. præſtāda ſint, & difficilis ſit ꝑſtatio, vnus per iudicem eligitur a quo præſtanda alijs conferentibus.*

5 *Alimenta poßunt diuidi per tempora, & hoc ad petitionem legatariorum & etiam hæredum. & nu. 16.*

6 *Plures domini ſi in uſu iuriſdictionis non concordant, alternis tēporibus eos uti debere iudicandum.*

7 *Conſignatio quando cenſeatur facta animo compenſandi cum alimentis. & nu. 17.*

Legatum ſi ſit factum pro dote, perinde eſt ac ſi dictum eſſet legatum factum animo compenſandi cum dote.

8 *Maritus legans uxori alimenta, uidetur legare in recompenſationem alimentorum iure communi debitorum.*

9 *Domus quando capiatur pro habitatione.*

10 *Habitatio hæredum dicitur habitatio teſtatoris, licet ipſe uiuens alibi habitauerit.*

11 *Alimenta quando poſſint peti extra domum.*

12 *Alimenta ſi relinquantur uxori, ſi cum filijs habitauerit, illis deuenientibus ad diuiſionem ea petit, etiam ſi cum uno habitauit.*

13 *Indefinita æquipollet uniuerſali collectiuè, non autem diſtributiuè.*

14 *Indefinita circa perſonam non comprehendit futurum in legatis.*

17 *Legatum filiæ non nubili factum, non cenſetur animo compēſandi relictum.*

18 *Fundus ſi donatur ad alimenta, plena proprietas cenſetur tranſlata.*

19 *Donatio non cenſetur facta animo compenſandi cum alimentis.*

20 *Alimentorum debitorum conſignatio non valet ſine authoritate iudicis facta.*

CONSILIVM LXXXI.

IN qōne alimentorum,quæ vertitur inter d.Ioan
nem de Strozis,& D.Genebriā,videtur prima cō
ſideratione dicendum,ꝙ alimenta, quæ petūtur,
non debeātur,pręcipuè ex infraſcriptis. Et primo
1 quia† fuerunt alimenta relicta d.do.Ioanni,caſu,
quo nō poſſet hr̃e reductū cū ſuo patrono, & quis ſit ille patro
nus,nō declaratur,ideo rōne incertitudinis videtur,ꝙ legatum
vitietur.l.ſi fuerit.de reb.dub. l. cum poſt.§. gener. de iure dot.
2 l.ita ſtipulatus. la grande,de verb.obl. Præterea ſub † dicta cō-
& sic plura legata fecisse,& hoc ex natura illius distributiui, si
qua,ꝙ tribuit rem cuilibet in solidum.ꝙ ita est,subdit tex.nisi
euidens sit contraria sententia testatoris,puta,dicit Iac.de Are.
Si testator plures filias habebat,attenta patrimonij quantitate
modica,non fit verisimile,ꝙ cuilibet centum legasset, quoniã
tunc omnibus filiabus præstanda erunt centum, & non cuili-
bet,& alleg.d.l.si filiæ,ꝙ est notan.secundũ Bal.Rapha.& Mo-
der. Sicut ergo legatum, ꝙ ex natura distributiui & ex propria
significatione solet esse multiplex,ex dicta cõiectura reducitur
ad unam & eandem summam.d.§.1.sic & in casu nostro, lega-
tum,ꝙ ex diuersitate summarum,& sic ex alia causa solet cen-
seri multiplicatum.d.l.cum centum.de adimen.leg.ex hac cõie-
ctura debet præsumi unicum,& sic, ꝙ in una parte testamenti
lega-

legauerit nomine dotis dictas libras octingētas,& quod prius in alia parte prouidere uoluerit, unde dicta summa pro parte haberi & extrahi posit absque incommodo hæredis & rei familiaris. Et pro hoc etiam facit,quod not.Iac.de Aret.& Bar.
10 in leg. si pater.in princip. de dona. ubi concludunt, quod ubi pater adhibet filium ad stipulandum,quod ex numero liberorum, & ex quantitate rei deductæ in stipulationem præsumitur uel non præsumitur donatio.argum.dict.l.si filiæ, de leg.3. & de quo per Imo.& Roma.in l.quæ dotis.solut.mat.Secundo de intentione testatoris etiam constat ex his,quæ gessit ante testamentum,& ex his quæ etiam dixit in testamento.Nam ante conditum testamentum unā ex filiabus dotauerat de dicta quātitate librarum octingentarum, & similiter condito testamento alijs tribus filiabus constituit dotem dictæ quantitatis, per quam constitutionem intelligitur recessisse a legato eiusdem quantitis facto eisdem nomine dotis,l.Lucius.la 1.de leg.2. le. filia legatorum.& ibi per omnes.C.de leg.& per Doc. in l. huiusmodi.§.cum pater de leg.j.& similiter agi non potest per dictas filias dotatas ad precium fructuum superabundantium, & ad lucrum ex eo perceptum, quia ad fructus fuerunt uocatæ, & ad dictum precium donec fuerint maritatæ,& per matrimonium subsequutum fuit extinctum dictum legatum, ut in præcedentibus fuit dictum.Quia ergo alijs filiabus dotem cō-
11 stituit in dicta quantitate, & † non in maiori tam ante testamentum quam post,ex hoc declaratur qualis fuerit testatoris intentio tempore testamenti, uidelicet quod uoluerit nomine dotis libras octingentas tantum singulis filiabus relinquere,& prouidere,unde haberi posent, maxime pro parte. Et idem colligitur ex his,quæ dixit in testamento, dum in primo legato ordinauit, quod precium fructuum poneretur ad licitum lucrum, ut ex illo & alijs pecunijs poslint maritari & dari dotes & bona paraphernalia concedentia dictis suis filiabus. Nā ex illo uerbo, condecentia, satis constat, quod noluit testator excedere modum in dotando, & in dando bona paraphernalia.Et prædicta probantur ex no.per Bar.in l.2.in prin.de vul. & pup.in.pen.col.dum quærit, quomodo poterit probari qđ uoluerit testator tacitam pupillarem admitti contra matrem. & dicit hoc probari ex his,quæ dixit pater extra testamentū, & ex his quę dixit intestato.leg.quoties.§. primo,de hære. insti.cum alιis ibi allegatis. ubi etiam ponit exemplum, non minus autem facto quam dicto uoluntas declaratur. leg. de quibus, de legibus. & leg. Paulus respondit, non tantum uerbo,
12 rem ratam habe. Et præsertim ex tali facto, & dicto † præsumendum est,testatorem sic uoluisse ratione seruandę æqualitatis inter dictas filias,& quam testator debet, & præsumitur seruare uoluisse.leg.fina.C.commu.utriusque iudi.& leg.illud. C.de colla.& leg.cum pater.§.pater pluribus. de lega. 2. & declarat Aret.pulchre in consi.1.colum.penultim.ubi uult,quod ex præsumpta mente testatoris inducatur repetitio conditionis,quæ alias non induceretur,ne inter filios surgat inæqualitas, per iura prægallegata, & per quædam alia. Et ex præmisis ad allegata in contrarium colligitur responsio clara.Non enim obstat, dict. leg. cum centum.de adimen.legatis, per quam dicitur,quod ex diuersitate summarum præsumitur pluralitas legatorum,quia hoc non habet locum, quando ex coniecturis, de quibus in casu nostro potest apparere,de contraria uoluntate. dict.leg. qui filiabus.§.primo.de leg.primo.Item non obstat quod dictum sit,ut posint ex dictis pecunijs, & lucris etiā cum alijs pecunijs maritari, & dari dotes, &c. quia hoc non fuit dictum animo multiplicandi legatum, sed quia testator arbitratus est, quod precium dictorum fructuum cum lucro eius sufficere non deberet ad congruam dotem,& ad summā, quam pro dote erat relicturus,& ideo intentio sua fuit, quod ex dicto precio, & lucro cum alijs pecunijs constitueretur dos librarum octingentarum, quas erat relicturus, & relinquere proposuerat. Vnde concluditur, quod prædictum superabundantium fructuum cum omni suo lucro, quod reperitur extare,debet imputari in dictis libris octingentis, & quod hæres non tenetur præstare libras octingentas nomine dotis ultra dictum precium & lucrum, sed quod solum illud habeat supplere usque ad dictam quantitatem relictam dotis, nomine. Laus Deo.

SUMMARIUM.

1 *Filiorum in conditione positorum superexistentia excludit substitutum,quamuis succedere non possint dicti filij ex ordinatione testatoris.& nu.6.*

2 *Paria sunt,non extare,& extare sed succedere non posse.*

3 *Testator si priuat hæredem,nec dicat,ad quem uelit transire hæreditatem,ad illum spectabit,cuius gratia fuit priuatus hæres, uel cohæredem,aut alium substitutum.*

3 *Filij in conditione positi uocati, si a testatore expresse excludun tur sub conditione alium admittendo,eorum superexistentia nō facit deficere conditionem,sed pro impleta habetur, ac si non extarent.& nu.6.*

Exclusio legis & testatoris æquiparantur.

7 *Ius accrescendi non habet locum inter disiunctos, re licet uerbis essent coniuncti, maxime quando testator prohibet ius accrescendi.*

¶ Agnatus Doctor,an admittatur ad legatum,quando testator uoluit filium legatarij admitti, si tamen esset Doctor excellens,nullo ex filiis existente Doctore, & quodo admittatur, ex quo est in vlteriori gradu, & nullus alius extat ex familia Doctor.

CONSILIUM LXXXVII.

IN facto proponitur,ꝙ testator Cypriano nepoti ex fratre reliquit omnia bona immobilia existētia in territorio de Gotalēgo,& ꝙ Bartholomęo similiter nepoti ex eodem fratre legauit alia bona immobilia alterius territorij,quos inuicē substituit,si alter decesserit sine filiis masculis,& ipsis omnibus decedentibus sine filijs masculis uoluit testator & ordinauit, ꝙ ꝓximior agnatus præstans & Doctor, vt infra succedat in bonis ipsius Bartholomæi,& alius proximior in bonis d.Cypriani eis relictis,vt supra,ita ꝙ perpetuo,& omni tempore bona, & hæreditas dicti Cypriani deferatur ad unum ex agnatis proximiorem,& bona relicta d. Bartholomæo similiter deferantur alterantur alteri proximiori, nec posit aliquis ex proximis eiusdē testatoris, uel de agnatione sua capere vtramque hæreditatem solus,sed semper diuidatur in duos,& nō in plures, qui omnes hæredes succedentes teneantur esse conditionis,& dignitatis, infra scriptæ. aliàs nullatenus admittantur ad dictam hæreditatem,& bona. Si uero dicti fratres decesserint cum filijs masculis,tunc hæreditas & bona prædicta deferantur non omnib. filiis ex se legitimè descendentibus, sed uni tantum doctori, & præstantiori,& nullus admittatur ad dicta bona, nisi fuerit Doctor & doctus, & bonis moribus institutus, & ita in perpetuum obseruetur in successione ipsorum bonorum, ut nō admittatur aliquis successor in dicta hæreditate, qui non sit bene doctus, & bene institutus. Et si aliquo tempore contigerit nō reperiri in agnatione ipsius testatoris doctos & peritos, tunc & eo casu uoluit fructus dispensari ac pias causas, usque quo apparuerint dicti periti idonei ad dicta legata, & hæreditatem consequendam,&c. Et idem disposuit per omnia idem testator quo ad bona relicta Andreæ fratri suo. Ex præmisis igitur dubitatur,& in dubium reuocatur, utrum filij prædictorum legatariorum,qui mortuis eorum parentibus non reperiuntur Doctores, admitti posint ad dicta bona, an uero do.Ioan.Augu. qui est agnatus testatoris in quarto gradu, & doctus, ac Doctor clarisimus,debeat dictis filiis præferri. Et prima facie dicendum uidetur, ꝙ d.do.Augustinus nullo modo isto casu sit vocatus,sed potius ex dicto testamento exclusus, quoniam testator eo casu, quo omnes dicti sui nepotes ex fratre præmortuo decederēt sine filiis masculis,voluit, ꝙ proximior agnatus præstans, & doctus,ut infra succedat, &c. Et sic † filij dictorū nepotum simpliciter,siue sint Doctores,siue non sunt positi in conditione, sub qua alius agnatus Doctor vocatur, ergo superexistentia dictorum filiorum, etiam si non sint Doctores, perpetuo excludunt dictum agnatum substitutum. l.ex facto. §.penul.ad Trebel. ꝙ etiam procedit, quamuis dicti filij succedere non posint in dictis bonis ex ordinatione testatoris,cum non sint Doctores.l.filiusfamiliàs.§.cum quis.de leg.j.ubi filij, qui nō possunt succedere ex facto testatoris, puta exhæredati,

faciunt

faciunt deficere illam cōdōnē,si grauatus decesserit sine filijs, ſm Bar.& Doct.communiter ibi,& gl.& alios in d.l.ex facto. §.fi.Cū ergo in dictum casum tñ uocetur alius agnatus, aliis omnib.casib.intelligitur exclusus.l.cum prætor,in prin.de iud. Et iste casus tanquam omissus dēt hēri pro omisso.l. commodissime.de liber.& posth.Et per prædicta patet, ꝙ licet testōr noluerit admitti filios dictorum nepotum,qui non sint Doctores,ꝙ tñ illis extantibus do.Io.Aug.non est uocatus, nec ēt ex hoc ꝙ testōr disposuerit fructus dispensari ad pias causas,si nō reperiantur in agnatione sua docti & periti, intelligitur uocatus alius Doctor agnatus, quia hoc loco solum est positus in cōdōne,quæ non disponit pro illo, & præsertim cum non possint admitti,nisi sumpto argumento a contrario sensu,per no. per gl.communiter,approbatam in l.Lucius.de hær.insti.Quinimmo videtur, ꝙ isto casu fructus dēant dispēsari ad pias cās quousq; apparuerint dicti periti & idonei ad dicta legata & hęreditatem consequendam.Et sic donec aliquis ex filiis nepotū vel fratrū factus fuerit Doctor,qui tunc erit idoneus.Nec ob. ꝙ velit testōr fieri dispensatio ad pias cās,si non reperiantur in agnatione sua docti & periti,quia ex quo d.do.Io.Aug.nō pōt admitti tanquam exclusus in hunc casum perinde est ac si non
2 extaret,quia paria † sunt,illum non extare,vel extare,& succedere non posse,insti.de success.liber.§.sed nostra.& l.1.§.fin.de bono.pos.contra tab.& l.si necem.§.si deportatus.de bonis liber.Præmissis tamen ꝙ aliis non obstantibus,contrarium puto verius.Nam quamuis do.Io. Aug. admitti non possit ex illa parte testamenti, ex qua testōr substituit alium agnatum Doctorem,si nepotes legatarij decederent sine filijs masculis,admitti tamen dēt ex parte sequenti,dum uoluit,ꝙ si decesserint cum filijs masculis,tunc hæreditas & bona prædicta deferātur non omnib.aliis ex se legitime descendentib.sed vni tantū Doctiori & præstantiori,& nullus admittatur ad dicta bona & hæreditatem,nisi fuerit Doctor & doctus,& bonis morib.institutus,&c.& sic hoc loco testōr filios dictorum nepotū,quos omnes prius uocauerat simpliciter ab intestato ponendo illos in illa cōdōne,si dicti nepotes decesserint sine filijs,ut no.gl.& Doctо.in l.Lucius.de hæ.inst.priuauit,& admitti noluit ēt ab inte
3 stato,si nō eēnt Doctores.Et † licet nō dixerit,ad quē vellet in hūc casum bona pertinere, ad illā tñ admitti dēt alius agnatus Doctor,& alio casu,de quo supra,substitutus,per no.per Bar. in l.uxorē.§.si hæres.de leg.3.vbi quærit, quid si testator legauit uxori victum & alimenta in domo & iubeat,si hæres eā molestauerit,ꝙ perdat hæreditatem,nec dixit, ad quem pertinere dēat,an dēat puenire ad uxorem,si molestetur a dicto hærede viri.Et arguit ꝙ sic,quia fuit priuatus gratia uxoris.l.post legitum.§.amittere.de his quib.vt indig.& l.2.§.duo fratres,cū ibi no.p Bar.de coll.bono.Sed in contrariū dicit eē tex.in d.§.hęres.quia dēt deuenire ad cohæredes & substitutos. Et ita dicit tenere Iacob de Belui.in auth. de nup.§.nunc aūt.Nec ob.allegata in cōtrariū,quia ibi fuit priuatus a lege,hic a testōre.Et cū Bar.transit ēt Bal.in l.1.C.de his quæ pœnæ nomi.qui subdit, ꝙ si non hēt priuatus cohæredem uel substitutū, uadit hæreditas ad veniētes ab intestato,vel ad fiscū,per auth.hoc amplius, C.de fideicōmis.Et dicit Bal. hoc eē notan.Et idem tenet Im. in l.paterfamiliās testō.de hær.inst.nec loquuntur pdicti, nec pñt loqui,de illo,qui sit substitutus in casu priuationis, sed de substituto alio casu,quia quæstio nō hēret dubium,& quia illo casu alius reperiretur specialiter uocatus.quod prædicti negāt dum dicunt,testator non dixit ad quem bona dērent puenire. Cū ergo in casu nostro alius agnatus Doctor sit alio casu substitutus,quamuis non euenerit casus substōnis expresse, admitti tamen dēt isto casu, in quo etiam intelligitur vocatus tacite p legē vel ex legis interpretatione,ſm Bart. in loco pall.qui in terminis uidetur decidere casum nostrum. Et ubi tāquam substitutus admitti nō posset,admitteretur tamen ut pximior ab intestato,ad quem dicto casu bona deferuntur,si nō adsit alius ex testō vocatus.d.aut.hoc amplius.& p Bal.in d.l.1.Et si forte dicatur,ꝙ cum isti nepotes habeant alium patruum collegatarium,s. Andream,& alius,s. Ioannes frater testatoris sit hæres uniuersalis,debet excludi substitutus & ueniens ab intestato,& præferri debet hæres vel collegatarius, secūdū prędictos Doct.qui in casu priuationis pręferunt cohæredē substituto. & probatur in dicta auth.hoc amplius.Ad istud respōdetur, ꝙ pdicti vel alter ex eis admitti non dēt,quia testōr expresse hoc vetuit dum dixit in loco præallegato,ꝙ nullus admittantur ad dicta bona & hæreditatem,nisi fuerit Doctor & doctus, & bonis moribus institutus,&c.quæ dictio,nullus,cum sit uniuersalis negatiua,includit etiam cohæredem.l.si is qui ducenta.§.utrum.de reb.dub.& l.si seruus.§.plurium. si quis cau. Et idō cū prædicti non sint Doctores, non dicuntur admitti, sed Doctor substitutus pręferri. Et tanto magis, quia gratia dignitatis doctoratus & doctrinæ prædicti fuerunt priuati, ideo Doctor, q etiam fuit substitutus,est præferendus.Secū do confirmatur di
4 cta cōclusio.Nam † testōr casu, quo omnes dicti nepotes decederent sine filii masculis,substituit alium agnatum Doctorem. Isto igitur casu,quo filii eorum fauore sunt in cōdōne positi, iuxta no.per gl.in d.l.Lucius.priuantur & excluduntur expresse a testatore,si non sint Doctores,non dēt eorum superexistētia facere,ꝙ illa conditio deficiat,immo dēt hēri pro impleta, ac si non extarent,per no.per Bar.in l.1.§.si pater. de conīū.cū emancipa.liber.ubi concludit,ꝙ aut aliquis excluditur p legē, puta propter ingratitudinem.& tūc non impedit alios, p §. solu.in fi.in aut.de nuptiis. Et hoc quia tpore mortis reperit exclusus.Aut quis excluditur per factum hominis, puta p exhæredationem,quæ statim & tp mortis non excludit, sed post aditā hæreditatē,& tunc impedit & excludit alios,per d.l.filius familiās.§.cū quis de leg.1. Cū ergo in casu nostro dicti filii nepotum in cōdōne politi sint ab eodem testōre priuati,si nō sint Doctores,& per consequens reperiantur exclusi tpe mortis ipsorū nepotum quibus facta fuit substō, nō dent substitutū excludere,nec illū impedire ea rōne, quā in casu Bar. exclusi per legē non faciūt deficere cōdōnē, & quia talis exclusio testōris & exclusio legis æquiparantur.§.disponat.in auth.de nup.& l.1.in prin.ad l.Falc.& per no.per Bar.in l.si quando.§.hæres,de le.j.Vbi concludit,ꝙ licet qñ unum est in obligatione & aliud in solutione ex dispositione hominis,perimatur facultas soluēdi per litis contestationem.l.si stipulatus fuero decem in melle de solu.secus tñ est, qu ꝙdo aliud est in facultate soluendi ex legis dispositione, quia tūc perimitur dicta facultas,nisi agatur iudicati.l.item ueniunt.§.idem recte,de pet.hæredi.Et idem est secundum Bar.quando aliud est in facultate soluēdi ex ordinatione testatoris,ut probatur in d.§.hæres.& qui habetur pro lege.d.§.disponat.& d.l.1.in prin. Nec ob.dictus.§.cum quis.cū quis.cū ibi no.per Doc.quia loquitur,quando filius in cōdōne positus excluditur vel exhæredatur a grauato per primū testōrē,& sic ille nec tempore mortis testōris,nec tēpore mortis grauati reperitur exclusus,quia exhæredatio nōn cōfirmatur,morte,sed hæreditatis aditio ne.l.filium.§.sed cū exhæredatio.de lega.præstan. Et hoc mō loquitur Bart. in d.§.si pater.dum facit mentionē de exclusō hominis facto. Sed in casu nostro testōr, qui posuit filios nepotum in conditione, & nepotes grauauit, dictos filios qui non reperirentur Doctores tempore mortis dictorum nepotum priuauit,& sic dicto tempore reperiuntur exclusi, & dicta exclusio non expectat ad sui confirmationem hæreditatis aditionē,ideo prædicti hoc modo exclusi non impediunt alium,id est substitutum,sicut exclusus a lege non impedit alios venire,quia vtroque casu est eadem ratio, vt manifeste patet per prædicta.Et alia etiam rōne per superexistentiam dictorum filiorum non est defecta ista conditio, vt dicam statī in responsionib.ad contraria. Et ad alia etiam in contrarium allegata potest responderi facile. Non obs.igitur dū dicitur, ꝙ p superexistentiam filiorum defecta fuit conditio, sub qua alius
5 agnatus Doctor fuit substitutus, quia † quamuis ex illa parte non possit uenire,ex alia tamen sequenti parte debet admitti, videlicet quia priuauit filios nepotum, qui non essent Doctores. Vnde cū neminē isto casu testōr uocauerit,ex legis interpretatione substitutus Doctor dēt admitti,per no.per Bart.in d.l. vxorem.§.si hæres.& præferri hæredi uniuersali & alteri collegatario,quia sunt exclusi a testatore, ex quo aliquis eorum nō est Doctor,per prædicta. Quinimmo isto casu conditio illa videlicet si omnes nepotes decesserint sine filijs masculis,sub qua alius agnatus Doctor fuit substitutus, dicitur impleta, quia cū filij in conditione positi reperiātur exclusi tempore mortis grauati ex prouisione testatoris, perinde est ac si nō fuissent in re
6 rum natura,& conditio † habetur pro impleta, sicut quādo excluduntur a lege,p no.p Bar.in d.§.pater.qui,vt dixi, respondet,

det ad d.§.cum quis.ꝙ intelligitur ille tex.de exclusione hoīs, ꝑ quam positus in condōne tpe mortis grauati non reperitur exclusus, sicut qñ a grauato filius in condōne positus fuit exhæredatus. Sed aliud ēt qñ ille excluditur a lege, & eadē rōne quādo excluditur a testōre, qui illos posuit in condōne, & non a grauato, vt in casu nr̃o, quia cum utroq; casu positus in condōne tpe mortis grauati reperiatur exclusus, non impedit substitutum admit. Circa ƒm dubiū, an dictus do. Augustinus, q̃ est solus Doctor in sua agnatione, intelligatur vocatus ad omnia bona prędictis nepotib. & fratri legata, an uero ad partem tm̃. Et primo dicitur, ꝙ dēt admitti ad bona illius nepotis, qui primo decessit, quia illi fuit substitutus proximior agnatus & Doctor, per allegata in præcedenti dubio. Et similiter dēt admitti ad bona relicta Andreæ fratri ipsius testōris, quia illo deceden te cum filiis uoluit testōr fieri & obseruari, ut sup. ut unus tm̃ admittatur ad dicta bona capienda, &c. Et per ꝯn̄s testōr ꝑ relationem ad ꝑcedentia uoluit, ꝙ agnatus proximior & doctor succedat in dictis bonis, nec ꝓhibet dicta bona relicta Andreæ ꝑuenire ad illū met proximiorē, qui succedit uni ex nepotibus. Vñ sequitur, ꝙ quamuis do. Ioannes Augustinus successerit in bonis nepotis primo decedentis, non tñ prohibetur ēt cum sit proximior Doctor succedere in bonis relictis Andreæ. Et maxime q̃a uoluit dicta bona Andreæ ad unum tm̃ ꝑuenire. Quinimmo si extaret alius Doctor in agnatione remotior, solus d. Io. Augustinus succederet in dictis bonis ambob. prædictis, q̃a ad bona cuiuslibet uocatur proximior agnatus qui sit Doctor & qui non est prohibitus utriq. succedere, ergo dēt quo ad bona utriusq. præferri alteri Doctori agnato remotiori. Et ista apud me nullum habēt dubiū. Sed quo ad bona amborū nepotum est maior dubō, vtrū do. Io. Aug. solus possit in illis succedere. Et vr̃ dđm, ꝙ nō admittatur ad bona relicta nepoti ultimo loco decedenti, ex quo semel fuit uocatus ad bona relicta alteri nepoti primò decedenti, quia testōr ubi substituit agnatū proximiorē & Doctorē, & alteri substituit alium proximiorē agnatū, ita ꝙ perpetuò & omni tpe bona & hæreditas dicti Cypriani deferantur ad unum ex agnatis proximiorem, & bona relicta d. Bartolomæo similiter deferātur alteri ꝓximiori, nec possit aliquis ex proximiorib. de agnatione ipsius testatoris capere vtranq; hæreditatem solus, sed semper diuidatur in duos & nō in plures, &c. Cum ergo nō unus sed duo ex ꝓximioribus agnatis sint substituti duab. & diuersis ꝑsonis, & i diuersis reb.
7 & separatis, & sic cum sint omnino & penitus disiuncti re, †nō pōt inter illos habere locum ius accrescendi, & sic portio ultimum decedētis relicta alteri proximiori, qui non reperitur in rerum natura, non pōt accrescere d. Io. Augustino, ēt si essent coniuncti uerbis. l. hmōi. §. quibus. de le. 1. & declarat Bar. in d. l. re coniuncti. in illa q. utrum inter coniunctos uerbis hēat locū ius accrescēdi. Et istud tanto magis procedit, ex quo testator uidetur prohibuisse ius accrescendi, per illa uerba, nec possit ex proximiorib. de agnatione ipsius testatoris capere utraq. hęreditatem solus, sed semper diuidatur inter duos, &c. Et quod ius accrescendi potuit testator prohibere in legatis, ut not. in d. le. domus §. j. ff. de vsuf. & de quib. legatis agitur. & illa uerba testatoris, uidelicet utrāq. hæreditatem, impropriātur, quoniam legatarius large ēt dicitur hæres. l. id tempus. §. j. de vsuca. Vnde uidetur, ꝙ fructus bonorum relictorum nepoti ultimo decedēti debeant interim distribui ad pias cās, ex quo non reperitur alius Doctor agnatus, qui in illis succedere possit. Sed tamē cōtrarium uidetur uerius. Est. n. aduertendum, ꝙ in casu, quo omnes nepotes decedant sine filiis masculis singulis nepotib. substituti sunt diuersi Doctores agnati, & inter illos est prohibitū ius accrescendi, per prædicta. Et iste casus substōnis non euenit, quia uterq. decessit cum filiis masculis, & quo casu dicti filii, quia non sunt doctores, sunt a testōre exclusi & priuati, nec alius in hunc casum reperitur expresse uocatus, nec admitti potuit hæres collegatarius, si tunc aliquis illorū uiuebat, quia testator uoluit, quod nullus, qui sit de agnatione admitti possit, qui non sit Doctor, deferuntur ergo ēt bona ultimi, a quib. alii sunt priuati, & ex hoc vltimo capite do. Io. Augustino substituto, & qui alio casu uocatus est ex testō, per no. per Bar. in d. l. uxorem. §. si hæres. de l. 3. Et per ea quæ latius dicta sunt in præcedentibus. Et si dicatur, quod ille fuit substitutus solū primo decedenti, & ultimo, de cuius bonis agitur, fuit alius substitutus, ad istud dicitur, quod cū prædictus do. Io. Aug. successerit primo incępit eē legatarius, & ideò tanquam legatarius debet admitti ad partem ultimi decedentis cum filiis masculis. d. th. hoc amplius. C. de fideic. quam alle. Bal. in d. l. j. C. de his quæ pœ. no. Et vbi non posset admitti, ut substitutus, vel vt legatarius, saltem deberet admitti tanquam proximior ab intestato, qui sit Doctor, ƒm Bal. in loco proximè alleg. Et per prædicta patet, quod fructus bonorum ultimi nō debent ad pias cās distribui, quod ēt confirmatur, quia fieri debet dicta distributio sub conditione, si aliquo tempore contigerit non reperiri in agnatione testōris doctos & peritos Et quæ cōditio defecit per superexistentiam solius do. Io. Aug. argu. l. non est sine liberis. de reg. iuris. Sed prædictis uidetur obstare unum, quod in ꝑcedenti dubio dictum fuit, uidelicet qđ illa condō, si omnes decesserint sine filiis masculis, habetur pro impleta isto casu, ex quo illi filij, qui nō sunt Doctores, per testatorem, qui illos posuit in conditione sunt exclusi ab istis bonis, & sic uidetur ꝙ euenerit casus, in quo facta fuit substitutio singulis nepotibus de singulis Doctorib. agnatis proximiorib. & in quo inter eos prohibitum fuit ius accrescendi. Sed etiam ad hoc respondet, ꝙ habetur pro impleta dicta conditio in fauorē agnati Doctoris superstitis. i. do. Io. Augustini, qui ex ea potuit admitti, sed quo ad aliū, qui non reperitur in rerū natura, cōditio nō habēt pro impleta, sed pro defecta, quia ēt si quo ad illum haberetur pro impleta, hoc illi nihil prodesset, quia ex substōne admitti non posset, & ideo cessat fictio, & hēt locū ueritas, qñ nullum habet iuris effectum, l. j §. si uir. de acq. poss. & per Bar. in l. si is qui pro emptore. de vsuca. circa princ. 3. q. princ. Et ita circa prædicta puto concludendum de iure. Laus Deo.

¶ Legatum factum a grauato per vniuersale fideicommissum an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filij, deficit, si filius moriatur cum filijs, licet dicti filij absque filijs moriantur.*
2 *Qualitatem adiunctam verbo, per quod actus disponendi significatur, uel tempus, in quo dispositio sumit effectum, satis est adesse illo tempore, licet desinat postea extare.*
3 *Conditio, si sine filijs, expirat per superexistentiam filiæ.*
4 *Legatarius, si pendente conditione, videlicet si superuixerit, sub qua uocatus intelligitur, moriatur, non transmittit legatum.*
5 *Hæreditate non adita l gata non debentur, nec per existentiam suitatis confirmantur. & nu. 9.*
Suitas per dationē cohæredis etiam in re certa instituti tollitur.
6 *Vxor relicta omnium bonorum vsufructuaria concurrit in vsufructu rei relictæ cum legatarys. & nu. 11.*
7 *Grauatus per fideicommissum restituere si aliquam rē leget, ea debet in Trebellianicam, & legitimam imputari, quam ex persona sua, & fratrum præmortuorum detrahere potest.*
8 *Fructus percepti per filium primi gradus non imputantur in Trebellianicam.*
9 *Testamentum confirmatur per agnitionem vsufructuarij, licet hæres uniuersalis non adeat, & omnia in eo contenta.*
10 *Infans hæreditatem non aditam transmittit ex potentia suitatis, quæ non censetur sublata quo ad hunc effectum per dationem cohæredis, & confirmantur legata in testamento relicta.*
11 *Vxor relicta vsufructuaria habet alimenta filijs institutis, etiam si ipsi moriantur, quando legatum fuit unum, non autem multiplex.*

CONSILIVM LXXXVIII.


EGATVM, de quo quæritur, uidetur prima facie, ꝙ nullo modo debeatur. Nā ex testō Baptistæ ex duobus peti non potest. Et primo, q̃a Bartholomæo domus relinquitur tunc, & eo casu, quo omnes filij masculi, & fœminæ ipsius testatoris decederent quandocunque sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, &c. Cum ergo Matthæus testatoris filius, qui ex prima substitutione reciproca facta inter dictos filios succesit in portionib. aliorum, postremo decesserit Luca superstite nepote ex filio præmortuo, ac cum filia fœmina & neptib. ex di-

cto fili o, defecisse dr condo, sub qua dicta domus fuit Barto-
lomæo relicta. Quãuis postea Lucas decesserit sine filiis in in-
fantili ætate, quia satis est, ꝙ tempore, quo Mattheus decesit
1 † liberos habuerit, cum ad illud tempus testor retulerit. l. ex fa
cto. §. pe. ad Treb. & ita etiam in terminis uult Old. in cons. 21.
inc. Thema tale est, &c. & in consi. 141. inc. Thema tale est, do-
minus G. & Io. An. in add. Spe. in ti. de test. §. in primis. in fin. &
Pau. de Ca. in consi. 170. alias in consi. seq. inc. Ne improprijs
utar uocabulis, &c. Et idem clare deciditur ex no. per Bar. in l.
ex facto. in prin. de uulg. & pup. dum concludit, est satis, ut qua
2 litas adiecta uerbo, per quod signatur actus† disponẽdi, uel tẽ
pus, in quo dispositio sumit effectũ, adsit illo tpe, quamuis po-
stea desierit extare. & allegat in proposito tex. in d. l. ex facto. §.
si quis aũt. ubi dr, ꝙ si grauatus decesserit sine filijs, & habeat fi
lios tempore quo decedit, ꝙ conditio deficit. Et ubi etiam per
superexistentiam dicti nepotis, qui postea extare desiit, legatũ
3 non deficeret, deficit† tñ per superexistentiam filiæ ipsius Mat
thæi, quia & illa reperitur in conditione illa posita, si decesse-
rint sine filiis legitimis & naturalibus, sub qua domus relicta
fuit Bartolomæo. l. si ita scriptũ, in prin. de le. 2. & l. si quis ita.
in prin. de test. tut. & tanta magis, quia in proxima præcedenti
substitutione facta de filiab. ipsius testoris in conditione expſ-
sè posuit tã filias quã filios masculos ipsorũ filiorũ. Per qđ da-
tur intelligi, ꝙ idẽ uoluisse uidetur testor in proxima sequenti
substitutione, quia una pars testamenti aliam declarat. leg. qui
filiabus. in princ. & in leg. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1. Et
ex quo istis ultimo loco uocatis prætulit testator proprias fi-
lias, quas fauore descendentium masculorum excluserat, præ-
tulisse etiam præsumitur neptes & proneptes. leg. cum acutis-
simi. C. de fideicom. & leg. cum auus. de condit. & demonst.
Secundo principaliter dictum legatum factum Bartolomæo
4 non debetur, quia ille † mortuus est uiuente adhuc Matthæo,
& sic pendente conditione illa, si superuixerit, sub qua intelli-
gitur uocatus. leg. j. versi. dies incertus. leg. quibus diebus. §.
quidam Titio. & leg. hæres meus. in princip. de condit. & de-
mon. ideo legatum non transmisit. leg. unica. §. in primo. & §.
pro secundo. C. de cadu. toll. & l. in personam. C. de fideicom.
& no. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. & in l. hæredes mei.
§. cum ita. ad Treb. Et similiter uidetur, ꝙ legatũ factũ per Mat
thæũ filijs d. Bartholomæi nõ debeatur, quia hæreditas eius ꝑ
5 Lucã infantẽ, & hæredẽ institutũ non fuit adita, nec ꝑ † alium
eius noĩe, iuxta l. si infanti. C. de iure delib. ideo legata non pñt
deberi. l. si nemo. de testa. tu. & l. eam quam. C. de fideic. & ꝙ le-
gatum ẽt per existentiã suitatis nõ potuit cõfirmari. l. 1. in fi. vt
posf. leg. licet sit aliud in fideicõmisso vniuersali. l. ita tñ. §. si pa-
ter. ad Treb. Et quia ꝑ dationem cohæredis extranei. s. vxoris, &
nurus ipsius testatoris fuit sublata. l. apud Iulianũ. §. idem Iulia-
nus. ad Treb. & ibi per Doc. & per eos, in l. si filius qui patri. de
vul. & pup. Nec quantũ ad hoc refert, ꝙ dictæ mulieres sint in-
stitutę in re certa, quia ꝑ hoc nõ minus tollitur suitas, ẜm Ang.
in l. ex facto. la grande de hære. insti. & Bald. in repe. l. in suis. de
lib. & posth. in 7. q. & Alex. in d. §. idem Iulianus. Et ubi ẽt lega-
tum deberetur ex testõ Matthæi, adhuc tñ in vsufructu cõcur-
rent vxor, & nurus d. Matthæi cum filiis d. Bartholomæi, ꝑut
6 voluit Bar. in l. Sempronio. ꝑ illum tex. de vsufr. leg. dicens ꝙ si
testator legat quædã prædia quibusdam, & vxori vsumfructũ
oĩum bonorũ, ꝙ vxor cũ legitarijs cõcurrit in vsufructu rei eis
relictæ. Et idem uult etiam Alexan. in consi. 56. 3. uolum. & sic
uxor & nurus institutæ in usufructu omnium bonorum copu
latiue debent habere usumfructum pro dimidia & filii d. Bar-
tolomæi pro alia dimidia. l. si pater. de vulg. & pup. & ibi ꝑ Bar.
& Doc. cõiter, & in l. fi. C. de impub. & al. subst. Sed præmissis
non obstantib. contrarium proculdubio puto uerius, & quia
quãuis ad legatum factum ꝑ Baptistam Bartolomæo per filios
ipsius agi non posit, per allegatis in contrariũ, nihilominus ex
testõ Matthæi possunt uenire, & admitti debent, quia per mor
tem Lucæ hæredis instituti & decedentis sine filiis legitimis &
naturalibus purificata fuit cõditio, sub qua ad domos ipsius te-
statoris prædicti uocantur, ut clare colligitur ex uerbis dicti te
sti. Nec dici potest, ꝙ domus prædictæ subiaceant restõni fidei
commissi relicti ab ipso Matthæo per eius patrem. Quia om-
nis substõ fideicommissaria facta d. Mattheo expirauit per suꝑ
existentiã filiæ ipsius Matthæi, ac etiam Lucæ nepotis sui, licet
deinde decesserit sine filiis & in infantili ætate, prout uoluit
Old. Io. And. & alij in locis allegatis ꝑ cõtraria parte in prin.
Et hoc non puto habere dubium. Et vbi etiam bona Baptistæ
subiacerent restitutioni fideicommissi, adhuc tñ dictum lega
7 tum factum a Matthæo locum haberet, quia ipse † vel eius hæ
res potuisset detrahere legitimã & Trebellianicam tam ex per
sona sua, quàm fratrum suorum præmortuorum, iuxta no. in
c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa. & per doc. in l. quan-
quam. C. ad leg. Falc. & per Alex. in l. in rõne. §. quod uulgò. ff.
eo. ti. & in qua legitima & Trebellianica computari debent do
mus relictæ per dictum Matthæum, sicut in ea imputãtur res
alienatæ inter uiuos per grauatum, ut no. in l. Marcellus. §. res
quæ. ad Treb. & in auth. res quæ. C. eo. & per Alex. in cõs. 176.
8 5. uolu. Nec in ea † Trebellianica imputari debent fructus ꝑ-
cepti pendente conditione per Matthæum filiũ primi gradus
ipsius testatoris. l. iubemus. C. ad Treb. & quæ lex hẽt etiam lo
cũ eo casu, quo filius detrahere potest duas quartas, ut est de
mẽte Bar. in l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Falci. Cuius
uerba ad hoc ibi ponderat Alex. & ante eum Pau. de Cas. in d.
l. iubemus. de quo mentionem non facit. Et ut etiã refert Alex.
idem consuluit Ang. quamuis Pau. de Cas. aliter dixerit, & nõ
bene, in ea. l. quod de bonis. §. fructus. & in l. mulier. §. cum ꝑ-
poneretur. ad Treb. Nec ob. ꝙ hæreditas non fuerit adita ex te
stamento Matthæi per eius hæredem infantem uel per alium
9 eius nomine, quia per † agnitionem usufructus factam serua
tis seruandis per dictas mulieres institutas in eo, confirmatur
testm̃, & omnia in eo contenta, si non sequatur aditio hæredis
uniuersalis, ẜm Bart. & Doct. cõiter in l. ex facto. la grande. de
hær. insti. & in l. quoties. C. eo. Et quia accrescit hæreditas di-
cto hæredi instituto in re certa. l. j. §. si ex fundo. de hęr. insti. Et
10 † ubi etiam relictum usufructus non fuisset agnitum, idem
esset, quia infans hæreditatem transmisit ex potentia suitatis,
quæ non fuit sublata quò ad hunc effectum per dationem co-
hæredis extranei. l. si fratris. ẜm communem intellectum. C. de
iure delib. & ideo quia per hæredem infantis adiri potest ex di
cto testõ uirtute transmissionis. l. si qs hæredem. §. j. de acquir.
hær. confirmantur legata, ac etiam conseruantur per clausulã
codicillarẽ, ẽt casu quo per aliquem non fuisset hæreditas adi-
ta. l. eã quam, & ibi no. C. de fideic. & l. qui autem. in princ. si qs
omis. cau. testa. & prout vult Bar. in l. j. de iure codicil. in 12. q.
Postremò non ob. ꝙ in usufructu dictarum domorum debeãt
etiam concurrere uxor & nurus dicti testatoris institutæ in usu
fructu omnium bonorum, per no. per Bar. in l. Sempronio. de
11 usufr. leg. quia talis institutio in usufructu † restringitur ad le-
gatum alimentorum, ꝑꝑ superexistentia Lucæ nepotis ipsius
testatoris, iuxta no. in authen. quod locum. si secun. nups. mu-
lier. & per Bar. in l. Titia. §. fi. de le. 2. & adhuc etiã mortuo Lu-
ca durat eadem interpretatio & restrictio; quia non instituit
eas, donec permanserint in uiduitate, sed illis in uita uiduali &
honesta permanentibus. Et sic fuit unum relictum sub illa con
ditione, si permanserint in uita uiduali, quæ conditio inducit
uiduitatẽ perpetuam. Et quæ in uidua induci potest. auth. cui
relictum. C. indi. uid. tol. hẽt enim dicta condõ implicitam ne-
gatiuam: & sic perinde ac si apposita esset illa conditio, si non
nupserit, de qua in d. auth. cui relictum. ẜm Bart. in l. Mutianæ.
in 1. col. de cond. & demons. Non autem fuit legatum multi-
plex, prout esset, si dictum esset, donec uel quandiu steterint
in uiduitate. l. pater Seuerinam. §. fi. de condi. & de. & l. legatũ.
in prin. iuncta l. in singulos. de annu. leg. Et ideo hac ratione ꝑ
hæc uerba non dr in dicta uiduitas perpetua, secundùm Bar. &
doct. cõiter in l. fi. C. de indic. uid. toll. Vnde secundùm eos mu
lier ad legatum dicto casu admittitur etiã aliqua cautione Mu-
tiana non præstita. Sed in casu præcedenti uidua tenetur caue-
re, quia legatum est unum factum sub dicta cõditione, quæ in-
ducit uiduitatem. d. auth. cui relictum. Et propterea ex quo ui-
uente adhuc Luca legatum prædictum, quod, ut dixi, est unũ,
incœpit importare legatum alimẽtorũ tm̃, adhuc idem impor
tat eo mortuo. & sic non uariatur, secundùm Bar. in d. l. Titia.
in fi. Quia ergo nõ dr prædictis mulierib. relictus usufructus,
ideo non possunt cum legatariis domorum in illo cõcurrere.
Et sic contrarium cessat. Qui immo etiam ubi integer usufru-
ctus diceret relictus, non hẽret locũ concursus ꝑdictus, si dictę
mulieres non ꝑstiterũt adhuc cautionẽ Mutianã, ad quã ꝑstã-
dam

dam tenẽtur.d.auth.cui relictum.& quiá offerre debẽt,ẽt si nõ petatur,& antequã p̃stetur. actio non oritur. d.l. Mutianæ.& ibi p Soc.in 2.col.unde cum eis actio non cõpetat ad legatũ uenire non pñt.l.1.in fi.qñ dies usufr.leg.ced.quare concluditur, q̀ domus filiis Bartholomæi debentur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Filij solum in conditione positi non censentur vocati, maximè concepti post mrtem institutorum, & alienationis prohibitionem.*

2 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

3 *Verba, quia voluit dicta bona perpetuò esse in familia, sunt apta ad fideicommissum, & nu. 13.*

Verba enunciatiua prolata per modum causæ inducunt dispositionem.

4 *Verbum, descendentes, collectiuum, omnes in infinitum comprehendit ordine successiuo.*

Idem in uerbo, liberi, posito in dispositione. & nu. 20.

5 *Fideicommissaria substitutio inter omnes descendẽtes facta censetur, & ordine successiuo per hæc uerba, perpetuo sint, & remaneant, &c.*

6 *Familiæ relinquendo, quando fideicommissum censeatur inductum ordine successiuo. nu. 10. & 20.*

7 *Testator si prohibet alienari adiecta causa, fideicommissum censetur inductum in casu alienationis.*

In fideicommissis omnia verba voluntatem significantia sufficiunt.

8 *Vbi plures sub nomine collectiuo vocantur, unus post mortem alterius etiam admissi, substitutus censetur.*

9 *Fideicommissum non dicitur inductum in casu alienationis inter descendentes, quãdo verba prohibitiua ad eos non porrigun tur, sed sunt in personam, ideo tunc erit simplex, & unus post mortem alterius vocatur. & nu. 21.*

Verbum, prædictis, inducit repetitionem præcedentium nominatim.

10 *Testator si masculos tam descendentes quàm transuersales præposuit filiabus, censetur simpliciter fideicommittere, non in casu alienationis tantum. & nu. 22.*

11 *Bona, vt in agnatione conseruentur, restringuntur verba testamenti vel statuti, etiam contra propriam significationem, & etiam extenduntur.*

12 *Ad validitatem prohibitionis alienationis sufficit tacitè de causa apparere, ideo si exprimatur, inducitur simplex fideicommissum, alienetur, uel non. nu. 15. 16. & 23.*

14 *Fideicommissum quando non inducatur, nisi in casu alienationis. & nu. 18. & 19.*

Dispositio prohibitiua præcedens simplicem eam facit conditionalem, si contra prohibitionem factum fuerit.

15 *Causa expressa in prohibitione quãdo fideicommissum non inducat, quæ si non exprimitur, præsumitur potius consilium.*

16 *Institutio hæredis extranei, quando non dicatur prohibita per alienationis prohibitionem, etiam cum expressione causæ, ut in familia remaneret, etiam cum uerbis geminatis.*

17 *Fideicommissum simplex non cẽsetur inductum, etiãsi prohibitum sit extra familiã alienari, quia uult in familia remanere.*

Superfluum non dicitur, si implicitè dictum magis explicitè exprimitur, etiam quòd nihil operetur expressio.

18 *Species præcedens derogat generi sequenti.*

19 *Intellectus auth. de resti. fideicom. & nu. 29. & 31.*

21 *Ratio generalis ampliat dictum, & dispositionem.*

24 *Alienatione prohibita extra personas nominatas, etiam hæredis extranei institutio comprehenditur, & nu. 32.*

25 *Prohibitio alienationis, quando comprehendat etiam necessariam alienationem, & a iure permissam, & nu. 37.*

26 *Alienatione prohibita quoquo titulo in certum genus personarum, etiam successio ab intestato comprehenditur. & num. 35.*

27 *Alienatione per testatorem prohibita successio ab intestato extra personas in causa prohibitionis nominatas non intelligitur prohibita, quæ si instituantur, non dicitur contrauentum prohibitioni. Alienationis prohibitio in dubio intelligitur de alienatione hominis, non legis maximè si est concepta in personam, secus si in rem.*

28 *Mater licet a successione filij excludatur ab intestato ex forma statuti, quando sola reperitur, si tamen extant sorores defuncti, earum beneficio admittitur.*

29 *Pœna priuationis locum non habet, quando non interest uocati in dictam pœnam.*

30 *Filij filiorum in conditione positi non honorati grauari non possunt, nec prohiberi alienare, contra Barto.*

31 *Filijs filiorum quando onus iniungi possit, & filij primi gradus sub duplici conditione dicantur uocati.*

33 *Dictio perpetuo, in prohibitione alienationis, quid operetur.*

35 *Omnis alienatio si prohibeatur, intelligitur etiam de necessaria, secus de legali.*

36 *Prohibitus quoquo titulo acquirere etiam ab intestato nõ acquirit, secus si alienare.*

38 *Res fideicommisso subiecta non dicitur simpliciter expresse uel tacite prohibita alienari.*

39 *Fideicommisso subiecta in casus speciales alienãtur, etiam si expresse prohibeantur alienari.*

40 *Prohibitio quartæ succedentibus ab intestato facta non inducit ut prohibita alienatione successio ab intestato comprehendatur.*

41 *Fideicommisso subiecta quando pro dote alienari possint constituenda uel restituenda.*

42 *Hæreditas non restituendo dotem alijs, qui admitterentur eo repudiante, censentur adita, & per consequens transmittur.*

43 *Fideicommisso uniuersali grauatus; etiam non confecto inuentario deducit sibi debitum.*

44 *Frater non adeundo sorores non excludit, quin iure edicti successorij admittantur.*

45 *Transmissio hæreditatis ex l. 1. C. de his qui ante aper. tab. fit etiam ad non conceptos tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur.*

¶ Per prohibitionem alienationis an inducatur fideicommissum. Et an ea prohibita instituendo uenienter ab intestato sit locus substitutioni. Et an fideicommisso subiecta possint pro dote alienari.

CONSILIVM LXXXIX.



ASVS iste videtur esse per difficilis, p̃sertim q̃ agitur de interpretando uoluntatẽ dubiã testatoris, & quæ per multtos solẽnes Doctores interpretata reperitur uarijs modis. Quia igitur, vt p̃ponitur, ultimo loco decesśit Donatus abnepos testatoris sine filiis & matre eius hærede instituta, quæritur, utrum intelligatur ex testamẽto.d.Verij senioris & abaui sui p fideicommissum grauatus bona illius immobilia, & quæ ad eũ peruenerunt, restituere alijs descendentib.eiusdem testatoris superuiuẽtibus. Et quia testõr instituit filios & eos inuicẽ substituit uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & casu quo omnes decederẽt sine filijs aut descendentibus masculis p lineam masculinam substituit alios agnatos & eorum descendentes masculos, &c. Ex hac parte testĩ videtur esse certũ, q̃d prædicti descẽdẽtes testatoris ex filijs institutis non sint uoca
1 ti, quia † reperiuntur solum in condõne positi, ut no.gl.communiter approbata in l.Lucius.ff.de hær.inst.& quia dictum fuit, & si omnes filii decesserint sine filiis aut descendentibus, &c. solum illi, qui superuiuebant, uel concepti erant tẽpore, quo omnes filii testõris decesserunt, in conditione positi fuerunt, quia
2 qualitas illa † sine filiis aut descendentib. adiecta uerbo, decesserint, determinatur s̃m tẽpus uerbi.le.ex facto §.pen.ad Treb.l. in delictis.§.si extraneus.de nox.& l.Titius.de test.mil.& plene per Bar.in l.ex facto.in prin.de uulg.& pup. Et per ꝯñs quáuis descendentes nati dicto tempore, quia sunt in condõne positi possent dici uocati, tamen nati & concepti post dictum tẽpus non possunt dici uocati ex dictis uerbis condõnalibus, in quibus tantummodo cõprehenduntur illi, qui tunc erant nati. Et probatur ẽt ex not.per Bal.in l.2.C.de iure emph.in 2.col.ubi uult, q̀ si quis recipiat fundum in emphyteusim cum hoc, q̃d non transeat nisi ad suum primogenitum, q̀ intelligitur de illo qui tempore mortis suæ superuiueret, & primogenitus eẽt; quia successio hẽt relationem ad tp̃s mortis.iõ inspicit prioritas, quæ eo tẽpore erat alle.d.l.ex facto.§.pen.Et cum eo tran

sit ibi Ale. Et per hoc patet, ꝙ in casu nostro cessat illa dubitatio, vtrum in cōdōne positi intelligantur esse uocati. Tota igit̄ difficultas uersatur & consistit circa prohibitionem alienationis, & cām ipsius prohibitionis conceptam sub hac forma uerborū. Item prohibuit & vetuit omnibus & singulis hæredib. & successorib. suis prædictis, uenditionem, donationem, permutationem, oēm alienationem, & alienationis speciem bonorū & possessionum immobilium dicti testōris, & cuiuslibet eorū partis & particulæ in perpetuum, ēt si dicta bona, uel aliqua eorum pars uel particula, cām seu primā cām prohibitionis exissent aut exisse diceretur. Et hoc ex eo, quia uoluit, ꝙ dicta bona perpetuo sint & remaneant apud dictos eius filios, & eorū filios & descendentes masculos, & dictos eius consortes & cōiunctos de Medicis superius substitutos & eorum filios & descendentes ſm modum & ordinem supra traditū, &c. De duobus ergo ꝑ ordinē est uidēdum, & primo, an ex dictis uerbis inducatur simplex fideicommissum & absolutum an uero in casu alienationis tantum. Scd'ō, an isto casu dicitur factum contra prohibitionem alienationis, & sic utrū ex hoc capite fideicommissum possit locum habere. Quo ad primū prima facie videtur dicendum, ꝙ inter oēs ꝑdictos inductum sit simplex fi-
3 deicommissum & ordine successiuo. Qm̄ nemini dubium † est ꝙ illa uerba, & eo quia uoluit, &c. sunt ad fideicommissum cōgrua. l. oē uerbum. C. cōmu. de l. & inst. de sing. reb. per fideic. relic. §. fi. & l. verbum volo. C. de fideic. & l. cum pater. §. uolo. de l. 2. Et quamuis uerba prædicta sint enunciatina, quia tamē prolata sunt per modum cāæ, inducunt dispositionem, ſm gl. Bar. & alios in l. fi. socer. §. Lucius. sol. ma. & Bar. in l. ex hac scri-
4 ptura. de dona. Qđ autem † ordine successiuo ꝑdicti intelligantur uocati, probatur ex illo uerbo, descendentes, collectiuo, sub quo omnes in infinitū cōprehenduntur. l. fi. de legi. hær. & ī auth. de hær. ab intest. ī prin. & ꝙ dictū ordinē importat. l. cū ita. §. in fideic. & l. peto, §. fratre. de l. 2. & l. fi. C. de uerb. sign. & no. Bar. & alii in l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. & idem ibi dicunt mod. quando in dispōne liberi sunt positi, quorum appellatione ueniūt descēdentes oēs. l. liberorum. de uer. sig. & prout etiā tenet Ang. in consi. 38. Cum instō, &c. & non tm̄ inter dictos descendentes uulgaris substō facta intelligitur, sed etiā fideicō-
5 missaria, ꝑꝑ † illa uerba, perpetuo sint & remaneant, &c. ut colligitur ex not. per Cum. in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ubi dicit, ꝙ aliquādo testōr relinquit familiæ simpliciter, & isto casu uocant proximiores, & illis admissis alij excludūtur ꝑpetuo, qa semel uerificatū est adimpletū legatū, qđ dicit fuisse de mente Bar. in d. §. fratre. Et ex hoc infert ꝙ illi proximiores admissi potuerunt alienare, per l. unū ex familia. §. sed si fundum. §. sed si quidem. de le. 2. Aliquando uero reliquit familiæ, quia voluit bona in familia remanere, & qa tunc videt̄ uoluisse testōr, qđ sint perpetuo in familia, & bona uadant de uno in alium in perpetuum. Ex quibus uerbis Soc. in leg. si cognatis. de reb. dub. in
6 10. col. duo colligit ad propositum. Primum legatum † factū familiæ, ut in familia remaneat, censetur factum ordine successiuo, ita ꝙ uno admisso alius admittatur, & sic perpetuo transeat de uno in alium, licet secus sit, ut dicit Cum. quādo relictum esset simpliciter factum familię, quod est nota. ſm Soc. ad ea quæ tradūtur in d. l. Gallus. §. j. 2. not. Et ex dictis Cum. dicit ipse, ꝙ quando relictū est factum familiæ, ut in familia remaneat, censetur factū fideicommissum de uno in alio de familia simpliciter & absolute. Et per ꝯsequens uult Raph. ꝙ non solum in casum alienationis dicatur relictum fideicōmissum, sed ꝙ successiue unus sit uocatus post mortem alterius. Et idem sentit satis idem Raph. in d. §. sed si fundum. & pro hoc etiā facit, quod ipse no. in l. filiusfamiliâs. §. diui. de le. 1. in 2. col. su ꝑ gl. dicens, qđ
7 ubi testōr † prohibet alienari adiecta cā ex his uerbis inducitur fideicōmissum de reliquēdū ipsi familiæ, uel alii, de quo loquutus est. qm̄ in fideicommissis omnia uerba uoluntatem significātia sufficiunt. l. etiā hoc mō. & l. & eo mō, de le. i. & d. l. unum ex familia. §. fi. Vnde illi de familia possunt fideicōmissum petere, & sic ualet iure fideicommissi, ſm Cum. Fortius ergo idem in casu nostro, in quo uerba sunt magis ampla, & tractum successiuū, & ꝑpetuitatē expressè significātia. Et istud etiā uoluit
8 Pa. de Ca. in l. cū ita. §. in fideicōmisso. de le. 2. ubi tenet † qđ in casu illo ubi uocātur plures sub noīe collectiuo, un' dicat̄ substitutus post mortē alterius ēt admissi. Et idē sētit Bar. ī l. si cognatis. de reb. dub. in vlt. col. dicēs, ꝙ ad legatū factū cognatis, illi admittūtur prius, qui sunt noīati, & his deficientib. qui sūt proximiores, per l. peto. §. fratre. de lega. 2. Secundo principali-
9 ter ista opinio cōfirmatur, nam illa † verba ꝓhibitionis, videlicet. Itē ꝓhibuit & vetuit oībus, & singulis hæredib. & successorib. suis prædictis, &c. sunt in ꝑsonā. l. cū pr. §. quindecim. de le. 2. & per Bar. in l. peto. §. fratre. eo. ti. & maxime hoc ꝓcedit ꝑꝑ illud verbū. ꝑdictis, relatiuū, ꝑꝑ qđ ꝑsonæ prius singulariter, & spāliter noīatæ cēsentur ēt noīatim ꝓhibitæ. l. plurib. ī prin. de ver. obl. & prout vult ēt Bar. in cōsi. 7. Andreas Martini, &c. Non pōt ergo dicta prohibitio referri ad descendentes ex filijs dicti testōris, quia illi prius, & in præcedentibus non fuerunt in dispositione positi, vt superius dixi. Fideicommissum ergo, qđ inter illos videtur absque dubio factū, ut ꝑ prædicta probatur, non potest inter eos dici factum in casu alienationis, cum ad eos non porrigatur prohibitio. Et propterea uidetur necessario dicēdū, ꝙ saltē quo ad eos fideicōmissum sit simplex, & ꝙ vnus itelligatur vocatus post mortē alterius. Et istud plu-
alienationem legalem.l.si pluribus.in prin.de leg.2.& notatur in c.vt circa.de electionib.in 6.Et silr verba sequentia.s.sed vt in familia relinquerentur,ad idem tendebant, & tractum successiuum,& sic perpetuitatem significabant, ut etiam ibi dicit Raph.& in l.cum ita.§,in fideic.eo.tit.& tamen non intelligit illo casu prohibita successio ab intestato, nec legalis alienatio ſm Bar.ibi.per d.§.cum inter.Vnde & in casu nostro multo minus dēt intelligi prohibita,quia prohibitio non fuit in rem,sed nominatim facta certis personis,& in personam est concepta, & sub qua ex proprietate,& natura verborum non pōt contineri alienatio legis,& ea rōne tam primo, quam hoc vltimo casu dici potest,ꝙ alienatio legalis non contineatur,quia de ea ꝑ testatorem cogitatum non intelligitur,quasi ꝙ habuerit respectum ad illud,quod frequentius solet euenire, & non raro cōtingere,quoniam ubi cessat alienatio hominis,solent bona ut plurimum in agnatione conseruari, & raro extra familiam trāsire mediante successione ab intestato. Et ita etiā declarat Soc. in d.consi.227.dum respondet ad dictam dictionē, perpetuo quæ erat etiam in casu suo expressa.Et istud bene probatur ultra eum in d.l.pater.§.fundum. de legatis 2.ubi facta prohibitione alienatiōis subiunxit testator. Sic.n.fiet,ut fundus de nomine meo nunquam exeat,quæ uerba,secundum Bar. sunt enunciatiua cuiusdam futuri euentus, quem est testator sperabat uenire propter suā dispōnē, & de quo etiam euentu sperauit, & cogitauit testator,quando dictionem,perpetuo, expressit,nō autem uoluit alienationem legalē impedire, de qua ueri similiter non cogitauit.Quod etiam comprobatur. Nam prius testōr substituerat transuersales,casu quo omnes filii sui instituti decederent sine filiis.ex hac autem substōne fuerūt exclusi quando dicti filii cum filijs decessissent, quia sufficit filia filiorum extare tempore mortis eorum,ut probatur in d.l.ex facto.§.pen.ad Trebellianum.Et istud etiam uoluit Old.in cōsi. 21.Thema tale est,testator,&c.& in consi.141.Thema tale est dominus G.&c.& Io.An.in additionib.Spe.ī ti.de test. §.in primis.in fi.& Bal.in c.j.§.cum esset.in ti.episcop.vel abb.& tñ dictio,perpetuo,apposita in prohibitione,& in causa prohibitionis non facit,ꝙ ubi filii filiorum decessissent relicto hærede ab intestato,qui nō eēt de agnatione puta nepote ex filia, ꝙ dicti transuersales possent uenire ꝑ ꝑ verba illa,s. secundum modū & ordinem supra traditū, de quib.in fine dictæ prohibitionis. Ex quib.apparet,ꝙ testator non uult recedere ab ordine præcedenti,ſm quem testōr non uocauit transuersales dicto casu sed eos exclusit,s.ꝙ extarent filij filiorum eēnt grauati,quia intelligerentur grauati sub tacita condōne, si decesseriut sine liberis.l.cum auus.de conditionib.& dem. & l.cū acutissimi. C. de fideic.Et in istis terminis hoc ēt uoluit Soc.expresse,& bene in d.consi.227.in pen.col.versi.sed adduco ēt aliud,&c. Cū ergo dictio perpetuo,quæ ēt refertur ad dictos transuersales,nū operetur,ꝙ illi admittantur in casu prædicto,in quo a lege fit alienatio,ita & non dēt operari,ꝙ inter ipsos descendentes dicatur prohibita,alienatio legis,quia cum omnes prædictos determinet,dēt eos æqualiter determinare.l.iam hoc iure,de vul. & pup.Et istud ēt uult Ale.in consi.59.in ult.col. dicens, ꝙ dictio perpetuo de qua in cā prohibitionis,non excludit successionē abintestato,ēt in casu suo,quia testator retulit se ad superiora,per quam relationem restrinxit gñalem cām prohibitionis,prout ibi declarat plenius, & prout etiā factum reperitur in casu nostro. Et non obstat, quod vult Ale.in d.cōsi.23.j.vo. inquantum dicere uidetur,ꝙ per talem dictionem intelligatur prohibita alienatio necessaria,quia illa est alienatio hoīs, quæ comprehendi potest sub uerbis,& q̄ ex natura verborum intelligitur prohibita.Et quamuis excipiatur a lege.d.§.pdiū,tñ dictio,perpetuo,vel alia similis,facit cessare interpretationem legis.Sed alienatio legis non continetur,quia isto casu sub verbis non comprehenderetur,forte secus eēt,vt statim dicetur.Non obstat etiam textus in auth.de rest.fideic. quem induxit etiam

34 Soc.ad hoc in d.consi.& † respondet,ꝙ ibi non probatur contrarium,nisi per argumentum a contrario sensu, quod nō dēt sumi contra alia iura.l.2.C.de cond.inser. Vel forte melius dici pōt ꝙ in casu illo prohibitio fuit in rem,quę vt dictum est supra,ex natura uerborum includit ēt alienationem legis.Si ergo in cā prohibitionis etiam apponatur expresse dictio, perpetuo,tunc augetur simplex prohibitio,& idem operatur,ꝙ omnis alienatio,& sic etiam legis intelligatur prohibita, nec dicta dictio reddatur superflua, & quæ alias nihil operaretur cōtra l.si quando.in prin.de legatis 1.Et isto casu loquitur etiā Soc. in d.consi.40.allegato in cōtrarium.& Alex.in cōl.23. & ī cōs. 50.& eodem casu loquitur etiam tex.in auth.ut spons. largi.§. si quando.& in auth. sed in ea.C.ad legem Falc.Præterea in casu illo,etiam si non fuisset prohibita alienatio,Falcidia detrahebatur contra voluntatem testatoris.l.Titia,ad legem Falcidiam quod etiam hodie est uerum,secundum Alex.in l.cogi.§.si pater.ad senatusc.Trebel.in fine. & sic intelligebatur ab eo tacite prohibita. Nō mirum ergo si prohibitio Falcidiæ cōtinetur sub prohibitione alienationis expressa,sed in casu.§. cum inter, illa successio ab intestato & legis alienatio non erat contra uoluntatem testatoris,sed potius secundum,vel saltem præter eius intentionem.l.conficiuntur.in prin.& l.si quis cum nullum.de iure codicil.Non obstant etiam no.per Are. in l. Pantonius.in §. 1.& in l.ventre.de acqui.hær.per no.per Bar.ibi,dum uult,qđ

35 † si prohibita sit alienatio quoquo modo,vel quoquo titulo, ꝙ propter illam uerborum geminationem,& prægnantiam dicatur prohibita ēt successio ab intestō, quia hoc forte posset procedere,quando prohibitio est in rem,quia tunc verba conueniunt ex sui natura alienatiōi ēt legali,& iō licet ubi prohibitio est simplex,ſm iuris interpretationem nō contineat alienationem legis.d.§.fratre,iūcto.d.§.cum inter.tamen propter verborum geminationem potest cessare dicta interpretatio,quasi quòd de contraria mente disponentis appareat,quæ colligitur ex dictis uerbis prægnantib.sed in casu nostro prohibitio dirigitur ad certas personas,ideo uerbum illud omnem alienationem,& alienationis speciem uniuersalem operatur solum uniuersaliter respectu alienationis hominis, & comprehēdit omnem speciem alienationis faciendæ ab homine, & cuiuscunq. qualitatis,& sic prohibitio continet etiam alienationem necessariam,quæ non contineretur sub simplici prohibitione,vt notat gl.in l.quidam in testamento.§.1.in verbo,quoquo modo. de fideic.libert.sed alienatio legis, quæ non potest tunc in prohibitione contineri ex natura simplici sermonis, nō includitur propter uerbum uniuersale,omnem,quia nō operatur,ꝙ sub illo contineantur ea,quæ non sunt de natura sermonis. Et ita declarat Bar.in l.qui habebat.de le.3.Præterea non est verum, ꝙ Bar.in d.l.uentre.dicat illud, ad ꝙ per Aretinum ponderatur, quia ipse non loquitur, quando prohibetur quis alienare

36 quoquo titulo sed† quando quis prohibetur quoquo titulo acquirere.nam primo casu non dicitur uenire contra prohibitionem quamuis sequatur alienatio legis,quia ipse nō alienat,sed lex,& ideo cessant uerba prohibitionis ,sed alio casu, quando quis puta forensis,prohibetur acquirere quoquo titulo, siue illa acquirat ex dispositione legis uel hominis,uerum est,quod ipse acquirit,& sic utrique acquisitioni verba pariter resistunt, merito non potest acquirere mediante successione ab intestō. Et ita in terminis distinguit, & inter prædicta differentiā facit Pau.de Cas.in prima, & secunda parte nouorum consiliorum cons.61.de quo etiam supra est facta mentio. Non ob.etiā dū

37 dicitur,† ꝙ in persona transuersalium concurrit duplex prohibitio.s.tacita propter substitutionem præcedentem, & expressa,& per consequens, ꝙ propter talem concursum quoad eos dicitur prohibita etiam alienatio legis, quæ non contineretur sub simplici,& unica prohibitione,per l.2.C.de usucapionibus pro emptore,& per §.sanctissimas.in auth.de non aliend.Et iō sicut quoad istos alienatio legis est prohibita,ita etiam videbatur,ꝙ contineretur sub prohibitione quoad descendentes testatoris,vt omnium personarum fiat æqualis determinatio. d.l.iā hoc iure.Quia respondetur, ꝙ geminatio prohibitionis operari potest quoad illos casus,qui contineri possunt ex natura sermonis,& qui aliàs non continerentur, si prohibitio non esset geminata.Et ita loquuntur contraria.Sed in casu nostro nō potest alienatio legis contineri sub prohibitione expressa secundum naturam sermonis,cum prohibitio ad hominem dirigat, & sic solum alienatio homini tantum prohibeatur, ideo nihil potest ad alienationem legis operari geminatio,quia sub uerbis non includitur,per no.per Bar.in d.l.qui habebat.Præterea quamuis Alex.in d.l.quidam testamento.§.fin.ad Trebell.allegat dictam rationem,quando res subiecta restitutioni fideicōmissi est prohibita expresse alienari, nihilo minus non est vera

sed

sed solum procedit, quando expressa prohibitio legis, & hominis concurrit, vt in iuribus præallegatis, † sed res subiecta
38 restitutioni fideicommissi non est ex hoc prohibita alienari simpliciter, expressè vel tacitè, quia immo potest alienari pendente conditione, & interim valet alienatio dicta l.fina. §. sin autẽ sub conditione. C.communia de leg. Si ergo grauatus prohibeatur expresse alienare, non dicitur cõcurrere ista prohibitio, cum alia simpliciter, & absolute, quoniam, ut dictum est, dũ pendet conditio, non hẽt locũ prima prohibitio, sed solum purificata conditione resoluitur vt retro, ut in d.§.sin autẽ. Et propterea isto casu casus speciales, in quibus irreuocabiliter potuisset res alienari, non continentur sub prohibitione expressa, ea ratione quia prohibitio duplex concurrat, vt probatur expresse ex notatis per Bar. in d.l.filiusfa.§.diui.de leg.1. & in d. auth.
39 res quæ.C.communia de le. cum quo tsanseunt alij, vbi† uult ꝙ sicut ex causa dotis res subiecta restitutioni fideicommissi potest alienari.d.auth.res quę.& iure speciali, & fauore dotis, vt ibi, ita etiam ex dicta causa poterit fieri alienatio, si facta sit expressa prohibitio. Cuius contrarium esset uerum, si dicta ratio Alex. in loco præallegato in his terminis esset uera. Et ꝑpterea vt dictum est rõne præmissa non habet locum isto casu. d. l. 2. C.de vsuc.pro emptore, neque d.§.sanctissimas. cum concordãtibus in contrarium allegatis. Non ob. postremo, ꝙ succedenti
40 bus † etiam ab intestato facta sit prohibitio quartæ, quia per hoc non sequitur, ꝙ prohibita alienatione intelligatur prohibita quarta successio ab intestato, & legalis alienatio, quia põt intelligi prohibita quarta etiam succedentib. ab intestato eo casu, quo facta fuit prima, & præcedens substõ, & casu quo locũ habere potuisset, puta inter filios institutos, & alios substitutos, quia tunc hæres grauati ex testamento vel ab intestato tenetur restituere, & diceretur prohibitus quartã detrahere. Sed vbi illa substõ nõ haberet locũ, & contra prohibitionem nõ esset factũ, prout non fit ɔ̃ cã, qñ alius, qui in causa prohibitiõis non est nominatus, succedit ab intestõ, & iõ tunc ad illum nõ refertur prohibitio quartæ, quia non reperitur grauatus. De alijs ẽt quęritur. sed stantib. præmissis frustra de his dubitatur. Sed ut petenti mos geratur, compendiosè & concłusiuè respõdebitur, præsertim quia in præmissis non potuit satisfieri com
41 modè absque aliquali prolixitate. † Dum ergo quæritur vtrum Carolus auus Donati potuerit bona, de quibus agitur, obligare pro dote recepta ab uxore, etiam si subiaceant restitutioni fideicommissi. dubium facit, quod not. Ang. in auth. de sect. & ea quæ par. in fine principij, ubi no. gl. quæ dicit iam. per quam patet, secundum eum, quòd ad hoc ut pro dote danda vel donatione restituenda res subiacentes restitutioni fideicommissi alienari possint, necesse est, quòd obligatio dotis uel donationis præcesserit grauamen, nam si postquam filia est de restituendo grauata, vellet de bonis, quæ restitutioni subiacent, dotem constituere pro se, non posset, sed si iam promiserat dare marito, antequam esset grauata, & postmodum hæres instituitur, & grauatur, bene potest dotem pro se marito promissam soluere de istis bonis, & idem in filio, quia si postquam promisit vxori suæ donationem propter nuptias fuerit institutus, & de restituendo grauatus, potest de bonis subiacentibus restitutioni donationem soluere, & si uellet post quam est institutus, & grauatus facere uxori donationem propter nuptias, tũc non posset, & secundum Angelum, qui dicit idem apertius probari in.§.hoc igitur. eod. titu. & subdit, quod ita intelligitur authen. res, quę.C.communia. de leg. 1. & nouissimi ibi transeũt cum Ang. Et uidetur etiam de mente ibi dum dicit, quod si filius amplam dotem recepit, & postea fuit grauatus a patre, qđ poterit restitui dos de bonis subiectis restitutioni. Et sic præsupponit, quòd grauamen fideicommissi sequatur, & dotis receptio præcedat. Et ideo cum grauamen præcederet, antequã Carolus vxorem duceret, videtur, ꝙ obligare non potuerit bona restitutioni subiecta. Sed tamen istis non obstantib. cõtrariũ uidetur verius, præsupponendo, ꝙ non adsint alia bona, de quibus dictæ doti posit satisfieri, per textum in auth. res quæ, cũ ibi notatis, ubi habetur, ꝙ nedum pro dote constituẽda. sed ꝑ dote restituenda possunt bona restitutioni subiecta obligari, & alienari. Et nedum hoc locum habet, quando dos erat promissa, uel recepta ante onus fideicommissi impositum, sed etiã post illud põt de nouo constitui, ut est casus in l.mulier.§.cum proponeretur ad Tre. ubi filia instituta & grauata de nouo post mortem patris se dotauit de bonis restõni subiectis. Et vbi ẽt se non dotasset, hæredes eius de fideicommisso possent deducere dotem, quam illa adhuc viuens cõstituere potuisset, ſm Bal. Sal. & Pau. de Cast. in d.auth. res, quæ. Et sic patet manifeste, ꝙ in hoc non bene loquitur Ang. in loc pallegato, quia directo dicit contra prædicta, & contra intentionem omnium, vt ẽt apertius statim declarabitur. Et contra illud, quod dicit Ang. tenet exprese Io. de Ana. in consi. 61. Visis, & ponderatis, & c. vbi uult, quod pro restõne dotis receptæ post onus impositum & post mortem testatoris possint dicta bona obligari, & alienari per iura, & rões per eum allegatas. Dicens etiam, quod illud est de mente aliorum. & nedum in filiis testatoris hẽt locum. d.auth. sed etiam in aliis descendentibus, quia loquitur de liberis. l. liber. de ver. sig. Et si forte dicatur, quòd loquitur solũ de illa dote, ad quam tenebatur testator adhuc viuens iure actionis vel officio iudicis, & non de dote constituenda vel recipienda pro liberis nondum natis vel conceptis, ad quam testator nunquam fuit obligatus. Ad hoc respondetur, ꝙ immo omnes liberi etiam concipiendi, dũmodo sint grauati, possunt pro dote constituenda uel recipienda dicta bona obligare, ut est de mente Bar. cum quo alij magis communiter transeunt in d.auth. res quæ & in l.a filia. in princ. ad Tre. dum vult. ꝙ filius grauatus nedum inter uiuos possit pro filia de dictis bonis dotẽ constituere, sed etiam in ultima uoluntate, hoc locum hẽt nedum in filia nubili sed etiam in illa, quæ adhuc nubilis nõ erat, maxime tempore mortis testõris, hæc etiam aperte præsupponit Ale. in d.l.a filia. ex intentiõe Bar. Et sic non est necesse, ꝙ testator eẽt obligatus ad illam dotem, sed est satis, ꝙ constituens, & grauatus eẽt obligatus, ſm Alex. in d. prin. dictæ legis Et in istis etiam locis Bar. præsupponit expresse, & alii sequuntur, quòd post onus iam impositum posit dos constitui, & recipi, & pro illa dicta bona posse obligari, ex quo vult, ꝙ ille ꝑ erat iam grauatus, & dum vixit dotem non constituit, posit in vltima voluntate, etiam in mortis articulo dotem constituere ad diminutionem fideic. Et procedunt etiam prædicta, quamuis bona expresse sint prohibita alienari, ſm Bart. & omnes, in d.l. filiusf. §. diui. de leg. j. & Doc. in d. auth. res quæ. Circa ve
42 ro aliud. uidelicet † nunquid Donatus, uel pater suus non restituendo dictam dotem auiæ dicatur eius hereditatem adiuisse. Et quia articulus est subtilis, & difficilis, multa dici possent & allegari pro utraque parte, quæ omitto, ut breuitati studeã. & quia circa hoc insistere, iudicio meo, nõ est necesse. Et ꝙ hereditas intelligatur adita, per plura uoluit Bar. in disputatione inc. Debitor in diem, &c. & in l. gerit. de acq. hær. & eũ eo transit ibi Im. & Pau. de Ca. & Ale. in l. non hoc. C. vnde cogn. qui etiam respondet ad ea, quæ per aliquos allegantur contra Bar. & tenendo hanc partem sequitur, quod hereditatem auiæ trãsmisit Donatus ad matrem suam hæredem ab eo institutam, &
43 † ꝙ ubi teneretur ad restitutionem fideicommissi, quod dotẽ auiæ deducere posset, etiam si inuentarium aliquod non fuit confectum per Donatum, ſm Pau. de Castr. in l. ita tamen. §. si ex Treb. Et ita pluries consuluit, ut ibi refert, & approbat Ale. cum alijs concordantib. de quibus ibi per eũ, ad quem me remitto. Et ubi etiam non diceretur per non factum adita hereditas auiæ, & sic exclusus fuisset Donatus morte uel tempore, iuxta no. in l. licet. C. de iure delib. illo excluso hæreditas auiæ deferretur sororib. Donati, non quidem ex persona ꝑpria quia non erant conceptæ tempore mortis auiæ. l. j. §. si quis ꝓximior. unde cogn. & l. si Titius. de suis, & l. si quis filio exhæredato. in prin. de iniust. rup. & irrit. test. nec etiam transmissione Donati. l. unica. §. in nouissimo. C. de cad. toll. sed ex transmissione Bratij, qui hereditatem matris etiam non aditam ad suos descendentes transmisit. l. unica. C. de his qui ante apertas tab.
44 Et quamuis † prius fuerit transmissa ad Donatum, qui solus patri successit, tamen si ille non adiuit, & sic si exclusus fuit, sororibus non nocet. l. 2. §. si sint sui. ad Tertul. & ibi not. Bart. & in l. j. §. filium. de bo. pos. contra tab. in 5. q. Et sic dictæ sorores uenire possunt iure successorii edicti, sicut ueniret sequens in gradu. l. si is qui. in pri. de inof. test. & l. j. §. quib. de succes. edict. & per Ale. in l. pactum. C. de colla. nam sicut se habet neptis ad filium de iure communi, ita se hẽt filia quo ad masculũ ex forma dicti statuti, ſm Arc. in l. uõtre, de acq. hær. Et iõ iure edicti suc-

successori, debet admitti. Et ita ī terminis uult Bal. in l. fratres in fi. C. de inof. test. dicens, quod stante dicto statuto si filius sit exheredatus & filia præterita, & excludatur exheredatus a querela, tunc soror ad quærelā vocatur, arg. l. pater filium & d. l. si is qui. de inof. test. Statutum ergo, secundum eum, non debet intelligi, ꝙ excludatur soror præcise, sed ita demū, si frater succedat, excludatur soror. Et subdit, ꝙ intentio statuti est ponere
45 ordinem prælationis, non necessitatem exclusionis. † Nec obstat. quod non essent conceptæ istæ neptes tempore mortis auiæ, quia transmissio ex d. l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas fit etiam ad illos, qui non erant nati vel concepti tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, ſm Cyn. & Bart. ibi. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas adita efficitur proprium hæredis patrimonium, nec amplius consideratur defunctus.*
2 *Testator quando uideatur se uoluiße conformare cum dispositione statuti, uel iuris communis. 3.*
Mens, quæ non transiuit in dispositionem, non attenditur.
4 *Filiæ extantibus masculis exclusæ, illis mortuis quando excludantur.*
5 *Hæreditas ex coniecturis iure directo dari non potest.*
Filia in re certa instituta & prohibita plus petere, institutis masculis, dicitur a testatore, non a statuto exclusa.
6 *Testator filio infanti substituens illum uel illam, qui de iure ueniunt, quem uideatur substituiße.*
7 *Pupillaris substitutio per existentium suitatis confirmatur etiā hæreditate non adita, quæ suitas non censetur sublata per vulgarem in compendiosa comprehensam.*
8 *Testator in dubio uidetur potius substituiße proximiorem pupillo quam sibi, & quando procedat.*
9 *Genus, & species si inter personas uel res cadit, generalis dispositio non refertur ad personas uel res specificatas, cum generi per speciem derogetur.*
10 *Verbum cæteris, quid importet.*
11 *Prohibitus plus petere censetur exclusus ab uniuersali substitutione, sicut a iure accrescendi.*

¶ Mater si filios masculos instituit, & filiabus certam portionem reliquit, prohibuitque plus petere, mortuis masculis an admittantur filiæ.
Soror an censeatur uocata in testamento fratris, qui instituto filio sororem in re certa instituit prohibens plus petere, filioque substituit illum uel illam, qui de iure veniunt ad successionem.

CONSILIVM XC.

ISO & perlecto eleganti cōsilio clarissimi Doctoris do. Aeneæ de Vbaldis de Perusio, cōcurro in sñiam domini consultoris. Et quo ad primum dr̄, ꝙ filię do. Marinæ aliquo modo reuerti non possint ad bona dictę matris suæ instituit masculos uniuersales, hæredes, & dictas filias iñ certa quātitate instituit pro līa, & dote illarum, & qui filii extiterunt hæredes matris. Quamuis ergo alter eorum decesserit sine filiis relicto fratre hærede ex testō, & descendentes masculi alterius desierint extare per mortem Francisci nepotis sui ex filio Io. Baptista, & ad quem peruenerunt bona dictæ Marinę proauię, nihilo minus prædictæ filiæ Marinæ a bonis maternis, & ab hæreditate illius remanent exclusæ, quia non agitur nunc de hærditate matris, sed de hæreditate dicti Francisci, in qua sunt bona dictæ
1 Marinæ, & † quæ unita sunt cum patrimonio Francisci. l. sed si plures. §. filio. de uulg. & pup. & prout dicit etiam Barto. in l. fin. in princ. ad Tertul. Nec dictæ mulieres ab intestato possunt succedere do. Francisco, ex quo superest mater illius, quę ab intestato illi de iure debet succedere auth. defuncto. C. ad Tertul. Nec etiam dici potest, quod in hunc casum sint uocatæ ex testamento materno. Nā certum est, ꝙ non uocantur expresse, sed potius ex illo excludūtur, quia d. Marina filios tm̄ uniuersaliter instituit, & filias in re certa quātitate, & quas prohibuit plus petere sub pęna priuationis, nec in aliqua substōne de dictis suis filiabus aut eorum descendentibus mentionem fecit. Nec etiam tacite in hunc euentum dici possunt substitutæ quāuis statutum uelit, ꝙ quādiu extiterint masculi descendentes fi-
2 liæ nō succedant matri dotanti, † quia licet testator uideatur in dubio uoluisse se conformare cum dispōne statuti, per not. per Bar. in l. ut iurisiu. d. §. si liberi. de ope. libe. & per Pet. de Anc. in l. tres fratres. ff. de pac. & per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. istud tamen potest esse uerū, quando verba cōuenire possunt, saltē improprie, intentioni tacitæ ipsius testōris, sed ubi dictę intentioni aliquo modo uerba nō possunt cōuenire, ꝑpriæ uel impropriæ, tunc standū est verbis, & de mente non est tractandū, vt tactū est, & rectē per dn̄m consultorē. Et ultra allegata istud etiam uoluit gl. & clarius Salic. in l. cum uirum. C. de fideic. & Pa. de Cast. in conf. 351. Præsens dubium, & c. ad fi. & in l. in ambiguo. de rebus dubijs, per no. per Bar. ibi. & Alexan. in conf. 139. 6. uol. & probatur ex no. per gl. & Bar. in l. Labeo. in uerbo, ex communi. de supell. leg. & Bal. in c. j. in prin. de cōtr.
3 inuest. † & ut et tactū est, mens, quæ nō transiuit in dispōnem, nō attenditur. l. quidā cū filiū. de hær. inst. & ibi no. Bal. Et istud ēt confirmatur, quia testator ita demū uidetur se conformare cū dispōne statuti, quando uerba huic interpretationi possunt cōuenire ſm propriam significationē, & quæ aliàs nō attēderetur si statutum cessaret. Et isto casu loquitur Bar. in d. §. si liberi. & in d. §. cū ita. Sed vbi uerba ſm propriam significationem nō possunt cōcordare, non fit interpretatio, etiam improprian do verba, ꝙ uoluerit testator se cum illo conformare, vt probatur ex notatis per Doc. cōiter, i l. Gallus. §. j. ď liberis, & posth. ubi uolunt, ꝙ si copulatiue instituantur plures, inter quos cadit ordo charitatis tantum, & non necessitatis, ꝙ non intelliguntur uocati ordine successiuo, & prout etiam successuri ab intestato de iure communi, sed simul, & codem tempore ex natura copulatiuæ, per. capitu. Rayn. de test. & sic non intelligitur testator dicto casu uoluisse se conformare cum dispositiōe iuris communis, ſm ꝙ prædicti non uocantur eodem tempore, sed successiuo ordine, quamuis copula contra suam naturā, & improprie potuisset resolui in alienatiuā. C. de insti. & subst. quæ sui natura significat ordinem. l. cum pater. §. pe. de leg. 2. & in d. l. hæredes mei. §. fi. ad Treb. & per Bar. & Doct. in d. l. Gallus. §. quidam recte. Et propterea Alex. in d. §. cum ita. de prædictis opponit ad no. p Bar. & ibi respondet eo modo, quo dictū est, videlicet aut verba offendūtur interpretando, ꝙ voluerit testator se conformare cum dispositione statuti, ut in casu ꝓximo, & tunc cessat dicta interpretatio. Aut verba non offenduntur, & isto casu habet locum dicta interpretatio, nec a verbis receditur, a quib. aliàs recederetur, per no. per Bar. in d. §. cū ita. Si ergo non præsumitur, ꝙ voluerit se testator conformare cum iure communi impropriando verba, & quando uerba improprie possint huic interpretationi conuenire, multo minus non debet capi interpretatio prædicta, quando casus, de quo agitur, in totum est omissus, & quando uerba proprie, & imꝓprie hoc non patiantur, vt in casu nostro. Postremo dicitur, ꝙ Bar. in l. fi. in prin. ad senatus. Tertull. Bal. Sal. & alij Moderni in l. 2. C. de lib. pręteritis, & alij in locis ibi allegatis, & Aret. in l. si quis posth. §. si filium de lib. & posth. manifeste præsupponunt ꝙ isto casu istæ mulieres non possint admitti stante etiam statuto prædicto. Nam in dictis locis concludunt, ꝙ si statutum
4 † uelit, ꝙ quamdiu extent descendentes masculi, ꝙ fœminæ nō succedant, & masculi in testamento instituantur, & filia prætereatur, ꝙ donec extant masculi, filia præterita non poterit testamentum impugnare, sed postquam masculi extare desierunt, tunc illa poterit dicere testamentum nullum ratione præteritionis, & sic uolunt, ꝙ condito testamento in defectum masculorum filia admittatur, quia cum sit præterita potest dicere testamentum nullum, quę ratio cessat in casu nostro, in quo filiæ in certa quantitate fuerunt institutæ, ꝙ sufficit, ad hoc ut testamentum non dicatur nullum, ut notatur in l. 3. §, sed utrum. de mino. & per Doct. in authē. nouissima. C. de inof. test. unde quia de nullitate isto casu non potest dicere ex mente doctorum, remanet in totum exclusa, & quæ etiam minus ex testamēto potest uenire, quia aliquo modo non reperitur uocata, vt dictum est aliàs si in hunc casum ex verisimili mente defuncti uocaretur ex testamento, etiam uenire deberet, quando fuit præterita, & non contra testamentum, ut uolūt prædicti, quia isto

casu

casu filiæ non sunt minus ex testamento residuo exclusæ, quã sit filia præterita exclusa a toto. & eo magis, quia testor dictas filias prohibuit plus petere, quæ prohibitio dicitur a residuo expressa exclusio, secundum Bar. in repetitione. l. pater filiũ. ff. de inof. test. Vnde si intelligerentur dictæ filiæ exclusæ solum rebus sic stantibus & uocatæ masculis cessantibus, eodem modo præterita filia diceretur exclusa solum rebus sic stantibus, & tacite uocata in defectum masculorum, quia utroque casu est eadem rõ, & tamen hoc ultimũ est falsum & contra Bar. & alios,
6 in locis proxime allegatis.† Præterea, si filiæ dici possent ex testõ uocatæ, uenire non possent iure directo, quia hæreditas dari non potest directo ex coniecturis, vt est expressum in l. 1. si tab. test. nullæ exta. & quia masculi, qui semel fuerunt hæredes nõ possunt desinere esse hæredes ex dispositione testatoris, ꝼm gl. & Doc. in l. in substõne. de vul. & pup. substi. Nec etiã desinunt esse hæredes ex formæ dicti statuti, quando uocãtur ex testamento, & filia non est præterita, sed solum quando successerunt ab intestato, ꝼm Bar. in d. l. fi. & alios, in d. l. 2. C. de liberis præter. quoniam condito testamento filia in certa re instituta non excluditur tunc per statutum a successione vniuersali, sed dicitur excludi per testatorem, ꝼm Bald. in l. 1. C. de leg. hær. & Pau. de Cast. in consi. 390. inci. Super primo quæsito, &c. unde tunc statutum non hẽt locum, nisi filia sit præterita, quia dicto casu ex post testamentum annullatur, & reducitur res ad cãm intestati, secundum prædictos Doctores. Nec etiam dictæ filiæ possunt dici uocatæ ex testamento per fideicõmissum, quia dicta testatrix solum filios instituit, & alios descendentes non vocauit expressè, vel tacitè, nec illos posuit in conditione, iõ Franciscus, qui vltimo decessit, non fuit per fideicommissum grauatus, nec grauari potuit, quia non fuit honoratus. l. ab eo. C. de fideic. & l. 3. §. sciendum. de leg. 3. Et hæc sufficiant quantum ad primum casum, in quo puto sine dubio fuisse rectè cõclusum.

Quo uero ad aliud, vtrum prædictæ mulieres dicantur uocari ex testamento Ioannis Baptistæ eorum fratris, qui instituit hæredem vniuersalem Franciscum filiuum suum infantem, & casu quo decederet in pupillari ætate, vel postea quandocunq. sine filijs legitimis, & naturalibus prędictis mulieribus uterinis reliquit certam quantitatem, mandans, ꝙ plus petere non possint sub pœna caducitatis, in cæteris uero bonis suis dicto casu adueniente substituit illum uel illam, illos uel illas, cui', uel quibus, dicta eius bona de iure deuenerint, pleno iure, & sine aliqua diminutione, detractis tamen prius dictis legatis, &c. Et quamuis iste casus prima facie uideatur esse magis dubius, cum istæ sorores sint ipsi testatori proximiores, & quæ illi ab intestato successissent, si prædictus Franciscus eius filius tempore mortis patris non superuixisset. Et pro sororibus plura possẽt allegari, quæ breuitatis causa omitto. Nihilo minus arbitror, ꝙ prædictæ mulieres non dicantur substitutæ, sed mater dicti Frãcisci, quæ filio tanquam proximior successisset ab intestato. Nã illa verba substituit illam uel illum, illos vel illas, cui uel quibus dicta eius bona de iure deuenerint, &c. possunt habere duplicem sensum. Primus est, ꝙ ex illis dicantur vocati illi, qui sint proximiores testatori, & qui illi ab intestato fuissent successuri non existente dicto filio masculo. Secundus sensus esse potest, quod intelligantur uocati illi, qui erant proximiores ipsi Francisco instituto, & cui factã fuit dicta substitutio, seu illi qui eidem potuerunt ab intestato succedere. Et iste ultimus sensus est capiendus. Et primo, quia, vt præsupponitur, & ut pars aduersa in libello fatetur, dom. Franciscus decessit in pupillari ætate, & sic euenit casus substitutionis pupillaris, & quæ
7 † per existentiam suitatis ipsius filij fuit confirmata, quamuis aliter per eum hæreditas non fuerit adita. leg. si filius qui patri. de vulga. & pup. & leg. filius qui. & leg. Iulianus, de acquirẽ. hęre. & l. si pater. de his quæ in fraudem credit. & quæ suitas nõ fuit sublata, per substitutionem, vulgarem comprehensam in compendiosa, secundum Ang. in l. Papinianus. §. 9. de inof. test. & Pau. de Cast. Raph. & Ale. in l. filius a patre. de lib. & posthu. in fin. Cum ergo possit habere locum substitutio pupillaris, ꝑ
8 quam succeditur pupillo, † præsumendum est in dubio, ꝙ testator uoluerit potius substituere proximiorem ipsius pupilli, & qui pupillo successissent ab intestato, quam proximiorem ipsius testatoris, vt optime probatur ex notatis per Bar. in leg. re coniũcti. de leg. 3. in ult. char. ver. 3. quæro, &c. ubi cõcludit ad propositum, ꝙ si quis hẽat duos filios ex prima uxore, & ex alia duos alios. & illos substituat adinuicem, si unus decedat in pupillari ætate, frater illius utrinque coniunctus præfertur aliis, quia licet omnes pariter sint coniũcti testatori, hoc nõ dẽt attendi, cum non agatur de successione illius, sed pupilli defuncti. Et ideo in dubio uidetur testator prætulisse, illum, qui erat proximior dicto pupillo. Idẽ ergo est dicendum in casu nr̃o, in quo militat eadem rõ. Et istud magis in specie deciditur ex notatis per Soc. in l. si cognatis. de reb. dubiis. in vl. char. vers. 3. & vlt. &c. vbi quærit, qñ plures uocantur ordine successiuo, quo casu admittuntur, prout quisque est proximior. l. cum ita. §. in fideic. de leg. 3. & l. fi. C. de uerb. sig. an dẽat attendi proximitas respectu ipsis testatoris, uel proximitas respectu ipsius grauati. Et sic si concurrat proximior ipsi defuncto cum illo, qui est proximior grauato, quis debeat præferri. Et concludit, ꝙ si agitur de vulgari substõne, ꝙ dẽt præferri ille, qui est proximior defuncto, quia per illam eidem succeditur. insti. de pup. subst. Et idem ꝼm Soc. si agatur de iure accrescẽdi, ex quo etiam succeditur testatori, per no. per Bar. in d. l. re cõiuncti. in vers. præ all. si uero agatur de expressa pupillari substõne, vt in casu nostro, per quam succeditur pupillo, inst. de pup. subst. & tũc ꝼm Soci. regulariter ille, qui est proximior pupillo, dẽt præferri, al leg. no. per Bar. in loco præall. dum loquitur Bart. de substõne pupill. in qua saluat opi. Dyni. Sed si substõ pupillaris esset tacita, & ageretur de excludẽdis matre, fratribus vel aliis stantib. a tacita pupillari ex uerisimili, & coniecturata mente testatoris, tunc attenditur uoluntas, & intentio patris substituentis, & nõ persona pupilli, cui substõ fit, per no. per Bar. in l. 2. de uulg. & pup. dum loquitur, quando inimicitiæ sunt ortæ inter testatorem, & uxorem matrem pupilli, & sic excepto casu, in quo mater pupilli non excludatur ex uerisimili mente defuncti, uult Soc. ꝙ ex substõne, per quam uocantur proximiores, mater tã quam proximior pupillo præferatur ei, qui est ꝓximior defuncto. Et idem uult Soc. ubi de his plenius loquitur in consi. 249. col. 8. uer. circa secundam difficultatem, &c. & in dictis locis ẽt late concludit, ꝙ idem sit in fideicommissaria. ꝙ in pupillari ꝑ plura, quæ aliter non refero, quia longum eẽt. Et quamuis per fideicommissariam succedatur testatori, & non grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pup. Quia tamen bona testõris ꝑ uenerũt ad ipsum grauatum, & facta sunt de patrimonio illius ꝑ hoc ꝓximior pręfertur ex uerisimili mẽte defuncti, & quãtum ad hoc differt a uulgari, in qua cessat dicta rõ, & æq̃parat pupillari, ꝼm Soc. in dictis locis, & pręcipue in d. consi. Et istud etiam in fideicommissaria præsupponit Pet. de Anc. in cõs. 26. Non seruato ordine dubiorum, &c. & in ꝯsi. 317. in sec. du. Secũdo principaliter non possunt dictæ mulieres venire ex dicta substõne, qm̃ testator dictum filium suum instituit hæredẽ vniuersalem, & casu quo decederet in pupillari ætate, vel aliàs qñ cunq; sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu iudicauit, & reliquit quædam legata. Et primo legauit filiis Martini, &c. Item Elisabet sorori suæ florenos 90. Item dominæ Tarsiæ sorori suæ ducatos quinquaginta. Item dominę Camillæ sorori suæ alios ducatos quinquaginta, & quamlibet ꝓhibuit plus petere sub pęna priuationis. In cęteris aũt aliis suis reb. & bonis casu, quo dictus eius filius & hæres suus præfatus decederet in pupillari ętate vel aliàs quandocunq; sine filiis legitimis & naturalib. substituit illum vel illam, seu illos, & illas, cui uel quibus dicta eius bona de iure deuenerint, &c. Ex quibus uerbis apparet, quod prima dispõ circa sorores est specialis tam respectu personarum, quibus relictum est nominatim, quam respectu rerum, quibus fuit relicta certa quantitas, & ꝙ ultima substõ est generalis respectu rerum, quia facta est in cæteris bonis & rebus, & etiam respectu ꝑsonarum, quia testõr substituit illum uel illam, illos vel illas, cui uel quibus dicta eius bona de
9 iure deuenerint, &c. † Et sic genus, & species cadit inter personas honoratas, & similiter genus, & species cadit inter res. Vnde ex omni capite species isto casu derogat generi. Et primo quantum ad personas, quia ubi genus cadit inter personas honoratas, & concessio uel dispositio est simplex, & indeterminata, si præcedit dispositio spãlis, & sequitur gñalis, tunc gñi ꝑ speciem derogatur, ut generalis prouisio non referatur ad ꝑsonas, quibus est specialiter prouisum. l. cohæredi. §. qui patrem. de uulg. & pup. subst. Et ita per illum text. determinat Bart. in

l. quæ-

l.quæsitum.§. si quis fundū.de fun.inst.& p l. doli clausula de ver.ob.Ergo sub dicta substōne generali respectu personarum quæ uocantur sub quadam generalitate,& nō nominatim, nō includuntur sorores testatoris, quib.prius legauerat spāliter, & nominatim. Et idem est dicendum,quātum ad ipsas res,quia quando uni legatur genus,& alteri spēs,generi per speciem derogatur,fm Bar.in d.§.si quis fundum,ult.co.ver.ulterius hēo videre,dum allegat l.uxorem §.Felicissimo.& l. seruis urbanis §.fi.de leg.3. Et per consequens sub illa substitutione facta de cęteris omnib.bonis,& reb.derogatur p legatū certę quantita
10 tis factum dictis sororib.† & tanto magis cum dicatur in cœteris reb.&c.quæ uerba important quandam separationem,& exclusionem quantitatis legatæ,fm Bar.in l.Marcellus.§. quidam liberis in fi.ad senatus.Treb. uer. quæro quid si testator, &c. Et prædicta confirmantur, quia testator post dictam substōnem subiunxit,detractis tamen prius dictis legatis,&c.Si.n. sorores,quib.in spē certa quantitas fuerat relicta, dicerentur substitutę uniuersaliter,non possent prius detrahi dicta legata: quia eo casu,quo ipsæ succederent,legata non ualerent,quia se ipsis legata reperirētur facta ꝙ stare nō pōt. l.plane.§.si duob. & l.qui filiab.§.fi.de le.j.Et adhuc prædicta comprobātur, q̄m
11 testōr sorores,quib.legauit,prohibuit plus petere,† ex qua ꝓhibitione declaratur, ꝙ testōr noluit eas aliquid posse petere ex dicta substōne uniuersali,ut probatur ex notatis per Bar.in rep.l.pater filium.de inof.tes.in 2.q.circa fi.uer.2.probo:ubi dicit,ꝙ si filius instituatur in sua lītima.& ꝙ plus petere nō possit,ꝙ ex istis uerbis uidetur prohibitum ius accrescendi, quod potuit prohiberi,ꝑ no.in l.dn̄s.§.fi.de usuf. Nec ad propositū faciunt no.per Bar.in l.fideicommissa.§.si quis ita,de le.3.quia ibi quæritur,utrum talis clausula referatur ad alia legata, quæ constat certitudinaliter esse facta in testamento,& de quib.nō dubitatur,an sint facta,uel non.Sed in casu nostro in dubium reuocatur,& dubitatur,utrum sorores sint uocatę ex substōne & de quo etiam dubitari potest,si non fuissent prohibitæ plus petere,ut patet per prædicta.Vnde in hoc casu dubio concludendum est,iungendo eum prædictis,& superius allegatis illā clausulam per quam sorores prohibentur plus petere,ꝙ nō dicantur uocati ex substitutione. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Pupillus in pupillari ætate decedens non dicitur mori intestatus propter pupillatem substitutionem.

2 Pupillaris substitutio trahitur ad omnia bona pupilli, & matrē excludit etiam a legitima,& etiam quo ad usumfructum matri reseruatum a statuto filio ab intestato decedente.

3 Pupillaris substitutio confirmatur per aditionem cohæredis, etiam quod desierit esse suus per dationem substitutis uulgaris.

4 Substituti uulgariter,pupillariter & per fideicommissum habēt electionem,ex qua uelint uenire substitutione.

Mater quando dicatur exclusa a successione pupilli.

5 Pupillaris substitutionis transmissio quando locum habeat.

6 Substitutio pupillaris licet ad hæredes non transmittatur,tamē per ius accrescendi pupilli portio potest pertinere.

Ius adeundi ex substitutione pupillari quando transmittatur.

7 Frater ut efficiatur suus fratri pupillo ex pupillari, quid efficiat.

8 Vsusfructus dicitur ipso iure constitutus matri,si statutum eam uocat ad usumfructum ab intestato.

Cautio non est necessaria ad originem in usufructus, sed ad traditionem.

9 Vsufructuarius perceptos fructus sciente & patiente proprietario facit suos etiam ante cautionem.

10 Statutum si mandat præstari cautionem, intelligitur si fuit petita.

11 Mater excludit auiam paternam, etiam in bonis a patre quæsitis.

12 Mater transiens ad secunda uota an admittatur ad successionem filij.

13 Mater semel exclusa ex dispositione statuti, remanet semper exclusa,etiam quod masculi moriantur.

14 Ius accrescendi in usufructu an locum habeat,si testator uoluit, uxorem habere illum,si non transiuerit ad secunda uota, & nihilo minus secundas nuptias contraxerit.

15 Ius accrescendi ut dicatur prohibitum, oportet de mente testatoris constare euidenter.

¶ Mater an admittatur ad successionem pupilli filii infra pupillarem ætatem mortui.Et an habeat locum ius accrescendi in usufructu uxori relicto,si non nupserit.

CONSILIVM XCI.

PRO solutione eorum,de quibus quæritur, est in primis aduertendū,& Alexander testōr instituit filios suos tam natos,quæ nascituros, & eos inuicem substituit uulgariter,pupillariter,& per fideicommissum,&c. Quia igitur Alexāder posthumus
1 decessit in pupillari ætate,† non dr̄ ab intestato decessisse sed cum testō,ꝑ substōnem pupillarem, quæ fieri potuit posth. l.2.§.j.de uul.& pup.& q̄ dr̄ testamentum filij.l.patris,& filij.
2 de vul.& pup.& inst. de pup.subst.in prin.† & quæ substō pupillaris trahitur ad omnia bona pupilli.l.sed si plures.§.ad substitutos.de vul.& pup.subst.& per quam mater excluditur etiā a legitima.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.de inof.testam. & l.Lucius.de vul.& pup.& l.precib. C.eod.ti.& non tantū olim sed etiam hodie.c.si pater.in fi.de tes.& tenet Bar.cum quo cōiter transeunt Doctores in l.1.in tertio effectu quintæ quæstionis principalis.de uulg.& pup.Ex quibus sequitur,quod D.Ioāna mater per dictam substitutionem pupillarem expressam fuit in totum exclusa ab hæreditate filij pupilli,& sic ēt respectu legitimę,& non tantum quo ad proprietatem,sed quo ad totum usumfructum.Quia quamuis statutum reseruare uideatur matri usumfructum pro virili, vt infra dicetur,tamen illud procedit & habet locum ab intestato,sed quoad dictū pupillum habet locum causa testati,ut dixi,& ex testamento mater est in totum exclusa, & ei successit Peregrinus, & Euangelista ex dicta pupillari substōne,ēt si pupillus non adierit, quia quamuis per dationē substituti vulgaris desierit eē suus.l.si filius hæres. de libe.& posth.& per Bar.& Doc.in l.si fil ius qui patri.de vulga.& pup.subst.& in l.apud Iulianū.§.idem Iulianus.ad Treb. & sic per existentiam suitatis non potuerit dicta pupillaris sub
3 stō confirmari,iuxta dictam.l.si filius qui patri.cum † ibi notatis nihilominus fuit cōfirmata per aditionē cohæredum ipsius pupilli.d.§.idem Iulianus,& no.in d.l.si filius qui patri. Et eodem mō excluditur mater in totum a portione dicti pupilli,si fratres eius uenire uoluissent ex uulgari,ubi per dictum pupillum non fuisset adita hæreditas,quia per eam succeditur patri, & in bonis paternis,inst.de pup.subst.in prin. Iō uxor defuncti,& mater hæredum nihil dēt cōsequi in bonis mariti, ut hr̄ in l.fi.C.de inst.& subst. dubium tamen remanet circa prædi-
4 cta,quia ex quo dicto pupillo substituti erant fratres uulgariter,pupillariter, & per fideicommissum fuit in electione illorum uenire,ex qua uellent substōne.l.recusare.§. Titius.de senatusc.Treb.& ibi no.Bar.Ang.Pau.de Cast.& Alexan.& Bar. in l.centurio.in 4.q.prin.de uulg.& pupi.subst.cum quo etiam transit Are.& Alex.& est communis opi. Debuit ergo electio
5 præcedere.l.fi.C.de codic.† Cum ergo de illa non appareat uidetur,qđ ex pupillari, uel ex uulgari in parte pupilli non successerint, & ꝙ ius substitutionis uulgaris uel pupillaris ad hæredes non transmiserint.l.qui liberis.§. fin. & l.sed si plures.in prin.de vul.& pup.subst.& l.si ex pluribus.in fi.de suis & legit. Nec ēt transmissio alicuius substitutionis uidetur potuisse locum habere ex potentia suitatis, quia etiam ipsi non erant sui propter substitutionē uulgarē, & expressam illis factā a patre. Et similiter uidetur,ꝙ fideicommissaria substitutio facta pupillo locum habere non possit,si ille non adiuit.l.ille a quo.§.si đ testō.ad senatusc.Treb.Et quamuis per existentiam suitatis soleat confirmari.l.ita tamen.§.si pater, ad Treb. tamen hoc dici non potest.in casu nostro,quia per expressam vulgarem factā impuberi sublata fuit suitas.d.l.filius hæres.de lib.& posth.Et quia cum ipsi essent proximiores ipsi pupillo, maxime ex forma statuti,non potuerunt uenire ex fideicommisso, quia sibi ipsis obligati esse non potuerunt,ut sentit gl.in d.l.fi. C.de codic.in uerbo conuolare & ibi Doc.maxime Ale. Et per consequens,videtur, ꝙ portio istius pupilli pertineat ad matrem ab

inte-

inteſtato, ex quo ceſſat cauſa teſtari, & de præſenti non extet p ſona, quæ illi debeat preferri de iure cōmuni uel ex forma ſtatuti. Sed reſpondetur, ꝙ ſi pupillus non adiuit † licet eius fratres ius ſubſtōnis ad ſuos hæredes non tranſmiſerint, ad illos tamen dicta portio pertinet per ius accreſcēdi, ꝙ ad dictos hæredes potuit tranſmitti. d. leg. ſi ex pluribus. ad quos etiam fuit tranſmiſſum ius adeundi ex ſubſtitutione pupillari, ēt ſi pupillus adiuiſſet, quia licet regulariter non tranſmittatur, fallit tamen, quando eſt unita cū iure accreſcendi. l. qui patri de acqui. hær. & ibi Doct. Et etiam alia rōne ius adeundi ex pupillari vr̄ tranſmiſſum per dictos fratres pupilli ad hæredes ſuos, quia fuerunt hæredes ſui dicto fratri pupillo. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. de vulg. & pup. ſubſt. ideo ex potentia ſuitatis hæreditatem non aditam pupilli tranſmiſerunt ad ſuos heredes, ſecundum Bart. & Doct. ibi. Nec refert, quod iſti† non fuerunt ſui hæredes patri propter ſubſtitutionē vulgarem, quia ad hoc ut frater ex pupillari efficiatur ſuus fratri pupillo, non eſt neceſſe, quòd fuerit actualiter ſuus hæres patri, ſed eſt ſatis, ꝙ pater illum ſibi potuerit hæredem facere, & ſic ſufficit ſola potentia, etiam non deducta ad actum, ut probatur in d §. quos poſſum. Et ſic videtur, quòd ex omni capita domina Ioanna ſit excluſa in totum a parte dicti Alexandri. Sed licet directo nihil de dicta parte conſequi poſſit, per mediam tamen perſonam aliorum filiorum venire poteſt, & ad partem iſtius & etiam aliorum oc caſione vſusfructus. Nam mortuo Peregrino ab inteſtato frater ei in totum ſucceſſit ab inteſtato ex forma ſtatuti, excluſa matre nec ad hanc partem uenire potuit Euangeliſta ex teſtamento patris, quia ſi erat pubes Peregrinus, pupillaris ſubſtitutio locum habere non potuit. l. 2. in prin. & in l. ex pupillari. de vul. & pup. & ſubſt. nec etiam vulgaris, ex quo Peregrinus adiuit. l. poſt aditam. C. de imp. & alijs ſubſt. nec etiam fideicommiſſaria, quia a ſe ipſo Euangeliſta, qui erat proximior, non potuit fideicommiſſum capere, ex quo hæreditatem fratris nō repudiauit, ſed adiuit ſaltem tacite, per no. in d. l. fi. C. de iure de lib. Cum igitur Euangeliſta frater ſuperſtes Peregrino ad partem eius uenire non potuerit ex teſtamento patris, ſed ſolum ab inteſtato, & ex forma ſtatuti excluſerit matrem, nihilo minus ſtatutum vult, ꝙ mater, quæ in viduitate remanſit, habeat uſumfructum virilis partis, ſi cum fratribus concurrit, & ideo cum vnus tantum frater extaret, ad eam pertinuit, & pertinet vſusfructus pro dimidia, donec vixerit, † & ipſo iure fuit conſtitutus, & in matrem tranſlatus, ſicut ipſo iure acquiritur, & transfertur ex diſpoſitione teſtatoris, puta ex legato. l. ſi parte. §. 1. quemadmod. ſerui. amittatur. & l. qui uſumfructum. C. de vſufr. leg. & not. gl. & Doc. in l. corruptionem. C. de vſufru. & Bar. in l. 1. de leg. 1. Nec obſt. ꝙ do. Ioanna non præſtiterit cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri ad quam tenetur de iure communi, & ex forma ſtatuti, quia illa non eſt de ſubſtantia vſusfructus, & ſine ea eſſe poteſt, quamuis ſine cautione illum conſequi non poſſit. ſecūdum Bar. in l. 1. C. de vſufr. & dicit ēt Bal. in l. 2. in fi. C. commu. de leg. ꝙ cautio p̄dicta non eſt neceſſaria ad originē vſusfructus, ſed ad traditionē. Et ex hoc ſequitur, qđ de iſta dimidia, quæ pertinet ad dominam Ioannam ex hæreditate Peregrini non eſt aliquid detrahendū occaſione legitimæ, vel Trebellianicæ deducendæ, & detrahendę de hæreditate Euangeliſtæ per eius hæredem, quia (vt dictum eſt) hanc partem uſusfructus non habet do. Ioanna tanquam de hæreditate, vel de bonis Euangeliſtæ ſed tanquam de bonis Peregrini viuente adhuc ipſo Euangeliſta. † Et ſimiliter ſi domina Ioanna aliquos fructus percepiſſet, illos ſuos feciſſet, & ſibi ex eis uel precio eorum acquirere potuiſſet, quamuis cautionem non præſtitiſſet, quia vſufructuarius fructus, quos percepit proprietario ſciente & patiente, facit ſuos, etiā ante cautionem, ſecundum Bar. in l. vxori uſusfructus. de vſuf. leg. & Bart. & Doc. in l. hac ædictali. §. ſin autem vtraque. C. de ſecun. nup. & Doc. in c. fi. de pig. & in l. 1. C. de vſufr. cum concordan. Nec obſt. ſtatutum ſub rub. quòd nullus occupet, &c. dum uult, ꝙ uſufructuarius teneatur fructus etiam perceptos ante cautionem reſtituere, † quia ſtatutū hoc vult, qñ cautio fuit petita, & non præſtita, & ubi ēt ſimpliciter loqueretur de fructibus perceptis ante cautionē, & de eius petitione nullam faceret mentionem, tamē intelligeretur, ſi petita fuit, ut probatur in l. peto §. fi. de le. 2. & per illum tex. dicit ibi Pa. de Caſt. ꝙ

6

7

8

9

10

ubi ſtatutum mandat preſtari cautionem, & alias, ꝙ proceſſus ſit nullus, ꝙ intelligitur, ſi fuerit petita. & idem probatur in l. uniuerſa. iuncta glo. C. de precibus. Impera. offeren. & ibi etiā dicit Pau. de Caſt. cum concord. de quib. ibi per mod. & etiam per Modernos in c. ſin autem. de reſc. Quo autem ad fructus, quos do. Ioanna non percepit, verum eſt, ꝙ agere non pōt, ex quo cautionem nō præſtitit, quāuis non fuerit petita, ſm̄ Bar. & Doc. in locis præalleg. Et in hac dimidia Peregrini inuenitur etiam dimidia portio Alexandri, quæ ad illum peruenit, ſiue illam adhuc, viuens acquiſiuit ex pupillari vel vulgari ſubſtōne, ſiue illam, vt acquirendam tranſmiſerit ad hæredem immediatum vel mediatum, quia illam dicitur habere ex perſona Peregrini, cui fuit delata, & quæ fuit per eum tranſmiſſa. & quamuis quo ad fructus non perceptos per do. Ioannam hoc ei prodeſſe non poſſit, hoc tamen ſibi iuuat propter legitimā, & Trebellianicam deducendam de parte Euangeliſtæ, quia per talem deductionem, ut dixi, non minuet vſusfructus debitus do. Ioāna in bonis Peregrini. in cuius bonis, & hæreditate inuenitur etiam dimidia pars bonorum Alexandri, qui deceſſit impubes. Reſtat nunc uidere, quid iuris habeat do. Ioanna in bonis Euāgeliſtæ mortuo eius filio ſine filiis. Et clarum uidetur, ꝙ nepo-
11 ti ex filio ab inteſtato non ſuccedit, † quia mater excludit do. Ioannam auiam paternam, aut defuncto. C. ad Tertu. & ibi gl. 3. communiter approbata, & in corpore unde ſumitur. & hoc locū hēt in bonis quæſitis a patre, ſm̄ omnes in d. auth. defuncto. quamuis ſit maior dubō, quando aſcendentes eſſent in pari gradu, ut per Bar. & Doc. in l. quod ſcitis. C. de bo. quæ lib. Et ita declarat Matheſi. in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. in 5 1. parte.
12 ver. clarius tamen diſtinguendo. Et † quamuis ante mortem filii mater ad ſecunda uota tranſierit, propter hoc tamen non excluditur a ſucceſſione Peregrini iunioris filii, etiā in bonis quæ a patre, ex quo eodem matrimonio nō extant alii filii, ſm̄ Bar. Bal. Sal. & communiter Doc. in aut. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. contra gl. ibi per tex. in l. fœminæ. in fi. eo. ti. & probatur in l. cum illis etiam. eo. tit. & ibi hoc no. Bal. & ꝓbatur in §. hoc autem, in auth. de non eligen. ſecū. nup. & ibi not. Ang. & idem tenet Mathe. in d. tract. de ſucceſ. ab inteſt. in 2. parte. uerſi. itē omnia, & quia mater etiam iſto caſu ab inteſtato per ſtatutum non eſt excluſa. Nec etiam dicta auia paterna per mortem ultimi Peregrini poteſt admitti ad partem filiorum ſuorum præmortuorum quia ex quo a portione cuiuslibet fuit ſemel excluſa ex forma ſtatuti & a patre Euangeliſtæ de iure communi perpetuo remanet excluſa. & ſic deficientibus etiam illis maſculis. quorum contemplatione per ſtatutum fuit ab initio excluſa ſm̄ Bal. in c. 1. §. cum eſſet. in tit. epiſ. vel abba. ubi proprie cōcludit ꝙ ſi mulier ex forma ſtatuti per maſculos excludatur, ꝙ ſemel fuit excluſa, excluſio durat, & eſt perpetua, quamuis maſculi poſtea moriantur, quod dicit eſſe notatu dignum. Et idem uult Bal. in auth. ſed & ſi quis. & in l. in quib. C. de ſecun. nup. Quamuis autem do. Ioanna a dicta ſucceſſione ſit excluſa ab inteſtato, ex teſtō tamen Euangeliſtæ poteſt ad vſumfructū bonorum ſuorum uenire, quoniam diſpoſuit, ꝙ poſt mortem filij decedentis ſine filii uſusfructus omnium bonorum pertineret ad matrem, & ad uxorem ſimul, ſi illa in uiduitate permaneret per hæc autem uerba dicitur relictum vſusfructus omnium bonorum, quæ fuerunt olim Alexandri, & in quib. omnes ſui filij ſucceſſerunt, quia in totum peruenerunt ad Euangeliſtam, & effecta ſunt eius patrimonium. l. ſed ſi plures. §. ſi filio. de uulg. & pup. & per conſequens quia tempore teſtamēti, erant bona eius, continetur ſub relicto uſusfructus omnium bonorum ſuorum. Et quamuis portiones aliorū fratrum, quibus ſucceſſit, eſſent ſubiectæ reſtōni fideicommiſſi, quia tamē fideicommiſſarij fuerunt etiam per Euangeliſtam ſimiliter uocati per fideicommiſſum ad bona ſua, quæ apud illum erant liberæ, potuit dictos fideicommiſſarios grauare in illo vſufructu, qui ad illos pertinere poterat ex teſtō Alexan. ex quo illud, quod percipitur ex teſtamento Euangeliſtæ excedit hoc onus. l. Imperatores. §. cum quidam. de leg. 2. & ibi per Bartolum. De
13 parte ergo vſusfructus dictorum bonorum † clarum eſt, quod illa ad matrem Euangeliſtæ pertinet, ſed de alia parte a qua uxor fuit excluſa per tranſitum ad ſecundas nuptias, uidetur eſſe magis dubium, quia quamuis in vſufructum habeat locum ius accreſcendi inter coniunctos etiam poſt emolumentum quæ

tum.

situm.l.1.de vsufr.accresc.& multo magis quando portio prius defecit, sicut in casu nostro contingit, tamen hoc casu dictum ius accrescendi cessare videtur ex uoluntate testatoris, qui potest illud prohibere, ut notatur in l.dñs.de vsufru. De prohibitione autem constare vr̃, qñ testator dixit post mortem ipsarũ, vel aliter per transitum ad secunda uota, vel aliter qñcunq; finito usufructu, voluit usumfructum consolidari cum proprietate &c. Cum ergo disposuerit vsumfructum cum proprietate consolidari per transitum ad secunda uota, non potest intelligi per transitum utriusque, s. matris & uxoris, quia matri non reliquit usumfructum si uidua permanserit, sed simpliciter & absolutè. & uxori tm̃ reliquit sub dicta conditione. Vnde uidetur, ꝙ uoluerit vsumfructum cõsolidari cum proprietate per transitum uxoris ad secũdas nuptias, & sic ꝙ pars usufructus illius nõ accrescat matri, sed ꝙ ad proprietatẽ redeat. Sed istis non obstantib. contrarium procul dubio puto uerius. Et præ-
15 mitto.† ꝙ ad hoc ut ius accrescendi dicatur per testatorem ꝓhibitum, oportet euidentissimè de hoc constare. l. quoties. §. si duo. de hære. inst. & ibi no. Ang. & Imo. in l. hr̃ditas ex die. eo. tit. & probatur ex notatis per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad senatusc. Treb. circa contrarium. l. quamuis. C. de impub. & aliis substi. &c. dicens, ꝙ ius accrescendi proueniens ex tacita mente defuncti, non tollitur contra sonum & formam uerborum & proprium eorum significatum. Dũ ergo dixit testator, post mortem uerò ipsarum uel aliter per transitum ad secunda uota &c. non intellexit, ꝙ si pars uxoris finiretur per dictũ transitum, ꝙ ad proprietatem pars rediret, sed intellexit, qñ finiret in totum. Et quamuis finiri non posset in totum per solum trãsitum uxoris ad secundas nuptias existente parte dicti usufructus apud matrem testatoris, contingere tamen potuit, ꝙ mater prius partem suam amitteret per mortem, uel capitis diminutionem, & ꝙ illa pars uxori adhuc in uiduitate existenti accresceret, & ꝙ uxor post totum usumfructum acquisitum nuberet. Nam isto casu per trãsitum ad secunda uota usufructus in totũ finiretur. Et ad istum casum testator habuit respectũ. quod colligitur etiã ex eo, quod testator subdit, uel aliter quomodocũq; finito usufructu, & ibi uoluit, usumfructum hmõi cum proprietate consolidari &c. & sic de usufructu finito & de consolidatione usufructus loquitur simpliciter, & pñter loquitur de toto usufructu finito, & de totali consolidatione, & non de parte, quia appellatione rei ſm̃ ꝓpriam significationem uenit tota res & de tota re intelligitur. l. Titia cũ testõr. §. 1. de le. 2. & ibi no. Bar. & l. de pupillo. §. qui nuntiat. & ibi ẽt no. Bart. Ang. & Moder. de ope. no. nun. & gl. in l. si rẽ. in prin. de rei uẽdi. Et ꝑpea ꝙ̃ sonũ & ꝓprium significatũ uerborũ non dẽt dici ius accrescendi eẽ prohibitũ. Et q̃a sequeret̃, ꝙ si prius in persona matris usufructus fuisset finitus, ꝙ eius pars uxori accreuisset, & ubi pars uxoris defecisset per transitum ad secundas nuptias, ꝙ non accresceret matri, & sic inter eas esset inæqualitas ꝙ̃ mentẽ testõris, qui in hoc legato magis matrem dilexit quàm uxorem, qđ patet, quia usumfructũ reliquit uxori, si uidua ꝑmaneret & matri illũ reliquit simplr̃, & sic ẽt casu quo nupsisset, iõ matri non dẽt minus accrescere quàm uxori, qũocunq; finiatur ꝑsona uxoris. Qđ ẽt cõfirmatur. Nã ubi ꝑ mortẽ uxoris usufructus esset finitus, absque dubio matri accreuisset, q̃a hoc casu ius accrescendi reperitur ꝓhibitũ. Sicut ergo hoc casu ius accrescendi non tollitur, sed locũ hẽt, ita non dẽt dici, ꝙ cesset, qñ per transitũ ad sc̃da uota uxoris pars eius finitur, q̃a oĩum casuũ, per quos in persona uxoris põt usufructus finiri, dẽt esse æqualis determinatio, maximè cum inter vnũ casum & alterũ non sit diuersa rõ. l. iã hoc iure. de uulg. & pup. substi. & sic mẽs & uerba sonant ꝙ d. casu ius accrescendi nõ dicatur ꝓhiberi. Et ꝑ pñs d. do. Ioanna ultra usumfructum, quẽ hẽt in dimidia bonorũ Peregrini filij sui, de quo superius dixi, ẽt in bonis Euangelistæ, in quibus computantur bona etiam dicti Peregrini & Alexandri, quibus successit, dẽt habere usumfructum omnium bonorum, deducto tamen usufructu legitimæ & Trebellianicæ debitæ Peregrino iuniori, in quo grauari non potuit. l. qm̃ in priorib. C. de inoffi. test. & in quo etiam respectu Trebellianicæ grauatus non fuit, & quia usufructus legitimæ & Trebellianicæ pertinet ad matrem & hæredem dicti Peregrini iunioris, præstita tamen per auiam cautione de utendo, & fruendo &c. quæ per testatorem ẽt non potuit remitti, ſm̃ gl. & Doc. in l. j. C. de usufru. & in l. 2. C. ut in possess. leg. tamẽ fructus perciperet scientibus & patientib. proprietarijs, & cautionem non petentibus, illos suos faceret. secundum Bar. & Doc. in dictis locis, nec isto casu, s. quando cautio non petitur statutum aliter disponit. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio per nomen collectiuum inducta omnes in infinitum comprehendit, gradatim & ordine successiuo per fideicommissum censentur uocati. & nu. 8.*
Conditio mortis fideicommissariam inducit.
2 *Fideicommissum etiam ex tacita uoluntate inducitur.*
3 *Fideicommissum inter primos an censeatur repetitum inter ulteriores, ut seruetur æqualitas. & nu. 9.*
4 *Per substitutionem fideicommissariam ultimo decedenti factã an censeatur inter alios fideicommissum inductum. & nu. 11.*
5 *Substitutio simpliciter facta, in qua filij filiorum uocantur, dicitur uulgaris, qua semel uerificata cæteri excluduntur.*
6 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, si in persona filiorum dispositio sit sortita effectum.*
7 *Substitutio uulgaris quando censeatur facta secundo loco prima existente fideicommissaria, licet omnes sub uno et eodem uerbo fuerint inclusi.*
8 *Intellectus l. cum ita. §. in fideicommisso. & leg. peto. §. fratre. de leg. 2. & l. fi. C. de hæred. instituen.*
10 *Fœmina non facit deficere conditionem masculis existentibus.*
11 *Conditio personalis in prima substitutione apposita non intelligitur repetita in sequenti facta in eadem oratione.*
12 *Substitutio uulgaris uel fideicommissaria an censeatur inducta, si testator filios instituit & post eorum mortem ad masculos ex eis uoluit peruenire, quibus non extantibus ad fœminas. Et an dicatur extincta, si semel sit effectum sortita.*

CONSILIVM XCII.

CASVS de quo queritur uidetur multum dubitabilis. Et ꝙ Cæsar sit hoc casu per fideicommissũ uocatus, prima facie satis probatur efficaciter ex uerbis testamenti, in quo postquam filios testatrix instituit, voluit etiam post mortem eorũ bona sua peruenire ad masculos descendentes ex eis. Et casu quo masculi non extarent, uoluit peruenire ad fœminas, &c. sub no-
1 mine igitur † collectiuo substituti sunt descendentes ex filijs, quia eorum appellatione ueniunt omnes in infinitum, in auth. de hæred. ab intesta. post prin. & l. fi. C. de suis legi. Et quidem compendiosè, quia conditio mortis etiam fideicommissariam importat, secundum gl. quam ibi notat Rapha. & moder. Perusini in l. in testamento. C. de testa. mili. Atq. gradatim, & ordine successiuo intelliguntur uocati. le. cum ita. §. in fideicommisso & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. l. fi. C. de uerb. sig. & per omnes, in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. Nedum ergo primi descendentes ex filijs institutis censentur uocati ex fideicommissaria substitutione, sed etiam eadem substitutio uidetur inter ipsos descendentes facta, ita ꝙ uno mortuo, etiam postquã fuit admissus, alius proximior per fideicõmissum dicitur uocatus, ut probatur in d. §. in fideicommisso. ubi Pa. de Cas. dicit, quod uerba illius tex. hoc significant. dum dicit, aut post omnes eos, &c. Et clarius idem uoluit Soc. in d. §. quidam recte. uers. quartus casus, &c. ubi concludit, ꝙ si plures uocantur sub nomine collectiuo, & per uerba significantia non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam, puta si dictum sit, quandocunq. decesserit filius substituo fratrem, & familiam seu cognatos, qđ isto casu inter illos de familia, uel inter cognatos uocatos ordine successiuo censetur facta etiam substitutio fideicommissaria, per d. §. in fideicommisso. Et quia intentio testatoris fuit, ꝙ res remaneret in familia uel inter cognatos, ergo quemadmodum inter illos substitutio fideicommissaria diceretur facta, si hoc fuisset expressum. d. l. peto. §. fratre. ita & si hoc sensit taci-
2 te quia etiam ex† uoluntate inducitur dicta substitutio. l. cum proponeretur. de leg. 2. Et subdit ꝙ ita sentit Bar. in l. si cognatis. de reb. dubijs. dum allegat. d. §. fratre. Quæ ratio etiam ad casum nostrum adaptatur, quia testator fœminas uocauit solum in defectum masculorum, & sic constat, qđ uoluit bona inter mascu-

masculos conseruare. Ista opinio etiam confirmatur ex alio, quia certum est, ꝙ saltem primi descendentes sunt filijs ꝑ fidei commissum substituti, ex quo sunt vocati post mortem eorum per notata in d.l.in testamento. Sicut ergo primi dicto modo
3 sunt uocati, ita & sequentes ac vlteriores cōprehensi sub† eodē uerbo debent censeri vocati ꝑ fideicommissum, vt æqualis inter eos determinatio.l.iā hoc iure.de vulg.& pupilla.& quia ea dem censetur conditio repetita in sequentibus, arg.notatorum per Bar.in l.Seiæ, §.Caio. de fundo inst. qua ratione utitur idē Soc.in d.§.in vltimo casu contra Raph.& do. Alex.& quæ etiā conuenit casui nostro. Cum ergo ser Cęsar nepos testatricis ex Antonio filio sit proximior alteri descendenti prædefuncto, de
4 bet uenire ex fideicommisso. † Secundò ad idem facit. Nam ca su, quo masculi non extarent, & sic mortem omnium masculorum vocantur fœminæ, iō masculi censentur inuicem substituti per fideicommissum, vt voluit Pau.de Cast.in l.pen.C.de impu.& alijs subst.per l.Titia Seio.§.Seia.libertis.de leg.2.Sed præmissis non obstantibus contrarium puto verius. Nam licet pri
5 mi descendentes, † qui reperiuntur extare post mortem filiorum, sint etiam per fideicommissum vocati, tamen alij sequentes gradatim & ordine successiuo intelliguntur substituti vulgariter tamen in illo fideicommisso, in quo uulgaris fieri potest.le.ut heredibus, de leg.2.l. unica.§. pro secundo.C.de cad. toll. Et ideo proximioribus admissis vlteriores remaneant exclusi.l.post aditam.C.de impub.& alijs subst.Et hoc uoluit Rapha.in terminis in d.§.in fideicommisso, de quo Soc.in loco cōtrario non facit mentionem, ubi dixit, ꝙ si familiæ simpliciter relinquatur, ꝙ admittuntur proximiores, quibus admissis, secundum eum, vlteriores non uocantur, quia sufficit, quòd semel fuerit verificatum legatum. Allegat notata per Bar. in d.le. peto.§.fratre. Si vero relinquatur testator, vt non alienetur extra familiam, vel vt in familia remaneat, quia tunc relictum habet tractum successiuum, hoc videtur importare, dicit ipse, ꝙ perpetuo remaneat in familia, quo casu loquitur d.§.in fideicōmisso.& dictus.§.fratre. Nam & in primo casu Rapha. familia erat fideicommissum uocata, siue verbum, relinquo, sit adiectū certæ rei.l.cogi.§.generaliter.& ibi notant omnes, ad Treb. & per Bar.in l.his verbis, in prin.de hæred.insti. siue sit adiectum uniuersitati bonorum alio hærede pure instituto, ut no.in d.l. his uerbis. Et idem quando ab hærede esset relictum post mortem suam, ut notatur in d.l.in testamento.C.de test. mil. Et tñ vult ꝙ omnibus prædictis casibus primus & proximior de familia sit solum vocatus per fideicommissum, & sequentes per vulgarem ordine successiuo. Idem ergo per omnia in casu nostro, in quo descendentes simpliciter uocantur post mortem filiorum, vt.s.proximioribus admissis reliqui excludantur.d.leg. post aditam. Nec dicatur, ꝙ hic testator vsus sit uerbis significātib. tractum tēporis, quia & Raph.loquitur generaliter, & sic etiam quando ab hærede post mortem suam relinquitur hæreditas, ut dixi. Præterea uerba habentia tractum tēporis ponderantur per Soc.ad effectum, ut intelligatur, ꝙ substitutio sit fideicommissaria, iuxta notata plene per Bar.in d.l. centurio. de vulg.& pup. Non refert ergo si alio modo, puta ex natura uerbi illud cognoscatur. Et istud dictum Raph.allegat & commendat idem Soc.in l.si cognatis.de reb.dub.col.10.Et cum illo cōcordat, in hoc, licet in alio discordet. Et pro eo facit quod uoluit Bart.in l.liberorum.in pen.char.de uerb.sign.dum dicit, ꝙ
6 † eo casu, quo appellatione filiorum ueniunt nepotes, hoc est verum, si in persona filiorum dispositio non sit sortita effectum aliàs secus, per leg.boues.§.hoc sermone.de uerb.sign. Secun
7 dò confirmatur etiam ista conclusio. Nam † si pluribus relinquatur uerbum obliquum, alternatiue dicuntur uocati ordine successiuo.l.cum pater.§.pen.de l.2.& per Bar.& omnes in d.§.quidam recte, & nominatus per posterius videtur uocatus, si primus non uixerit.l.si fundum sub conditione.§.his uerbis. de leg.1.uel primus defecit.l.hæredes mei.§.in fin. ad senat us. Trebel.& tamen hoc intelligitur, si primus moriatur, uel deficiat, antequam admittatur. Et sic quamuis primus sit per fideicommissum uocatus, posterior tamen in fideicommisso dicitur solum substitutus uulgariter, ut est tex.in d.§.fin.iuncta glo.in uerbo, uel uni.& ibi per Bar.& alios. Idem ergo pari ratione in casu nostro. Et ista mihi uidetur optima rō. Confirmantur etiā præmissa autoritate Pau.de Ca.in d.l.fi.C.de uerb.sig.dum di cit, ꝙ si testator fratribus relinquat, ꝙ fratres vtrinque coniuncti censentur prius vocati, si extant: sed si non extant alii, ex vno tantum latere coniuncti admittuntur. Et sic vult, ꝙ dicantur vocati ordine successiuo, & ꝙ admissis vtrinque coniunctis alii excludantur. Ergo proximior ꝑ fideicommissum, & remotior vulgariter est substitutus: & tñ sub eodem verbo vocatur vterq. prout ēt cōtingit in casu nostro. Cōprobatur ēt hæc opinio. Nā vbi post mortē filij substituit testōr fratrē, filios, & nepotes ex eo, voluit Bar.in d.§.quidā recte. ꝙ prædicti intelligātur ordine successiuo vocati. Et licet cōis opin. contrarium velit: tñ opin. Bar. procederet, si frater testōris ꝑ fideicommissum vocatus, & primò noīatus admittatur, sequentes tanquā substituti vulgariter excluduntur, ſm Raph.in d.§.quidā rectè, cum quo transit Alex.in cons.22.vol.incip. Visis ac ēt perlectis uerbis testi &c. ubi ēt pro hoc allegat notata ꝑ Bar.in d.l.liberorū. Qua ergo rōne plures nominatim vocati ſm dictum ordinem excluduntur primo admisso, eadē rōne quando oēs includunē sub uno & eodē uerbo: nec inter istos casus dñam facit Alex. in d.cons. quod patet, allegando Bart.in d.l. liberorū qui loquitur eo casu: quia sub cōmemoratione filiorum cōtinenē ēt nepotes. Et quāuis Soc.in d.§.quidā rectè in fi. uideatur impugnare Alex.tamen ad rōnes eius statim colligetur & apparebit respōsio. Non pōt ergo sēr Cæsar uenire, quia proximiores fuerunt admissi. Non obst. igitur allegata in contrariū: & primò, quod uoluit Soc.in d.§.quidā rectè. quia malè loquitur, vt ex ꝑmissis constat, & ēt tandē se non firmat, sed relinquit cogitādū. Nec obst.† tex.in d.§.in fideicommisso. quia ex dictis Raph. ibi colligitur responsio: qm̄ ſm eum loquitur, quando relictū habebat tractū: sicut quando testōr uoluit, ꝙ in familia bona remaneāt nā conceditur tunc, ꝙ inter oēs fideicōmissum sit iniunctū, vt ibi ꝑ eum: quo casu loquitur ēt d.§.fratre. Et sic ēt intelligi pōt d.l.fi.C.de uerb.sign. vel dū ibi tex. dicit gradatim, intelligi pōt per uulgarē. Nec apparet, ꝙ doct. aliter illum textum intelligāt immò, ut dixi, Pau.de Cast.sentit, ꝙ dicto modo exponatur. Et sic ēt responderi pōt ad d.§.in fideicōmisso, in uerbo, post oēs eos extinctos &c. quia pōt intelligi de extinctis antequā fuerint admissi. Et ꝓbat hæc expositio in d.l.hæredes mei.§. fi. dū dr̄ in fine, ꝙ cognati posterius noīati ueniunt deficiēte gradu nepotū: & tñ intelligitur, qn̄ deficit antequā ad fideicōmissum admittatur, vt ibi no.in ver.uel uni.& idē ꝓbatur in d.l.si fundū sub condōne.§.his verbis.de leg.j.ubi posterior uocatur, si prior nō uixerit, qđ procedit antequā fuerit admissus.d.§.fi.eū
9 gl. Nec obst. ꝙ † masculi sint uocati gratia agnationis conseruandæ, ꝑsertim cūm post defectū eorū uocentur fœminæ: q̄a concedo, ꝙ uoluit bona inter eos testōr cōseruari ꝑ uulgarē, & nō per fideicōmissariā qđ probatur, q̄a si unus ex dictis masculis decedat cū filia, transuersalis, puta frater eius, qui tamen est de descendentibus testōris non posset per fideicōmissū uenire, ut est casus.in l.cū auus.de cond.& demō. Nec obst. qđ ibi no. Bar. q̄a loquitur quando masculi sunt positi in condōne,
10 quia † tunc superexistentia fœminæ non facit deficere cōdōne sed in casu nostro masculi sunt uocati dispositiue, iō alius qui sit ei trāsuersalis, ex fideicōmisso uenire non posset, si supersit filius uel filia ꝑmortui. Itē non obst. ꝙ fœminæ sint uocatę post masculos: quia hoc est uerum expressè & dispositiuè, sed in cōditione tacita censentur ēt positæ ad exclusionem dicti transuersalis, & tacitè ab intestato uocatæ, iuxta not.in l. Lucius.de hæred.instit. Patet ergo, quòd mediante fideicommissaria substitutione non intellexit testator conseruare bona inter masculos, ex quo dicto casu adueniente non possunt fœminæ masculos excludere. Non obstat, quòd omnes iudicari debent æqualiter uocari sub eodem uerbo.l. iam hoc iure de vulg. & pupilla. quoniam quilibet est substitutus filiis hæredibus institutis compendiose: & in hoc est æqualis determinatio: non tantum simul & eodem tempore, sed casu quo proximior non admittatur. Et licet in hoc determinatio sit inæqualis, quia remotior non censetur substitutus proximiori nisi uulgariter, hoc non est mirum: quia sic testator uoluit, ex quo usus est nomine collectiuo, cuius natura est significare ordinem successiuum modo prædicto, s. casu quo non admittatur proximior, ut probatur ex iuribus & rōnibus ꝑmissis, & maximè in exemplo de pluribus uocatis alternatiuè, qui uocantur ſm ꝙ ꝓximè dictū est, & sic ēt dicto casu quò ad quid determinatio est æqua-

æqualis, & quoad quod non. Non obstat, quod conditio apposita in prima substitutione intelligatur repetita in sequenti facta in eadē oratione, per no. per Bar. in l. Seiæ. §. Caio. de fundo instr. Quia post mortem hæredū vocati sunt descendentes masculi.
31 illa † ergo conditio mortis est personalis, & cohæret personæ hæredum, ideo non potest intelligi repetita in persona proximioris descendētis, uidelicet si ipse decesserit, uel post mortem eius, quia esset alia penitus diuersa ab expressa, vt probatur in l. peculiū. §. fi. de leg. 2. & in l. cū pr. §. ab instituto. & ibi etiā per Bar. eo. tit. & per eum clarius in auth. ex causa. C. de lib. præteri. col. antepen. uer. sed circa hoc dubitatur, &c. Et ex his tolluntur rationes Soc. in d. §. quidam rectè. in fi. contra Raph. ibi & Alex. in d. consi. 22. Postremò non obstat, dū dicebat, quod inuicē intelliguntur substituti descendentes, ex quo illis non extantib. substituuntur fœminæ. per no. per Pau. de Cast. in d. l. pen. quia male loquitur Pa. de Ca. ut ibi late probat Alex. & in l. pr. filiam. §. fi. ad le. Fal. & in l. si pater impuberes de uul. & pup. Nec obstat
32 tex. in l. Titia Seio. §. Scia libertis, quia † loquitur quando est facta substō in in tota hæreditate ultimo morienti, secundū Bar. ibi & Doc. in dictis locis. Præterea ille tex. & Pa. de Cast. loquitur, qñ post mortem omnium est facta substō fideicommissaria, sed in casu nostro substō de fœminis facta descendentib. masculis fuit uulgaris tm. s. casu quo masculi non extarent tēpore mortis hæredum, illis ergo extantibus expirauit substō facta de fœminis etiam si masculi, qui dicto tempore superfuerunt, ex post facto extare desierunt, secundum Old. in consi. 21. inci. Thema tale est, testator, &c. & Ioan. And. in add. Spe. in ti. de testa. §. in primis. ad fin. Si ergo expirauit substitutio per superexistentiam, ergo inter illos super extantes dici non potest factam esse substitutionem fideicommissariam, quia in hunc casum substitutum non habent. Concluditur ergo, quod do. Camilla uenit a petitis absoluenda. Laus Deo.

ADDITIO.

Reprobatur ab apostil. ad Dec. consi. 227. ad fi. Hier. Zanc.

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris comprehensa in compendiosa propter incapacitatem institutorum locum habet, perinde ac si expressè substitutio in casum impotentiæ esset facta.*
2 *Vulgaris in compendiosa comprehensa continet caput impotentiæ, & capite uoluntatis tantum expresso comprehenditur caput impotentiæ, & econuerso.*
3 *Filiæ fœminæ, quæ succedere non possunt patri, an faciant deficere conditionem si sine filijs, &c. maximè quando testator proprias filias exclusit, nu. 10. 12. & 16.*
4 *Conditio masculorum in primo testamento apposita, an censeatur repetita in secundo, facto in cæteris sub eadem forma, sub qua primum. & nu. 13.*
Voluntatis mutatio non præsumitur. & nu. 14.
5 *Masculinum ex interpretatione non propria verbi significatione concipit fœmininum.*
6 *Testatoris voluntas vbi est dubia, potest ex alia eiusdem scriptura probari, sicut vna scriptura per aliam, vnum statutum per alind. & nu. 15.*
Sequentia a præcedentibus declarantur, etiam ex interuallo.
7 *Si de filijs masculis fiat in testamento mentio, quando censeatur repetita illa qualitas in qualibet parte testamenti, in qua de filijs tantum dicatur. & nu. 15.*
8 *Filia si a testatore est exclusa, multo magis neptis, ne minus dilectus sit melioris conditionis quàm magis dilectus, propter quod absurdum euitandum a propria etiam receditur verborum significatione. & nu. 16.*
9 *Liberorum appellatione veniunt filiæ, etiam in materia, in qua venire non solent, quando sequeretur, quòd nepotes ex filia comprehenderentur.*
10 *Filiorum appellatione in conditione positorum non ueniunt fœminæ, quando testator proprias filias exclusit.*
11 *Conditio. si sine filijs, refertur non solum ad fideicommissariam, sed etiam ad vulgarem in compendiosa comprehensam, ad quā vulgarem tunc admittitur substitutus, si filij non sunt hæredes, & sine filijs moriantur, aliàs non.*
13 *Dicta in secundo testamento non declarantur per ea, quæ in primo posita sunt.*
14 *Intellectus l. cum tacitum. ff. de probationi.*

CONSILIVM XCIII.



VISO primo & secūdo testō Petri, & uerbis vtriusque testi diligenter inspectis, videtur prima facie dicendum, quod tam ex uerbis quam ex mente testatoris Augustinus ex substōne vulgari sit uocatus. Nam (ut in themate pmittitur,) filij testatoris tā quā legitimi & naturales instituti succedere non potuerunt, quia erant spurij, cum legitimatio de eis facta non valuerit. Et iō vulgaris substō eis facta & comprehensa sub illa compendiosa, videlicet, & adueniēte casu† quod ambo decederēt sine filijs, voluit testator, quod pdicta omnia sua bona deueniant & deuoluantur ad Augustinum, &c iuxta notata per Bar. & omnes i l. centurio. de vulg. & pup. & in l. precibus. C. de impube. & alijs substit. propter incapacitatem hæredum institutorum habuit locum perinde ac si Augustinus fuisset spāliter & expressè substitutus, si filij instituti capere non possent, & quo casu sine dubio locum haberet substō, vt est casus in l. 2. C. de hær. instit. & dicit ibi Bar. quod cum quidam filius legitimatus a patre fuisset institutus, & dubitari posset de viribus legitimationis, consuluit testatori, vt illi substitueret sub prædicta forma, & quæ licet non sit expressa & seruata specialiter isto casu, est tamen ex
2 pressa generaliter. † quia sub vulgari etiam comprehensa in cōpendiosa continetur caput istud impotentiæ. leg. cum proponas. C. de hæred. institu. & plenè tradit Bart. & omnes in l. 1. de vulg. & pup. subst. Quinimmo caput uoluntatis tantummodo expressius trahitur ad caput impotentiæ, & econtra. l. Gallus. §. & quid si tantum. & ibi plene per Bar & alios de liberis & posthu. Nec obstare videtur, quod Augustinus sit substitutus, si ambo instituti decesserint sine filijs, & quod sint mortui super
3 stitibus filiabus† quæ ueniunt appellatione filiorum, & faciunt conditionem deficere. l. 1. C. de condit. inser. etiam si filiæ non possint succedere in bonis testatoris. l. filiusfami. §. cum quis. & ibi per Bart. de leg. 1. Quia quamuis etiam dicta conditio referatur ad uulgarem, de qua in dicta compendiosa, nihilo minus per superexistentiam dictarum filiarū non defecit illa conditio, si decesserint sine filijs, quia hoc casu intelligitur de masculis, & non de fœminis, quod probatur ex pluribus. Et primo, quia testator in præcedenti testamento, in quo instituit eo filios, eisdem substituit Augustinum sub eadem formalitate verborum, hoc tantum excepto, quod in conditione posuit solum filios masculos institutorum, per hæc uerba, uidelicet. Et adueniente casu quòd ambo decederent sine filijs masculis uoluit testator, quòd prædicta omnia sua bona deueniant, & deuoluantur ad Augustinum, &c. Ex quo igitur in præcedenti
4 † testamento vocatur Augustinus sub conditione, si ambo decesserint sine filijs masculis, & in cœteris sub eadem formalitate uerborum concordat substitutio cum alia facta de eodem in sequenti testamento. Ex hoc declaratur, quòd in substitutione facta de Augustino in sequenti testamento, si ambo decesserit sine filijs, quòd intellexit de masculis, ut in terminis decidere videtur Cor. in consi. 275. In præsenti cōsultatione, primo, &c. 4. vol. Quoniam, secundum eum, certum est, quod ex quo in præcedenti testō filios masculos tm posuit in cōdōne, quod noluit, ut deficeret condō per superexistentiam filiarū, aliàs nihil operaret expressio masculinitatis, contra l. si quando. in prin. de leg. 1. Et istud etiam voluit Bart. quem Corne. non allegat in l. cum auus de condi. & demon. per l. cum prætor. in princ. de iud. Sed eadē mens videtur in homine perseuerare, nec volūtatis mutatio psumitur. l. cum tacitum. de proba. & l. non ad ea. de condi. & demon. & l. 2. de probatio. Et persuadetur secundo, secundum eū quia in institutione & substitutione pariter se habuit in secundo testamento prout in primo, adeo quod est uerisimile, quod in ipsa substōne fuerit eiusdem uoluntatis, prout fuerat in priori testō prout. n. in aliis qualitatibus, & circunstantiis adiectis in præcedenti testamento fuit eiusdem uoluntatis in secundo, ita & coniecturari debet, quòd fuerit eiusdem uoluntatis in conditione illa, si decesserit sine filijs, s. quod intellexerit de masculis, prout, & verba sonant, quæ non ex propria significatione,
5 † sed ex interpretatione concipiunt fœmininum, secundum Bar.

Bar.in l.1.de verb.sig.& Doc.in l.quicunque.C.de seruis fug. cum concordantibus.Et quæ rō ēt locum hēt in casu nostro, immo magis ex quo substō facta ī vltimo testō reperitur facta per eadem uerba formalia,excepta qualitate masculinitatis,per quæ fuit ēt facta substō prioris testī.Adducit etiam Corneus q̄dam alia,quæ nō pertinent ad casum nostrum,ideo de illis mē
6 tionem non facio. † Sed vltra eum confirmatur ista opinio per tex.in l.alimenta.in princ.de alimen.& cibar.legatis,& ibi not. Bar.ꝙ ubi dubitatur de voluntate testatoris,illa potest probari ex alia scriptura eiusdem. Et ad hoc allegat etiā l. Nesēnius. de neg.gest.& gl.in l.qui concubinam.§.2.de leg.3.Et una scriptura declaratur quandoque per aliam.l.si quis ex argentarijs. §.si initium tabularum.& ibi no.Bal.de edendo.& in c.auditis. de præscr.& ibi no.Bal.& unum statutum declaratur ꝑ aliud, secundum Bal.in l.omnes popul.de iust.& iure in 15.col.& in c.1.de ꝑscrip.Et faciunt notata per Ang.& Imo.in l. si quis cū aliter.de verb.ob.ubi dicunt,ꝙ licet dicta in præcedentib.non intelligantur repetita in sequentibus ex interuallo,ex illis tamē potest sumi declaratio sequentium. Cum quibus etiam transit Soc.in l.fi.de reb. dub. Secundo prædicta opinio confirmatur. Nam idem testōr tā in primo quàm in secundo testō filios institutos inuicem substituit, si alter decesserit sine filijs masculis. Cum ergo semel fecerit mentionē de filijs masculis, ēt in secundo testō præsumitur,ꝙ senserit de masculis in alia parte eiusdē testī,in qua substituit Augustinum, si ambo filij instituti decesserint sine filijs simpliciter.l.qui filiabus.in prin.& in l.si seruus
7 plurium.§.fi.de leg.1.† Et ita per istam rationem uult Abbas in consi.37.Videtur primo ꝙ sic,&c.dicens,ꝙ si testator fecit mētionem de filiis masculis in eadem dispositione postea fiat mentio de filiis simpliciter,semper intelligitur de masculis,per iura præallegata. Et vltra eum istud melius probatur ex notatis per Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Treb.vbi dixit, ꝙ si in testamento sit facta mentio de filijs naturalibus,& deinde in alia parte eiusdem testamenti loquatur testator de filijs simpliciter, ꝙ intelligitur de naturalibus etiam eo casu,quo naturales non ueniunt appellatione filiorum,per dictam l.qui filiab. Tertio prædicta comprobantur.Nam si prædicti filij instituti decessissent sine filijs, certum est, quod Augustinus substitutione debuisset admitti.d.leg.2.iuncta.l.3.C.de hæred.institu. & sic fi-
8 liam testatoris dicto casu exclusisset. Si † ergo propriam filiam magis dilectam exclusit,multo magis fauore eiusdem substituti verisimiliter testator exclusit neptes ex filijs minus dilectas, tum quia remotiores, tum quia erant incognitæ, quia adhuc non erant natæ,vt not.per glo.& Docto.in d.leg.qui filiabus, aliàs sequeretur inconueniens, quòd fœminæ minus dilectæ essent melioris conditionis,quam filia magis dilecta,quod non est præsumendum testatorem uoluisse.leg.Publius.§.fin.de cō dit.& demon.& l. si uiua matre.C.de bon.mater.& facit, quod per istam rationem vult Barto. post Richar Malumb. in quadam sua disputatione in leg.Gallus.§. etiam si parente. de libe. & posthum.& quod voluit idem Barto.in l.quidam relegatus. §.fina.de rebus dubiis, ubi pro dicto absurdo euitando recedit
9 a propria uerborum significatione.& in casu econuerso † istud etiam vult Alexan.in leg.sed si hac.§.liberos. de in ius uocan.dicens, quod appellatione liberorum ueniunt filiæ in materia, in qua non solent uenire,quando sequeretur,quod neptes ex filia comprehederentur. Et facit quod no.gl.in l.si mater. §.j. de uulg. & pupil. secundum quod eam subtiliter saluat Barto.ibi. ¶ Nec obst. si dicatur, quod neptes ex filijs non potuerunt filiæ præferri, ex quo filij instituti non potuerunt succedere, quia licet ita sit attenta ueritate & iuris dispositione, secūdum quam non ualuit institutio, nihilo minus secundum intentionem, & opinionem testatoris debuisset præferri, qui credidit dictam institutionem esse ualidam, quæ intentio & opinio debet attendi ad interpretandum uoluntatem testatoris,quæ declaratur etiam ex actu nullo. leg. final. de rebus eorum. & leg. in testamento,de fideicom. lib.& not. Barto.in leg.fideicom-
10 missa.§.quoties.de lega.3. Et † quod isto casu appellatione filiorum positorum in conditione non ueniant fœminę, quando testator exclusit proprias filias ab uniuersali successione ex interpretata & uerisimili mente defuncti, uoluit etiam Pau.de Castr. in consil. 358. incipien. Viso dicto testamento, &c. Et ita etiam consuluit in ciuitate Camerini,ut refert Soc. in loco statim allegando,& Fulg.in consi.28.Solomutia,&c.& in cōs. 38.In proposita quæstione, &c. & in l.1.C.de condi.inser. Et hoc præcipuè verum est, quando substitutus est agnatus testatoris, quia tunc fauore agnationis conseruandæ testator illum videtur prætulisse filiab.propriis, & multo magis neptib.ex filiis minus dilectis, ſm Pau. de Cast.in consi.79. Casus iste frequenter contingit, &c. Et ita isto casu aliàs cōsuluerunt oēs solennes Doctores Italiæ,quos latè refert, & sequitur Soc.in l.cū auus.de condi.& dem.col.44.cum plurib.seq.ver.tertio quæro de quæstione valde solēni,&c. Et istud præcipuè videtur verū in casu nostro,in quo concurrit etiam uoluntas Nicolai patris dicti Petri cum dicta interpretatione, qui in suo testamento vocauit masculos in infinitum, & omnes fœminas descendentes exclusit,& etiam filias & neptes Petri filij sui. Sed præmissis nō
11 obst.contrarium puto de iure verius.Et præmitto † ꝙ illa conditio,si ambo decesserint sine filiis,sub qua facta est substitutio de Augustino, non solum refertur ad fideicommissariam, sed etiam ad vulgarem comprehensam in substitutione compēdiosa,ita quòd nō sufficit,ꝙ filij non sint hæredes,sed etiam est necesse,vt decesserint sine filijs, ad hoc vt Augustinus substitutus admitti possit ex dicta vulgari, ut concludit in terminis Oldr. in consi. 141.incip.Thema tale est,dominus G. &c. Et idem tenet Ioan.And. qui formaliter refert dictum consilium licet de Oldrado non faciat mentionem in additione Spec.in ti.de test. §.1.in vlt. addit.versic.hanc quæstionem,&c. & idem tenet Soc. in l.1.de vulg.& pup.in repetitione.in fi.13.col.ver.secunda est, quia conditio,&c. vbi refert ita consuluisse. Et ad hoc pōderat etiam verba Bar. in d.l.Centurio.in tractatu compendiosæ per verba communia. ver. quæro vtrum substitutio compendiosa facta per verba communia,&c.dum dicit,ꝙ ista cōditio,quandocunque decesserit sine liberis, pōt ex significatu verborū intelligi,si decesserit sine liberis ante aditā hæreditatem.l.3.§.1.de adimen.legat. Et sic præsupponit,conditionem debere verificari,& adimpleri etiam quoad vulgarem,iuxta significationē verborum,sicut quoad fideicōmissariā. Et refert Soc.ꝙ idem voluit Bar.in consilio, quod incipit, Rimarellus, &c. & in consi. inci.Nellus Philippi,&c. & do.Ludouicus de Inter.in d.l.Cētu rio, in pe.char. vbi dicit, ꝙ conditio adiecta compendiosæ debet in vulgari purificari,licet secus sit in vulgari contenta in pupillari,per notata per Bar.in l.1.eo.tit. in 4.q.princ.in tertio effectu. Et idem tenet Soc. in d.l.cum auus. 8.versi.limita tamen communem opinio. &c. Nam cum illa conditio, si decesserint sine filiis,quantum etiam ad vulgarem sit voluntaria,non autē necessaria ad actum, vel ad effectum actus, non extenditur ad casum,in quo decedāt cum filiis,per notata per Bar.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.Et hanc rōnem allegat etiam Soc.ad ꝑ-
12 positū,in d.l.1.de vulg.& pup.subst.Vnde ex hoc sequitur† ꝙ ex quo filii instituti decesserūt cū filiab.ꝙ defecit conditio, sub qua substitutus fuit Augustinus, quāuis etiam dictæ filiæ positæ in cōdōne in bonis testatoris non possint succedere, per ea quæ habentur,in d.l.filiusfam.§.cum quis. de leg.1. & in l.ex facto.§.fi.ad Trebel.Quia appellatione filiorum positorum in dicta conditione continentur etiam filiæ fœminæ,ſm Io.And.in c.Raynal.de test.& ibi per alios,maximè Anto.de But.in 2.col. & probatur in l.si ita scriptum.in prin.de leg.2. & ex notatis ꝑ Bar.in d.l.1.de verb.sign.& per alios, in l.quicunque. C.de seruis fugit. Et sic ex his fundata est intentio filię dicti testatoris contra Augustinum substitutum.Sola igitur vis stat in respondendo ad allegata in contrarium. Non ob.igitur primo, ꝙ cō
13 ditio prædicta † debet verificari solùm in filiis masculis ex cōiecturata mente testatoris, qui in eadem substitutione facta in primo testamento posuit in conditione solum filios filiorum masculos,quia licet per ea,quæ dicta sunt in una parte testamēti,declarari possint alia disposita in eodem testō. d.l.qui filiab. in prin.& d.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1. tamen per ea, quæ dicta sunt in primo testō non declarantur ea,quæ disposita sūt in ultimo testamento,ſm Ale. notanter in consi.70.inci. Viso consilio,&c.2.uol.col.5.uer.non obstat,quòd d.Bartolus,&c. vbi concludit, ꝙ ſm testamentum, in quo pater filiæ reliquit simpliciter dotem, est nullum,quia nō dicitur filia instituta,sed præterita,quamuis idem testator in priori testamento eidem filiæ reliquerit dotem iure institutionis, quoniam ſm eū ex hoc non declaratur uerbum, relinquo simpliciter prolatum in se-

cundo testamento, vt intelligatur iure institutionis, per notata ꝑ Bar. in l. auia. de cond. & dem. in 1. opposi. qui facit differentiam, vtrum institutio & legatum ponatur in eadem dispositione, vel in diuersis, vt primo casu inducatur repetitio præcedentium in sequentibus, & non in secundo casu, & hoc, secundum eum, nisi ad priorem dispositionem testator se retulerit, quia tunc mediante tali relatione inducitur repetitio, & declaratio, per l. vxori. §. fi. de leg. 3. Imo. in casu suo, secundum Alex. pariter & nostro dici dēt, vt dicitur in c. inter corporalia, circa medium. de transl. prælato. & in l. vnica §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. Nam si testator cōtrarium uolebat, nulla erat difficultas ita disponere, &c. Et ista responsio Alexā. ultra eum melius probatur ex notatis per Bar. in l. Statius Florus. in prin. de iure fisci. ubi quærit post Dyn. quid si in aliquo testamento est factum aliquod legatum, vt non alienetur extra familiam, in secundo testamento est relictum simpliciter, an uideatur repetitum illud, quod fuit adiectum in primo testamēto, scilicet ne possit alienari extra familiam. Et arguit ꝙ sic, per illum textum, & per l. legatum. de adimen. leg. Contrarium determinat Dynus, quia sunt diuersæ uoluntates, & bene dicit secundum Bar. per l. si iure facto testamento. de legat. 3. Nec obst. illa lex Statius Florus. quia quod ibi dicitur, in odium hæredis delinquētis inducitur. Non obstat. d. l. legatum. quia loquitur, quādo fit translatio legati in alium, quęstio nostra loquitur, quando tota uoluntas fuit cassata & ad aliam peruenitur. Et ex his manifeste colligitur ꝙ Corneus in consilio allegato in contrarium non bene loquitur, ꝑ etiam rationes suæ cum supporta-
14 tione sunt fragiles. Et non obstat, dum † dicit, quod mutatio voluntatis non præsumitur, quia isto casu constat manifeste, quod a priori uoluntate recessit in totum. d. l. si iure facto testamento. & maxime, quia testator in casu nostro expressè & spāliter, immo singulariter reuocauit primum testamentum, per quæ apparet manifestè, ꝙ primam uoluntatem mutauit, & quod a prima in totum, & quo ad omnia recessit. Et istud est etiam quod voluit Bart. in d. l. Statius Florus. de iure fisci. dum vult, ꝙ disposita in primo testamento non possunt dici repetita in sequenti, quia tota prima voluntas cassatur, & ad aliū trāsfertur. Nec obstat l. cum tacitum. de probationib. quam allegat & quæ loquitur de tacito fideicōmisso relicto in primo, ut quo ad illud non dicatur mutata uoluntas per secundum testamentum, quia ad hunc textum respondet Bar. in d. l. Statius Florus quæ secundum eum concordat in hoc cum d. l. cum tacitum. & contra quos oppo. de d. l. si iure factō testamento. de le. 3. & soluit, ꝙ illa loquitur in legatis in primo testamento, quæ uidentur reuocata per secundum. Sed d. le. cum tacitum. & in d. l. Statius, loquitur de onere legati tacite iniuncto, quod ex ui illius testamenti non perit. Et istud est, ut, dicit Bar. postea. in proxima quæstione, & in sequenti, in odium hæredis, qui tacitam fidem accommodauit de restituendo incapaci. Et similiter nō obstat secunda ratio Cornei dicentis, ꝙ ex quo æqualiter & uniformiter substituit in utroq. testō, uerisimile est, ꝙ fuerit etiam eiusdem voluntatis quo ad id, de quo agitur, quia immo, ut dictum est, in totum recessit a prima uoluntate etiam quo ad ea, quæ reperiuntur uniformiter disposita, quia illa sunt in totum cassata & translata in aliam uoluntatem, d. l. si iure. & quo ad ea quæ sunt omissa habentur pro omissis in totum, secūdum Bar. in d. l. Statius. Et si testator uoluisset illud, quod in secundo testamento omisit, habere locum, illud uerisimiliter expressisset, d. ca. quod ad translationem. & d. §. sin autem ad deficientis & prout etiam dicit Alexan. in d. consi. Nam & in secundo aliud etiam omissum reperitur, quia filios institutos solum substituit adinuicem uulgariter & pupillariter, & tamen in primo illos uicissim substituit uulgariter, pupillariter & per fideicommissum. Vnde sicut in hac substitutione testator uariauit, non est mirum, si etiam in sequenti substitutione conditionem, sub qua fuit facta, auxerit & ampliauerit quo ad personas in ea positas, & prout etiam rationabiliter debuit fieri. Et prudenter factum fuit, quia testator non debuit, nec præsumitur voluisse extraneos suæ posteritati præponere. l. cū auus. de condi. & dem. l. cum acutissimi. C. de fideic. & l. Lucius. in fi. de cōd. &
15 dem. † Et non obstant alia, quæ allegantur ultra Corneū pro opinione sua, qa pdicta pñt habere locū, qñ una scriptura expresè vel tacite habet relationem ad alteram, ut dicit Alexand. in d. consilio, & prout etiam loquitur l. si quis ex argentariis. §. si initiū tabularum. de edendo. uel qñ per unā scripturam nō derogatur alteri, sed utraque ualet & ualida remanet. Sed nos loquimur, quādo per ultimā scripturā, & uoluntatē in totū a prima receditur, & quādo prima cassatur, & in aliā trāsfertur, quo casu disposita in præcedēti intelliguntur in sequentem translata, quatenus reperiuntur expressa, sed quo ad omissa habētur in totum pro omissis, & cessat repetitio. Et ex pręcedenti testō non potest, nec debet sumi aliqua declaratio, quia non extat, nec reperitur extare, & quātum ad hoc hr̄ pro non facto, ꝭm Bar. in d. l. Statius Florus. Non obst. etiam dum secundo dr̄, ꝙ ex quo prima substitutio facta in hoc ultimo testō est concepta sub conditione, si alter decesserit sine filiis masculis, ꝙ conditio alterius substitutionis, in qua sunt positi filii simpliciter, intelligitur etiam de masculis, ag. d. l. qui filiabus quia immo potest ista ratio adduci in contrariū, qm̄ si testōr de masculis tm̄ sensisset, hoc expressisset, sicut fecit in præcedenti conditione. c. quod ad translationem. & d. §. sin autem ad deficientis. Et ita per istam rationem spāliter in istis terminis concludit Ioan. de Ana. in consi. 22. inci. Ad approbādā, etc. ubi dicit, eē multum ponderandum, ꝙ ex quo testōr in duab. substitutionib. expressit de masculis, in alia uero tertia simpliciter dixit de filiis percipitur expresse, ꝙ in ista tertia intellexit tam de fœminis quā de masculis, c. nonne, de præsum. & l. cum prætor. in prin. de iudiciis. & quia si uoluisset solum intelligere de masculis, facile hoc erat exprimere, ut in iuribus præallegatis. Et hanc rationem ad propositum etiam adducit Alex. in consi. 54. Ponderatis his q̄ in them. &c. col. pe. 4. uol. Et hoc præcipue in casu nostro puto uerissimum, quia non est eadem ratio utroq. casu. Sed rō quare fecit mentionem de masculis in prima substitutione; cessat in sequenti. Nam filios, quos putauit esse legitimos & capaces, instituit, & adinuicem substituit, si alter decesserit sine filiis masculis, ut se conformaret testator cum dispositione statuti, secundum quod masculi descendentes excludunt fœminas, & prout a successione testōris grauāti, quā hr̄dis grauati, & ꝑ ut in dubio p̄sumitur, quod testōr cū dicto statuto uoluerit se conformare, ꝭm Bar. & Doctores in l. hæredes mei. §. cū ita. ad Treb. & in l. ut iurisiur. §. si liberi. de ope. lib. cum concord. Quæ ratio cessat alio casu, quo substituit Augustinum, si ambo dicti filij decederent sine filijs, qm̄ Augustinus transuersalis non excludit filios grauati, neq; de iure cōi, neque ex forma statuti habentis hanc interpretationem quo ad transuersales ex cōtinua obseruantia illius. Vnde sicut in prima substōne intelligitur, & p̄sumitur ꝙ testōr habuerit respectum ad statutū, & ꝙ uoluerit eo modo admitti substitutos, & eo ordine ex testō quo uocati fuissent ab intestato per statutum, ita sequenti substōne p̄sumitur, ꝙ testator habuerit respectū ad ius cōe, ex quo cessat statutū, ꝭm qđ filia testōris dēt p̄ferri Augustino, quia sicut creditur, ꝙ testōr uoluerit in dubio se conformare cū statuto, ita ēt cessante statuto præsumēdum est, ꝙ uoluerit se conformare cum iure cōi. l. Gallus. §. j. de liberis & posth. ꝭm unum intellectum. & l. qro. §. inter locatorē. ff loca. & notat expresse Bar. in l. uxorem. §. testō, de leg. 3. Et istud ēt probatur ex his, quæ dicētur statim in responsione ad aliam rōnem contrariam. Quia ergo apparet præsumptiuè, ꝙ de masculis fecit mentionē in prima substōne sub certa consideratione, & ꝙ in secūda facta fuit mentio simpliciter de filiis sub diuersa, & contraria consideratione, per uerba primæ substōnis non potest, nec dēt sumi declaratio uerborum sequentis substōnis contra iuris p̄sumptionem, & verisimilem intentionē testōris. Nec isto casu loquunt iura allegata in contrariū, nec Bar. in d. §. si quis rogatus. sed qñ sumus in dubio, & quādo aliqua nō subest cōtraria p̄sumptio. Non ob. postremo, dū dr̄, ꝙ ubi filij instituti decessissent peni-
16 tus sine filiis, ꝙ † Augustinus substitutus exclusisset filiam testatoris magis dilectam. Ergo multo magis etiam ꝭm intentionē testōris dēt excludere nepтes ex filiis minus dilectas. l. Publius. §. fi. de conditio. & demon. & ꝑ alia allegata in cōtrariū, qa ubi Augustinus non sit agnatus testatoris, ista rō non hēt locū, sed non est tunc recedendū a uerbis, quæ secundū iuris interpretationem comprehendunt filias, ꝭm Pau. de Cast. in d. consi. 79. & alios, quos refert Soc. in d. l. cum auus. in uer. præallegato. Si uero Augustinus sit agnatus, quo casu uidentur prædicti uelle, ꝙ masculi solum intelligātur positi in cōdōne ex coniectu-

rata

rata mẽte testoris,per rõnẽ pdictam. Et isto casu omissis multis,quæ allegari possent in cõtrarium,vt colligitur ex dictis So. in loco præallegato,est aduertendum , ꝙ agnatus substitutus ex forma statuti excludit filias & neptes testoris,quæ contẽdũt & concurrunt cũ illo,& tũc põt hr̃e locum contraria opinio , quia tunc testator videtur in dubio voluisse se conformare cũ dispõne statuti,ſm Bar.in d.§.cum ita.ideo masculos tm̃,& nõ fœminas intelligitur posuisse in conditione,&quia aliàs sequeretur dictum absurdum , ꝙ filia magis dilecta excluderetur a substituto,& neptis minus dilecta non. Et in his omnib. simul iunctis ẽt se fundat Pa.de Cas.in d.cons.Nam hoc casu neptes exclusæ ꝑ auum non pñt conqueri,quia si auus testm̃ non fecisset,omnino ꝑ masculos a successione aui,de qua agitur,fuissent exclusæ.Sed quando agnatus substitutus ex dispõne statuti non excludit neptes testatoris,tũc veniunt appellatione filiorum positorum in condõne,quia qua rõne in præcedenti casu præsumitur testõr habuisse respectum ad statutum,ita isto casu cessante statuto censetur habuisse respectum ad ius cõe, & cum illo voluisse se conformare,per notata per Bar.in d.l.vxorem.§. testõ. Et quia aliàs neptes paterentur iniuriam ex testõ aui,qa si illud non fuisset factum,ab intestato exclusissent agnatum substitutum.Nec tunc est in consideratione alia sola rõ cõtraria,videlicet,ꝙ sicut excluditur filia testõris per substitutũ , quæ est magis dilecta, facilius dẽt neptis remotior excludi , qa ex verbis apparet de contraria voluntate,a quibus non est recedendũ ex hoc solo,ꝙ filia testatoris sit exclusa, quia ex quo semel fuit exclusa ꝑ superexistentiam filij masculi tam ex testõ , quam ab intestato,non inconuenit ꝙ perpetuo remaneat exclusa,per no.per Bal.in c.j.§.cum essent.in titulo, episcop. vel abba.& in authẽ.sed si quis.& l.in quib. C. de secun. nup. Et ꝙ isto casu,quo agnatus substitutus non excludit filias grauati ex forma statuti,neptis dicatur posita in condõne,& excludat substitutum etiam agnatum,& qui non excluderetur a filia testõris,si cum illa solum concurreret, & sic ꝙ isto casu non hẽat locum contraria opin.Idem expresse determinat Alc.in cõs. 38. 6.vol.qui ita declarat & distinguit declarando dicta per Pau.de Ca.in d.consi.79. & aliorũ in locis præallegatis. Et isto modo ẽt prædicta intelligit & declarat Cor.in cons. 55.in fi.& in cõsi. 177.pen.col.1.vol.& Soc.consi. 37.col.3.in fi.cum seq.& in cõ si.51.col.3.in 4.vol. Concluditur ergo,ꝙ isto casu Augustinus substitutus ex defectu condõnis,sub qua fuit vocatus,excludit. Nec isto casu testamentum aui facit ad propositum,qui nõ uocat transuersales masculos exclusis fœminis,sed solum descendentes. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus secundo loco succedit in locum primi eo mortuo.et ex uulgari admittitur instituto non adeũte. Idem in substitutione fideicõmissaria.Idẽ in substituto duobus cohæredib.& nu.10.*

2 *Substitutus uulgariter quando partem habeat ex uulgari,& partem per ius accrescendi & nu.10.*

3 *Ius substitutionis uulgaris pendente conditione quare transmittatur ad secundum substitutum.& nu. 10.*

4 *Ius substitutionis fideicommissariæ pendente conditione an trãsmittatur ad ultimum substitutum,maxime comprehensæ in cõpendiosa.& nu.10.*

De cõpendiosa quãdo idem iudicetur,quod de fideicommissaria.

5 *Hæres semper debet iudicari minus grauatus quam sit possibile & nu.12.*

6 *Substitutus censetur ad id uocatus , in quo tempore conditionis existentis hæres reperitur honoratus.& nu.3.*

7 *Substitutus primo substituto excluditur , si in primo substitutio fuit inutilis.& nu. 15.*

8 *Substitutus substituti non debet plus capere quam primus substitutus,& nu. 15.*

9 *In restitutione fideicommissi uenit etiam illud , quod capitur ex substitutione uulgari,uel ex fideicommissaria comprehensa in compendiosa.*

10 *Fideicommissarius ius fideicommissi conditionalis transmittit ad suum substitu tum.*

11 *Dispositio si habeat plures rationes,licet una cesset, nõ cessat dispositio.*

14 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredem sed tamen ad substitutum,& quæ sit ratio.*

¶ Ius substitutionis vulgaris,vel fideicommissariæ in compendiosa comprehensæ , an transmittatur ad vltimum substitutum.

CONSILIVM XCIIII.

PRO clara & plena cognitione quæstionis propositæ plures casus considerandos esse arbitror.Primus est,quãdo hæredi vniuersaliter instituto substitutus est aliquis vulgariter, & dicto substituto alius similiter vulgariter est substitutus, & isto casu si prima substitutio vulgaris deficiat , eo quia primus substitutus decedat hærede instituto adhuc nõ excluso,& tũc secun-
1 dus substitutus † admittitur, si institutus deinde excludatur, ut est casus,& ibi no.in l.quãdiu. la vltima.ver. his aũt.de acq.hæ. Et ratio esse potest,quia cũ primus substitutus fuerit iure substitutionis solum vocatus, & consequenter cũ ultimo sit substitutus primo, tanquã substituto tm̃ ad ipsum vltimũ transit ius substitutionis vulgaris,quia succedit loco primi.l.cum ex filio. & ibi no.Bal.& Ang.de vulg.& pup.Secundus casus est,quãdo hæres solus institutus grauatus est per fideicommissum alicui restituere, & ille fideicõmissarius postea alteri , & ante diem fideicommissi primi cedentem primus fideicommissarius moritur.Nam & in casu secundus fideicommissarius admittitur eueniente casu,in quo primus,& similiter vltimus fuit uocatus, quia apud hæredẽ remanet illud,in quo fuit grauatus cum onere restituendi illi,cui a primo fuerat relictum.l.unica. §.pro secundo.C.de cad.tol.& per Bart.in d.l.quãdiu.in fi.Et hac rõne etiam,de qua in præcedenti casu, quæ in isto locum sibi uendicat . ¶ Tertius casus est , quando duobus hæredibus institutis unus ex eis est alteri substitutus vulgariter , & huic cohæredi substituto alius extraneus est etiam uulgariter substitutus . Et isto casu si institutus , & pariter substitutus hæreditate nondum adita ex institutione , nec delata ex substitutione decedat , ad eius substitutum spectat portio vtriusque cohæredis exclusi.l.si Titius.& l.cohæredi.in princ. de vulg.& pupilla.& ibi per Doctores . & hoc non ea ratione, de qua supra,quia isto casu secunda substitutio potest intelligi facta dicto cohæredi tãquã pro parte instituto , & non tanquam substituto,quod secus est in precedentib.sed tamen ẽt tanquam substituto hoc casu facta præsumitur.Et sic ius primæ substitutionis vulgaris ad ultimũ
2 substitutum transmittitur. Quia vltimus substitutus qui † ex vulgari succedit in portione hæredis instituti , & substituti suo cohæredi,antequam cognoscat partem illius, cui fuit substitutus,põt repudiare partẽ cohæredis , & illã consequi iure accrescendi transmisso ad illum.l.cũ ex filio.§.fi.eo.ti.si postea aliam partem adeat ex substitutione,vt declarat Bart.in l.testõ.C. de impub.& alijs substi.& in l.si hæres institutus. de acqu.hæred. & ideo quia prima substitutio uulgaris facta de cohærede est unita cum iure accrescendi,sicut primus substitutus ius accrescendi transmittit ad suum substitutum uulgarem,sic etiã transmittit ius substitutionis uulgaris de eo factę cohæredi suo,arg. l.qui patri.& ibi Bar.& Doctores,de acqui.hære.& in l. cohæredi.§.qui diseretas.& ibi notant Moderni de uulg.& pu. Nec dicatur,ꝙ opinio Dyni in d.l.cohæredi.in prin.uolentis, quòd ultimus substitutus habeat partem iure substitutionis,& aliam partem iure accrescendi , reprobetur per Bart. & communiter Doctores , quia Dynus uolebat,ꝙ ad partem iure accrescendi tantum,& nullo modo ex substitutione admitti posset,ẽt postquam ex substitutione agnouerat,ꝙ est falsum, quia immo ex substitutione ad utramq. partem uocatur,ſm Bar.per d.l.si Titius.sed tamen Bar. non negat, quin admittatur ex iure accrescendi,si substitutus ante partem agnitam cohæredis portionẽ repudiet,ut ipse declarat in d.l.si hæres institutus.de acqui.hære.& in l.testamento.C.de impub.& alijs substi.Potest etiã alia rõ assignari.Nã ubi substitutio locum non haberet,nisi ĩ parte illius hæredis,cui est facta ultima substitutio de extraneo,nihilo minus ille extraneus substitutus aliam partem haberet iure
3 accrescendi. † Quia ergo omnino illam erat dicto iure habiturus,ubi quoad illam partem substitutus non esset, iõ lex de fa-

cili pmisit, ꝙ ius substõnis vulgaris pendente condõne trãsmittetur ad dictum substitutum, arg. l. ꝓhibere. in prin. quod ui aut clã, ꝑ quẽ tex. ita in simili cõsidetat Bar. in prouinciali. §. 1. de oper. no. nun. Quartus & ultimus est casus ad propositum

4 qñ sunt plures hæredes instituti, † & alter ex illis per fideicommissum substitutus est cohæredi sub conditione, puta si decesserit sine filijs, & dicto hæredi pro parte instituto & per fideicõmissum substituto, alius extraneus est ꝑ fideicõmissum substitutus, si sine filijs decesserit. Quo casu dubitatur, si adita hæreditate hæres fideicommissum substitutus moriatur sine filijs pendente condõne ꝑ fideicõmissi, quæ postea impleatur, an vltimus fideicommissarius capiat portionem vtriusq; iure fideicõmissi. Et idem vbi vtraq; substitutio fuisset compendiosa, & euenisset solùm in vtraq; casus fideicommissariæ, quia eueniente dicto casu de compendiosa iudicamus prout de simplici fideicõmissaria, ſm Bar. in l. Marcellus. §. quidam liberis. & in l. hæredes mei. §. cum ita. in fi. ad Treb. Et iste est proprie casus noster qui non tangitur per Doctores in dictis locis. Circa quem videtur prima facie dđm, ꝙ clarissimus D. Bertutius virtute substõnis fideicommissariæ cõprehensæ in compendiosa, solum cõsequi possit portionem Dispenserij in qua succcessit iure instõnis, & non portionem Marini fratris & cohæredis dicti Dispẽserij, ex quo Dispenserius pendente cõdõne fideicõmissi decessit, quãuis postea euenerit ꝑ mortẽ Marini decedẽtis sine filiis quia quamuis d. Dispenserius non solum fuerit pro parte institutus a matre, sed etiam substitutus Marino, si decederet sine filiis, videtur tamen, qđ dictus D. Bertutius sit substitutus Dispẽserio tanquam instituto tantum, & non tanquam substituto, & sic ꝙ solum sit uocatus ad partem, ad quam vocatus fuit ex instõne, & non ad illam, ad quam uocatus fuit ex substõne, quod vtiq; dici non põt, tã in primo quam in secundo casu, de quo supra, cum ille cui facta fuit vltima substõ, esset substitutus tãtũ directo, vel per fideicommissum, & nullo mõ institutus, ꝑ q̃ patet, qđ illi casus nihil habẽt cõe cum isto. Cui ẽt non conuenit tertius casus, quia isto casu cessant rõnes, per quas conclusum est, ꝙ in tertio casu substitutus ultimo loco capit non tantum portionem hæredis, cui fuit substitutus, sed quod etiam ad illũ ius substitutionis factæ cohæredi transmittitur, quia ius accrescendi, quod est cã, vt ius substõnis transmittatur, cessat in casu nřo, quoniam Marinus & Dispẽserius adiuerunt hæreditatem matris, & sic post emolumentum quæsitum inter eos cessauit ius accrescendi. l. 1. in fine. de vsufruct. accres. & ideo Imo. in d. l. qui patri. de acq. hered. dicit, quod ille textus, & quod ibi dicitur habet locum in substõne fideicommissaria, quæ non transmittitur, si fideicommissarius moriatur pendente conditione. Cum ergo iura allegata in casibus præcedentibus huic casui no

5 stro non videantur conuenire, † capienda est in dubio interpretatio, per quam Marinus hæres institutus sit minus grauatus, quam fieri possit. l. Titia. §. si qui in vita. l. vnum ex familia. §. si rem. de leg. 2. & consequenter quod dominus Bertutius dicatur substitutus Dispenserio tanquam instituto, & non tanquam substituto, quia secundum hanc interpretationem Marinus reperitur solum grauatus restituere Dispenserio, & non

6 do. Bertutio, & sic minus grauatus. ¶ † Secundo confirmatur, quia testatrix substituendo do. Bertutium quandocunque Dispenserius sine filiis decederet, videtur substitutum vocari voluisse ad illud, in quo dictus Dispenserius erat tempore existentis conditionis honoratus, non autem ad id, in quo vocatus erat sub conditione, argum. leg. si ita scripsisset. de legatis 2. & leg. si ita stipulatus fuerim. & leg. si a colono. de uerbo. oblig. & consequenter do. Bertutius intelligitur substitutus Dispenserio tanquam instituto tantum, & non tanquam substituto, quia tempore quo decessit Dispenserius sine filiis, conditio sub qua fuit substitutus Marino, pendebat. Tertiò non potest do. Bertutius substitutus ex persona Dispenserii admitti ad portionem Marini, quia sicut Dispenserius fideicommissum conditionale transmittere non potuit ad hæredem. leg. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tollen. sic etiam non debuit illud transmittere posse ad dom. Bertutium tan-

7 quam ad substitutum suum. Quartò pro hac parte facit † qđ voluit Oldr. in consil. 117. incipien. Testator in suo ultimo testamento, &c. vbi in effectu concludit, quod frater substitutus filio testatoris primo substituto, si nasceretur, & in pupillari ætate, vel aliàs quãdocunque decederet sine prole legitima, excluditur filio non nato. Mouetur, quia prima substõ facta de dicto filio penitus fuit inutilis illo nõ nato. l. si is qui ducenta. §. utrum. in prin. de reb. dub. l. si duob. §. si. de leg. 1. l. 1. §. si quis proximior. vnde cog. ergo aliam utilem facere non põt, cum sit omnino inutilis, arg. l. nullus solius. C. de decur. lib. 10. Et sicut uidemus, ꝙ conuentio conditionis vestita, aliam conuentionem non vestit, quia ipsa actionẽ non parit propter pendentiam conditionis. l. si in venditione. de peric. & commo. rei uend. & plenè traditur in l. petens, C. de pact. Mouetur secun-

8 do, quia † absonũ videtur, ꝙ substitutus substituti plus capiat, quã ipse substitutus capere potuerit. l. Publius. §. 1. de condi. & demon. Et per easdem rõnes idem tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. in primis. in addi. inci. huic quæsti. & c. uersi. occurrit casus nouissimus, &c. quæ rationes in casu nostro ẽt militant, & locum habent, quia prima substitutio de Dispenserio facta Marino decedenti sine filiis defecit per mortem Dispenserij viuente adhuc Marino. l. 1. §. 1. & l. hæres meus. in prin. de cõdit. & dem. ergo non potuit sequentem substitutionem factam Dispenserio vtilem facere, & sic ex ea non debet admitti. d. Bertucius. Item absurdum esset, ꝙ d. Bertucius vltimus substitutus caperet partem Marini, quam capere non potuit Dispenserius in ea prius substitutus, & magis dilectus. Sed istis non obstantibus, quæ verè non obstant, contrariam sententiam proculdubio puto veriorem. Et præmitto, quòd dictus d. Bertucius substitutus non solum intelligitur substitutus dicto Dispenserio tanquam instituto, sed etiam tãquam substituto compẽdiosè. Quod cõcludenter probatur. Nã si Dispẽserius ex substõne cõpendiosa factæ Marino successisset, puta Marino ꝑmoriente sine filijs, absque dubio quicquid ad eũ peruenisset, uel ex vulgari, uel ex fideicõmissaria substõne veniret in restõne fideicommissi relicti do. Bertucio ab ipso Dispenserio, ex quo fuit simpliciter substitutus, & Dispenserius primo honoratus, deinde grauatus, ſm Bar. & Doc. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad

9 Treb. vbi † concludit, ꝙ in restõne fideicõmissi uenit illud, qđ hæres grauatus capit iure substõnis vulgaris, ar. l. 1. §. id qđ in substõne. & l. in rõne. §. quæsitum. ad leg. Fal. & l. si tu ex parte. de acq. hær. Et similiter, quod capit ex fideicommissaria substitutione cõprehensa ẽt in cõpendiosa, dũmodo primo sit honoratus, ac deinde grauatus, per l. hæredes §. cum ita. ad Trebel. cũ quo trãsit simpliciter Imo. Rom. Raph. & Alex. in d. §. quidã liberis. & Imo. in l. ita tamen. §. qui suspectam. ad Trebel. per l. Titius. cum gl. de leg. 3. quicquid ibi dicat Ang. & Bar. in l. Scæuola. eo. ti. & Ang. in l. cum virum. C. de fideicom. Nam prima opinio est uerior, & cõior, ut dicit & probat Alexã. in d. §. quidam liberis. Si ergo ubi Dispẽserius ex substitutione, vel vulgari vel fideicõmissaria facta Marino successisset ante mortem, qđ ex eã cœpisset, uenire debuisset in restõne fideicommissi ab eo relicti do. Bertucio. Ergo sequitur, ꝙ do. Bertucius erat substitutus dicto Dispenserio tanquam instituto & tanquam substituto, quia si tanquam instituto illi tantum substitutus fuisset, ad eum peruenire potuisset solum quod ex instõne, & non illud qđ ex substõne Dispenserius acquisiuisset. Postquam igitur verissimè & concludenter est probatum, ꝙ substitutus est d. Bertucius Dispenserio tanquam instituto, & tanquam substituto, ex hoc infero, ꝙ Dispenserius ad suum substitutum do. Bertucium trãsmisit ius substitutionis cõditionalis, quãuis mortuus

10 sit Dispẽserius conditione pendẽte, † quia fideicommissarius ius fideicommissi conditionalis trãsmittit ad suum substitutũ, ſm Bar. in l. qui habebat. ver. opp. certum est, & c. de vulg. & pupil. per l. unicam. §. sin autem sub cõditione. C. de cad. tollen. Et idem dicit de spe substitutiõis vulgaris, per l. quãdiu. Et quãuis in quibusdã lecturis corruptis Bar. uideatur loqui negatiuè, & cõtrariũ dicere, tamẽ re uera affirmatiuè loquit sine illa dictione, nõ, & clare ostẽdit ex legib. quas allegat. Et probatur ex dictis eiusdẽ in d. l. quãdiu. in fi. dũ uult, ꝙ si fideicõmissarius primus moriatur cõdõne pẽdẽte, ꝙ cõmodũ remanet apud hæredem cum onere fideicõmissi relicti a dicto primo fideicõmissario, ꝑ d. l. unicã. §. ꝑ secundo. qđ in effectu nihil aliud significat, nisi ꝙ spes substitutionis fideicõmissariæ pendente conditione transit ad secundũ fideicõmissariũ. Constat igitur, ꝙ do. Bertuccio debetur portio Marini, in qua fuit substitutus Dispenserius, quamuis ille mortuus sit pendente conditione fidei-

deicommissi, siue quia ad substitutũ sit trãsmissa, ſm Bar. in d. l. qui habebat. siue quia onus iniunctũ Dispẽserio de restituendo do. Bertucio partem dicti Marini, in qua erat substitutus, remansit apud hæredem dicti Marini, ſm Bar. in d. le. quandiu. in fi. & probatur, ut dixi, in d. l. vnica. §. pro secundo. & §. fin autẽ sub condõne. C. de cad. tol. Scdõ ista cõclusio ꝓbatur per tex. in d. l. cohæredi. in prin. & in l. si Titius. de vulg. & pup. ubi habetur, ꝙ si institutus ꝓ parte, & cohæredi ꝓ alia parte substitut° vulgariter decedat hereditate non adita, nec adhuc delata respectu partis, ad quam est vocatus ex substõne, ꝙ spẽ dictæ substõnis vulgaris trãsmittit ad suum substitutum. Cum ergo in casu nostro Dispenserius sit pro parte institutus, & cohæredi Marino pro alia parte substitutus vulgariter, non tm̃ potuit transmittere spẽ substõnis vulgaris decedẽdo pendẽte condõne, ut est casus in iuribus præallegatis, sed etiã spẽ fideicommissariæ, quia ad substitutum æqualiter transmittitur ius vtriusq; substõnis, ſm Bar. in d. l. qui habebat. Et si dicatur, ut superius est tactum, ꝙ in casu dictarum legum, ideo spes illius substõnis ad ſm substitutum transiuit, quia erat unita cum iure accrescendi l. qui patri. de vul. & pup. vel quia ubi transmissio substõnis cessaret, ꝙ omnino illa portio ad dictum ſm substitutum iure accrescendi, quod ad illum transmitteretur tunc pertineret. d. le. cum ex filio. §. fi. de vulg. & pup. ideo de facili dispensatur, ꝙ ẽt dicta substõ vulgaris ad ſm substitutum transmittatur, arg. l. ꝓhibere. in prin. quod vi aut clã. & no. per Bar. in l. in prouinciali §. 1. de ope. not. nunc. quæ rõnes hoc casu locum hr̃e non põt, cum Marinus suam partem adierit, & sic alteri parti accrescere posse desijt. Ad ista respondetur, ꝙ immo non fit dictis casibus ad substitutum tarnsmissio substõnis ea ratione tm̃, quia vnionem habeat cum iure accrescendi, sed alia ẽt ratione videlicet, quia posterior substitutus subrogatur ex dispõne testõris loco prioris, & iõ ad illum spectat quicquid ad priorem ꝑtinere potuisset, vt ꝓbatur l. cum ex filio. §. fi. quam rõnem reddit etiam Alex. in d. l. cohæredi. in princ. Et ideo quamuis in casu nostro 11 † non possint omnes dictæ rationes locum habere, satis est, ꝙ una. i. vltima locum habeat, vt no. in §. affinitatis. inst. de nup. & in l. si uentri. §. in bonis. de priu. cred. in l. liberorum. §. notãtur. de his qui no. infa. & ꝓbatur clare in d. l. vnica. §. ꝓ secundo. & §. sin aũt sub cõdõne. C. de cad. tol. vbi probatur, ꝙ spes substõnis fideicommissariæ trãsmittitur ad substitutum, & tamen intelligendo text. indistinctè, & sic casu, quo a cohærede fuisset fideicommissum cohæredi relictum, non poterat spes substitutionis fideicommissariæ, quę oritur & locum hẽt demum hæreditate adita ab hærede grauato. d. l. ille a quo. §. si de testamento ad Treb. esse unita cum iure accrescendi, quod locum habere non potest post hæreditatem aditam. d. l. 1. in fi. de vsuf. ac. nec ꝓbabiliter dici potest, ꝙ illa iura non habeant locum, quando a cohærede esset relictum cohæredi, quia nimis restringerẽtur & uiolarentur. Su pest nunc, ꝙ ad contraria cõgrue respondeatur. Non obst. igitur in primis, dum dicebatur, ꝙ in dubio faciẽda erat interpretatio, ꝙ do. Bertutius esset substitutus Dispenserio tanquam instituto, & non tãquam substituto, eo quia secundum talem interpretationem onus iniuctum hæredi minui 12 tur. Quia contrarium apertè† deciditur ex no. per Bar. & Doc. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Treb. dum vult, ꝙ in restitutione fideicommissi ueniat etiam illud, quod grauatus iure fideicommissi habuit a cohærede, & sic ꝙ secundus fideicommissarius dicatur substitutus primo, & tanquam instituto & tanquam substituto per fideicommissum, & tamen per hoc magis grauatur, quam si intelligeretur uocatus tantum ad partem delatam iure institutionis, & hoc ideo, quia, ut dixi, subrogatur loco primi, & ex ordinatione testatoris, & primum ꝓ omñia repræsentat, & ideo sicut primus substitutus ad partem cohæredis erat vocatus per fideicommissum, ita ad eandem censetur vocatus secundus substitutus, & contra eum cessat dicta interpretatio, sicut cessat contra primum, cum verba quo ad eum sint clara. l. si is qui ducenta. in princ. & ibi Bart. de reb. dubijs. ¶Non obstat dum dicebatur secundo, † quod videtur do. Bertutius substitutus Dispenserio in eo, in quo erat honoratus pure, & non in eo in quo erat tanquam substitutus Marino vocatus sub conditione, arg. l. si ita scripsisset. de leg. 2. quia istud est contra text. in d. leg. si Titius. & in leg. cohæredi. in princip. de uulga. & pupilla. vbi substitutus admittitur ad partem, ad quam vocabatur ille, cui erat facta substõ tam iure substõnis quã institutionis, quãuis ille mortuus sit pendente conditione substõnis. Et ad ʒrium arg. responsio colligitur ex præcedentibus, videlicet quia remotior substitutus subrogatur loco primi, & ideo capit quicquid primus habuit, vel habere potuit ex 14 dispositione testatoris. † Item non ob. ꝙ fideicommissum cõditionale non transmittatur ad hæredem. l. in personam. C. de fideic. quia aliud est in hærede, & aliud est in substituto, secundum Bart. in d. l. qui habebat. Et hoc quia substitutus vocatur ex iudicio testatoris, & ideo intelligitur vocatus ad oẽm partẽ, in qua vocatus sit ille, cui substituitur tã ex institutione quã ex substitutione, quia hoc possunt uerba testatoris prolata indefinitè importare, ut declarat Are. in l. qui liberis. §. hæc uerba. de vul. & pup. in d. l. cohæredi. in princ. quæ ratio cessat in hærede substituti, qui ex dispositione testatoris non uocatur. d. §. hæc verba. Item dictus hæres succedit substituto, sed testatori succedit substitutus ẽt per fideicommissum. dicta l. cohæredi. §. cũ filiæ. Item non obst. rationes Old. in d. consi. quia directò sunt contra. d. l. quãdiu. & contra no. per Bar. ibi. cum quo Doc. trãseunt cõiter. Et nõ ob. prima ratio sua, ſm Aret. in d. l. quãdiu. quia substitutus non succedit ex ꝑsona primi, sed iure ꝓprio, vbi substitutio sit vulgaris, testm̃ sumit uires non a primo, sed a secundo gradu. l. 3. §. fin. de lib. & post. & ibi latius per eũ. Nõ obstat etiam alia ratio, quia fatendum est, ꝙ tantum uidetur cõcessum secundo, quantum primo, non autem dicitur plus concessum, cum sit solum vocatus ad id, ad quod primus vocabatur, & in quo succedere potuisset, si superuixisset. Et ꝙ quæstio Old. pendeat a notatis per Barto. in d. l. quamdiu. fatetur etiam Alexand. in l. 1. colum. 3. in prin. de vulg. & pup. & idem in consi. 1. vol. 1. dicit, quòd maiorem vim facit in tertia ratione Old. quæ non facit ad propositum nostrum, quàm faciat in præcedentibus. Ex quibus concludo esse pronunciandum, & declarandum iuxta petita per do. Bertucium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Soror vtrinque coniuncta succedit fratri ab intestato, altero fratre ex vno latere tantum excluso.*

2 *Pupillaris substitutio non comprehenditur in compendiosa facta personis disparibus.*

3 *Transmissio uirtute suitatis excludit vulgarem substitutionem in compendiosa comprehensam, secus si esset simplex vulgaris.*

4 *Suitas quare non tollatur per compendiosam substitutionem vulgarem continentem.*

5 *Ex potentia suitatis substitutus excluditur, nisi sit contraria mẽs testantis, vnde sumatur, nu. 7.*

Substitutus vulgaris non admittitur, si filiusfamilias repudiat hæreditatem, quia videtur repudians facere hæredẽ patrem, nisi testantis mens contraria sit.

6 *Per transmissionem non excluditur substitutus stante coniectu- rata mente testantis in contrarium, & unde sumatur. nu. 7.*

Transmissibile sui natura efficitur non transmissibile ex coniecturata mente testantis, & econuerso, & nu. 8.

7 *Testator quem dilexit in institutione, censetur etiam in qualibet substitutione dilexisse.*

8 *Masculi si solũ vocantur, vel in conditione ponuntur, testator uidetur agnationẽ uoluiße conseruare, & tunc cessat transmissio.*

9 *Ex vulgari substitutione succeditur in totum etiam absque detractione legitimæ.*

10 *Prohibita alienatione, quando etiam comprehendatur successio ab intestato.*

11 *Tutor faciendo actus, qui hæredib. conueniant non dicitur adire non confecto inuentario, & iudicis decreto non interueniente.*

12 *Transactio facta non inspectis verbis testamenti nulla est, etiam iuramento interueniente.*

13 *Absolutio a iuramento peti potest etiam quòd cum iuramento sit renunciatum dispositioni. l. de his. ff. de transact.*

14 *Sententia lata per arbitratorem contra ius litigatoris, quando sit ipso iure nulla.*

Ratio diuersitatis inter arbitrum, & arbitratorem.

15 *Pœna promißa non committitur, si reclametur, & de nullitate laudi dicatur.*

16 *Nullitas, quæ surgit ex defectu potestatis iudicis, nunquam censetur remissa. secus si esset ex defectu solennitatis.*

 17 Onus

17 *Onus in dubio censetur potius iniunctum hæredi ab intestato succedenti quam instituto filio pupillo, nisi eßet mater successura.*

18 *Mater a legitima filij exclusa non iudicatur per uerba etiã multum prægnantia statuti.*

19 *Vsufructuarius omnium bonorum concurrit cum cæteris legatarijs in usufructu.*

¶ Soror consanguinea mortuo fratre in pupillari ætate, an excludat alium fratrem ex uno latere tantum substitutum.

CONSILIVM XCV.

IRCA ea, de quibus quęritur, ſm ordinem t pis, & naturæ primo uidendum est de his, quę emergunt ex testõ Iacobi, qui Io. Baptistam & Cæsarẽ eius filios ęqualiter instituit hęredes, & altero eorum decedente sine filijs masculis superstitem ei substituit, & si ambo decederent, substituit proximiores agnatos dicti testatoris per lineam masculinam in stirpes, & non in capita, &c. Quæritur ergo mortuo d. Cæsare in pupillari ætate ad quem debeat eius portio in totũ uel pro parte peruenire. Et prima facie uidetur dicendum, ꝙ soror sua utrinq; coniun
1 cta illi an intestato sit successura, & † ꝙ Ioã. Baptistam fratrem suum ex parte patris tm̃ excludat. auth. cessante. & authẽ. post fratres. C. de legi. hær. Nec vř, ꝙ d. Io. Baptista ex testõ admitti possit ad partem Cæsaris. Nam ex pupillari uenire nõ potest,
2 quia † cum d. Io. Bap. esset pubes ꝑ ꝑ disparitatem personarum, in substõne compendiosa inter eos facta pupillaris non continetur. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. & declarat Bar. cum quo alii transeunt in l. Lucius. eo. ti. in fi. 3. q. prin. & Bal. in c. si pater de test. in 6. & Sal. in l. in testõ. C. de testa. mi. Nec etiam potuit
3 uenire ex uulgari, † quia Cæsar uirtute suitatis hæreditatẽ suã transmittit ad sororem proximiorem ab intestato. l. apud hostes. C. de suis & le. plenè no. in l. 3. C. de iu. delib. & in l. si filius de vul. & pup. & in l. uentre. de acqui. hær. & mediante qua trãsmissione excluditur substitutus uulgaris, quia ille, cui facta est substõ, alium hæredem fecisse dicitur per dictam transmissionem, quod sufficit l. si paterfamiliàs Titium. de hær. inst. l. cum proponas. C. eo. ita uult ibi Bar. & magis communiter, & Bart. in l. 1. de vulg. & pup. & est communis opinio, ut ibi per Alex. Nec ob. l. si filius hæres. de libe. & posth. ubi probatur secundum communem intellectum, ꝙ transmissio, quæ fit ex potentia suitatis, non excludit substitutum vulgarem, quia illo casu per simplicem ditionem substituti uulgaris fuit sublata suitas, ſm Doctores cõiter ibi, iõ non potuit transmitti hæreditas nõ adita, sed per cõpẽdiosam, de qua in casu nostro, suitas non tol
4 litur, licet in ea vulgaris contineatur, † quia etiam fideicommissaria sub ea includitur, ꝑ ꝑ quam hæres potest cogi adire. l. ꝗa poterat. ad Treb ideo non vř data licentia repudiandi hæredi, ut probatur in l. non iustam, cum glo. C. ad Treb. & per consequẽs non tollitur suitas, secundum Bal. ibi, & in l. in suis. in repe. char. pen. de lib. & posth. & Ang. Imo. in l. 1. de vulg. & pup. Et ita per istam rationẽ in terminis nostris Alex. in d. l. si filius. hæres. in fi. & idẽ per aliam rationem uoluit etiam Ang. in l. Papinianus. §. quarta. de inoffi. test. & Raph. & Pau. de Cast. in d. l. si filius Nec etiam per dationem fratris cohæredis fuit suitas sublata, d. l. si filius hæres. & etiam si cohęres fuisset extraneus, transmissio ex hoc non impediretur, vt per Bar. & Doc. in d. l. si filius qui patri. per tex. in d. l. 3. C. de iure delib. Quamuis ergo mortuo Cæsare poterit ad eius partem Ioã. Baptista per fideicommissum venire, tamẽ debuit capi de manu sororis do. Cæsaris, quę ei ab intestato successit, & quę potuit legitimam Cæsaris retinere & Trebellianicam, per ea, quæ habẽtur in le. quamquam. C. ad leg. Fal. & in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de test. & prout pronunciauit dominus iudex, qui ad sic pronũciandũ potuit ex prędictis moueri. Nec de alia dimidia parte Cæsaris potest do. Ioanna hæres Ioan. Baptistæ aliquid pro Trebellianica retinere cõtra substitutos mariti, quia fideicommissarius primus aduersus secundum Trebellianicam non detrahit, præsertim quando fuit ab hærede retẽta. l. j. §. inde Neratius. ad Treb. Sed istis non obstantib. circa hoc aliter sentio. Et
5 præmitto, ꝙ † per transmissionem iuris deliberandi, uel ex potẽtia suitatis substitutus excluditur, ut in locis in contrarium all. nisi appareat de contraria mente testatoris. Nam ubi filiusfamiliàs repudiat hæreditatẽ, substitutus vulgaris non admittitur, quia pater filij repudiantis vocatur ad hæreditatẽ repudiatã. l. fi. in prin. C. de bo. quę libe. & sic dicitur filius institutus repudiando aliũ, hoc est, patrem fecisse hæredem, iõ substitutus ꝑdictus venire non põt. d. l. si paterfamiliàs. Et ita tenet gl. Bar. & cõmuniter Doc. in d. l. fi. in prin. & Bar. Imo. & Mod. communiter, in d. l. 1. de vul. & pu. & in d. l. cum proponas. C. de hær. inst. cũ conc. de quib. in dictis locis, & sic per rõnẽ, per quã substitutus excluditur ꝑ transmissionẽ. s. quia dicitur hoc modo institutus alium fecisse hæredem, per eãdem ẽt excluditur substitutus a patre instituti, qñ ille hæreditatem repudiauit, ſm Bar. & Doc. in dictis locis, & tñ hoc ultimum limitatur & demum est verũ, nisi de contraria uoluntate testatoris appareat, ſm Bal. & Pau. de Ca. in d. l. fi. & Imo. in l. paterfamiliàs Titium. de hęr. inst. & Soc. in d. l. j. de uul. & pu. in fi. 4. q. prin. pu ta, ſm Bal. quando ꝑsona substituta erat talis, quam uerisimiliter testator uoluit ꝑferri patri instituti, quia erat filius uel descẽdẽs testatoris, arg. l. cum auus. de cõd. & dem. & l. cũ acutissimi. C. de fideic. & idem dicit Bal. quando ex alijs coniecturis apparere põt de mente testatoris fuisse substitutũ pręferri, per ea quæ uult in simili Bal. in d. l. i. in prin. de tacita pupillari quæ matrem non excludit, nisi, ſm eum, de contraria mente testatoris
6 appareat ex coniecturis. Quia ergo ratione † quando agitur de excludendo substitutum per patrem ĩstituti repudiantis cessat exclusio ex coniecturata mente defuncti, codẽ modo per transmissionem non debet excludi substitutus, cum apparere põt ꝙ aliter senserit testator, quia, vt dixi, vtroq. casu allegatur eadem ratio ad exclusionem substituti. Quod cõfirmatur, quia illud, ꝙ sui natura est transmissibile, efficitur non transmissibile ex tacita & coniecturata uoluntate testatoris, secundum Soci. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. colum. 3. uersi. in gloss. fi. per l. in conditionibus. §. j. de condi. & dem. sicut uidemus ecõ uerso, ꝙ illud, quod non est transmissibile, puta fideicommissum conditionale, efficitur transmissibile siue testõr hoc uelit expresse, ſm Bal. in l. i. C. ut actio ab hęr. & contra hære. & in l. si pater. in 4. q. C. de insti. & subst. siue de eius uoluntate possit ex coniecturis apparere, secundum Bal. no. cum quo trãseunt Mod. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & Soc. in d. §. cum ita. in 4. col. ubi ad plenum declarat verba Bal. Qđ autẽ ĩ casu nostro intentio testatoris fuerit, ꝙ Io. Baptista filius suus admitteretẽ ex uulgari in totũ ad partẽ Cæsaris, & ꝙ non excluderetur uirtute transmissionis per sororem eius, iudicio meo, satis manifeste colligitur ex his quæ in testõ continentur. Nã testõr dictos
7 † filios suos masculos uniuersales hǽdes instituit, & filias, quas dotauit in certa quãtitate, ab uniuersali successione exclusit, & sic ex hoc apparet, ꝙ filios ĩ instõne magis dilexit quam filias. Vnde præsumendũ est, ꝙ ẽt in qualibet substõne in compediosa, & consequenter ꝙ ẽt in uulgari eos magis dilexerit, per not: per Bar. in l. fi. ad Trebel. ubi vult quod dicto casu, quo masculi sunt uniuersaliter instituti, & filiæ in certa ꝗtitate, & dicatur si quis eorũ decesserit sine filijs, portio eius deueniat in superuiuentes, ꝙ masculi tãtũ, & non fęminæ dñr substituti, quia quos prædilexit in instõne, præsumitur ẽt in substõne prætulisse. l. j. C. de impub. & ali. subst. & probatur in l. cohæredi. §. qui discretas. de vulg. & pu. & ibi no. oẽs Mod. cũ concor. de quib. ibi per Ale. Pariter ergo, & in casu nostro præsumendum est, ꝙ testõr adueniente casu uulgaris uoluerit, ꝙ do. Ioã. Baptista substitutus præferatur filiæ suæ & sorori do. Cæsaris, sicut etiam Ioan. Baptista prætulit in instõne, quia per uulgarem non minus succeditur testatori, quam per institutionem. insti. de vul. subst. in prin. Et iõ uerisimile non est, ꝙ ex mente testatoris secundus gradus, hoc est uulgaris substõ, per quam uocatur masculus, deficiat, & ꝙ filia succedat. Et idem dicendum est multo magis de alio quolibet hærede, qui potuisset Cęsari ab intestato succedere quia ex uerisimili mente defuncti eius filia uigore transmissionis non excludit Ioan. Baptistam uolentem admitti ex uulgari, multo minus transmissio ad alium hæredẽ ꝙ fecisset deficere substitutionem vulgarem. Ex alio quoque de mente testõris dicitur apparere. Quoniam, vt dictum est, masculos instituit filiabus exclusis, & altero decedente sine filijs masculis superstitem substituit, & eius filios masculos, & si ambo de-

decederent sine filijs masculis substituit proximiores agnatos dicti testatoris de linea, & per lineam masculinam Frassonorum,&c. Ex hac, enim ordinatione defuncti,† quia masculos
8 vocauit,& qui illos tantum in conditione posuit,cõstare dr, ꝙ bona uoluit in agnatione conseruare, ₰m Io. An. in addi. Spec. in rub. de testa. uer. sub hoc titulo generali, &c. ubi ad hoc allegat disputationem quãdã Richa. Malũ. Et istud etiam expresse declarauit testator, dum prohibuit, bona immobilia alienari, nisi in casu captiuitatis, & alicuius magnæ necessitatis, & hoc iõ vt bona,& hæreditas dicti testatoris transeant ad proximiores Frassonorum,&c. Vnde ex quo testator uoluit quòd inter masculos fauore agnationis bona sua conseruarentur, credẽdum est, quòd prohibere uoluerit transmissionem ad quemcunque aliũ, qui non sit de masculis, sicut etiam videmus, ꝙ ubi testõr masculos instituit,& filias proprias exclusit, & instituto decedenti sine filijs substituit agnatos masculos, ꝙ substituti non excluduntur per filias fœminas instituti, tanquam non dicãtur positæ in conditione illa, si decesserit sine filijs, sed tantum masculi hæredis grauati intelliguntur in conditiõe positi, quia ex quo ordinatione testamenti appareat, ꝙ testõr uoluit bona in agnatione cõseruare, p̃sumitur, ꝙ masculos solũ posuerit in cõdõne, ₰m Pa. de Cas. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit,&c.& prout multi alij tenuerunt, quos refert ad plenum,& sequitur Soc. in l. cũ auus. de cond. & dem. col. 44. ver. tertio q̃ro de q̃one valde solẽni,&c. Qua ergo rõne filiæ dicto casu nõ dicũtur positæ ĩ cõdõne, & cõsequẽter nõ sunt tacite ab intestõ vocatæ ad exclusionẽ substituti per fideicommissũ, iux. no ta. in l. Lucius. de hær. inst. quãuis appellatione filiorũ alius soleat uenire. l. si quis ita. in prin. de testa. tu. & l. si ita sit scriptũ. in prin. de leg. 1. ita etiam fauore agnationis cessare dẽt transmissio, ne excludatur Io. Baptista ex vulgari. Et quamuis ea cessan-
9 te posset ex fideicommissaria admitti, tamen per illã† admitteretur cũ diminutione ltiæ Cæsaris,& Trebellianicæ, & ex uulgari in totum,& sic etiam sine detractiõe ltię, quia per illã nõ grauatur. l. si posthumo. §. ꝙ vulgò. & ibi per Bar. de lib. & post. & sic per illam intentio testatoris plenius adimpletur & cõseruatur. Et prædicta ad hoc ẽt efficacius cõfirmantur. Nam testõr, vt dictum est, bona immobilia alienari prohibuit, nisi in casu capti
10 uitatis,& magnæ necessitatis,† & hoc ut bona transeant ad ꝓximiores Frassonos per lineam masculinam,& pro cõseruatione affinitatis Frassonorum,&c. Per talẽ ergo prohibitionẽ alienationis dicitur prohibita translatio,& successio ab intestato, per quam bona possent exire extra masculos dictorum Frassonorum, quamuis aliàs prohibita alienatione extra familiã nõ dicatur extra eã prohibita hæredis instõ. l. peto. §. fratre. de le. 2. & ibi per Bar. & per eũ in l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. obl. nõ aũt successio ab intestõ. l. cũ pater. §. cũ inter. de le. 2. & per Bar. in dictis locis, nihilo minus in casu nostro est secus, quia testator solum permisit alienationem in casu captiuitatis, & magnæ necessitatis. Permittendo ergo alienationẽ in casu magnæ necessitatis, videtur alienationem quamlibet, ẽt necessariã prohibuisse, quia ꝙ de vno ꝑmittitur, de alio prohibetur. l. cũ prætor. de iud. l. tribunus. §. fi. & ibi per Dy. & Bal. de test. mil. Ergo successio ab intestõ dicitur prohibita, quę dr alienõ necessaria, quia causatur a morte, quæ nõ põt euitari, ₰m Im. in d. §. ea lege. Et ita in proposito nostro declarat ẽt Soc. in cõs. 25 1. in 2. dub o. Et iõ cũ non sit facta ex illa magna necessitate, de qua testator sensit, dicitur contineri sub prædicta prohibitiõe,& tãto magis attenta eã prohibitionis expressa, quæ isto casu locum hẽt,& quæ ampliat prohibitionem, ₰m Bar. in l. cũ pater. §. fun
11 dum. de le. 2.† Nec etiam vulgaris substõ cessare potest, quãuis tutor testamentarius aliquem actũ fecerit, qui citra ius,& nõmẽ hæredis fieri non potest, quia licet possit expresse, & tacite solus tutor pro infante adire, ut no. Bart. in l. gerit. pen. col. de acq. her. si tamen non fecit inuentarium,& administratio nõ sit ei concessa per decretum iudicis, non potuit tutor administrare,& per consequens nec adire. l. fi. C. arbi. tut. & not. Bart. in l. legitimos. in prin. de leg. tut. Si ergo successit Ioan. Bapt. in portione Cæsaris ex uulgari substitutione, licet illa ueniat in restitutione fideicommissi relicti a dicto Io. Baptista. & Doc. in leg. Marcellus. §. quidam liberis. de vulga. & pupi. nihilo minus de ea sicut de alia parte, in qua fuit institutus Ioan. Baptista, potuit per eum detrahi Trebellianica, quia in totum fuit hæres patris directo,& non per fideicommissum, & consequenter in eo quod retineri potuit de parte Cęsaris pro Trebellianica, vsusfructus spectat ad dñam Iannam ex testamento Cæsaris, quia de ea potuit disponere. Nec ob. transactio, q̃a hoc, de quo agitur. s. vtrum ex parte Cęsaris potuerit Io. Baptista Trebellianicam detrahere, pendet ex testamento Iacobi patris sui, de quod d. Ioanna non præsumitur habuisse scientiã. l. quoniã sororem. C. de iure deli. & ibi no. Bal. & l. verius. C. de
12 proba.† Iõ non valet quantum ad hoc transactio facta non inspectis nec cognitis verbis dicti testamenti. l. de his. ff. de transac. & l. 1. in prin. de his quæ in testa. del. Nec obst. iuramentum, quia ex quo non ualet contractus rõne deficientis consensus, ut in dictis iuribus, iuramentum nihil operatur. l. fi. C. de non nu. pec. c. quemadmodum. & c. pe. de iureiur. & no. Bar. & do. in l. pen. §. quæsitũm. si quis cau. & Doct. in l. 1. C. de commo. & in c. j. eo. ti. Nam licet dictis legib. cum iuramento possit renunciari, ₰m Imo. in c. cum contingat. pe. char. de iureiu. & Cuma. in l. si quis pro eo. in prin. de fideius. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obl. super 5. q. Bar. & in consi. 11 2. vol. tñ per iuramentum dictę legi non fuit renunciatũ spãliter uel ge-
13 neraliter.† Et vbi etiam illi renunciatum fuisset, põt tamen peti,& dẽt concedi absolutio a iuramento, ut colligitur ex no. per Bar. in d. l. si quis pro eo. in 4. membro, & prout in spẽ vult Al. in d. §. duo fratres. & tanto magis quia d. Ioanna fuit etiam decepta in hoc authoritate sententiæ. Et licet eã uideatur approbasse cum iuramento, adhuc tamen istud non obst. per prædicta, quia quo ad istud, quod sibi competit ex testamento d. Iacobi, illo non uiso & non cognito sibi non nocet dicta approbatio, per iura præal. uel saltem est absolutio a iuramento concedenda, quo remisso non ualet remissio facta a minore sine iudicis decreto. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. Nec etiam dicta
14 sententia præiudicat, quia ex † quo actum fuit inter partes eligentes iudicem, ꝙ ille iudicaret de iure, sententia in hac parte lata contra ius litigatoris est ipso iure nulla, tanquam non fuerit seruata forma mandati, secundum Bar. in l. diem proferre. §. stari. de arbi. cum quo transit Imo. in c. ex insinuatione. de rescrip. Et quamuis d. Ant. ibi, & in c. Quintauallis. in ult. colu. teneat contrarium,& quidam alii, tamen in arbitratore fatentur opi. Bar. esse ueram,& prout etiam declarat Fel. in c. cum cãm. de re iud. & prout in casu nostro fuit facta commissio tanquã in arbitratorẽ. quod patet, quia sine aliquo processu & aliqua petitione pronunciauit, per ea quę habentur in d. c. Quintauallis. & in l. si societatem. §. arbitrorum. pro soc. & per Bal. & Ange. in l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. cum concor. de quib. ibi plene per Ale. Et rõ diuersitatis inter arbitrium,& arbitratorẽ est, secundum prædictos, quia arbiter tenetur de iure procedere. l. j. de arbi. ideo si compromittatur cum hoc, quod arbiter de iure pronunciet, expressio talis facta per eum modum, per quem inest, nihil operatur. l. 3. de leg. j. sed arbitrator potest secundum naturalem æquitatem arbitrari, ideo dicta expressio
15 in eo dicitur facta aliter quam insit,& sic operaretur. †Quia ergo pronunciatio in hac parte fuit nulla, non potest cõmitti pœna promissa, si reclametur,& de nullitate dicatur, ut probatur in l. si patronum. §. patronus. de bo. quæ li. quæ dicit, quod ubi non tenet principale, quod etiam non ualet promissio pœnæ. Et ubi etiam partes promisissent etiam non dicere de nullitate,
16 adhuc tamen isto casu idem,† quia non intelligitur tunc reiecta nullitas, quæ surgit ex defectu potestatis arbitri uel arbitratoris, secundum Ang. & Alex. in l. non erit. §. dato. de iureiu. qui uult, quod si ex forma statuti nõ posset dici de nullitate laudi, quod non intelligitur reiecta d. nullitas, quæ surgit ex impotentia laudandi, p gl. in cle. j. de sequest. poss. & fruc. quæ uult, ꝙ non intelligatur reiecta nullitas, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis. Et idem bene probatur ex no. per Bar. in l. prætor. ait. qui satisd. cog. ubi etiam Ale. allegat dictam glo. Et propterea etiam si cum iuramento esset facta dicta promissio, tamen de tali nullitate non intelligeretur, quia iuramentum intelligitur,& limitatur secundum naturam actus, super quo interponitur. d. l. fi. C. de non nu. pe. & non auget consensum, secundũ Bar. in l. si quis pro eo. uersus fi. de fideius. Vbi uero pronunciatio fuisset nulla ex alio capite, puta solennitatis, tunc promissio de non allegando nullitatem, maxime iurata, posset operari, ut per plura probat Ale. in cons. 3 2. 1. vol. qui isto casu loquitur.

tur. Circa secundum, de quo quæritur, uidelicet an ad Ioannã
pertineat aliquid de possessione, quæ fuit Iacobæ eius filiæ reli
cta per patrem, & quæ dicitur mortua in pupillari ætate. Et vi-
debatur, ꝙ non, ex quo uoluit dictus testator, post mortem fi-
liæ dictam possessionẽ integre peruenire ad Frassonum. & sic
propter illud verbum, ĩtegrè, testõr voluit, ꝙ nihil retineri pos
sit. l. fi. C. ad leg. Fal. & per no. p glo. in l. si decem. de fidei. lib. &
per Doc. Moder. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & li-
cet in legitima filia non potuerit grauari, tamẽ eius hæres in ea
grauari potuit, ex quo decessit in pupillari ætate, quia cum po-
tuerit ille hæres ab intestato, puta mater excludi ẽt a legitima
per testatorẽ mediãte substõne pupillari, dicitur mater dictam
possessionem habere a testatore, ideo in tota dicta possessione
potuit grauari, ut probatur in l. si fundum per fideicõmissum.
17 §. fi. de leg. 1. Et † in dubio uidetur potius iniunctũ matri hære
di ab intestato, quam dictæ filiæ, ut no. Bar. in l. duos. de vul. &
pup. & Doc. in l. cohæredi. §. cum filiæ. & in l. j. §. fi. eod. tit. ubi
plene per Alex. Sed istis non ob. aliter videtur esse dicẽdum. Et
quia plenè reperio allegatum, ꝙ legitima matri debita in bonis
filiæ nõ veniat in restitutione, circa hoc addã vnum tm̃. Nã li-
cet in dubio videatur potius grauatus hæres filij pupilli, quam
ipse pupillus, per ea quæ dicta sunt, hoc tamen in matre non vr̃
uerum, quia quando uerba sunt dubia apta referri non minus
ad filium, quã ad eius hæredẽ, ꝙ hæres dicatur in dubio graua
tus, istud est per legis interpretationem, & ex tacita mente de-
functi, quæ interpretatio ex præsumpta cõiectura nõ dẽt locũ
habere cõtra matrẽ, qñ p hoc non excluderet̃ in totũ a luctuo
sa hæreditate filię, sicut dicimus, ꝙ tacita pupillaris nõ admittit̃
contra matrem, quia uerisimile nõ est, ꝙ testator uoluerit exclu
dere matrem a luctuosa hæreditate filij. l. precib. C. de impub.
& l. fi. C. de insti. & subst. quæ ratio habet locum ĩ casu nostro.
Immo fortius, & multo magis idem est dicendum in casu isto,
quia si cessat fauore matris uenientis ab intestato tacita pupil-
laris, per quã pupillo succeditur ex testõ. insti. de pup. subst. &
que subintelligitur in uulgari fauore filij, & quæ causa testati
est fauorabilior quã causa intestati. l. 1. §. si ex fundo, de hær. in
stit. multo magis dẽt fieri interpretatio in casu nostro p mr̃e, ĩ
quo non agitur de pupillari impedienda, quæ est fauorabilis,
sed de diminutione fideicommissi, quod continet onus. d. §. cũ
filiæ. & ubi allegetur, quòd mater ex forma statuti excluditur
a successione filiæ ab intestato, hoc erit probandum, quia cum
statuta sint facti. c. 1. de consti. in 6. non præsumitur extare. l. in
18 bello. §. factæ. de capti. Præterea est aduertendum, quia † p uer
ba quantumcunque generalia & prægnantia statuti, nõ intel-
ligitur mater a legitima excludi. l. si quando. §. & generaliter. &
ibi per Bal. & omnes. C. de inoff. test. & not. Gul. in l. de his. de
transac. ubi dicunt idem de renunciatione generali, ut, scilicet,
legitima non comprehendatur, nisi de illa sit facta mẽtio spã-
lis. Et quia mater per statutũ nõ excluditur a successione inte-
stati simplieiter, sed solum a bonis paternis peruẽtis ad filiã, &
sic a certis bonis, & nõ ab hæreditate, quæ alia bona põt cõtine
re, iõ nõ põt dici priuata legitima p p hoc. Et sic isto casu cessat
illa ardua qõ, utrum statutum excludens matrẽ vel filiã ab inte
stato, dicatur legitimã auferre, de qua per Alex. in l. Gallus. §. &
quid si tantũ. de lib. & posthu. quia isto casu cessat rõ, quæ alle-
gatur in illo dubio, ex quo, vt dixi, mater nõ excluditur ab inte
19 stato. Sed dato ẽt † ꝙ mater ltĩam suã retinere nõ posset, tamẽ
dico, ꝙ dẽt habere mortua ẽt filia dimidiã usus fructus in dicta
possessione, nam si ab ea in dubio intelligitur Frassono relicta
possessio post mortem filiæ, cum sibi relictus sit per maritum
vsusfructus oĩum bonorum, dẽt ẽt in dicta possessiõe ab ea re-
licta post mortem filiæ habere dimidiam usus fructus, & quãtũ
ad usumfructum cum legatario concurrere, ut in terminis de-
cidit Bar. in l. Sempronio. de usufr. le. in prin. per illum tex. ubi
dicit no. quia quotidie contingit, ꝙ testator legat prędia aliqui
bus, & uxori usumfructum omnium bonorũ, nã in usufructu
concurrunt oẽs, & cum eo ẽt transit Ale. in cõs. 54. aliàs 56. in
ci. perlectis uerbis, &c. in 3. uol. & Pa. de Ca. in cons. 240. incip.
Prædicti Vannutius. Et quamuis Bal. & Sal. in l. quoties. C. fam.
erc. videantur in hoc aliter dicere, tamẽ ab opi. Bar. de quo prę
dicti mentionem non faciunt, non est recedendum. Ex cuius di
ctis in d. l. Sempronio, colligitur etiam responsio ad rationem
prædictorum. Et ita in præmissis concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testator si filios & filiorum filios instituit, filiorum filij ordine successiuo censentur uocati, & in casu necessitatis, secundum cõsilium Galli, & nu. 13.*

2 *Substitutio facta de filijs filiorum quando censeatur esse uulgaris & dicatur expirasse.*

3 *Intellectus. §. quidam recte, l. Gallus. ff. de lib. & posth.*

4 *Verbum directum, instituit, nõ obliquatur, & fideicõmissariam non comprehendit, sed tantum uulgarem, etiam si testator ordinem charitatis tantum respexisset.*

Idem in uerbo, substituo, facta substitutione sine uerbis significãtibus tractum temporis.

5 *Substitutio in dubio debet potius, iudicari directa quam obliqua.*

25 ratus uoluisset & in sęculo remansisset.† Quoniam attenta generali consuetudine & natura, quilibet uerisimiliter potest generale & filios suscipere.le. si quis posthumos.in princ.iuncta glo. in uerbo, consuetudo.de lib.& posthu.& notat Barto. & per Doc.Mod.in l.1.solu.mat.in illa quæstione, utrum mulier sterilis habeat priuilegia in dote. Et idem multo magis est de alia conditione, si nuptias uel matrimonium contraxerit, quæ facillimè impleri potest.d.l.cum sub hac.de cond.& dem. Si ergo grauatus decesserit sine filiis, uel honoratus si habuerit filios uel si matrimonium contraxerit, ingrediendo monasterium teneretur ad onus iniunctum tanquã adimpleta conditione, sub fuit grauatus, uel legatum perderet ueluti conditione defecta, a uita contemplatiua de facili retraheretur, cum in sęculo remanens uerisimiliter sperare posset de liberis suscipiẽdis, & de matrimonio contrahendo, ideo in d.casibus per ingressum religionis non excluditur, nec grauatur. Et idem est per omnia in casu Bar.in d.l.2.de his, quæ pœnæ no.& Doc.in locis in contrarium allegatis. Sed in casu nostro filia ad fideicommissum fuit uocata, si filius institutus decederet sine filiis, & si religionem non ingrederetur, quo casu si filia præmortuo filio sine filijs, & sic purificata prima conditione ingressa fuisset monasterium, & ſm prædictam opinionem fideicommissum non perderet, quia a uita contẽplatiua retraheretur, sed prima conditione adhuc pẽdente alia conditio, s.si religionem nõ ingrederetur, reijci nõ dẽt, quia per illã isto casu vita cõtemplatiua non remouetur, quia ex quo remanendo in sęculo alia cõditio, sub qua ad fideicommissum uocatur, s. si filius decesserit sine filijs, non euenit uerisimiliter implẽda, sed deficiẽda potius. Q̃m attẽta gñali consuetudine, & natura gñandi, ꝑsumendum est, ꝙ grauatus debeat filios suscipere, & substitutũ excludere, iõ uerisimiliter filia nõ retraheretur a religione, quãuis ex illius ingressu excludatur, quia ẽt remanẽdo in sæculo uerisimiliter excludi dẽat ex defectu alterius cõdõnis, ac ẽt tanto minus existẽs in sæculo debebat sperare admitti posse ad fideicõmissum, quia ẽt ipsa ꝑmori poterat, & excludi.l.hæres meus.in prin. de cond.& demõ.&

26 † quia expectare, ꝙ ꝑmoreretur frater adhuc iuuenis, erat turpe & triste, & nõ considerabile, ut declarat Bar.in l.Mutianæ, de cõd.& dem.qui idẽ dicit de morte cuiuslibet domestici. Nec ꝑdictis contradicit.d.§.sed hoc præsenti.dũ loquitur de illa conditione, si decesserit sine filiis, quia loquitur, quãdo ipsemet grauatus ingressus est monasteriũ, quo casu iõ fauore religionis tollitur, & reijcitur, quia cum uerisimiliter remanẽdo in sæculo fuisset filios habiturus, a religione remoueretur, si ꝑ ingressum illius cõditio purificaretur. sed nos loquimur, quãdo honoratus sub dicta cõditione, si grauatus decesserit sine filiis, ingreditur monasterium, quæ quo ad eũ probabiliter poterat, & debebat deficere, si in sæculo perseuerasset, propterea illa pẽdẽte altera cõditio, si monasterium ingredietur, nõ reijcitur, imo ꝑ ingressum, & sic illa deficiente tũc excluditur, quia eo casu a uita contẽplatiua nõ remouetur, ut ex prædictis clarè colligitur. Et ad prædictorũ confirmationẽ adduco, quod notãter uoluit Bar.post Old.in l.Iulianus uerum debitorẽ circa fi.de cond.in

27 deb.ubi concludit, ꝙ quandoque † ꝑsens status rei tendit ad exclusionem, sed est dubium, an illa sit perpetua exclusio, & tunc habet uim perpetuæ exclusionis.l.sufficit.eo.ti.quandoque præsens status rei non tendit ad exclusionem, sed est dubium, utrũ in futurum indicatur exclusio, & tunc non habet uim exclusionis perpetuæ.l.sub conditione.de assig.lib.l.ubi autem.§.Marcellus.de in diem addict. Ex hoc infert ad quæstionem, & idem etiam tenet Bal.in l.illud. in fi.C.de sacrosan.eccle. ubi conclúdit ex hoc, ꝙ si ex forma statuti testamẽtum annulletur, si ultra mensem non fuerit insinuatum, ꝙ interim poterit hæreditas adiri, quãuis possibile fit, ꝙ interim annulletur, quia ꝑsens status non tendit ad annullandum. In proposito igitur, quia pendente conditione, de qua in d.§. sed hoc pñti.præsens status tẽdit, ꝙ honoratus, uel grauatus liberos suscipiat aut matrimonium contrahat per ea quæ supra dicta sunt ideo non habetur ꝑ excluso, & sic a religione diceretur retrahi, ubi per ingressũ religionis grauaretur, aut relicto priuaretur. Sed in casu nostro pendente prima conditione præsens status tendit ad exclusionẽ honorati uerisimiliter, ut est ẽt superius ꝓbatũ, ꝑpea habetur ꝓ exclusione perpetua, & ideo licet interim profitendo religionẽ excludatur a professione, tñ non reuocatur, ex quo ẽt uerisimiliter & iuris ꝑsumptione exclusus fuisset, si in sęculo ꝑmãsisset. Merito igitur venit concludẽdũ, ꝙ non obstat contraria opi.ꝙ d.§. sed hoc pñti.non faciat ad propositum, qui locũ non hẽt, quotiescunq; termini illius mutantur, & uariatur, ſm Io.And.& alios, in d.c.pñtia, & Pau.de Castr. in d. authen. ni-

si rogati.dum uolunt,ꝙ non procedat,si quis donet sub cōdōne,si donans decesserit sine filijs,& religionem profiteatur.Loquitur ergo ille textus primo,quādo quis pure uocatur,& sub condōne illa,si sine filiis decesserit,grauetur,& alio casu quando uocatur honoratus sub condōne cohærente personæ honorati,sicut est illa conditio,si filios susceperit,uel si matrimonium cōtraxerit,q̄ per ingressum religionis deficit. Sed in casu nostro filia primo uocatur sub condōne,si filius grauatus sine filijs decesserit,& sub alia si non ingrediatur monasterium,& sic non uocatur pure,nec sub vna tm̄ condōne,q̄ eius personæ cohæreat,sed sub duplici,ut dixi.Quāuis igitur priuetur,si monasterium ingrediatur,tenet priuatio,si dicta condōne pendente,sub qua vocatur,religionem profiteatur,quia isto casu nō loquitur.d.§.sed hoc præsēti.nec a uita contēplatiua remouetur,ut dixi,quamuis aliud dici posset,si monasterium ingrederetur purificata condōne,sub qua uocatur,i.post mortem filii decedētis sine filiis,qa tunc reperiretur uocari pure,& per ingressū priuari,quo casu loq. uidetur ille textus in primo casu,ut dixi. Quia igitur termini uarii sunt & diuersi,dēt cessare dispositio illius textus,ut etiam expresse ꝓbatur in d.l.Deo.nobis.in prin.ubi in casu illo,q differt a prædictis,locum hēt dispō,& tamen qs a uita cōtemplatiua retrahitur. Et sic ꝓbat ille textus,quod §.sed hoc pñti.non extenditur tanquā exorbitans ad alium casum ēt ex identitate rōnis.Multo ergo minus dēt extendi ad casum nostrum,in quo,vt dixi,est diuersa rō. Et prædictam considerationem,quam rōnabilem arbitror,vnico uerbo sensit etiā Alex.quamuis prædicta non alleget,in consi.98. Visa parte testī,&c.4.vol.vlt.vers.accedit etiam,& ibi,præsertim,&c.Nā pater grauauerat filium,si efficeretur clericus,& si decederet sine filijs,quo casu videbatur grauamen non ualere quasi impositum in pœnam clericatus & tanquam retrahens a clericatu.§.sed hoc pñti.iuncta d.l.quoties.de cond.& dem.tñ Ale.concludit,ꝙ ualet.& post multas rōnes ad d.§.subdit formaliter. Accedit ēt,quia non est uerisimile,ꝙ timore dicti oneris quia retrahatur a tanta dignitate,qualis est præsbyteratus, ut in simili casu dicit Io.de Imo.in l.Lucius.de hær.inst. & præsertim quia tenendo,ꝙ talis condō sit apposita ꝑ ꝑ liberos, non est certus euitare dictum onus,licet renuat esse præsbyter, cum etiam extra sacerdotium posit decedere sine filijs,vt accidit ei.Et quib. uerbis manifeste colligitur ꝙ dicta condō non reijciatur, nec dicatur turpis,quando ex alijs uerisimiliter potest apparere,ꝙ per illam non reuocatur a religione. Nec etiam prædictis hēt

28 obstare,† ꝙ fideicōmissarius uiuente grauato,& pendente cōdōne hēat spem approbatam ad rem fideicommisso subiectam, vt declarat Bar.in l.is potest.de acq.hær.& sic ꝙ immo dēat filia uerisimiliter credere,ꝙ admissa fuisset ad fideicommissum, si in sęculo perseuerasset.Quoniam dicta spes non cātur,nec a lege approbatur,quia sit uerisimile, ꝙ grauatus præmori dēat sine filijs,vt probatur aperte in d.l.sufficit,& clarè ex prædictis sed oritur & inducitur a possibilitate tantum,quia.n.possibile est,ꝙ casus fideicommissi eueniat,licet non si uerisimile, propterea ex hoc solum dicta spes dubia tamen & incerta oritur, arg.l.continuus.§.illud.& ibi Doc.de uerb.obl. & per gl.in l.2. §.ex his,in uerbo,sed non facit.eo.ti.sed utrum quis retrahi debeat a religione,non attēditur,quod est possibile tantum, sed quod est ēt uerisimile.Ex quo enim nō erat certa ista filia,nec poterat uerisimiliter sperare,ꝙ remanendo in sęculo consequi deberet fideicommissum, credendum nō est,ꝙ propter dubiū euentum & incertum debuerit bonum religionis certissimum & inæstimabile postponere. Quæ ratio naturalis & uera debet in aurib.cuiuslibet sonare.Item d.§. sed hoc præsenti.non pōt locum habere propter testamentum Susannæ,per quod hæres grauatus fuit liberatus antequam dies fideicommissi cederet, ut in sequenti dubio statim demonstrabitur. Quarto superest

29 uidere† vtrum saltem uirtute testamenti do.Susannæ monasterium excludatur.Et videtur prima facie dcm̄,ꝙ non.Et primo ꝙ tale testamētum ea uiuēte non sortitur effectum, sed demū post mortem naturalem.Et ex hoc resultat effectus, ꝙ si hæres institutus interim moriatur, sicut in casu nostro contigit, ꝙ bona remanent apud monasterium,& ubi etiam uiueret hæres tñ interim bona dicūtur esse apud monasteriū,ut cōcludit Bar. & alii cōiter,in auth.si qua mulier.C.de sacros.ecc.& Doc.in c. in præsentia.de prob.in l.1.de test.cum conc. de quib. in dictis locis.Et quamuis Imo.in d.l.1.dicat, ꝙ statim sortitur effectū, si testōr hoc uoluisse appareat expsā,uel tacitè,tamen sua opi. prædictis ex duob.non uidetur obstare. Et primo,quia in casu nostro hoc nō dixit expresse,nec ēt colligitur tacitè, quia licet dixerit,ꝙ uolebat post professionē bona sua esse inordinata,tamen ex hoc nō infertur, quin possit mors naturalis expectari, quia post testm̄ testōre ēt adhuc uiuente dicitur de bonis ordinasse.d.l.1.de test. Similiter dicta uoluntas nō colligitur ex eo, ꝙ grauauerit hæredē, ut sibi testatrici uiuenti aliquid pstaretur,quia ex eo,ꝙ quis sit grauatus,nō tñ dr̄ honoratus.l.ab eo. C.de fidei.& declarāt Doc.magis cōiter,in l.Cēturio. de vul.& pup.in illa qōne quādo fideicōmissum est iniūctū filiis filiorū. Scd̄o,quia opi.Imo.nō uidetur uera, quia testm̄ nō sortitur effectū,nisi post mortē. d.l.j. & quamuis monachus habeatur ꝓ mortuo.l.Deo nobis. C.de epi.& cler.tamē quādo monasteriū est capax bonorū,illa mors nō hēt ꝓ oīa effectū mortis naturalis,quia monachus utitur bonis in cōi,ſm Bar.& Doc.in dictis locis,iō in ea nō uerificatur text. in d.l.j.qui de morte loquitur, ſm Bar.& alios ibi,& in l.ex ea parte.§.insulā,ubi ꝑ oēs,de uer. obl.Nec pt testōr ꝯriū uelle,quia sicut existēs ī sęculo nō posset uiuēs hr̄e hæredē.l.qui superstitis.de acq.hæ. ita nō dēt hoc posse facere,si est in monasterio, cū uiuat uerè, nec fingatur mortuus quo ad effectus, qui ex uera morte oriuntur. Scd̄o facit, quia licet testm̄ statim facta professione hēret effectū, nō uidetur tñ,ꝙ tollatur fideicōmissū relictū d.Susannæ.Et est cōsiderandū,ꝙ hæres grauatus fideicōmisso fuit institutus a fideicommissaria,& sic nō cadit hic dubitatio,utrū spes fideicōmissi condōnalis sit in hæredem translata,q̄ posset procedere,ubi aliū instituisset,iux.no.in l.seruum filij.in princ.de leg.j.quia isto casu sicut actio competens nō posset in hunc hęredē institutū transferri contra seipsum,quia sibi obligatus esse nō pōt.l. Vranius. de fideiuss.l.debitori. C. de pact. ita nec spes futuræ actionis debet posse in eum transferri contra seipsum. Est ergo uidendū, nunquid sit hæres a fideicōmissaria institutus liberatus confusione, uel quia successio habeat uim solutionis. Et videtur, ꝙ

30 non,quia † pendente conditione spes actionis solutione uera, vel ficta non tollitur, sed purificata conditione cōmittitur obligatio,& statim succedit liberatio.l.si Stichum.§.j.de nou.l.sub conditione,de sol.Non potuit ergo successione tolli,uel extingui fideicommissum conditione pendente, qua successione nō obstante purificata conditione per mortem hæredis grauati cessit dies d.fideicommissi,ut in dictis iuribus,nec isto casu potest liberatio contingere,ex quo cedit ad commodum monasterij, & ei immediate defertur, ut magis communiter concluditur,in d.c.in præsentia.& per repetentes,in l.j.de vulg. & pup. & ideo ad illius exclusionē, & ad lucrum hæredis successio non habet uim solutionis.l.hæres a debitore. §.fi.de fideius.& ibi Barto.& per eum,in l.si is qui pro emptore.in fi.6.q.in princ.de usucap. & in l.si socer.in princ.solu.mat. & probatur ex notatis, ꝑ Pau de Cast.in l.cum nō solum.in prin.C.de bo. quæ liber.ubi concludit, ꝙ si filius uiuente patre renūciauit successioni maternæ cum iuramēto,& cōtingat patre adhuc uiuēte,ꝙ mater moriatur,nihilo minus poterit pater adire hæreditatem illius, nō obstante filij renunciatione iurata, quia renunciatio filij hēt in se conditionem si hæreditas matris deferretur,& sic nō impedit illationem,d.l.si Stichum.& d.l.sub cōdōne. Mortua igitur mre hæreditas defertur. Et quamuis filius excludatur ui renunciationis,nō tñ patri pōt nocere,sicut non noceret,si tūc tpis matris hæreditatem repudiaret,ut ibi in tex.Sic ergo successio nō impedit,quominus fideicommissum deferatur monasterio purificata cōdōne,ideo præcedens successio non debet illi nocere.Sed tamen præmissis non obstantibus contrarium puto di

31 cendum.Et in primis præmitto,† ꝙ d.Susanna potuit facere, ꝙ testm̄ suum statim hēret effectū,ſm Io.de Im.in d.l.j §.pillud in aut.de mona.& in hoc nō reperio,ꝙ hēat cōtradictorē, nec Doctores superius allegati in hoc casu aliquo pacto cōtra dñt.Nec ob.ꝙ uiuens ēt si uelit, non possit hæredē habere d. l.qui supstitis,quia est uerū in eo, q nullo modo fingitur mortuus,sed in monacho,qui mortuus fingitur,secus,quia q̄uis ēt ista mors ciuilis non hēat ꝑ oīa effectū mortis naturalis,ut est dictū quātū ad effectum disponēdi de bonis suis,facere potest lege pmittente, ꝙ hēat dicto casu effectum mortis naturalis, per omnia.d.§.illud.ubi libera facultas & licentia conceditur

mo-

monaco disponendi de dictis bonis. ꝙ etiam cōiter intelligitur per modum vltimæ uoluntatis, vt habetur in locis allegatis in contrariū, ad quę ex his clara patet rñsio. Sicut ēt pmitto, ꝙ d. Susanna voluit, ꝙ statim & non expectata morte naturali testm̄ suum sortiretur effectum, ꝙ clare colligitur ex eo, ꝙ hæredem grauauit, vt sibi præstaret annuam quātitatē, dū uiueret relictā sibi a matre, qđ grauamē videtur iniunctū contēplatione monasterij ī dubio, quia relictum factū monaco videtur factū intuitu monasterij, cū nihil possit habere, ſm Bar. in l. ciuib. in fi. de reb. dub. & per Doc. in c. 1. de test. super glo. pe. & Bald. in auth. licētiam. C. de epis. & cle. ibi, idem dñt ēt si monacus esset eps vel cardinalis. Ex quo ergo voluit, ꝙ illa annua pſtatio solū
32 pstaretur monasterio ipsa d. Susanna viuēte,† per hoc comprehēditur necessariò, ꝙ aliud interim noluit esse apud monasterium, vt est casus in l. deniq;. §. interdum. de pe. le. Nam testór seruo libertatem legauit, si centum ex peculio daret hæredi, & ibi dicitur, ꝙ peculium ex hoc dicitur seruo legasse. Et est rō, secundum Ale. conf. 24. 3. vol. quia ex quo fuit grauatus partem peculij dare hęredi, videtur uoluisse, ꝙ reliquum esset apud hæredem, ita in casu nostro cum viuente monaco debeat hæreditas esse apud monasterium, si grauatur hæres aliquid hæreditarium præstare monasterio, videtur uelle, ꝙ reliquum interim sit apud hæredem. Et isto casu non hēt locum. d. l. ab eo. in contrarium allegata, s. qñ quis grauatur dare aliquid hæredi, uel alteri, apud quē dēt totum esse, sicut est monasterium. Qm̄, ut dixi, si ille, qui de iure dēt totum consequi, uocatur p testatorem ad partē, ex hoc pcipitur clarè, ꝙ reliquum non uult illū habere, sed remanere apud grauatum. sed dicta lex locum hēt, qñ ille, qui non est honoratus, grauatur dare alteri, ad quem de iure non dēbat peruenire res, in qua quis grauatur, ſm Ale. in d. cōsi. Idem ēt probatur in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. vbi si duob. sit relicta res æqualiter, & ultimo morienti facta sit substō ī tota re, videtūr moriēs postremo alteri substitutus, & hoc quia fuit honoratus. Et quamuis non esset honoratus expresse in totum, tñ ad aliam partem pp onus iniunctum cēsetur vocatus. Nec ēt isto casu locum hēt. d. l. cum ab eo. sed eo casu, quo grauatus in aliquo non sit honoratus, ſm Bal. ibi. sic in casu nostro, cum hæres sit institutus, & saltem uocatus post mortem naturalem testatoris, & sic honoratus saltē reperiatur post tēpus, si statim grauatur, intelligitur statim honoratus, arguendo de re ad tps. l. miles ita. de tes. mil. Et ex his infertur, ꝙ facta professione statim fuit dissoluta spes fideicōmissi uniuersalis, qm̄ ex quo voluit, ꝙ testm̄ statim sortiretur effectum, ac si mortua eēt naturaliter, non minus dicta spes fuit sublata, quam si tunc mortua esset. quo casu sine dubio illud ad alium non transmisisset. l. hæres meus. in prin. de cond. & dem. & notatur in l. j. C. de his qui ante apertas tab. & in l. cum filio. per Doc. de le. 1. Et sic ad allegata in contrarium patet rñsio, quoniam falsum est, ꝙ p mortem grauati cedat dies fideicommissi, quia ex quo grauat⁹ per fideicommissum facta professione statim fuit hæres cum effectu ipsius fideicommissarij, dissoluta & extincta fuit dicta spes, & non minus quam si fideicommissarius fuisset præmortuus. Ex prædictis quoq. infertur, ꝙ quamuis d. Susannæ competeret ius agendi ad supplementum cōgruę dotis, per ea quæ superius dicta sunt in secūdo dubio, ꝙ dictum ius, quod de pñti competebat successione hæredis grauati fuit confusum. d. le. hæres a debitore. §. fi. & d. l. debitori. & consequēter, ꝙ ad d. Hippolytam substitutam spectat integra hæreditas patris, vt ex præmissis colligitur. Quib. etiam non obst. quod in fideicommissis condōnalib. attendatur tps fideicommissi cedentis, & sic tempus purificatæ condōnis, & consequēter, quod deāt fideicōmissum q̄ri monasterio, in cuius erat ptāte tpe quo condō fuit impleta. l. si usufructus. in fi. quan. di. le. ced. quia hoc procedit, ubi ante conditionis euentum hæres grauatus non successisset fideicommissario condōnali, sicut in casu nostro, quia tunc hæres liberatus successione, nec potest amplius dies fideicommissi cedere. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vniuersalis si decedit ante diem fideicommissi apud hæredem eius remanet tale onus. & nu. 14. & 15.*
Substitutio facta post mortem dicitur compendiosa, nisi ex sequentibus appareat vulgaris, & nu. 10.
2 *Verbum, substituo, iunctum verbo, instituo, fideicommissariam substitutionem inducit, licet alias in dubio directam, ne sit superfluum.*
3 *Substitutio facta per verbum, instituo, post aditam hæreditatem trahitur ad fideicommissariam.*
4 *Aditione hæreditatis absq; beneficio inuētarij confunditur actio, nec adiens aduersus fideicommissarium deducit sibi debitum.*
5 *Verbum, liberi, collectiuum denotat eos ordine successiuo admittendos.*
6 *Substitutio, quæ habuit effectum in primo, cessat in secundo, etiā quod essent ordine successiuo vocati, non apposita in substitutione aliqua dictione tractum temporis denotante.*
7 *Qualitas masculinitatis expressa circa personam filiorum, censetur repetita in persona liberorum in eadem oratione positorum, siue in medio, siue in fine, si omnibus vniformiter conuenire potest ad exclusionem fœminarum.*
8 *Masculi tantum censentur vocati ad conseruandum agnationem, quando testator filias magis dilectas ab institutione, & substitutione exclusit.*
9 *Masculi filij si in vna parte testamenti sunt nominati, creditur idem etiam in alia parte repetitum, quando de liberis simpliciter dixit.*
10 *Substitutio dicitur tantum vulgaris, quando testator substituit post institutum, vel eo sibi præmoriente, uel sibi hærede non existente.*
11 *Dictio, vel, posita inter genus & speciem quando exponatur pro id est.*
12 *Vulgaris substitutio sola ex quibus coniecturetur facta. & numero 14.*
13 *Substitutio in dubio iudicatur directa, etiam si verba propriè non conueniant.*
Nepos ex filia primum locum tenens rumpit præteritus testamētum aui.
15 *Hæres propter vulgarem substitutionem non dicitur grauari.*
16 *Dictio relatiua eorum, inducit repetitionem cum omnibus qualitatibus.*
17 *Intellectus. l. ab hæreditate. §. fi. ff. de leg. 1.*

¶ Testator si instituit filiam, & post eam, vel ea præmoriente, vel sibi hærede non existente, substituit eius filios, & descendentes, an substitutio sit vulgaris vel fideicommissaria.

CONSILIVM XCIX.

VISO themate, & dubijs ex eo elicitis uideretur fortassis prima facie dicendum, ꝙ moniales sanctæ Mariæ de la Nunciata per mortem do. Franciscæ venire possint ex fideicommisso eis relicto in testamento do. Antonij, qui dictam do. Franciscā filiā suā sibi hæredem instituit, & post eam, vel ea pmoriēte ipsi testōri, vel eadem hærede non existente, Luchinum, Philippum, & Antoniū d. Franciscæ filios, & alios quoscūq; filios, & descendentes masculos. Si vero d. Luchinus, Philippus, & Antonius, & quicūq. alij filij dictæ Frācíscæ oēs decesserint qñcunque sine filijs & descendentib. masculis, adeo ꝙ ipsi uel aliquis ipsorum, nec aliquis eorum descendens masculus supersint, vltimo eorum sic decedenti substituit, & hæredes vniuersales īstituit dictas moniales, &c. Cū ergo pponatur, ꝙ oēs filii masculi d. do. Franciscæ sint præmortui, & illa sine filiis masculis decesserit, videtur ꝙ apud eā remanserit hrēditas cū onere iniun-
1 cto filiis eius substitutis, quia si† fideicommissarius uniuersalis decedit ante diem fideicommissi cedentē, apud hæredē remanet commodum cum onere iniuncto fideicommissario. l. unica. §. pro secundo. C. de ca. tol. & no. Bar. & Ang. in l. quamdiu. ultima. de acq. hæ. Filij aūt d. do. Franciscæ nedum sunt substituti uulgariter, videlicet ea non existente hærede, sed etiam per fideicommissū, quia illos instituit post eam, i. post mortem matris, substō aūt facta post mortem instituti dicitur compēdiosa, ſm gl. quam ad hoc ibi ponderat Raph. Mod. Perusini in l. in testamento. C. de teste. mil. Et cōfirmatur, quia instituit dictos filios do Franciscæ ea præmoriente vel hærede nō existente & sic vulgariter. l. cum proponas. C. de hær. inst. Dum ergo etiam instituit illos post eam dēt intelligi p fideicōmissum, quia

aliàs hoc uerbum esset superfluum,cõtra l.si quãdo.in prin. de l.1.& c.si Papa.de priu.in 6.non enim pôt in pupillari uerificari,q̃a do.Francisca erat pubes l.2.in prin.de uulg.& pup. Et ꝓ hoc facit,quod not.Bar.in l.centurio.de uul.& pup.uers.Quarto principaliter quero,&c.ubi uult,ꝙ† si dicatur,si filius decesserit sine filijs substituo Titium,& illum hr̃dem facio,ꝙ hoc ultimum uerbum directum importat substõnem directã,& uerbum commune,quod in dubio ẽt directam tantum importat. l.iam hoc iure.eo.ti.importabit dicto casu fideicommissariam ne sit superfluum. Et quãuis in casu nostro testõr substituerit per uerbum,instituuo,quod est directum.l.j.& l.si pater filio.
3 de hær.inst.& in l.1.in prin.de uulg.& pup.†ex quo tamen est facta substitutio post aditam hæreditatem,trahitur ad fideicõmissum.l.ex facto.in prin.ad Treb.& not.in l.uerbis ciuilib.de uulga.& pupilla.& per Barto.in terminis nostris in l.miles ita, in prin.de tes.mil.& Im.in l.si filius a patre.de lib.& post.& ibi per alios Modernos,& per eos in l.extraneum.C.de hære.inst. Quia igitur do.Francisca adiuit hæreditatem,& sic uulgaris expirauit.l.post aditam.C.de impu.& alijs substõ.& pendente fideicommissaria præmortui sunt eius filii,apud ea remansit hæreditas cum onere restituendi hæreditatem dictis monialib. iuncto filijs suis,d.§.pro secũdo.Nec uidetur,qđ d.do.Frãcis. possit retinere hęreditatẽ do.Sixti aui sui paterni,in qua successit d.do.Antonius filius eius, tanquam ipsa per fideicommissũ relictum ab auo sit uocata post mortem dicti dom. Antonii
4 patris sui. † Quia quamuis ita esset, tamen uti dicta retentione non posset,quia cu adierit hæreditatẽ paternã absque beneficio inuentarij,confusa fuit actio sibi competẽs ex cã dicti fideicommissi,& ꝑpea id qđ sibi debebatur,deducere non pôt aduersus moniales,quib. ex fideicommisso uniuersali tenetur hæreditatem paternam restituere.l.fi.§.in computatione,C.de iure delib.Et firmat hoc Imo.in l.ab omnib.§.fi.de le.1.& in l. debitor.in prin.ad Treb.vbi proprie loquitur in his terminis. Præterea non videtur,ꝙ do.Francisca possit per fideicommissum uenire ex testamento d.do.Sixti aui sui,qui filios suos masculos & eorum liberos primo instituit,etsi aliquis dictorum filiorum suorum masculorum & fœminarum decesserit quando cunq. sine liberis legitimis & naturalib.vel testõ, succedãt alij filij sui masculi superstites & eorum liberi legitimi & naturales in stirpem,& non in capita.Et dicto casu adueniẽte substituit, & sibi hæres instituit alios filios masculos,vnum uel plures,& quotquot fuerint,vnum vel plures masculi eorum liberos, &c. ¶Ad partem igitur decedentis sine liberis uocantur superstites & eorum liberi,non quidem simul & eodẽ tp̃e,sed ordine suc-
5 cessiuo,quia† uerbum,liberi,uel liberos,est collectiuum, cum oẽs descendentes in infinitum cõprehendat.l.liberorũ. de uer.sig.iõ importat & significat dictum ordinẽ,ſm Bar.& Doctores in l.Gallus.§.1.de libe.& posth.& ibi magis in specie ꝑ Are.& Ang.in cons.37.incipiente,Quidam Ioannes,&c.Quamuis igitur do.Francisca ueniat appellatione dictorum liberorum, iuxta.l.cognoscere.§.liberorum.de uer.sig.& l.1.C.de cond.in ser.nihilo minus cum do.Antonius eius pater tẽpore,quo cessit dies fideicommissi in parte aliorum ꝑmorientium superuiueret,& agnouerit illud in ꝑsona liberorum,eius expirauit sub
6 stõ,q̃a† si substõ in ꝑsona primi habuit effectum,cessat in persona secundi & ulterioris.l.cum in testamento.in prin.de hær. inst.l.si mater.§.1.de vul.& pup.& d.l.quãdiu.l'ultima.de acq. hær.Et si diceretur,ꝙ licet liberi d.do.Antonij non possint uenire ex substitutione de eis facta alijs filijs testõris,ex eo, quia do.Antonius fuit admissus,tñ dicunt dicti liberi d.Antonii uenire ex alia substitutione,quæ de illis facta uidetur d.do.Antonio,cum dicantur ordine successiuo uocati,ut dictũ est. Quia, respondetur,ꝙ dicta substõ,quæ dr̃ facta.d.do.Antonio de liberis eius,est uulgaris tm̃,& non fideicommissaria, quia in ea apposita non fuit aliqua dictio denotans tractum tẽporis, qm̃ non fuit dictum,quandocunq. d.Antonius decesserit, uel post mortem eius ueniant eius liberi.ideo,ut dixi,substituti intelliguntur uulgariter tm̃ do.Antonio,non autem compẽdiose uel per fideicommissum,sicut quando dixit testõr,Titium instituo & Caium substituo. Nam q̃a hoc casu est facta substitutio simpliciter & sine uerbo importante tractum temporis,continet uulgare tm̃.l.iã hoc iure.de uul.& pup. Et probatur ex notatis per gl.Bar.& Doctores in d.l.Gallus.§.1.& per p̃ns liberi d.Antonij intelligũtur vocati casu,quo ad parte alterius filij testatoris præmorientis sine filiis non admittatur, quia nolit, vel non possit,l.3.C.de hær.insti.ideo postquã ipse admissus est ad partes aliorum,substitutio vulgaris ei facta ex pirauit. l.post aditã. C.de impub.& aliis subst. Et ita ẽt in terminis per prædicta cõcludit Alex.in consi.22.incip.Visis ac perlectis,tertio vol.Ac refert,qđ idẽ tenet Raph.in d.l.Gallus.§.quidam rectẽ.in fi. Allegat ẽt pro hoc no.per Bar.in l.liberorum.de ver.sig.inducendo vt ibi latius per eum. Non vocatur ẽt do.Francisca ex dicto testamento aui, quia dum ille substituit liberos filiorum, intelligitur de masculis,qđ probatur multipliciter.Et primo,quia de suis filiis masculis, & eorum liberis sit mentio in eadem oratione,ut patet ibi,succedant alij filij sui masculi superstites, & eorum liberi,&c. & etiam ibi, & sibi hæredes instituit alios filios masculos unum uel plures,& quotquot fuerint unum,uel plu-
7 res masculi,& eorum liberos, &c. † qualitas ergo masculinitatis expressa circa personam filiorum intelligitur repetita in persona liberorum positorum in eadem oratione, ut probatur, in l.doli.in principio,de seruo corrup.& ibi no.Barto.dicens,ꝙ si statutum dicat,si quis fecerit sic, & sic,& subijciatur, de nocte, ꝙ hoc uerbum refertur ad utrumque,de quo per Alexandrum late in consi.48.1.vol.Et quamuis textus & Bar. loquantur,qñ qualitas proponitur, idem tamen quando in medio exprimit,sicut in casu nostro.l.3.§.si filius.de libe.& posth. & præsertim, quia qualitas uniformiter cõuenire potest omnib.personis,saltem in genere,ut probatur in l.Sciæ.§.Caio.de fun.instru.& ibi no.Bar.dicens, ꝙ qualitas adiecta personæ prius nominatæ intelligitur repetita in alia persona posita in eadem oratione per copulam, dummodo cadere possit in ea uniformiter. quod intelligitur etiam in genere, ut superius declarauit Bart. & latius
8 Aret. in consi.1.† Secundo,ꝙ testator de masculis tantum senserit,probatur.nam testator proprias filias exclusit ab institutione & ẽt a substitutione,quia substituendo filios masculos,fœminas intelligitur exclusisse,ſm Bar.in l.cum auus.de cond.& demon.arg.l.cũ prætor in prin.de iudic.& facit quod no.idẽ Bar. in l.2.§.videndum.ad Tertul.Si ergo proprias filias magis dilectas excludit,uerisimile non est, ꝙ neptes ex filiis masculis substituerit minus dilectas,arg.l.Publius.§.fi. de conditionib.& demonstrationib.& probatur ex no. per Bart.in d.l.Gallus.§.etiã si parente.& maxime cum filios masculos, & non extraneos ex substitutione uocauerit, quod creditur factum gratia agnationis conseruandæ, prout etiam per prædicta determinat Pau.de Cast.in consi.79.inci.Casus iste frequenter contingit, &c. ubi concludit, ꝙ si grauatur filius, si decesserit sine filiis restituere alteri agnato masculo, ꝙ filij masculi tantum intelliguntur in conditione positi, & hoc quando testator proprias filias excludit.& idem tenuit in alio cõsilio decisiuo,& ita etiam aliàs consultum fuit per Raph.& Doc.Papienses,ac per do.Are.ut plenissimẽ refert,& in his terminis sequitur Soci. in repetione d.l.cũ auus col.44.ver.3.quæritur,&c.de cond.& demon. Confirmatur istud & tertio, nam in alia parte testamenti uoluit dictus testator,ꝙ legatum quoddam factum filiabus religionem ingredientibus reuertatur ad filios suos institutos,& ad eorum libe-
9 ros masculos. † Ex quo igitur in una parte testamenti mentionem facit de liberis masculis filiorum, de masculis tantum sensisse creditur in alia parte testamenti, ubi de liberis eorum simpliciter mentionem facit, arg.l.qui filiab.in princ.& l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1.& per Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ad Treb.ubi dicit,ꝙ si testõr in una parte testamenti mentionẽ fecit de filiis naturalib.& in alia parte de filijs simpliciter,ꝙ ista pars intelligitur etiam de naturalib.etiam eo casu,quo aliàs appellatione filiorum non ueniunt naturales,iuxta no.ibi.Et propterea videtur, ꝙ hæredes do.Franciscę teneantur restituere dicto monasterio,seu monialib.integram hæreditatem do.Antonij,etiam absque detractione Trebellianicę,quæ secundum magis communem opinionem nõ detrahitur aduersus ecclesiam, ut habetur in auth. similiter. C.ad leg.Fal. & in l.Marcellus.in princ.ad Treb.cum concordantib.de quib.ibi per Modernos. Et quia isto casu prohibetur detractio quartæ per legem, filiis etiã primi gradus intelligitur ꝓhibita, quãuis sit magis dubiũ, quãdo prohibetur per testõrem,ꝑ no.per Bald.& Sali.in l.iubemus.per illum text.C.ad Treb.sicut ẽt quo ad aliũ effectũ fit differẽtia inter legis prohibitionem,& testõris,ut not.gl.i d.auth. simi-

similiter magis communiter approbata,& Barto. & Doctores, in l.ex asse. l. ad Trebel. Sed tamen præmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Nam do. Antonius testator instituit hæredem dominam Franciscam filiam suam,& post eam uel sibi præmoriente,uel sibi hærede non existente, nepotes masculos ex ea tam natos quàm nascituros. Per hæc autem uerba dicti nepotes intelliguntur substituti dictæ do. Franciscæ uulgariter tantummodo.Quoniã† licet uerbum illud, & post eam, sui natura possit dici generale,ut comprehendere possit casum etiam post aditã hæreditatẽ ꝑ do.Franciscã,nihilo minus qualiter intelligatur & intelligi debeat,declaratur, & exponitur per sequentia,dũ subijcitur,uel ea mihi præmoriente,uel ea mihi hærede non existente,apta & congrua ad vulgarem dũtaxat.l.

11 j.§.j.de uul.& pup.& per totam d.l.Gallus.quia illa † dictio, vel alternatiua posita inter genus & spẽm exponitur pro.i. ut no.gl.& Bar.in l.2.in prin.ff.ad le.Aquil.Et quamuis hoc sit verũ tñ,qñ de mẽte disponẽtis apparet,ſm Bart.ĩ l.ubi pactum, C.de transact.in prima oppo. ꝑ illã legẽ,& ꝑ d.l.2.aliàs ſcd̃m eũ significat dicto casu proferentẽ uoluisse sub genere cõprehendi aliam spẽm,per l.1.cum ibi no.ff.de reb. dub.quia sicut ĩ casu.d. le.ubi pactum.dicitur de mente constare ex eo,quia ibi prosequitur solum de transactione,ſm gl.ibi.& in casu d. l. 2. ex alia lege allegata ibi per glos. sic & in casu nostro de mente

12 proferentis ex alijs constat & apparet. † Et primo ex uerbis, ex quibus mens declaratur.l.Labeo.de suppelle.le. Testator enim per uerbum,instituo,ꝙ est mere directum.l.1.in princ.& ibi no.Bal.& Moderni de vul.& pup.& Bar.in centurio.eo. ti. ad hereditatem uocauit etiam dictos nepotes.Item eos nominauit hæredes,sicut filiã, ꝙ verbũ, hæres, similiter est directũ. d.l.1.& per totum ti.de hæredibus instituen.& per Bar. in loco allegato.Ergo ex verbis testatoris declaratur, ꝙ dicti nepotes sint heredes directo,& non per fideicõmissum,quia fideicõmissario verba proprie non conueniunt,sed substituto vulgari,qui dicitur hæres,d.l.1.§.1. & qui etiam dicitur institutus. l. mulier.§.fi.de conditionib.insti.& ibi no.Bar.& Imo.in d.l.j.in prin.& ꝓbatur ex no.per gl.in rub.ead.dũ dicit,ꝙ substitutio dicitur secunda institutio.& in l.Gallus in prin.cum gl. & tanto magis prædicta procedunt,quia filia testatoris & dicti nepotes pariter determinantur ab eisdem verbis directis, ergo pariter dicunt determinari.l.iam hoc iure.de vul. & pup. & consequenter omnes dicuntur directo vocati. Et verbum, post eam, significat solum sequentem,& secundũ gradum,& ex quo secũdo gradu vocatur substitutus vul.d.l.1.§.1.de vul. & pup.substitu.Quod ex alio quoque confirmatur, quia si alternatiua non staret expositiue,vt dictum est,uerbũ,& post eam, significare tñ posset substitutionem fideicõmissariam, pupillarem enim comprehendere non posset,quia do.Francisca erat pubes.l.2.ĩ prin.de vul.& pup.nec etiam uulgarem in effectu,quia uulgarem substitutionem specialiter expressit per uerba immediate

13 sequentia.† In dubio ergo interpretandum est, ꝙ uerbũ illud & post eam,significet potius secundũ gradum,& sic uulgarem quam fideicommissariam tantum, quia in dubio substitutio iudicatur directa potius quam obliqua.c.si pater.de testa.in 6. ẽt si uerba proprie vulgari non conueniant.l.fi. C. de hæredib.insti.& ibi notant Doctores,maximè Moderni,& glo. quæ allegat ad hoc eundem tex.in l.uerbis ciuilib.de vul.& pup.substitutio. Alia etiam ratione prædicta opinio confirmatur. Nam dicti nepotes ex filia præteriti sine causa,rupissent testamentũ, si uiuente testatore incæpissent primum locum tenere,sicut nepotes in potestate ex filio.§.aliud quoq. capitulum.in auth. ut cum de appellatio. cognosci. & notatur in §.exhæredatos. in auth.de hære.& Falc. ꝑ Bar.& Doct.in aut.ex causa.& in auth. non licet.C.de lib.pret.& in l.filio præterito.de iniusto, rup.& irri.test. Quia ergo auus habuit necesse instituere uel substituere nepotes ex filia, adueniente dicto casu presumitur, quod in hunc casum necessitatis illos uocauerit per illa uerba, & post eam, scilicet sublatam de medio illo uiuente, sicut in hunc casum intelligitur institutus nepos ex filio,quando testator instituit filium & nepotem, quia intelligitur nepos institutus post filium in dictum casum,& secundum consilium Galli,uel legis Velleiæ,d.l.Gallus.§.quidam recte, secundũ unũ intellectum, quamuis ſm proprietatẽ & sonũ verborum uideantur uocati eodẽ tempore.Quæ rõ hodie militat,qñ instituatur filia & nepos ex ea,vel post eã,quia,ut dixi,eius preteritio sine causa ſm iura Authenticorum in casu præmisso annullaret testamen tũ, vt in iurib.præallegatis.Et ꝓpea sicut alio casu præsumitur substitutio facta de nepote ex filio in casu necessitatis,ita & in casu nostro:Et idcirco dicta uerba,& post eam, in dubio intelligũtur,s.sublatam de medio testore uiuente,ut dictum est, & consequenter alternatiua,quę sequitur,exponitur pro idest,quamuis expositio sit impropria,quia ẽt,ut dixi, quando instituitur filius & nepos,verba impropriantur,quia copula resoluitur in disiunctam.d.§.quidam recte,& ibi per Bar.& Doct. Concluditur ergo ex præmissis,& recte,iudicio meo,ꝙ prædicti nepotes ex do.Francisca sunt matri vulgariter tantum substituti, & non per fideicommissum.Nec ob.dum dicebatur,ꝙ illud verbum,& post eam,ſm hanc interpretationem redditur suꝑfluũ cum ex aliis verbis sequentibus substitutio vulgaris sit expressa formaliter,quia hoc procedere posset,si uerbum prædictum aliter & alio modo non exponeretur per testõrẽ,ſm cuius expositionem significat solum vulgarem.Et sic non est superfluũ quia per illud tñ testõr disposuit,& uulgariter substituit,& nõ ꝑ sequentia uerba, quæ solum stant expositiue & declaratiue & iõ de nouo non disponunt.l.heredes palã. §.sed si not.& ibi no.ff.de test.Dicta igitur substõ vulgaris facta do. Frãciscæ de filiis eius per d.Ant.expirauit per aditionem illius.d.l.post aditam.C.de impu.& aliis substit.Et consequenter fideicommissũ uniuersale ab eis relictũ dictis monialib.expirauit,quia ex quo sunt exclusi per aditionem matris,& si non inueniuntur honorati,non potuerũt in hunc casum grauari.l.ab eo.C. de fideic.

14 † Nec obstat,ꝙ onus dicti fideicommissi debet remanere apud do.Franciscam,apud quam remansit commodũ hæreditatis.d. l.vnica.§.ꝓ secundo.C.de cadu.tol.& per Bar.in d.l.quamdiu, l'ultima.de acq.hær.quia illud hẽt locũ,quando substitutus hæredi ꝑ fideicommissum fuit grauatus alteri restituere per fideicommissum.nam tunc deficiente primo fideicommissario ante diem fideicommissi cedẽtem tenetur hæres restituere secũdo: sed in casu nostro filii do.Franci.hæredis institutæ fuerunt directo & uulgariter tantum substituti,iõ isto casu apud do.Frãciscam deficiente dicta substõne non remanet onus fideicommissi illis iniunctum,ſm Ale.qui ita concludit in consi. 1. col. pe.1.vol.dũ respondet ad no.per Bar.in d.l.quamdiu.& dicit, ꝙ Bar.ibi facit istam differentiam. Sed tamẽ,iudicio meo,ex d. Bar.hoc non probatur,quia ipse loquitur, quando a substituto pupillari fideicommissum fuit relictum.Nam tunc,ſm eũ, si pupillaris substõ deficiat,fideicommissum ẽt deficit,quia hæreditas pupilli,quę ꝑ fideicõmissum est derelicta, non fuit adita.l.ille a quo.§.si de testõ.ad Tre.quæ rõ cessat,quando a vulgari substituto fuit datum fideicommissum,quia licet ille excludatur,tamen hæreditas testõris. quæ fideicommisso subiacet, fuit adita ꝑ primum hæredem.Sed tamen alia rõne arbitror,ꝙ fideicõmissum datum a substituto vulgari nõ debeatur ab hærede.nã iõ onus fideicommissi relicti a primo fideicõmissario dẽtur ab hærede,qa,ut dicit tex.in d §.pro scd̃o.hæres excluso primo fideicommissario ꝑ mortẽ uel alio simili mõ, lucrũ sentit & capit,iõ dẽt ẽt onus agnoscere.Dicitur aũt heres tunc lucrum cõsequi,vt ibi declarat Sal.in prin. quia testõr grauando hæredẽ restituere primo fideicommissario noluit hæreditatẽ eẽ penes hæredẽ,& iõ si a casu eã retinet, hoc respectu dicitur sibi cedere lucro.Nã vltra eũ ꝑ fideicõmissũ dicitur hæres grauari.l.cohæredi §.cum filię.de vul.& pup.Si ergo ꝑ casum liberatur a tali onere,dicitur lucrari,iõ rõnabile est,ꝙ agnoscat onus fideicommissarii.l.eũ qui.in prin.de iureiu.Et eadem rõne relictum ab instituto censetur repetitũ a substituto vulgari. l. licet Imperator.de le.1.qa substitutus sentit lucrũ, si institutus nolit,uel non possit adire.Quæ ratio cessat in casu econuerso, s.quãdo fideicommissum relinquitur a substituto vulgari. Qm̃ isto casu dici non potest,ꝙ testator noluerit hæreditatem eẽ apud institutũ,quia immo si ille vult hæres eẽ,testator vult illũ præferri,& in ptãte sua posuit inclusionem & exclusionẽ sub-

15 stituti.Vnde ꝑ dationẽ † substituti vulgaris non dicitur grauari,& idcirco potest pater filio vulgariter substituere ẽt in ltĩa, quia non dicitur illũ grauare,ut est casus,ubi prædicta oĩa probãtur in l.si posthumus a 1.§.qđ uulgo.ff.de lib. & posth.& ibi notant omnes,& maxime Alexã. Excluso ergo substituto vulgari dici non potest,quod hæres ex hoc lucrum capiat,quia gra

natus non erat, & quia testãr uoluit, ꝙ apud eum esset hęreditas potius quam apud substitutum. Et sic cum isto casu cesset rõ, quæ assignatur in d. §. pro secundo. cessare ẽt dẽt eius dispositio, l. adigere. §. quamuis. de iure patro, &c. cũ cessante. de appella. Ex alio quoque in casu nostro onus iniunctum substituto uulgari non debetur ab instituto, quia fuit iniũctum nominatim, ut dicam statim. Sed dato etiam, ꝙ nepotes ex do. Fráci-sca fuissent substituti per fideicommissum, adhuc tamen onus eis iniunctum de restituendo monialib. non remansisset apud matrem illis præmortuis, quoniam ipsi in testõ reperiũtur nomine proprio grauati, dũ in eo dicitur, si vero d. Luchinus, Philippus Antonius & quicunq; alii filii ex d. Francisca filia & hærede mea nasciturí oẽs decesserint quãdocunq; sine filiis & descendentibus masculis legitimis, ut supra, adeo ꝙ nec ipsi, nec aliquis ipsorum, & nec aliquis eorum descendens masculus, & seu descendentes masculi superfint, ultimo eorum sic decedenti substituo, & mihi hæredes ore proprio facio, &c. Cum ergo dictos nepotes nominauerit testãr, & deĩde dixerit, ultimo eo

16 rum sic decedenti substituo, &c. dicitur nominatim † eis substituisse virtute illius dictionis relatiuæ, eorum, quæ inducit repetitionem cum omnib. suis qualitatibus, ſm Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de le. 2. & in l. sanctio legum. de pœnis. Et sic perinde est, ac si dixisset, & ultimo eorum, s. Luchini, Philippi & Antonii vltimo decedenti substituo. Et optime probatur in l. Titia. §. fi. & in l. si plurib. in prin. de ver. ob. & ibi no. A re. ꝙ si plures res sunt spãliter expressæ in pręfationibus, ꝙ intelliguntur repetitæ spãliter in stipulatione se referente. Et istud etiam probatur ex no. per Bar. in consi. 7. incip. Andreas Martini. vbi dicit, ꝙ testator grauat hæredes suos infrascriptos, qui postea nomine proprio fuerũt instituti, ꝙ dicuntur grauati nominatim virtute relationis. Cum quo etiam trãsit Ale. in l. fi. C. de hær. inst. & facit, quod no. Bar. in l. qui liberis. §. hæc uerba. in fi. de uulg. & pup. Et quamuis in dicto testamento ultimo decedẽti, ut supra non sint substitutæ moniales, sed nobiles de Palmanis, & in codicillis in locum eorum sint moniales subrogatæ & substitutæ simpliciter ultimo decedenti nomine proprio dictorum nepotum aliter non expresso, nihilo minus etiam in codicillis dicti nepotes dicuntur grauati sub eadem forma, & sic nomine proprio, sicut in ipso testamento, quia in eis dicitur, ꝙ ultimo decedentium do. Franciscę filiæ suæ sic decedenti ut supra, substituit, &c. Nam per illam dictionem, ut supra, retulit se testãr ad testamentum & modum & formam ipsius testamenti, ideo inducitur repetitio nominis proprii & aliarum qualitatum, ꝑ prædicta & maxime per no. per Bar. in d. consilio, & in d. §. hæc uerba. Si ergo ultimus ex dictis nepotib. fuit unus ex illis nominati, nomine proprio, a quo fideicõmissum est relictum dictis monialibus, ad do. Franciscam non transit onus d. fideicõmissi, ut sentit gl. in d. §. pro secundo. quam ad hoc ponderat ibi Sal. dum opponit. d. l. licet Imperator. & probatur in l. Celsus §. pe. & fi. de leg. 1. & in l. si plures. de le. 3. Et idem volũt ẽt Bar. & Ang. in d. l. licet Imperator. & est communis opinio, secundum Alex. ibi, a qua, secundum eum, in iudicando & consulendo non est recedendum, & Imo. in l. si duobus. §. 1. de leg. 1. Nec isto casu secundum prædictos, locum habet d. §. pro 2. sed quando onus fuit impositum sub nomine appellatiuo. Et idem si ultimus, qui decessit, non fuisset de illis nominatis & natis tẽpore testamenti, sed de natis postea, quia licet nasciturí, quibus etiam facta fuit substitutio, non sint nomine proprio nominati, habentur pro nominatis, quia nihil imputari potest testatori, cur eos proprio nomine non nominauerit ex quo adhuc nõ erant in rerum natura. l. quidam relegatus. §. fi. cũ l. seq. & principio sequentis. de rebus dub. & ibi notat & declarat Bar. Contra hoc tamen uidetur tex. in l. ab exhæredati. §. fi. de le. 1. vbi dicitur, quod † relictum a posthumo instituto intelligitur repetitum a substituto uulgari. quod secus esset, si posthumus haberetur pro grauato nomine proprio, secundum Doctores in dict. leg. licet. & ideo Alexandr. ibi respondendo per illum textum dicit, quod fuit posthumus grauatus nomine appellatiuo. Sed ista responsio Alexandr. uidetur contra d. §. fin. cum sequẽti, cum ibi not. per Barto. unde dici potest, quod in casu d. §. fin. alius fuit institutus nominatim cum ipso posthumo, ideo ex quo iam natum testator nomine proprio uocauit, præsumitur quod posthumum similiter nominasset, si potuisset, ideo habetur pro nominato, arg. no. in l. tale pactũ. §. fi. de pac. Et ita cõtingit in casu nostro, in quo oẽs filios do. Franciscæ iã natos nominauit. & propterea videtur uoluisse testator inter eos seruare æqualitatẽ, arg. l. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & in l. fi. C. com. utriusq. iudic. Sed in casu d. l. ab exhæredati. §. fi. solus posthumus fuit institutus, & consequenter cessat præsumptio, de qua supra. Vel forte dici potest & notabilius, ꝙ illud ẽ eo casu, quia testator grauauit posthumum institutum, si hæres erit. Et quamuis illa conditio habeatur pro nõ expressa quãtum ad hoc, ut legatum efficiatur conditionale, & quo ad impediendum transmissionem, secundum gl. ibi per l. 3. eo. ti. per talem tamen conditionem declaratur, ꝙ onus imposuit testator cõtẽplatione hæreditatis, & non personæ, & ideo ẽt si posthumus habeatur pro nominato, nihilo minus onus transit ad substitutũ ea rõne, qua transit, quando imponitur sub nomine appellatiuo, quia tũc onus uidetur iniunctum hæreditati, & eius contẽplatione, iõ trãsit ad oẽm, ad quẽ transit hæreditas. Sed qñ iniunhitur simpliciter sub nomine proprio, non expressa conditione, si hæres erit, onus non est hæreditarium, sed principaliter uidetur iniunctum personæ, ꝑpea non transit de persona ad personam, prout declarat Barto. in l. Marcellus, in princ. ad Treb, in 2. col. Cum ergo moniales venire non possint ex substitutione de eis facta, siue nepotes dom. Anto. sint substituti solum uulgariter, siue per fideicommissum, frustra quęritur, utrum in restitutione fideicommissi veniant bona dom. Sixti, & an quarta aduersus moniales possit detrahi. Et similiter do. Francisca possit retinere id, quod soluit legatarijs & creditoribus hæreditarijs. Et ita in prædictis concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes si sunt substituti, omnes in infinitum comprehenduntur, & ordine successiuo per fideicommissum censentur uocati.*

2 *Fœmina non facit deficere conditionem, quam propter masculos testator proprias filias exclusit, tunc enim solum de masculis sensit. & nu. 8.*

3 *Substitutio de descendentibus facta per uerbum commune sine uerbo significante tractum temporis est, tantum uulgaris, quæ adita hæreditate expirat.*

3 *Substitutio uulgaris tam fieri potest in legatis, quam in hæreditatibus.*

5 *Legatum cognatis factum, illis præstatur, qui tempore testamenti uel mortis nati reperiuntur uel concepti.*

6 *Fideicommissum quando censeatur a primo relictum.*
Legatum ut ualeat sufficit aptitudo.

7 *Vocatus ex uulgari, si expirauit aditione, non tenetur ad fideicommissum, licet ad eum res deuenerit.*
Substitutio facta, si filij sine filijs deceßerint, quomodo intelligatur.

¶ Testator legando alicui & filijs & descendentibus eius, an filij uel descendentes censeantur uocati per vulgarem uel fideicommissariam.

CONSILIVM C.

VISO testamento Boni Iacobi, & uerbis illius diligẽter inspectis & ponderatis, uidetur prima facie, ꝙ mortuo Angelo nepote Iacobi sine filijs masculis Mattheus & Vgolinus fratres d. Angeli iure fideicommissi relicti in testamento d. Boni Iacobi debeant pariter admitti bona relicta per dictum testatorem d. Iacobo auo paterno prædictorum, & quæ peruenerunt ad d. Angelum. Nam dictus testator Iacobo prædicto & quibusdam alijs suis cõsanguineis reliquit quasdam terras & terrena, & uoluit ut ad illos dicta terrena pleno iure peruenire post certum tempus, & ad eorum filios & descendentes masculos legitimos & naturales per

1 stirpes, & non in capita. Ex† hac igitur parte testamenti descendentes d. Iaco. sunt uocati sub nomine collectiuo, quia uerbũ, descendentes, includit omnes in infinitum. l. fi. C. de legi. hær. & in auth. de hær. ab intesta. in prin. & consequenter uocantur ꝑ fideicommissum ordine successiuo. l. cum ita. §. in fideicommisso. de le. 2. & l. peto. §. fratre. eo. ti. & l. fi. C. de uer. sig. & no. Bar.

&

& omnes Mod.in l.Gallus.§.j.de lib. & posth.& Ang. in cons. 38.Cũ institutio,&c.qui loquitur,quando substitutio fit de liberis,quorũ appellatione ueniunt ẽt oẽs descẽdẽtes.l.liberorũ. de uer.si.Quia ergo Angelus decessit sine filijs masculis, habet locum substitutio facta Iacobo de suis descendẽtib.masculis, & per consequens dẽt Mattheus frater d. Angeli simul admitti iure fideicommissi cum Vgolino,& cum d. Vgolinus sit hæres ex testõ d. Angeli,tenetur restituere dimidiam dictorum bonorum prædicto Mattheo.Secũdo ex alia parte eiusdem testamenti uocari uidetur Mattheus ad partem d. Angeli inquantum testator disposuit, ꝙ casu quo aliquis suprascriptorum consanguineorum superius nominatus,vel sui filij & descendentes suprascripti decederent,vel decederet sine filiis,ꝙ tunc & eo casu dictæ terræ, & terrena deueniant in aliũ superuiuentem seu alios ac eius & eorũ descẽdentes,&c. Dicta ergo substitutio facta fuit nedum Iacobo, sed ẽt suis descendentibus, & cuilibet eorum decedenti sine filiis, & sic etiam Angelo nepoti d. Iacobi,& cui potuit fieri,quia fuit honoratus & uocatus dicta bona ex præcedenti parte testamenti,& ordine successiuo, ut superius dixi.

24 ne exẽplaria,† quia ille non est proprie hæres testõris.l.qui liberis.§.hæc uerba.de vul.& pup.& pbatur in l.si quis filium.§.1.de acq.hær.in uerbo.videt.iũcta l.fi.§.deieciſſe.de ui,& ui ar. Et hoc,qa ex uerbo pcedẽti declaratur sequẽs,ſm Bart.in d.l.centurio.in prin.4.q.prin.dum dicit,ꝙ in substõne apponatur verbũ cõe & directum, puta substituit & instituit,& verbũ cõe capitur in sensu directo rõne adiuncti,per l.sed si adiiciatur. ff. pro soc. Et quamuis ab illa prima rõne Bar.recedat, illud est quia expressio alterius verbi remaneret superflua. Quæ rõ cessat in casu nostro,iõ põt habere locum illa deteminatio,Sed in locis in cõtrarium allegatis cessat dicta rõ,qm̃ verbũ prolatum cõtra naturã pupillaris iõ impropriatur, qa ex alio verbo adiũcto non declaratur, ꝙ stare dẽat proprie. Quartò rñdetur,& optime,ꝙ verba plata non solũ ex sui natura non conueniunt substõni exẽplariæ, sed ẽt nec ex mẽte. Nã certũ est,ꝙ per illud verbum,sibi substituit,inducitur fideicommissaria substõ,quæ locum hẽt post aditã hæreditatem. Si ergo per illa uerba sequẽtia,& hæredes suas esse uoluit, diceret facta substõ exemplaria, simul concurrerẽt in origine,& factę reperiẽtur in eodẽ casu, & sub eadẽ condõne,quod non est uerisimile,quia si uoluisset testõr filias admitti p exemplariam,quæ est plenior,opus non erat illas etiam vocare p fideicommissum,quod est minus plenum,quia detrahi de illo potuit ltĩa & Treb.per no.in l.quamquam.C.ad leg.Fal.cum concor.de quib.per Ale. & alios in d. §.cum filiæ.& in l.in ratione.§.quod vulgo.ad le.Fal.& quæ detractio
25 cessat in prima substõne. Nam aduertẽdum est,ꝙ† aliquando substõ compendiosa fit per uerba directa, & cõia impersonaliter prolata,ut qa dicitur instituit & substituit. & isto casu in origine concurrit vulgaris,pupillaris, & fideicommissaria,ſm Bar.in d.l.cẽturio.in 4.q.prin. Et idẽ quãdo fuit dictum ꝙ substituit vulgariter,& pupillariter,& per fideicommissum, & his ẽt casib.ſm Barto.intelligitur data electio substituto,& hoc quia verba important dictum concursum,& ex uerbis electio intelligitur concessa,vt ibi etiam eleganter declarat Arc.& prout etiam vult Bar.in l.recusare.§.Titius.ad Treb. Aliquando,& secundo,substõ compẽdiosa fit per verbum cõe tm̃,sicut quãdo dicitur,qñcunq; filius meus decesserit,talem substituo. Et quia uerba de necessitate non important,ꝙ substõ directa, & fideicommissaria post aditam hæreditatẽ concurrant in origine,non concurrunt,sed diuisim & diuerso tẽpore ac ordine successiuo,quia infra pupillarem ętatẽ valet iure directo,& postea obliquatur,vt communiter concluditur in d.l.Cẽturio.& in d.l.precibus.& in d.c.Raynutius.& per Io. And.in c.si pater.
26 de test.† Nam cum durante ætate pupillari posit habere locũ substõ directa,præsumptio est,ꝙ noluerit eodẽ tẽpore per fideicõmissum substituere,ex quo vera possunt aliter intelligi,& alio modo. Sic igitur & in casu nostro, cũ testõr post aditã hæreditatem substituerit per fideicommissum,& hoc est certum, quia verbũ commune,substituit,illud significat,ut est superius probatũ,uerisimile non est in dubio,ꝙ eodẽ tẽpore substituere uoluerit directo,& alio modo.i.exẽplariè,cum alia uerba sequẽtia.s.& suas hæredes,&c. illi non conueniãt, sed repugnẽt, & iõ importabũt tm̃mõ vulgarẽ,nec isto casu uerbũ illud,suas dẽt remoueri,seu haberi pro non apposito,quia tunc illud fieri posset,quãdo propter hoc substõnes non multiplicãtur,sed vna tm̃ substõ remanet,sicut quãdo dicitur, quandocũq; filius meus decesserit, bona mea dẽtur pauperib.per meos executores,prout loquitur Bar.& Pe.de Anc.in locis in contrarium alleg. Nam illa uerba,bona mea,quæ non conueniunt pupillari, si habẽtur pro non appositis, per hoc tẽpore pupillaris ætatis non multiplicãtur substõnes,sed est una,& fit interptatio,ꝙ si directa,merito impropriãtur uel remouẽtur illa uerba, & ita ẽt fit eadẽ rõne in d.l.si ita.§.qui filio. Nã quia facta mentio de pupillari ętate,verbũ,mihi,de quo in textu,remouetur,quia ex hoc post aditam hæreditate sola pupillaris facta reperitur sed quando testõr expressè post aditam hæreditatẽ substituit per fideicommissum,ut in casu nostro,non dẽt, nec possunt uerba impropriari ad effectũ,ut alia substitutio directa concurrat cũ obliqua fcã expressè, nec tunc debet fieri interpretatio,ꝙ directa sit substitutio, ex quo aliter, & alio mõ substituti testõr, quia expressa testõris prouisio facit cessare talẽ interpretationẽ legis, ꝙ põt dici tacita, ex quo sit contra uerba & significatũ uerborũ.l.cũ ex filio.de vul.& pup.& l.fi.C.de pac.couen. put itatim dicam. Et ista consideratio mihi vr̃ rõnabilis, & iuri, ac
27 intentioni satis consona. † Non ob.etiam,ꝙ in expressa vulgari cõtineatur tacita exẽplaris ad instar pupillaris, quia hoc est uerum,nisi de contraria voluntate posit apparere.d.l.iam hoc iure.& l.quamuis.C.de impu.& ali.substi.& ibi no.Doct. maxime Alex. de contraria autẽ mente in casu nostro ex illo pstat, quia testõr post aditã hæreditatẽ expressè substituit per fideicõ-
28 missum. Nã † ista expressa prouisio testõris facit cessare tacitam prouisionem legis.l.cum ex filio.§.1.de vulg. & pup.& ibi Imo.& Ale,qui pro concordã.alle.l.fi.C.de pac.conuen.& non solum dicta regula pcedit,qñ tacitum & expressũ est circa idẽ ut in dictis iuribus,sed etiam qñ expressum est circa diuersum. l.maritus.C.de procur.vbi probatur,ſm communẽ intellectũ, ꝙ licet maritus.tanquam cõiũcta psona posit p vxore indisiſcte agere, si tñ vxor maritum ad unam cãm fecerit procuratorem,ꝙ in aliis causis maritus non poterit pro uxore agere,qa ſm Doc.expressa prouisio hoĩs facit cessare legis prouisionem etiam circa alium casum diuersum, vt ibi declarat Alex. contra Sal. Et per hoc infertur,ꝙ si testõr filio substituit,si hæres non erit,& si hæres erit & in pupillari ætate decesserit, substituit per fideicommissum,ꝙ in expressa uulgari non inerit tunc pupillaris tacita. Et hoc habeo pro certo, & pro indubitato. Et ideo in casu prædicto pariter,& nostro in uulgari non inerit tacita exemplaris. Et ita in præmissis concludo. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Dec.consi.371. & Socin. in consi. 103.vol.1.uide not. ad Dec.vbi supra. Hier. Zanc.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expressa per solam suitatis existentiam confirmatur, substitutusque admitti debet.*
2 *Substitutio facta casu,quo extent plures filij, & omnes decedant sine filijs, locum non habet, si solum unus extet.*
3 *Dictio, omnes, in uno saluari non potest ex proprio significatu, maximè quando est contra naturalem æquitatem, & nu.8.*
4 *Mortis conditio non potest verificari in uno nato, cum priuatio præsupponat habitum.*
5 *Substitutio facta est secundo posthumo,qui erat primo substitutus si primus nascatur, & in pupillari ætate moriatur. secundus autem non sit natus, substitutus non admittitur,cum nõ natus mori non possit.*
6 *Substitutio facta filijs nascituris, & quandocunque decedentibus,ipsis non natis locum non habet, sed ab intestato venientes admittuntur.*
7 *Tacita mens testatoris in odiosis non debet extendi ultra casum expressum.*
8 *Pluralitas in uno non verificatur,vbi tractaretur de exclusione contra naturalem æquitatem. & nu. 11.*
9 *Substitutio pluribus nascituris facta, sub duplici conditione intelligitur concepta.*
10 *Pluralitas quando in singularitates ex verisimili mente resolui possit,& pluralis numerus in vno. & nu. 11.*
11 *Testator si legat filijs in plurali, & unum tantum habeat, veniunt etiam posthumi, licèt aliàs secus.*
12 *Fideicommissum filijs filiorum iniunctũ,si sine filijs decesserint, an valeat,& quando sub duplici conditione censeatur factum, vel sola vulgaris substitutio in casum Galli iudicetur.*
13 *Relictũ ĩ dubio cẽsetur potius factũ a substituto quã ab instituto.*
14 *Substitutis non obstat superexistentia eorum, qui venire non possunt.*
15 *Notarius si sibi,& Titio aliquid asscribat, Titius ad totum per ius accrescendi admittitur.*
16 *Descendentes si sunt in dispositione positi, secundum consilium Galli ab eis præsumitur fideicommissum relictum sub ea conditione, sua qua ipsi grauati vocantur.*
17 *Absurdum,ne minus dilectus sit deterioris cõditionis,est euitandum,etiam uerba contra suam naturam restringendo.*

Testa-

¶ Testator si instituit filium natum, & ventrem, & sine filijs decedenti substituit, &c. posthumo non nato, an substitutio locum habeat.

CONSILIVM CIIII.

OSTQVAM Robertus iunior adhuc infans
decessit, vt in puncto proponitur, est in primis
videndum, an sorores testatoris, & alij admitti de
beant ex substitutione compendiosa, de qua in te
stamento Raphaelis patris d. Roberti. Et videtur
ꝙ sic, quoniam ipse instituit Robertum filium, & ventrem vxo
ris prægnantem, casu quo masculum pareret, & dictos filios ad
inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommis-
sum, & si omnes dicti sui filij masculi decesserint sine filiis legi-
timis, & naturalibus substituit vltimo decedenti vulgariter, pu
pillariter & per fideicommissum do. Azolinam, & do. Ioãnam
sorores suas in dimidia hæreditatis suæ, & in alia dimidia quos-
dam alios. Cum ergo solus Robertus fuerit hæres, quia alius
1 non est natus, & ipse in pupillari ætate decesserit, videtur† ꝙ p̃-
dictæ personæ substitutæ venire possint ex pupillari expressa,
quæ potuit confirmari per solam existentiam suitatis. l. si filius
qui patri. de vulg. & pup. & l. filius qui se paterna. & l. Iulianus.
de acq. hære. Sed istis non obstant. de iure videtur verius, ꝙ ca
sus dictæ substitutionis non euenerit, & ꝙ sorores Roberti te-
statoris filiæ fratri succedant ab intestato. Nam, vt dictum est,
instituit testator Robertum, & ventrem vxoris, si masculum pa
reret, ac dictos filios inuicem substituit. Et si omnes dicti sui fi-
lij masculi decesserint sine filijs, substituit vltimo decedẽti, &c.
filias proprias in libris ducentis, & in residuo sorores pro dimi
2 dia, & alios pro alia dimidia. † Quia ergo facta est substitutio
in casu quo extent plures filij, & oẽs decedant sine filijs mascu
lis, non potest habere locum substitutio, si extet solus Rober-
tus, quãuis sine dictis filiis decedat, quia iste est casus omissus,
qui haberi debet pro omisso. l. commodissimẽ. ff. de liberis, &
posth. Et ita in terminis firmat Io. And. in addi. Spec. in tit. de
testam. §. in primis. in vlt. addi. uer. quarta quæstio, &c. ubi for-
mat quæstionem, quæ fuit de facto in istis terminis, testator
habens uxorem prægnantem sic dixit. Si nascerentur posthumi
mares tantum unus, uel plures illos instituo, & si cum uno uel
pluribus fœmina nasceretur, iussit illam in certa quantitate do
tari, & dictos posthumos etiam adinuicem substituit compen
diosè, & si omnes decederent in pupillari ætate, uel aliàs qñcũ-
que sine liberis substituit A. & B. sorores suas æquis portioni-
bus mortuo testatore nascitur posthumus, qui in pupillari æta
te decessit superstite mr̃e, quæsitũ fuit, utrũ admittatur amitæ
ex vi substõnis, & excludatur mr̃ a successione filij ab intestato.
Et refert fuisse iudicatũ, ꝙ nõ excluderetur mr̃, q̃a vt dixi, iste
3 est casus omissus, † & q̃a illud vł'e, oẽs, & pluralitas ipsius clæ
sua ꝓpria sigñatione in vno saluari nõ põt, ut colligitur ex so-
lutione duarũ legũ, q̃ ꝯriæ vñr. ff. de leg. 2. l. cũ ita. aliàs incipit,
legatorũ. §. qui plures. & l. Mæuius. §. cũ qui. & ibi no. eo. tit. Et
idẽ ꝑ easdẽ rões uoluit Old. quẽ Io. And. nõ allegat in consi.
142. incip. Factum tale est, &c. Et idem tenet ẽt Alb. de Ros. in
d. l. precib. col. 24. ver. item q̃ro de alia qõne, &c. Pau. de Cast.
consi. 14. inci. Visis & consideratis, &c. ubi proprie loquitur in
casu isto, videlicet quãdo testõr habẽs vnũ filiũ masculũ tm̃, il-
lũ instituit, & ẽt nasciturũ, & si oẽs quãdocunq; decederẽt sine
filiis, substituit, &c. & uult, ꝙ si iam natus moriatur absque fi-
lijs, & alius non nascatur, ꝙ substitutus non admittitur. allegat
Io. And. in loco præall. & dicit hoc esse clarum, substituit. n. s̃m
4 eum, testõr in casu pluriũ filiorũ decedentium. † nõ natus aũt
non moritur, sed solum uiuẽs. l. qui duos. de ma. test. & ubi nõ
est habitus. i. vita, non potest esse priuatio, sicut est mors. l. de-
cem. de uerb. obl. Et pro hoc facit, quod uoluit idem Old. ĩ cõ-
5 sil. 177. inci. Testator in suo ultimo testamẽto, &c. † Nã ut re-
fert, testõr instituit posthumũ primo nasciturum, & si in pupil
lari ætate, uel quãdocunq; decesserit, substituit ei posthumum
secundo nasciturum, & si decesserit, ut supra substituit huic se-
cundo fratrẽ suum. Accidit, ꝙ primus posthumus est natus, &
in pupillari ætate mortuus, & secundus posthumus non est na
tus, quæritur, an frater ueniat ex substitutione, an mater succe-
dat ab intestato. Et concludit, ꝙ non habet locũ substitutio, ea
ratione in proposito, quia frater secundo posthumo substi-
tutus est, si decesserit, &c. quæ conditio non euenit, quia uiuẽs
solum moritur. d. l. qui duos. de man. test. & qui non nascitur,
mori non põt. Et idẽ tenet Io. And. nõ facta mentione de Old.
in add. prædicta. ver. occurrit casus nouissimus, &c. Et cum eis
transit Ale. in consi. j. in j. uol. præsertim ꝓ ratione prædictam.
Istud idem confirmatur per ea, quæ uoluit Pe. de Anch. in cõs.
6 357. inc. Ex tenore testi, vbi voluit† ꝙ si testõr filiis nascituris,
& quãdocũq; decedẽtibus sine filijs substituit vxorem excluso
fratre suo, qđ filijs non natis uxor uenire non possit ex substõ-
ne, sed dẽt admitti frater ab intestato, quia casus iste est omis-
sus. d. l. commodissime. & quia conditio nõ fuit impleta in for
ma specifica. l. qui hær. & l. Mæuius. de cond. & dem. Nec obst.
7 tacita mẽs contraria testõris, quia† illa, s̃m eum, non dẽt extra
casum expressum, tanquam odiosa & restringenda, iuxta l. cũ
quidam. de li. & posth. cum agatur de exclusione fratris cõtra
naturalem æquitatem & leges ac statuta, quæ agnatos pręferũt
vt familiæ dignitas cõseruetur, & vt ibi latius ꝑ eum. & cũ quo
transit ẽt Soc. in repe. l. 1. de vul. & pup. in 2. q. prin. limi. 8. Quæ
rões oẽs ad casum nostrum pertinent. Qm̃ testõr in casu quo
alij nascantur, & oẽs decedant, substituit sorores, & proprias fi
lias exclusit, contra uotum naturale parẽtum, & naturalem rõ
8 nẽ. l. scripto, unde lib. & de bo. dam. l. cum rõ. in prin. Et† iõ plu
ralitas & vniuersalitas non põt verificari in uno ex propria si-
gnificatione, a qua non est recedendum, ad exclusionem filiarũ
ipsius testatoris, sicut nec cõtra vxorem, ut dicit Old. nec cõtra
fratrem, ut vult Pe. de Anc. & quia etiam isto casu cõditio sub-
stitutionis non põt dici impleta saltem formaliter, cum alii nõ
sint nati, qui non possunt mori, uel decedere, vt dicunt ẽt præ-
dicti, iõ non dẽt substitutus admitti, præsertim contra filias te-
statoris, quibus in hoc nõ est fauẽdum minus quam uxori, uel
fratri in casib. prædictis. Prędictis tamẽ uidetur obstare tex. in
l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. & quod ibi volunt omnes. ubi
habetur, quod illa substõ facta plurib. si vterq;, vel ambo, uel
omnes decesserint sine filijs, verificatur in uno solo decedente
sine filiis, & tamẽ natura & proprietas verborum repugnat, &
in vno non impletur ex propria verborũ significatione, dum-
modo non supersit persona, quæ ex uerisimili mente defuncti
excludat substitutum. l. pẽ. C. de impu. & ali. subst. In contrariũ
quoq. videtur tex. in l. Titius. in prin. de lib. & posth. ubi exhæ
redatio, quæ est odiosa, facta de cæteris omnibus filiis, uerifica
tur in vno solo, & sic pluralitas, & vniuersalitas adimpletur in
in vno tm̃, quẽ tex. ẽt ponderat ibi Arc. & in l. placet. eo. ti. con
tra Io. An. in loco præall. Tertiò adhuc in contrarium facit, qđ
vult Bar. in l. 2. in prin. de vul. & pup. uer. quæro quid de pupil-
lari partim tacita, &c. vbi vult, quod substõ pupillaris conce-
pta in unum casum, puta si filius hæres erit admittatur contra
matrem in casu omisso. f. si hæres non erit, & in pupillari æta-
te decesserit, q̃a qua ratione testõr exclusit matrem uno casu,
verisimile est, quòd eam excludere uoluerit alio casu. Idem er-
go & in casib. prædictis uidebatur dicẽdum, quod in casu omis
so debeant excludi prædictę personæ a substituto. Sed ad ista re
spõdetur quod in casu Ol. Pe. de An. & nostro, in quo testator
instituit plures nascituros filios, uel filium iam natum & nasci-
turos, substõ censetur & intelligitur concepta sub duplici con-
9 ditione† quarum prima est, si plures superexistant. & alia est, si
illi omnes quandocũq. decesserint sine filiis. Nã institutio fuit
de plurib. & similiter prima substõ reciproca facta inter dictos
filios institutos fuit de plurib. & sub tacita conditione si plures
extabunt, quia aliter non põt locum habere. Quando ergo de-
inde subiicitur, & si omnes dicti filii, quandocunq. decesserint
&c. subintelligitur dicta prima cõdõ, videlicet, si plures filii ex
tabunt, quæ, ut dixi, de necessitate ẽt inest primæ, & p̃cedenti
substitutioni factæ inter ipsos filios, tanquã antecedens neces-
sarium ad aliam expressam, uidelicet & si dicti omnes filii, &c.
quia hæc non põt impleri formaliter, nisi extẽt plures. Illa er-
go prior condõ subintellecta per superexistẽtiã unius non est
impleta, sed defecta, iõ nõ põt substõ locũ habere. l. si hęredi plu
res. de cond. inst. Et istud est, quod vult Ol. & Io. And. & Pe. de
Anc. dum dicunt. quod substõ est facta in casu pluriũ existẽtiũ
liberorũ. Sed qñ plurib. iã natis & existẽtib. tempore testi substi
tuitur, si ambo, uel uterq;, aut oẽs decesserint, substõ illa est fa-
10 cta plurib. certitudinaliter, q̃a certũ est plures extare, † iõ cõdõ
expssa, si ambo, uel uterque, aut oẽs decesserint, &c. resoluitur

in singularitates ex uerisimili mente defuncti, & in uuo uerificatur contra propriam significationem verborum, quę resolutio cessat in casu nostro, ex quo non pt substitutus admitti ex defectu alterius conditionis tacitè subintellectæ, s. si plures extabũt quæ non est propriè, uel impropriè purificata per superexistentiam unius tantum, ut no. Bar. in l. si gemina. in fi. arbo. fur. cæsa. & Abbas in c. ad nostram. de reb. eccl. non alien. Et per hoc etiam respondetur ad aliud, uidelicet ꝙ pluralis loquutio uerificatur in uno. l. prætor ait. §. homines. ui bon. rapto. & l. 3. §. negotio. de neg. gest. & in leg. 1. C. de condi. inser. & ibi plene per Bal. quia in casu nostro, ut dixi, subauditur illa conditio, si plures filii extabunt, quæ non potest in uno adimpleri. Et similiter non ob. d. l. Titius. in prin. de lib. & posth. quia immo secundum glo. 1. sermo ille pluralis, s. cæteros omnes filios meos exhæredo, non uerificatur in illo filio tantum, quem testator habebat, quia posthumi etiam comprehenduntur. & quæ gl. relata ad tex. & sic eo casu, quo testator habebat unicum filium, est uera aliàs secus, secundum Imo. & Alex. ibi, quia in illo solo uerificari non potest sermo ille pluralis & uniuersalis. Et inter alia allegat Imo. ea, quæ habentur in l. Mæuius. §. cum qui. de leg. 1. quam etiam allegat Old. & Io. And. in locis præallegatis. & quãuis non dicant, idem uoluit etiam Bar. in l. qui filiab. in prin. de
11 leg. 1. ubi uult † quòd si testator legat filiis uel filiabus in plurali, cum unicum filium haberet, ꝙ ueniunt etiam posthumi, qui aliàs non uenirent, vt ibi dicitur in textu. Quia ergo in casib. prædictis pluralitas & uniuersalitas ab initio potest aptitudine & habitu in pluribus uerificari, quia quo ad alios adest potentia nascendi, qua attenta in eis potest exhæredatio impleri, iõ quo ad iam natum exhæredatio & dispositio est pura, sed in casu nostro illa conditio, si omnes filii decesserint sine filiis, non potest impleri actu, nec habitu, nisi plures extent, & sic antequam alii nascantur, quia cum decedere non possit, nisi ille, qui uiuit. d. leg. qui duos. quò ad non natos deficit potentia moriendi, quæ adest solum in pluribus iam natis, quia decedere possunt omnes sine filiis. Et propterea cum dicta conditio non possint formaliter impleri actu, nec habitu, nisi eo casu, quo plures extent, substitutio intelligitur facta solum, quando plures supersunt, & sic sub illa aliam conditionem si plures extabunt, tanquam ista sit antecedens necessarium ad aliam conditionem expressam, ut dictum est. Et ex hoc colligitur alia responsio ad id, quod dicitur, ꝙ sermo pluralis potest in uno uerificari, vt in iurib. allegatis & in alijs similibus, quia illud procedit qñ eodem casu habitu saltem & potentia potest uerificari, ẽt in plurib. sed qñ in plurib. non põt adimpleri ẽt potẽtialiter illo casu non intelligitur ꝓuisum vel dispositum, sed solũ in casu, quo actu, uel habitu põt loquutio pluralis & vniuersalis uerificari, si id fieri põt, sicut in casu nostro accidere põt, qñ plures reperiũtur extare, & non qñ vnus duntaxat. Postquã igitur declaratum est, ꝙ substõ, de qua in testõ Raphaelis facta filio infanti, non põt locum habere, & ꝙ casus illius non uenit, & ꝑ ꝯsequẽs ꝙ filiæ testatoris succedunt fratri suo ab intestato. Superest uidere, an Thomas filius Marci de Brochardis admittatur, uel uocatus dicatur ex fideicommisso relicto in testamẽto
12 dicti Marci, † qui eo casu quo Robertus alter filius suus & eius filij masculi ac descendentes ex linea masculina decesserint sine filijs masculis eidem seu eisdem in omnibus & singulis suis bonis eidem Roberto & filijs iure institutionis relictis substituit dictum Thomam & eius filios masculos, & descendentes masculos ex linea masculina, &c. Et uidetur ꝙ sic, quia cum per mortem dicti infantis filij dicti Raphaelis defecerit ex linea masculina d. Roberti, uerum est dicere, ꝙ descendentes masculi d. Roberti decesserunt sine filijs masculis, in quem casum & euentũ uocatus est d. Thomas, ut aparet ex uerbis testamenti proxime relatis, & in quem uocari potuit, quia, ut colligitur ex illis uerbis, eidem seu eisdem, &c. fideicommissum nedum fuit relictũ a descentibus Roberti, sed etiam ab eodem sub duplici conditione, s. si ipse decesserit sine filiis, & eius descendẽtes sine filijs masculis, secundum Bar. in l. centurio. de uulg. & pup. uer. q̃ro quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs & filij eius sine filijs, &c. & in l. sed si sic. de leg. 3. ¶Sed istis non obstantibus contrarium arbitror de iure uerius. Et est aminaduertendum, quod testator instituit uniuersaliter Robertum & Thomam & eorum filios masculos legitimos naturales, &c. quorum filiorum appellatione ueniunt etiam nepotes, ſm Barto. in l. liberorum. de verb. sig. & in l. Gallus. §. instituens. de libe. & posth. cum concord. de quib. ibi per Modernos. Filij ergo & nepotes Roberti, & Thomæ intelliguntur vocati ordine successiuo, & substituti Roberto & Thomæ vulgariter, & in casu tantum prouiso a Gallo, videlicet si prædicti, uel alter eorum decesserit viuo testatore. l. Gallus. §. 1. secundum unam lecturam, de liberis, & posthum. & ibi notant omnes. Et qui casus non euenit, & per consequens dicta substitutio expirauit. l. post aditam. C. de impub. & aliis substitu. Alia igitur sequens substitutio compendiosa, per quam casu Robertus, & dicti eius filij masculi, & descendentes decesserint sine filiis masculis, eidem seu eisdem substituitur Thomas. primo intelligitur facta d. Roberto, si decesserit sine filiis masculis, quæ expirauit, quia mortuus est superstite filio masculo. l. ex facto. §. penult. ad Trebel. secundo facta est filiis & descendentibus Roberti, qui fideicommisso solum potuerunt grauari, casu quo successissent ex substitutione vulgari concepta in casu Galli, & quę, ut dictum est, expirauit. Et ideo quia sunt exclusi, & sic non inueniuntur honorati, non potuerunt grauari. l. ab eo. C. de fideicom. & l. 1. §. sciendum. de leg. 3. & consequenter non potest Thomas venire ex substitutione fideicommissaria facta dictis descendentib. secundum Doct. communiter in d. l. Centurio. contra Bar. ibi, & in alijs locis ibi plenè allegatis per Moder. & est cõis opinio, vt ibi attestantur. Et qui Thomas ẽt venire non põt tanquam substitutus Roberto honorato sub duplici conditione videlicet si ipse & sui descendentes masculi decesserint sine filijs masculis prout etiam in dubio, secundum Bar. & Doct. in d. l. Centurio. præsumẽdum est, ꝙ fideicommissum fuerit sic relictum, vt valeat potius quam pereat. l. quoties, de reb. dubijs. quia illud procedit, & habet locum, quando nullo casu descendentes filij instituti potuerunt grauari, quia aliquo casu non erant honorati, sed solum in conditione positi, sicut quando testator duntaxat filium instituit, & si decesserit sine filijs, & filij eius sine filiis, substituit Titium. Sed quãdo dictos descẽdẽtes certo casu vocauit, puta in casu Galli, sicut in casu nostro tunc in dubio non videtur fideicõmissum relictum a filio primi gradus sub duplici cõditione, sed potius a dictis descendentib. s. eo casu quo grauari potuerunt, & sic quando contingat eos succedere, & euenire casum, in quo fuerũt honorati, quia tũc cessat rõ Bar. per dictam. l. quoties. cum d. casu valere possit, quãuis a substituto relictum dicatur. Et istud probatur in l. codicillis. in prin. cum ibi nota. per Bar. de vsuf. leg. & clarius idem vult in l.
13 qui duos. de vulg. & pup. ubi concludit † ꝙ relictum in dubio præsumitur potius a substituto, quàm ab instituto, per d. l. codicillis. Et eadem opin. communiter tenent etiam Doc. in l. cohæredi. §. cum filiæ. eod. tit. & in l. 2. §. fi. eod. tit. ubi de hoc late per Modernos, cum concordantibus, de quib. per eos in dictis locis. Cum ergo in casu nostro eidem seu eisdem substituerit Thomam, si decesserint sine filiis, intelligitur facta substitutio Thomæ sub una conditione, s. si ipse sine filijs decesserit, & suis descendentibus sub alia videlicet si ipsi sine filiis masculis decesserint, & hoc quando illi fuissent admissi, & admitti potuissent ex substitutione de illis facta in casu prouiso a Gallo, non autẽ censetur facta Roberto sub duplici conditione, etiam in casu dubio, quia, ut dixi, isto casu non loquitur Bart. & Doct. in d. l. Centurio. vt probatur ex prædictis. Et ita etiam vult & declarat Aret. in consi. 156. col. 2. ver. nec obstat, &c. & in præcedenti. Et eo magis, quia sumus in casu certo, & nõ dubio, quoniam expresè eisdem, s. descendentibus substituit. Et quamuis etiam substituerit Roberto, non tamen ei substituit sub conditione, si descendentes decesserint sine filiis, quia hoc casu expresè eisdem substituit, sed illi substituisse uidetur sub alia conditione, si ipse sine filiis masculis decesserit. Et sic referri debent singula singulis. Sed adhuc restat aliud dubium, vtrum locum habeat alia substitutio facta in testamẽto d. Marci de Ioãne Antonio, & Nicolao, ac filiorum suorum, casu quo deficiat linea masculina dicti Roberti, & dicti Thomæ. Et uidetur dici posse, quòd locum possit habere in portione dicti Roberti, cuius linea masculina, defecit, per l. fina. §. filium. de lega. 2. & l. Lucius. §. Caio. ad Trebellianum. Nec obst. quòd supersit Thomas, uel eius descendens masculus, qui ex uerisimili mente defuncti excludit substitutum. l. penulti. cum ibi not. C. de impuber. & aliis substi.

substi.& per Doc.in l.hæredes mei.§. cum ita.ad Trebel. Quia ex quo Thomas, & eius descendentes masculi ad partem Ro-
14 berti uenire non possunt, vt dixi.† eorum superexistentia non obstat dictis substitutis, sm Bal.& Sal.notanter,& Mod. in d.l. pen.& in d.§.cú ita. Sed his non obstátib.contrarium arbitror verius.Certum át est, ꝙ Nicolaus substitutus nihil capere pôt, quia cum fuerit de testô rogatus, nihil sibi aut filijs suis potuit i testô ascribere.& ascribendo incidit in pœná falsi.l.1.§. ad testamenta.l.de eo.& l.diuus.in prin.de fal.Sed hoc parú prodes
15 set† quia vbi casus dictæ substitutionis euenisset, portio eius fratri suo accresceret, secundum gl.& Bar. in l.filius §. sequens qô.de fal.& Ang.in l.1.C.de his qui sibi ascr.& Aret.consi. 87. Casus ergo dictæ substônis non euenit, quia prædicti fuerunt substituti, si Robertus & Thomas,& filij ac descendentes eorú decederent sine filijs masculis, non intelliguntur ergo substituti tantum Roberto & Thomæ sub duplici conditione, sed solum sub vna, s. si decederent sine filijs masculis,& descendentib. eorum sub alia, s. si ipse quoq; sine masculis decessérint, quia ex quo dicti descendétes non sunt duntaxat positi in cõdône, sed etiam in dispositione, secundum consilium Galli, vt dixi supra,
16 † in dubio ab eis præsumitur relictum fideicommissum eo casu, quo successissent ꝑ prædicta,& qui casus defecit, iô ét fideicommissum expirauit, quia datum intelligitur sub eadem con dône, sub qua grauatus vocatur, a quo relinquitur.l.si dies.§.fi. quando dies leg. cedat. Quamuis ergo non excludantur prædicti per superexistentiam Thomæ exclusi, tamé remanent ex defectu conditionis, sub qua intelliguntur vocati. Et eo magis ista
17 interpretatio est sumenda, † quia aliàs sequeretur absurdum, ꝙ in hunc casum melioris conditionis reperiretur do. Ioannes Antonius vltimo substitutus & eius descendentes masculi, quá descendentes testatoris. s. Thomas & eius filij contra.l.cum acutissimi.C.de fideicom.& l.cum auus.de cond.& demonst. Ideo ne tale absurdum sequatur, præsumendum est, quòd fideicommissum relictum intelligatur in dubio a descendentibus Thomæ & Roberti eo modo & eo casu, quo dictum est, argu.l. Publius.§.fi.de cond.& dem.& no.per Bar.in l.Gallus.§. etiam si parente.de liber.& posthum.& in l.si mater.§.fi. de vul.& pu. & per Pau.de Cast.& Raph.in l.j.C.de cond.inser.in quibus locis concluditur, quod verba debent restringi contra propriam naturam pro dicto absurdo, euitando. Nec obst.ꝙ not.Bal. & Sal.in d.l.pen.quia in casu suo substitutio erat tantum facta filijs institutis, nec poterat intelligi facta filijs filiorum, quia non erant aliquo casu uocati,& honorati, sed in casu nostro secus ut superius dixi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta, si sine filijs decesserit, instituto cum filio decedente expirat, licet filius postea sine filijs moriatur.*
2 *Filij in conditione positi non censentur uocati, & ideo non honorati grauari non possunt.*
3 *Substitutio in testamento facta quando in codicillis censeatur reuocata.*
4 *Pupillaris in compendiosa an comprehendatur, quando dictú é, si sine filijs decesserit, uel quando non apparet aditam esse hæreditatem, & quid dicendum in fideicommissaria. & nu. 9.*
5 *Infans hæreditatem cuiuslibet non aditam transmittit ad matrem, per quam transmissionem tollitur uulgaris, an sit uerum. num. 15.*
6 *Infantis hæres aduersus hæreditatem omissam restitui potest, ut excludat uulgariter substitutum.*
7 *Fideicommissi ius alium mediáte cessione transferri non potest. & nu. 18.*
8 *Hæreditas nec ex directa, nec ex fideicommissaria substitutione pendente conditione transmitti potest, sed cohæredi accrescit.*
10 *Pupillaris in compendiosa comprehensa per existétiam suitatis confirmata, licet se non immiscuerit, matrem excludit.*
11 *Vulgaris in compendiosa comprehensa non tollit suitatem, maxime ex eo quod cum fideicommissaria concurrit.*
12 *Fideicommissaria si cum uulgari concurrit, non tollitur per uulgarem suitas.*
13 *Sola existentia suitatis non impedit substitutum uenire ex uulgari tacita in compendiosa comprehensa.*
14 *Substitutus vulgaris per transmissionem ex potentia suitatis nõ excluditur, quando est etiam pupillariter substitutus, sed potest uenire uel ex transmissione, uel ex uulgari, & una electa aliam repudiare censetur.*
16 *Substitutus ex compendiosa habet electionem, ex qua substitutione in ea comprehensa uelit uenire.*
17 *Substituto utilius est uenire ex directa in compendiosa comprehensa, quam ex fideicommissaria propter Trebellianicæ detractionem.*
18 *Fideicommissaria cedente fideicommissum, debet illud petere cessionarius nomine cedentis ad sui tamen utilitatem, aliàs non obtinet.*

¶ Substitutio facta filio, si sine filiis decesserit, an expiret illo cú filio decedente, licet filius postea sine filijs moriatur. Et an nepotes ueniant cum patruo ad successionem alterius patrui, quando substituti sunt solum fratres, non autem filij fratrum.

CONSILIVM CV.



VISO testamento Zenonis, & Zaneti nepotis ex fratre,& his quæ proponuntur in themate, uidetur prima facie dicendum, ꝙ fratres d. Zaneti uenire non possint, nec aliquis eorum ex aliquo capite ad hæreditatem d.Zenonis, & Zaneti ex testamento unius vel alterius. Quod autem ex testamento d. Zenonis admitti non debeant, uidetur clarum, quoniam ipse instituit Zanetum nepotem, & eo decedente quandocunq. sine filijs masculis,& seu cum filijs,& ipsis postea decedentibus quandocunque sine filijs masculis, ei & eis substituit alios fratres d. d.Zaneti tunc superuiuentes, seu eorum & cuislibet eorum filios masculos, &c. Non possunt ergo fratres d.Zaneti admit-
1 ti tanquam substituti ipsi Zaneto, † quia ipse decesserit cum filio masculo, substitutio ei facta mox expirauit, nec curatur quod ille postea decesserit, quantum ad hunc effectum, scilicet, substitutionis factæ prædicto Zaneto, secundum Oldra.in consi.22.incip.Thema tale est testator,&c.& in consi.141.inci. Thema tale est, dominus G.&c.& Io. And.in additio.Spe.in ti. de testa.§.in primis.ad fi.& Pau.de Cast.consi.170.aliàs.172. incip.Nec impropriis utar vocabulis,&c.& in consi.79. incip. Casus iste frequenter contingit, &c. Nec similiter uenire possunt ex substitutione facta filiis d.Zaneti, quia illi solum fuerút in conditione positi, quæ non inducit dispositionem, ut est in terminis gl.vulgata,& communiter approbata in l.Lucius. de
2 hær.inst.& ideo cum nô sint honorati, non potuerunt grauari l.ab eo.C.de fideicom.& ibi Bal.hoc uoluit,& Imo.in c.Ray.de test.in materia compendiosæ.& in c.cum tibi.eo.tit.& Rapha. in d.l.Lucius.& Imo.& Ale.in l.centurio. de uulg.& pup.in penul.col.contra Bart.ibi, contra quem est communis opinio secundum Alex.pro qua dicit bis consuluisse, sed nedum bis, sed etiam pluries sic consuluit, prout ibidem dicunt nouissimi, qui idem tenent,& omnia consilia Alexandri allegant. Nec dici potest, ꝙ substitutio non sit facta filiis Zaneti, sed ipsi Zaneto, sub duplici conditione, uidelicet si ipse decesserit sine filiis,& filii eius sine filijs. quo casu fideicommissum ualeret tanquam injunctú soli Zaneto instituto & honorato sub illis duab. condônibus, ut per Bar.in d.l.centurio.cum quo in hoc alii transeunt qa ipse loquitur, qñ cõstat, ꝙ onus fuit iniunctú duntaxat filio ĩstituto, uel qñ sumus ĩ dubio. Sed in casu nrô clarú est & certú ꝙ substô fuit duplex, una. s. facta Zaneto, si decesserit sine filiis, & altera filijs eius decedentibus sine filijs, &c. ut patet ex illis uerbis, scilicet, ei & eis. Nam illa dictio, eis, relatiua numeri pluralis, non potest salua ratione recti sermonis referri ad Zanetum, sed solum ad eius filios, ut declarat Bar.in l.fi.ad Tertu. ubi hoc probatur & ideo dicitur facta substitutio ei, scilicet Zaneto,& eis, scilicet filijs eius, referendo singula singulis. Præ
3 terea,& alia ratione uenire non possunt fratres Zaneti ex substitutione de eis facta in d.testamento Zenonis, tanquá illa fuerit in codicillis reuocata, in quib.prius explicite reuocauit omnem substitutionem factam in testamento dictis fratribus Zaneti & filijs eorum, ac deinde Zaneto decedenti quandocunq. sine filijs, ei & eis substituit conuentum S.Domini,&c. Per hãc igitur substitutionem factam de nouo Zaneto, & filijs suis de fra-

fratribus S. Dominici, uidetur recessum ab illa, quæ fuit facta prædictis in testamento de fratribus Zaneti, quia illa fuit sub una conditione, s. si Zanetus decederet sine filijs masculis & filijs eius decedentibus sine filijs masculis. sed alia facta in codicillis facta fuit sub diuersa conditione. s. si decesserit, uel decesserint simpliciter sine filijs, & sic sub illa comprehenduntur et filiæ, quæ faciunt deficere dictam conditionem. l. si ita, in prin. de test. tute. l. si ita scriptum. in prin. de leg. j. & plene not. in l. 1. de uerb. sign. Et propterea per hoc uidetur recessum in totum a prima substitutione, ar. l. licet Imperator. de lega. 1. quamuis aliàs dici potuisset, fuisse recessum solum pro parte, iuxta nota ta in l. sicut, de ali. leg. & ibi per Bar. & per eum in l. re coniuncti. de leg. 3. in 2. oppositione, & per Doc. in l. si Fortidianũ. C. de leg. & in l. si pluribus. de legat. 1. Ex alio quoq. uidetur, qđ habere non possit locum substitutio, de qua in d. 1. testamento Zenonis, quia ille in codicillis dedit licentiam Zaneto instituto & grauato uendendi, & alienandi bona hæreditaria, & de illis disponendi in ultima uoluntate, & in residuo substituit dictum monasterium. Ex licentia igitur prædicta potuit hęredem instituere, & per hæredis institutionem bona hæreditaria alienare, tum quia specialiter sibi concessum fuit de dictis bonis disponere in ultima uoluntate, tum quia ubi fit mentio de alienatione permissiue, sub ea etiam continetur hæredis institutio l. c. si quis priore. §. cæterum. C. de secun. nup. & no. & Bar. & alii, in l. si ita quis. §. ea leg. de uerb. sign. in l. peto. §. fratre. de leg. 2. Sequuta igitur hæredis institutione & alienatione omnium bonorum hæreditariorum dicitur a substitutione recessum, secũdum Bal. in auth. cõtra rogatus. C. ad senatusc. Treb. per l. sicut. §. uenditionis, quib. mod pig. uel hypothe. sol. & quamuis aliter dicat Cum. & Alex. in l. Titius. circa finem. ff. eod. tamen eorum rationes cessant in casu nostro, in quo fuit data licentia disponendi etiam per ultimam uoluntatem, & probatur etiam in l. si mandassem tibi, ff. mandati. & l. si fundum per fideicommissũ. ff. de leg. 1. quæ potuisset habere locum, si aliud non obstaret, quando Zanetus ab intestato decessisset, & aliter non alienasset. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. uel hypothe. solui. & per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. de uerb. obl. Et sic per prædicta patet, ꝙ fratres Zaneti non possunt admitti ex substitutione facta in testamento Zenonis. Et eodem modo videtur dicendum, ꝙ uenire non possint ex testamento d. Zaneti, qui instituit Seuerium filium suum, & casu quo non haberet aliquem hæredem masculum, testator uoluit, ꝙ hæreditas remaneret suis fratribus, &c. Substitutio ergo huiusmodi, quæ fuit compendiosa, ut per Bar. & alios in l. centurio. de vulg. & pup. & subst. & in l. precib. C. eo. & in c. Ray. de test. nõ uidetur

4 posse locum habere ex aliquo capite uel aliquo casu. † Nam ex quo concepta est, si decesserit sine filijs, non uidetur pupillarẽ continere sed uidetur collata post ætatem pupillarem, quo tempore potest filios habere, secundum gl. & Iac. de Belui. in l. precib. C. de impub & alijs substi. & etiam quia mater est in medio uidetur solum fideicommissariam continere, secũdum Bar. ibi, & in d. l. centurio. quia hoc est utilius matri, quæ tanquam hæres filij poterit retinere legitimam & Trebellianicam. Præterea ut in puncto dicitur, non constat de aditione infantis, ergo nõ pot habere locum pupillaris, nec fideicõmissaria comprehensa in compendiosa. l. 2. §. quisquis. de vulgari, & pupilla. substi. & l. ille a quo. §. si de testamento. ad senatusc. Trebellianũ. Nec potest dici, ꝙ existentia suitatis confirmet dictas substitutiões, iuxta. l. si filius qui patri. cum ibi notatis per Doc. de uul. & pu. substi. & in l. Iulianus. de acq. hæred. quia per uulgarem comprehensam in dicta compendiosa, & quæ dicitur expresa uerbis, saltem generalibus, ut per Bar. & Doct. in dictis locis sublata est suitas. l. si filius heres. & ibi per Bar. & alios, communiter. ff. de lib. & posthum. Nec etiam dicta uulgaris potest effectum

5 sortiri, † quia infans hęreditatem paternam non aditam, quamuis non sit suus, transmisit ad matrem ex dispositione. l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. secundum gl. & Bald. ibi, immo infans hæreditatem cuiuslibet non aditam trãsmittit ad matrem, secũdum Bal. in d. l. 1. in fi. per l. si infanti. C. de iure delibe. quæ cũ loquatur in patre, debet etiam extendi ad matrem, secundum eum, & ideo cum possit habere locum transmissio, cessat dicta substitutio, quæ locum demum habet, si hæres non erit, uel alium heredem non fecerit. l. paterfamiliàs, de vulg. & pu. subst. & l. 3, C. de hæredi. insti. & prout fecisse dicitur alium hæredem per dictam transmissionem, secundum Bar. in d. l. 3. & in l. j. de

6 uul. & pup. substitutione, cum quo transeunt alij. † Et ubi etiã ex uulgari posset substitutus admitti, uel fuisset admissus, tamen aduersus hæreditatem omissam posse hæres infantis restitui, & hæreditatem a substituto auferre, vt est casus in l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de reb. dubiis. & in l. Pantonius. in prin. ff.

7 de acq. uel amitten. hæred. † Et ubi etiam non obstantibus præmissis possent prædicti per fideicommissum admitti, non possent hoc ius fideicommissi in alium trasferre mediante cessione, ut est casus singularis in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium. & not. Bart. in l. 1. ff. de leg. & fideicommiss. j. & l. qui ita. §. j. ad senatuscon. Trebel. & glo. in l. apud Iulianum. §. utrum. eod. titu. & Bald. in l. 2. C. de pact. in prin. ubi etiam rationem assignat. Sed pręmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Et dico, quòd solus Petrus frater Zaneti potest uenire, & admitti, nec cum illo concurrere potest Dominicus filius alterius fratris, non quidem ex primo testamento Zenonis, ex quo etiam succedere non potest Petrus, per rationes superius deductas, & allegatas, & per quas etiam monasterium S. Dominici non potest admitti, quia cum Zanetus decesserit cum filio, deficit conditio, sub qua uocatur, nec potuit substitui filijs Zaneti, qui non fuerunt per Zenonem honorati. Nec similiter potest Dominicus venire etiam ex testamento Zaneti, qui solum substituit fratres suos, & non filios fratrum filio decedenti sine filiis. Pater ergo Dominici præmortuus hæreditatem non potuit transmittere, nec ex dicta, nec ex fidei-

8 commissaria substõne, † quia mortuus est pendente cõdõne. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & in l. hæres meus. in prin. & l. quib. dieb. §. quidã Titio. de cond. & dem. & propterea eius portio accreuit Petro. d. §. pro secundo. & l. re coniuncti. de leg. 3. & l. 1. C. quando non peten. part. Qui potest venire ex qualibet substõne comprehensa in dicta compẽdiosa facta per Zanetum filio suo Seuerio. Et primo ex pupillari, ex quo decessit in pupillari ætate, ut habetur, in d. l. centurio

9 & in aliis locis præallegatis. Nec obst. dum dicitur † ꝙ in hac substõne non continetur pupillaris, propter illa verba, si decesserit sine filiis, per notata per gl. in d. l. precibus. & in c. Ray. de test. quia contrarium est uerum, ut probatur in d. l. centurio. Et ibi hoc uult Bar. & alii communiter in d. l. precib. & Doct. in d. c. Rayn. & in c. si pater. de test. in 6. & per illum textum. Et

10 similiter non ob. ꝙ mater sit in medio † quia etiam isto casu in compendiosa continetur pupillaris, quia est expressa verbis generalibus, ſm Doct. communiter, in d. l. centurio. & in d. l. precibus. contra Bar. Et quæ pupillaris in casu nostro fuit confirmata per existentiam suitatis, quamuis filius se immiscuerit. d. l. si filius qui patri. & ibi per omnes, de vulg. & pup. Nec ob. dum di

11 cebatur † ꝙ vulgaris comprehensa in compendiosa tollit suitatem, quia contrarium tenuit Ang. in l. Papinianus. §. quarta. de inoffi. testam. eo quia est tacita, quę uulgaris tacita nõ tollit suitatem, sed expressa tantum. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. & ibi per Bar. & alios. & cum Ang. transit etiam Raph. & Pau. de Cast. in d. l. si filius hæres. de liber. & posthu. & etiam

12 Alex. ibi, in fi. qui mouetur alia meliori rõne, † quoniam ſm eũ qñ cum vulgari concurrit fideicommissaria, sicut habet locum concursus, si substõ sit compendiosa, non tollitur suitas, quia cum possit cogi hæres adire per fideicommissarium, non videt habere licentiam repudiandi a testatore, sicut habere dicitur, quando vulgaris tantum est facta, secundum Bald. in l. non iustam. per illum tex. cum gl. C. ad Treb. Et eadem rõne potest Petrus venire ex fideicommissaria substõne, quia licet existentia suitatis non confirmet legata particularia. l. 1. §. fin. ut in possess. leg. confirmat tamen fideicommissum uniuersale, & hoc quia hæres cogi potest adire. l. ita tamen. §. si pater. & ibi no. Bal. & alii. ff. ad Treb. Item potest Petrus admitti ex vulgari, quæ con-

13 tinetur in dicta compendiosa, † quia sola existentia suitatis nõ impedit substitutum venire ex uulgari, secũdum Bar. cum quo transeunt alii communiter in l. 1. de vulg. & pup. in 5. qõne principali. uer. dubitatur etiam, &c. & in l. si mater. §. 1. eo. tit. & Bal. in l. post aditam. C. de impu. & aliis substi. dum volunt, ꝙ ex tacita uulgari comprehensa in pupillari expressa, possit admitti substitutus, & tamen per illam tacitam non est sublata suitas. l. Iulianus. de acq. hær. Nec ob. si dicatur, quod hæreditas transmittitur

14 mittitur ex potētia suitatis.l.apud hostes.C.de suis.& legi.† Ergo transmissio impedit substitutum vulgarem, ut per Bart. & alios in d.l.1.quia in casu nostro,& etiam Bar.substitutus uulgaris erat etiam substitutus pupillariter,& ideo ad eū,cui est delata hæreditas instituti facienda esset transmissio. Potest ergo substitutus uenire tunc ad hæreditatem testatoris substituentis uel iure transmissionis,uel ex substōne uulgari,& ueniendo ex substōne,videtur repudiare ex transmissione,prout potest.l. si quis filium.§.1.de acq.hær.iuncta.l.illud text.nec Imo. & Ale. ibi negant hoc esse uerum in se licet circa intellectum illius ali
15 ter uelint.Nec ob.dum dicebatur † quod illius transmittit hæreditatem ascēdētis nō aditam ad ascēdētem, & sic ad matrem, sm gl.in l.1.C.de his qui ante aper.tabu.per quam transmissio nem impeditur substō vulgaris,vt ibi,quia illa glo.reprobatur per Bar.& Doct.ibi p l.2.§.si quis ex liberis. ad Tertullianum. & per d.l.si infanti,p locum a speciali.Et idē tenent in l.2.C.ad Orfi.p illū tex.Nec ob. dum dicebatur, ꝙ saltē fit transmissio p dictā.l.si infanti.ex quo Seuerius decessit ī infantili ætate,sm Bal.in d.l j.in fin. quia immo illa lex non hēt locum in matre, sed in patre secundum Rayn.& Pe.& Ale.in d.l.si in infanti. Et vbi etiam locum habuisset transmissio, & hæres infantis transmissam hæreditatem adiuisset,locū hēret substō pupillaris & fideicommissaria, quæ mediante tali aditione fuisset cōfirmata, & ubi hæres infantis recusaret adire,cogi posset sicut hęres institutus potuisset,arg.l.postulante.in prin.iuncta.l.quia poterat.ad Treb.& prout voluit Bar.in l.eam quam,in pe.col.C.de fideic.Cum ergo in casu nostro posit habere locum quælibet
16 substō † contenta in compendiosa,vt probatur per prædicta, erit in electione Petri substituti venire ex qua velit. l. recusare. §.si Titius.ad Treb.& ibi no.Bar.Ang.Pa.de Ca.& Ale. & Bal. in d.l.precib.in pe.col. & Bened.de Plumb.in l.si quis seruo.de man.test.& probatur in l.si Titio.la 1.de vsufru.l.& ibi no. Bar. & in l.fi.C.de codi.& ibi per Bar.in j.q.& per eum in l.j.in 2.q. ff.eo.& idem tenet Bar.in d.l.centurio.ver.4 principaliter,&c. cum quo etiam transit ibi Ale.qui respondet ad ea, quæ allegā
17 tur per aliquos tenentes contrarium.† Erit tamē utilius dicto substituto venire ex directa substitutione,quia non haberet locum retentio legitimæ & Trebellianicę,quæ detraheretur, vbi veniret ex fideicommissaria. per ea quæ habentur in c. Ray. de test.& in l.quanquam.C.ad leg.Fal.& late per Ale.in l.in rōne. §.ꝙ uulgo.ff.eo.& vbi venire vellet ex fideicōmisso, & tanquā
18 † fideicōmissarius iura sua alteri cessisset, posset cessionarius petere restitui hæreditatem Petro cedenti, ad vtilitatem tamen ipsius cessionarii,& hoc casu pcederet petitio,sm Ang.Raph. Imo.& Ale.in d.l.apud Iulianum.§.vtrum.ff.ad Trebellianum. per l.seruo inuito.§.1.eo. ti. secus si peteret proprio nomine sibi restitui dictus cessionarius,quo casu procedit d.l.si mulier.§. ex asse.alleg.in contrarium, uel secundum Ang. in l.si vsusfructus in prin.de noua.potest intentare cessionarius exercitium directarum, & petere sibi restitui hæreditatem nomine cedentis,quia tunc agit ad restōnem tanquam quilibet simplex procurator,cui potest fieri restitutio.l.qui ita.§.j.ad Trebellianum & facta restōne poterit pro se hæreditatem retinere uirtute actionum utilium,secus uero si cessionarius ageret actione vtili proprio noīe,& ad utilitatem propriam.d.§. ex asse.qui isto casu loquitur,& ita dicit fuisse consultum. Et quamuis Imola ibi dicat,ꝙ forte constō procuratoris non valet,per dictum.§. ex asse.tamen ipse & alii in d.§.utrū aliter dicit.& Bal.in l.pen. C.ad Treb. Et ad omnia alia in contrarium allegata ex pmissis colligitur rñsio clara,ex quib.concluditur, ꝙ mortuo Seuerio filio Zaneti in ætate pupillari, quod Petrus solus debet & pōt admitti ex multiplici capite. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conditio,si sine filijs decesserit, subintelligitur etiam quando, descendens per lineam maternam grauatur ab ascendente.*
2 *Item an etiam in uulgari sub compendiosa comprehensa simul cum fideicommissaria, licet secus in sola uulgari. & numero 5.*
3 *Item an etiam uno grauato post mortem suam & alterius, non solum in persona grauati,sed etiam alterius.& nu.9.*
4 *Item etiam quando pia causa est substituta.*
6 *Determinatio inæqualis fit, quando in altero determinabilium militat ius speciale.*
Determinatio satis dicitur æqualis,si in genere est uniformitas, licet non in specie.
7 *Conditio,si sine filijs decesserit, licet subintelligatur in compendiosa facta in hæreditate, secus tamen est in facta in fideicommisso.*
8 *Filij positi in tacita conditione in casu.l.cum auus,faciunt deficere fideicommissum,quando ipsi succedunt, aliàs sola superexistentia non sufficit.*
10 *Declaratio consistentium in iure etiam commissa per testatorem fieri non potest, nisi parte præsente uel citata, nec ante tempus existentis controuersiæ.*

¶ Dispositio.l. cum auus. & l. cum acutissimi. quando locum habeat.

CONSILIVM CVI.



rationis uerba.de libe.le. & quin etiā in se sit hoc uerum:quia sicut hunc effectum operatur transmisfio iuris deliberandi,& illa quæ fit ex dispōne.d.l. 1.C.de his qui ante aper.tab. eadem rōne eundem effectum operari debet trāsmisfio,q̄ fit ex potentia suitatis. Sed in his terminis non formatur qō per Bart.quia regulariter per donationem substituti uulgaris tollitur suitas, ut tradit plenè in d.l. filius hæres.de lib.& posth.& in l. si filius qui patri.de uul.& pup.Sed quando non tollitur suitas, sicut tolli non dr̄ per vulgarem comprehensam in cōpendiosa,tunc habet locum transmisfio,& per eam substitutus non potest admitti ex vulgari,vt dixi. Nec obstat,ꝙ existentia suitatis nō excludat substitutum vulgarem eo casu etiam, quo per eam non tollatur suitas,prout contingit,quando uulgaris est tacita, secundum Bar.cum quo alij transeunt in d.l. 1.de vulg.& pupill. antepen.col.uersi.dubitatur ēt,cū quo alii cōiter transeunt,qa verum est, ꝙ sola suitas immediate non excludit substitutum, ꝑut excluderetur ex actuali immisfione.d.l. post aditā. Et hoc est,de quo dubitatur per Bar.& alios,quasi ꝙ nudum nomen suitas operaretur in hoc effectum immisfionis,sed transmisfio q̄ a suitate descendit,substitutū vulgarem excludit,dūmō adeat hæres hæredis,& admitteretur substitutus,si ꝑ hæredem hæredis hæreditas repudiaretur,& qui repudiare pōt,quia ad eum transmittitur ut adeunda,& non ut adita.d.l.si quis filiū.§.1.de acq.hær.& per ꝯñs tunc sola suitas non debet substitutum,uulgarem excludere,sed exclusio causatur immediate ex aditione, q̄ fit per hæredem hæredis.Et ista absq; dubio est Bar. & Doc. intentio. Ex tali igitur transmisfione poterunt mater, fratres vtinque coniuncti & sorores defuncti hæreditate infantis, de qua quęritur,ab intestato adire,& apud quos iure hæreditario remanebit ltīa infantis,& Trebellianica,quæ, ut dixi, non est prohibita,& sic dimidia totius,vt habetur in d.c.Raynutius.& in aliis locis pall. residuum uero subiacebit restōni fideicommissi,& pro parte hæreditaria dictorum fratrum fideicommissum illis relictum remanebit extinctū,quia ab ipsis,tanquā hæredib.sibi ipsis non pōt deberi,& pro portionib.suorum cohęredum admitti poterunt.l.qui filiab.§.fi.cum seq.de leg. 1.atq; ēt cum illis uenire poterit alius frater defuncti ex parte solum cōiunctus eodē iure fideicommissi.d.l.fi.ad Tert. qui tm̄ poterit consequi ultra ltīam & Trebellianicam,quantum consequitur quilibet alius frater defuncti utrinque coniunctus, tā iure hæreditario quā fideicōmissi. Et sic recto facto calculo dictus pr̄ ex latere solum paterno consequi deberet sextam partem portionis totius partis dicti īfantis defuncti.Nec expediret fratrib. eius ex utroque latere repudiare pro eorum parte hæreditatem fratris præmortui, & uenire ex fideicōmisso æqualiter cum alio ex latere paterno,quia a portione dictæ ltīmæ & Trebellianicæ,quæ illis defertur hæreditario iure,excluderentur, nec matri & sororib.accrescere posfit,sed ad alium fratrem ex parte patris tm̄ transiret ex uulgari substōne,quæ in hac parte repudiata hēret locū,& ꝑ quā ius accrescēdi excluderetur isto casu,ſm Bal.Ang.& Im.& Mod.in l.fi.in prin.de uul.& pup.ꝑ illum tex.& Ale. in l.1.de uul.& pup.in illa qōne Bar.utrum ex iure transmisfionis excludatur substitutus vulgaris. Et per hæc etiam ad allegata in contrarium colligitur rn̄sum congruum, qa dū dicebatur,ꝙ hēt locum uulgaris in omnibus bonis, ex quo infans non adiuit,istud non est uerum,quia si in compendiosa contineatur pupillaris in persona infantis,uulgaris cessat siue non contineatur, & ex uulgari non posfunt admitti substituti, quia infans,qui decesfit, alium hęredem fecit.dicta leg. si paterfamiliās Titium. & sic solum fideicommissaria potest habere locum eo modo, quo est dictum. Et ita puto concludendum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis non impedit successionem ab intestato, etiam non existentium de domo prohibentis.*
2 *Substitutione facta vltimo decedenti expositis in conditione tantum, illi non dicuntur inuicem substituti.*
3 *Relatio importata per verbum, dictos, operatur ac si expresso nomine proprio facta fuisset.*
4 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando de filijs nominatim est facta mētio, nec etiam si sub nomine appellatiuo.*
5 *Feudum concessum pro hæredibus dicitur hæreditarium, et non transit, nisi ad hæredes, licet sit antiquum.*
6 *Princeps licet non posfit, siue causa præiudicare in iure quæsito, secus tamen in quærendo de iure ciuili, etiam sine clausula, non obstante.*
7 *Priuilegium reuocari non potest post ius ex illo quæsitum.*
8 *Consuetudo de alienando feuda, sine licentia dominorum valet, sicut & statutum.*
9 *Consuetudo, etiam unius familiæ, attenditur quando habet potestatem statuendi. & nu.30.*
10 *Bona particularia feudi posfunt alienari per vasallum.*
11 *Filij in conditione positi ex coniecturis dicuntur vocati. nu.15.*
12 *Verba improprīātur, et ab eis receditur euitandi absurdi causa.*
13 *Dictio, perpetuò, in ratione prohibitionis alienationis posita, operatur, vt descendentes dicantur successiuè vocati.*
14 *Alienatio necessaria, quæ regulariter permittitur, quādo etiam dicatur prohibita.*
16 *Expressum dicitur, quod necessariò sequitur ex verbis prolatis.*
17 *Descendentes nati, vel concepti post testamentum, vel mortem testatoris, quando admittantur ad fideicommissum.*
18 *Feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi, quando fideicommissarius est de comprehensis in inuestitura.*
19 *Confessio alicuius, bona fuisse feudalia, probat in sui, & hæredū præiudicium.*
20 *Et idem probant verba narratiua principis.*
21 *In feudo antiquo habet locum ius accrescendi, seu inuestitura primi parentis.*
22 *Et etiam in feudo nouo a principe concesso, vel etiam de sui natura indiuiduo.*
23 *Feudum quantum sit, debet probare vasallus, non dominus, quia totum præsumitur feudum.*
24 *Possessiones existentes in territorio concesso præsumuntur, et ipsæ concessæ, nisi ab alio posfideantur.*
25 *Licentia alienandi concessa per principē dicitur surreptitia non facta mentione fideicommissi, & non ualet sine speciali clausula, non obstante, & non sufficit clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*
26 *Reditus ad pristinā naturā, & ius commune, multum operatur.*
27 *Feudum non potest auferri vasallo per dominium, sine causæ cognitione.*
28 *Et sine culpa vasalli, etiam si ei sit ius quæsitum in spe tantum, & conditionaliter.*
29 *Princeps non debet de alieno remunerare, sed de suo largiri, vel precium domino soluere.*

¶ Filij in conditione positi, an censeantur vocati, & an prohibitio alienationis ad illos trahatur.

CONSILIVM CVIII.

VISA, ac bene intellecta facta serie,& omnib.testamētis,ac inuestituris diligenter pōderatis, videtur dicendum prima facie, ꝙ bona, de quib.agitur, ex aliquo capite ad illustr.dños de Corrigia non posfint pertinere,& in primis ex testō Giberti senioris non posfūt venire,a quo prædicti domini descendunt, quia ex aliqua parte d.testamenti non reperiuntur vocati,in quo instituit primo Simonem,Guidonem,Azonem, & Ioannem eius filios, & eos sibi substituit inuicem quandocunque contingeret eos vel eorum aliquem decedere sine filijs vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum. Ex hac igitur substitutione prædicti non posfunt dici vocati,quia in illa non sunt dispositiuè nominati, nec ex eo, quòd sint in conditione positi, secundum glos. communiter approbatam in l. Lucius. de hered.instituen. & quia isti, qui nunc viuunt, non erant nati, neque concepti tempore testamenti, aut tempore mortis, vel tempore quo euenit casus dictæ substōnis,ideo ex ea dici non posfunt vocati.l.cum ita.§.in fideicommisso.de lega.2. & l.si cognatis. de reb.dub. & ita per Bar. & Mod. & his rationib.non vocantur ex aliis verbis eiusdem testamēti immediate sequentib.videlicet,& ipsis omnibus deficientib.sine liberis masculis legitimè descendentibus, sic & taliter, quòd nullus masculus ex dictis filiis suis masculis, aut ex filiis ab eis, seu aliquo eorum descendentibus tunc in defectum omniū supradictorum, & descendētium ab istis quibuscunque

eunq; masculis tm̃,ut supra,voluit & iussit dictus testator eius bona & iura quælibet ad proximiores transuersales de domo sua,qui tunc tpis fuerunt & erunt puenire,&c.Quia ergo oẽs descendentes masculi, in quorum defectum transuersales sunt uocati,reperiuntur solum in condõne positi non pñt dici ex te stõ uocati,ſm glo.in d.l.Lucius. Et istud ẽt in terminis uoluit Ale.in consi.29.5.vol.in 5.col.ver.si aũt constaret,&c. qui in specie & in indiuiduo loquitur de testõ d. Giberti antiquioris de Corrigia. Et similiter non dñr uocati pdicti dñi ex ea parte d.testamenti,in qua dictus testator,prohibuit filijs suis, seu ab ipsis,uel aliquo ipsorum descendentibus alienationem , quia uoluit bona sua perpetuo remanere in illos de domo sua, &c. Quia cum dicti descendentes ex filijs non sint ex testamento eius vocati,vt dixi,non potuit illis alienatio prohiberi , nec inter eos casu alienationis fideicommissaria substitutio fieri,quia quem non honoro,grauare nõ possũ.l.ab eo.C.de fidei. & l.j. §.sciendum.de le.3.Solum.n.vno casu descendentes ex filiis institutis potuerũt prohiberi alienare,s.qñ dicti filij instituti alienassent,& sic contra prohibitionem fecissent.Sed vbi ab eis nõ sit facta alienatio,& sic contra prohibitionem non reperiatur fecisse,dicti descendentes per fideicommissum non pñt venire qa ex tali ꝓhibitione non inducitur simplex fideicommissum inter filios testatoris institutos & eorum descendentes,sed solum in casu alienationis factæ p illos , qui sunt ex testamento uocati,ut plene declarat Alc.& mod.in l. qui Romæ.§. cohæredes.de uer.ob.& ideo prohibitio dirigitur ad dictos descendentes filiorum eo casu,quo potuerunt ex substitutione, ꝙ esse potuit,ut dixi,quando alii instituti fecissent contra prohibitionẽ nõ aũt prohibiti dicuntur in dubio eo casu,quo ex testõ nõ vocati non dicuntur, si contra prohibitionem per dictos filios institutos factum non reperitur.Et ita ẽt concluditur per Arc.in cõs.256.& hoc ẽt satis percipitur ex verbis testi,dum in eo dr̃, ita & aliter, ꝙ eis filiis suis,seu ab ipsis,uel aliquo ipsorum descendentib.aut alicui ex his,ad quos iure instõnis uel substitutionis.Ex qb.ultimis uerbis satis constat, ꝙ intentio testatoris fuit solum prohibere & grauare institutos & substitutos,ergo prohibitio non dr̃ facta descendentib. positis in condõne,nisi eo casu,quo fuerunt substituti , uidelicet qñ per filios institutos bona fuissent alienata contra prohibitionem . Cum igitur filij instituti non alienauerint,dicti descendentes in cõdõne positi non dñr uocati,& per ꝯñs inter illos non potuit fideicommissum fieri,& quia etiã illi descendentes in casu alienationis dñr uocati,qui erant nati vel concepti eo tẽpore,quo alienatio facta fuit per illum,qui ex testõ erat uocatus.d.§.in fideic.& d. l.si cognatis.Ex quo sequitur, ꝙ licet illus.d.Galeacius alienauerit, ꝙ tñ alii non pñt ex d.testõ admitti,tanquã dicatur factum cõtra prohibitionẽ, qa prohibitio ad illũ non porrigitur,cum ex prædicto testõ uocatus non inueniatur. Et ubi ẽt sub ꝓhibitione comprehẽderetur,ex quo tñ instituit matrem & sorores,& sic personas,q̃ ei ab intestato fuissent successuræ,auth.ẽ. defuncto.C.ad Ter.nõ diceretur ꝯ ꝓhibitionẽ fecisse, nec per

1 ꝯñs casũ fideicõmissi euenisse qa stãte† tali prohibitione non prohibetur ab intestato succedere prohibito illi,qui ẽt nõ sint de domo testõris prohibẽtis.l.cum pr̃.§.cũ inter.& ibi p Bart. de l.2.& per eũ in l.peto.§.fratre.e.ti.& in l.si ita quis.§.ea lege.de uer.ob.& per Ale.in d.l.q Romæ.§.cohæredes. & idẽ ẽt si instituatur a ꝓhibita persona,quæ erat de iure sibi successura ab intestato,licet non esset de dicta domo,ſm gl.in l.pr̃.§.Iulianus.de le.3.q̃ ad hoc est singularis,ſm Imo.in d.§.ea lege.& in d.§.fratre.& Ale.in cons.56.1.uol.& ꝓbatur ex no. p Bar.ĩ l.3.in fi.de leg. 1. Nec ẽt dici põt, ꝙ ex quo in defectum oĩum descendẽtium lĩmorũ uocauit transuersales, ꝙ ultimo decedẽti ex dictis descendentib.uideatur substituisse in omnib.bonis, & ꝯñr ꝙ inter eos dicatur facta substõ,iuxta.l.Titia.§.Seia libertis.de le.2.cum ibi no.per Bar.& Dy.qa illud tm̃ procedit,quãdo est facta substõ ultimo decedenti ex plurib. in dispõne posi

2 tis,& nõ hẽt locũ,quãdo pdicti sunt solum in† condõne positi ut colligitur ex no.per Im. in l.centurio.de uul.& pu.dum ponit ĩtellectum ad d.§.Seia.& in c.Raynutius.de test. in materia compẽdiosæ . Et ita ẽt tenet Soc.ĩ l.heredes mei.§. cum ita.ad Tre.in j. col.& ultra eum idẽ ẽt uult Pe.de Anc.in consi. 119. Pro clariori decisione,&c.& Ale.in cõs.105.j.uol.& in cõs.11. in 3.uol.Et per pdicta colligi vr̃ clare, ꝙ ẽt pdicti dñi non dicũtur uocati testõ secũdi Giberti,qa & in illo descẽdẽtes ex filiis suis solum sunt in condõne positi,& ꝓpterea habent locũ oĩa superius dicta.Et quãuis approbet ẽt oĩa disposita in testõ Giberti senioris,& sic pro hibitionem alienationis factã per illum uideatur ẽt de nouo facere,nihilo minus ẽt mediante tali ꝓhibitione dici nõ põt, ꝙ pdicti sint per fideicommissum uocati , per ea q̃ ẽt in pcedentib. sunt deducta,& minus admitti possũt d.domini ex testõ Gerardi,qa filii filiorum institutorum non sunt adinuicem substituti, cum sint in condõne positi , & solũ substituti patruo decedenti sine filiis una cũ cohæredib. pmortui superstitib.nec ẽt d. filii filiorum sunt prohibiti alienare, sed solũ prohibuit testõr dictos hæredes suos,&c.& sic filij primi gradus instituti sunt prohibiti & nominatim , quia relatio

3 importata† per illud uerbũ dictos , operaẽ ac si noĩe proprio eorũ expsso facta fuisset prohibitio. l.si plurib.in prin.de uer. ob.& probatur ex no.per Bar.ĩ l.qui liberis.§.hæc uerba. in fi. de uul.& pu.& in cõs.7.Andreas Martini,&c.Quo casu quan

4 do nominatĩ†fit mẽtio,nũquã nepotes ueniũt appellatione filiorũ,ſm Bar.cũ quo trãseũt Doc.cõiter in l.Gallus.§.istitueñs de libe.& posth.quinimmo si filius sub noĩe appellatiuo alienare sit ꝓhibitus,nõ uenit nepos,ſm gl.ĩ.§.nos igiẽ. ĩ auth. de rest.fideic.& Bar.in l.Lucius.§.j. de le.2. & Cy. & Bal.& Ang. in l.uoluntas.C.de fidei.& Ray.Bar.Bal.Im.& Ale.in l.filiusfamiliàs.§.diui.de le.j.Et idem p oĩa est dicendum de aliis duob. testĩs fratrum.d.Gerardi,qa pcedẽti,quantũ ad hoc, de quo q̃ rĩt,nõ differunt.Ex inuestituris quoq; uidetur, ꝙ illus.d.Gibertus iunior & eius nepotes ad partem d. Io. Galeacii, non sint uocati , qm̃ prima inuestitura facta d.Manfredo & fratrib.ac nepoti Nicolao concessafuit pro ipsis & eorũ hr̃dib.lĩmis, ut ergo in parte alicuius eorum admitti possit aliquis ex descẽdẽtib.eorum est necesse, ꝙ talis sit heres illius,de cuius portio

5 ne agit.qa† feudũ,ut dixi,cõcessum ꝓ hæredib.dicit hæreditariũ,& nõ pt̃ trãsire ad aliquẽ,q non sit hæres inuestiti, ẽt si feudum sit antiquum,ſm An.de Iser.& Bal.ĩ c.j.§.hæc quoq; , de suc.feu.in c.j.q suc.ten.& in c.j.an ago.uel fi.& Iac.de Belu.in c.j.de eo q sibi & hære.suis,& Cy.in l.si manumissus.C.de lib. & eo.li.& Bar.in l.cum qui.in prin.de interd.& releg.& in l.ut iurisiurandi.§.si liberis.de ope.lib.& Pau.de Ca.in l. si mihi.de uer.ob.& in l.ꝓ hærede.§.si quid,ad fi.de acq.hær. & in l.apud Iul.§.si quid.de leg.j.& Ale.cons.10.Ponderatis, &c. in consi. 55.Præscriptis,&c.3.uolu.& consi. 19.5.uol.& Ar.in consi.3. Quia ergo solus.d.D.Io.Galeacius fuit hæres d.Nicolai aui paterni mediante persona sui patris etiam inuestiti sub eadem forma,& qui d.Io.Galeacius instituit hæredẽ matrẽ & sorores,& sic d.Gibertus iunior & consortes non successerunt nec eẽ potuerunt hæredes primi Nicolai,nec secundi,ideo ad eius partẽ feudi nõn pñt admitti,nec isto casu pt̃ habere locum ius accrescendi inter pdictos,licet feudum sit paternum, uel sit concessum a principe,qa demum tunc pt̃ locum hr̃e,iuxta ea q̃ tradũtur in d.l.si mihi.& in l.j.C.si soc.Imper.lib. 10. si in illo,q uult admitti,adsit qualitas sub qua feudum reperitur eẽ concessum ut puta qa sit hæres illius,cuius portio deficit, qñ est concessũ ꝓ se & hæredib.ut in casu nostro, & secus si fuisset concessum pro se & liberis,quia tunc admitti quis posset,si esset de liberis, etiam si non esset hæres,& agi non posset dicto casu de iure accrescendi,ſm Doc.in locis sup.alleg. Et prædicta sunt expresse de mente Ale.in d.consi.10.3. uol. Præterea ubi etiam ex dictis inuestituris prædicti isto casu eẽnt uocati , tamẽ remanẽt exclusi p p licẽtiam alienandi inter uiuos,& in ultima uoluntate concessam a principe d.D.Io.Galeacio, sublato omnino iure succedentium in ipso feudo.Cum ergo d.Io.Galeacius matrẽ , ut dixi,& sorores instituerit hæredes , ad eas dẽt transire feudum pdictũ,quia princeps,ẽt cum piudicio succedentium ĩ ipso feudo potuit dictã licẽtiã concedere,qm̃ licet iniure quæsito non possit sine cã piudicare l.item si.de rei uẽ.& l.uenditor.§.si cõstat,comm.pd.& traditur in l.fi.C. si contra ius uel uti.pu.& ĩ c.q̃ in ecclesiarũ.de const.in iure q̃rẽdo tñ † de iure ciuili est aliud,ut probatur ex no. p Bal.in l.2.C.de iu.& fac. ign. & in c. domino.in tit.hic fi.lex Cõr. & in l.fi. de iu.aur.an.& in l.Deo nobis.ad fi.C.de epis.& cler.& in l.rescripta. C. de preci.Imp. off.& in l.nam ita.de ado. ubi concludit , ꝙ legitimatio facta post mortẽ patris & aditã hæreditatẽ,tunc nõ præiudicat illis qb.fuit ius & dñiũ qsitum p aditionem.Si uero sit facta,antequam

quam hæreditas sit adita,& tūc pīudicat his, quib. est delata,q̄ eū ius adeundi sit de iure ciuili.l.lege obuenire.de verb.sig.potuit p principē auferri, sicut & alia, q̄ sunt de iure ciuili, sine ēt clausula, non obstāte, vt no.gl.& Doc.in l.fi.C.si contra ius vel vti.pup. Et idē ēt tenet exp̄s sius Pa.de Ca.& Alex.ī l.Gallus.§. & quid si tm̄.de lib.& posth. Vñ & in casu nostro potuit princeps dictis agnatis ius quærēdū ex cōtractu feudi auferre, cum sit de iure ciuili, f̄m gl. & Doc.in l.ex hoc iure. de iust. & iure. Qđ ēt probatur, nā licet ltiatus non succedat in feudo, tñ princeps ad feuda pōt ltiare in prɇiudiciū agnatorum.c. naturales. & ibi p gl.& Doc.si de feu.fuer.contr.inter do.& agn. Quēadmodū ergo pōt dicto mō princeps præiudicare dictis agnatis ī iure quæsito in spe ex contractu feudali, eodē mō & p aliā viā, de qua agitur, quia diuersa rō reddi non pōt. Nec obstare vr, q̄ alienatio uigore indulti fieri non potuerit in fœminis, cum f̄m illius tenorē bona ēt post alienationē remaneant adhuc feudalia,& feudi dicatur eē incapax fœmina.c.1.§.hoc aūt, q̄ feu. da.poss.c.1.de gr.suc.in feu.c.1.de suc.feu.& c.1.an.mu.vel sur. q̄ cū Imperator exceperit solū principes, in quos noluit alienationē fieri posse, in omnib. alis p̄sonis uidetur alienationē p̄misisse.d.l.cū prætor.in prin.de iud.& l.maritus.C. de proc.

7 † nec ualuit reuocō priuilegii post aditā hæreditatē p hæredes d.Io.Galeacii & post quæsitū dñiū, q̄ est de iure gentium, f̄m Arc.in terminis in c.nouit.de iud.& facit, q̄ no.Bal.in d.l.2.C. de iur.& fac.ign.cū cōcor.de quib.supra. vbi habetur, q̄ ltiatio facta post aditā hæreditatē nō præiudicat hæredi, quia licet modus quærendi sit de iure ciuili, dñiū tñ q̄sitū est de iure gētiū. & per Alex.in l.cum hæredes.in prin.de acq.poss.& Aretin l. 3.de test.§.Pau.de Cast. in dictis locis. Quinimmo vr, q̄ possessiōes existētes in territoriis castrorū dictorū dñorū potuerint passim alienari, ēt sine licentia domini, quāuis eēnt feudales du

8 plici rōne. † Et primo p p cōsuetudinē, quā asserit esse inter illus. dños de domo de Corrigia, & inter alios similes cōuicinos de alienādo talia bona sine licentia dñi, ut p̄bat ex no.per Bal.in c.Imperialem.in pri.de p̄hi.feu.alie.per Fed.uer.quæro quid si,&c. ubi cōcludit ualere consuetudinē, q̄ feudum det in solutū pro debitis uasallorū, si sit clericorū & laicorum, ut sic fiat saluo. iure ecclesiæ. Si uero sit laicorū tm̄, & nō p̄iudicat ecclesiæ sed ualet quo ad laicos. Et ita ītelligitur, f̄m eū, quod no.gl.in c. 1. §.porro.qual.olim feu.alie.pot. Et cōfirmatur, quia p statutum ēt introduci pōt, q̄ possit fieri alienatio feudi, f̄m Bal.in c.1.in prin.de uasal.qui contra const.Loth.in reb.tñ ecclesiarū nō ualeret, f̄m eū, p c.ecclesia S.Mariæ. de cōst. Ergo idē pōt introduci p cōsuetudinē, q̄ statutum & consuetudo respectu causæ efficientis non differūt, f̄m Bal.in l.j.in 2.col.C quę sit lō.cōsue. & no.Bart.in l.de quib.de leg.uer.quæro, nunqd de esse cōsuetudinis,&c. Nec dicatur, q̄ p̄dicta pñt habere locū in cōsuetudine uniuersali, puta unius populi,& non in cōsuetudine vnius familię, q̄a imo cōsuetudo ēt vnius familiæ idē operatur,& dēt attendi, f̄m Io.An.in add.Spe.de instr.edi.§.compēdiosē.uer. sed nunquid in add.inc.interposuit.& non reperitur alibi hæc

9 decisio, f̄m Ang.& Im.ī l.3.de test. † q̄ p̄cipue est uerum, q̄ñ talis familia habet imperium & p̄tātē statuendi, f̄m Ange.in l.fi. p illum tex.C.de test.& Alexan.in l.si non sp̄ali.eo.tit. Scđo potuit dictorū bonorū ēt de iure fieri alienatio sine licentia dñi, ut colligitur ex no.p Bal.in l.j.C.vnde cog in fi.ubi per glo.ibi dicit, q̄ singularia seu particularia feuda in regno Apulię dicuntur eē de directo dñio regis, licet ipsa maior uniuersitas regni

10 sit quo ad directū dñiū ecclesiæ, & sit p̄supponit, † q̄ bona particularia per eum pñt alienari. Et idē dicit Bal. in proœ. Digestorū, col.3.uersi.item no. q̄ hoc est cōe ius,&c.& cum eo transit Alc.in cōs.j.col.14.5.uol. Sed præmissis non obstantib. aliō mō de iure concludendum esse censeo. Et in primis dico, quod de iure fideicōmissi bona, de quib.agitur, ptinet ad dictos illus. dños de Corrigia. Vñ p̄mitto, quod licet regulariter filii in cōdōne positi non dicantur ex testō uocati, f̄m gl. cōiter approba

11 tā in l.Lucius.de hæ.inst. † tñ si ex coniecturis de contraria mēte testōris pōt apparere, uerba condōnalia disponunt, f̄m Soc. in l.cum auus.in fi.de cond.& demō. & quales dēant esse hmōi cōiecturæ, relinquitur iudicis arbitrio, f̄m eum. Et q̄ hoc sit uerū colligitur ex multis iurib.in quib.probatur, q̄ uerba condōnaliter p̄lata disponūt ex uerisimili mente disponentis.l.demq;.§.interdū.de pec.l.& l.si ita stipulati.de ope.lib.& p Bart.

& Im.in l.ex hac scriptura.de do. Est ergo aduertendū, quod in casu nostro Gibertus antiquior disposuit, quod in defectū omnium suorū descendentiū masculorum eius bona puenirēt ad p̄ximiores transuersales de domo sua, qui tunc t̄pis fuerint,& erūt,& deinde illis deficientib. ad illos subsequentes p̄ximiores masculos tm̄ de domo sua,&c. Quia igitur primo transuersales proximiores uocauit,& deinde illis deficientib. subsequētes proximiores masculos, tm̄ uı̄ uoluisse, q̄ sui oēs transuersales admittantur eueniente dicto casu ordine successiuo, iuxta l.cū ita.§.in fidei.de le.2.& l.fi.C.de uer.sig.& per no.p Bar, & oēs mod.in l.Gallus.§.1. de lib.& post.& p̄cipue, quia sic ordinauit testōr fauore agnationis conseruandæ, vt clare colligitur ex tenore testī,& ex cā prohibitionis alienationis factæ in testō. Et istud ēt in fortiorib. terminis decidītur ex not.per Pet. de Anc.in cons.26.inc. Non seruato ordine dubiorū,&c. ubi concludit, q̄ testōr substituendo duos antiquiores de domo, cum hoc fecisse uideatur fauore agnationis, non intelligitur sēsisse de primis duob. antiquiorib. sed ēt de ulteriorib. in infinitum ordine successiuo, per d.§.in fideic. Si ergo rōne prædicta testōr oēs transuersales, f̄m dictū ordinē adinuicem substituit, multo magis eodē ordine p̄sumendū est, q̄ suos descendētes masculos adinuicem substituere uoluerit, quamuis illos in condōne posuerit, alias transuersalib. eo casu, quo uocantur, minus dilectis magis prouidisset testōr quam descendentib. magis dilectis, quod esset absurdum.l.Publius.§.fi.de cōd.& dem. l.si uiua matre.C.de bon.ma. Ne itaq; sequatur dictum absurdum, q̄ magis dicat prouisum minus dilectis quam magis dilectis, dicendū est, q̄ verba condōnalia isto casu ex p̄sumpta mē

12 te testōris inducat dispōnē, † sicut ēt pro dicto absurdo euitando uerba impropriantur, f̄m Bar.in d.l.Gallus.§.ēt si parente. & Ale.in l.sed si hac.§.liberos.de in ius uoc.& præsertim quia ut dixi, testōr habuit respectū ad conseruationē agnationis,& qua rōne attenta, uoluit ēt Pau.de Ca.in cōs.79.inc. Casus iste frequēter contingit,&c. iō non minus, immo magis inter descendentes p̄sumendum est, q̄ uoluerit ordine successiuo substituere, quia quo ad illos magis hēt locū rō, p̄pter quam talē substōnem fecit inter transuersales, q̄ pro dicto absurdo euitādo uerba improprientur, & q̄ a verbis recedatur, & idem uoluerunt alij quāplures, quos plene refert & sequitur Soc.in d.l. cum auus.col.4.uer.3.quæritur,&c.& facit, q̄ no.gl.in l.si mater.§.j.de vul.& pup. quæ vult, f̄m q̄ eā subtiliter saluat Bar. q̄ substō, quę aliās solet extendi de casu ad casum, non extendatur, quando mediāte extensione sequeretur absurdum, qđ magis dilectus esset deterioris conditionis, quā minus dilectus. Eadem ergo ratione dicendum est isto casu pro dicto absurdo euitando, q̄ verba conditionalia disponāt, sicut ex præsumpta mēte testatoris,& aliās, ut ī iurib. præall. quāuis regulariter disponere nō soleāt, ut no.in d.l.Lucius. Et adhuc istud ex alio cōfirmatur, nam idem testator prohibuit alienationē omniū bonorum suorum immobilium, cū intendat,& eius sit intentionis,

13 quod perpetuo remaneant inter illos de domo sua,&c. † Est in ponderanda illa dictio, perpetuo, propter quā satis ostenditur, q̄ intentio testatoris fuit, vt etiā inter descendentes suos masculos bona peruenirent successiuo ordine, quia si adinuicē modo prędicto non dicerentur substituti, uerbum illud non posset uerificari, quia illi descendentes in conditione solum positi de dictis bonis,& inter uiuos,& in ultima uoluntate potuissent disponere, etiam in illos, qui essent de domo testatoris,& ualuisset alienatio, donec superesset aliquis de suis descendentibus, quia transuersales solum fuerunt substituti in eorum defectum, nec etiam dici posset, quod alienatio tunc non ualuisset, ex quo fuit expresse prohibita,& q̄ transuersalis tunc conditione etiam, sub qua fuit uocatus, non adimpleta, posset admitti statim, per no. per gl. in l.cum pater.§.libertis.de leg. 2.& per Pau.de Ca.in l.filiusfamiliās.§.diui, de le.j. quia si ille in cōditione positus, qui alienauit, uocatus ex testō non diceretur prohiberi,& non potuisset alienare, sicut nec alio modo graua ri.l.ab eo.C.de fidei. Et pro hoc facit, q̄ etiam illud uerbum, p̄petuo, operatur, quod alius, qui non sit de dicta domo, non possit in bonis alienari prohibitis succedere ab intestato,& qui aliās succedere potuisset, si illud uerbum expressum non fuisset, ut uoluit Soc.in cons.inc. Cū in præsentiarum,&c. inser tū inter consilia Curtij in fi. nu.40. Et idem uult etiam Alex. in

consi.59.inc. Attentis verbis,&c.3.vol.col.2.ver. & cõfirmari pôt,&c.quia,ſm eum,rõ prohibitionis ampliat & declarat ipſam prohibitionem,ſm Bart. in l.pr.§.fundum.de lega.3.dum vult,ꝙ extẽdatur extra tps expreſſum pp rõnem, quæ reſpicit oẽ tps. Et quis deinde in eodẽ cõſilio videatur Ale.ab hac opinione recedere,tñ nõ recedit a rõne prius allegata pro parte ꝯria,ꝙ militat in caſu nr̃o,nec ſimpliciter negat illam eſſe ueram ſed in caſu ſuo dicit illã nõ habere locum pp relationem ad ſuperiora factam per teſtatorem,& per quam reſtrinxit gñalem cãm prohibitionis. Et idem probatur ex no.per Alex. in conſi. 23.1.vol.col.pen.verſ.nam manifeſte comprehenditur,&c. & ver.tertio rñdeo,&c.vbi cõcludit, ꝙ licet rr̃r ſub ſimplici pro-
14 hibitione alienationis† non comprehendatur alienatio neceſſaria.l.peto.§.prędium,de leg.2.ſi tamẽ dixit teſtator, ꝙ uolebat ut res prohibita ſtaret continuo pro hæredibus, & eorum filijs, tunc ſub prohibitione includitur alienatio ẽt neceſſaria pp illud uerbum continuo,quod importat,vt dicta res ad aliũ nũquam perueniat.c.cum veniſſent.de inſt. quia uerbum illud aliter uerificari non poterat,ſm eum, ex mẽte teſtõris colligit manifeſte,ꝙ fieri non poſſit, & non dẽat alienatio ẽt neceſſaria. Sic igitur & in caſu noſtro dicendũ eſt,ꝙ ẽt ex illo uerbo, ꝑpetuo,cõſtare dicatur,ꝙ intentio teſtõris fuerit,ꝙ oẽs deſcẽdentes ſui maſculi in conditione poſiti dicantur ordine ſucceſſiuo vocati,cũ aliter verbum illud non poſſit commode uerificari,vt in ꝓcedẽtib.declaraui. Nec præmiſſis obſ.dũ dicebatur ꝙ quamuis ꝓdicti dicantur uocati, ꝙ nihilo min⁹ ſolũ dicũtur ſubſtituti eo caſu,quo ſit fcã alienatio cõtra ꝓhibitionẽ ꝑ no. ꝑ Ale.in l.qui Romæ.§.cohęredes.de uer.ob.quia & in caſu noſtro d.Galeacius inſtituendo matrem & ſorores,& alienãdo in vltima uoluntate extra maſculos de domo teſtõris, dicitur feciſse contra dictã prohibitionẽ.d.l.peto.§.fratre.de le. 2.& nõ obſtat,ꝙ eſſent ſucceſſuræ ab inteſtato.d.l.cum pater.§. cũ inter.eo.ti.& ꝑ no.in l.pater.§.Iulia.de leg.3.quia, vt ꝓxime fuit dictũ,propter dictionẽ,perpetuo,appoſitam in cã prohibitionis,intelligitur excluſus oĩs,qui non ſit de deſcendentib.maſculis,ẽt ſi erat ab inteſtato ſucceſſurus. Præterea quamuis fideicõmiſſum non dicatur ſimplex, quando reperitur ſimpliciter fcã prohibitio alienationis valida,ſed in caſu duntaxat alienationis & quo caſu loquuntur Doc.in locis in cõtrariũ alle.quia tamẽ iſto caſu ante prohibitionẽ fideicõmiſſum ſimpliciter fuit factum inter tranſuerſales de domo & ordine ſucceſſiuo per uerba teſtĩ ad hoc ſuperius ponderata,eod ẽ igitur mõ ſimplex dici dẽt fideicommiſſum,& ſm ordinẽ prædictum inter deſcẽdẽtes teſtõris in condõne poſitos ex tacita eius mente concurrentib.ſaltẽ omnib.prædictis ſimul,videlicet,ꝙ ſint in condõne poſiti,ꝙ eorũ fauore dicitur eẽ factũ,vt no.in d.l. Lucius.& ꝙ inter tranſuerſales minus dilectos fcã fuerit ſubſtĩõ fideicommiſſaria ordine ſucceſſiuo fauore agnationis conſeruãdæ. Et quæ rõ militat ẽt inter deſcẽdẽtes magis dilectos,propter ꝙ, ut ẽt ſuperius dixi,verba condõnalia iſto caſu ex tacita mente teſtõris debent diſponere. Et quæ ẽt colligitur ex illo uerbo, perpetuo,quo vſus eſt teſtõr,quod aliter uerificari non pôt. Et quod
15 uerba† cõdõnalia debeant diſponere eo mõ,quo dictũ eſt,cõcurrentib.aliis ꝓmiſsis,probatur ẽt ex no.per Bal.in l.j.C.vt ac. ab hær.& in l.1.C.de his qui an.aper.tab.ubi uult, quod fideicõmiſſum cõdõnale trãſmittatur ad hæredẽ ſi moriatur fideicõmiſſarius pendente condõne ex coniecturata mente defuncti,licet regulariter hoc non poſſit fieri,dũmõ talis coniectura ſumatur ex teſtato,& ex his quæ diſponuntur in illo,all. dict. l.Lucius.de hær.inſt.ſentit ergo allegando.d.l.quod ad cõiectu rãdũ mentẽ poſſit conferre cũ aliis, ſi ponantur filij in conditione,& prout vult Soc.in l.hæredes mei.§.cũ ita.ad Treb.in 2. col.verſ.ex qua cõcluſione,&c.ubi per exempla declarat uerba Bal.in d.l.1.& ad propoſitũ noſtrum tã in primo quã in vltimo exẽplo. Eadẽ ergo rõne in caſu noſtro hoc dẽt operari,cõcurrẽtib. aliis cõiecturis.ſ.quod dicatur induci diſpõ. Et dicit ẽt Bal. in d.l.1.quod quãdo aliquid nõ eſt oĩno omiſſum, ſed ſequitur ad aliquod expreſſũ,tũc habetur pro expreſſo. Et all. l.tale pa-
16 ctũ.§.fi.ff.de pac. Et iſtud ẽt ſatis† colligitur ex no. per Bar. in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.de l.1.& l.vxorẽ.§.agri plagã.de l.3. dũ dicit,quod illud dicitur expreſſum, quod neceſſario ſeqtur ex uerbis ꝓlatis. Et facit,quod no.gl.iũcto tex.in l.præt. ait.in prin.de ope.no.nũ.& quæ rõ pôt ẽt adaptari ad caſũ noſtrũ,põ

derando verbũ illud,perpetuo,quod,ut dixi,nõ pôt uerificari, niſi deſcẽdentes maſculi in condõne poſiti dicantur eo ordine, quo dictũ eſt,uocati. Et illud ẽt confirmatur ex no.per Bar.in l.cẽturio.de vul.& pup.ver.quæro ulterius, quid ſi teſtõr dixerit,ſi filius meus deceſſerit ſine filiis,&c.vbi vult,quod filii in cõdõne poſiti intelligãtur uocati,qñ aliud cõcurrit,ſed quod ſint ẽt grauati. Et quãuis aliqui teneãt contrariũ,tamẽ iſtis duob.cõcurrẽtib.multi ſequũtur opi.Bar.quos abũde refert Soc.in l.cũ filio.de l.1.cũ quib.ẽt tranſit,& dicit quod a multo tẽpore citra iſta opi.fuit cõſulẽdo canonizata per Doc. Peruſinos,ſed ſaltẽ nõ negãt,qui aliter tenent in caſu prædicto,imo fatẽtur, quod ubi alir & alio mõ poſſet conſtare de mente,quod induceret ẽ diſpõ ex tali condõne. Et iõ quãuis in caſu Bar.coniectura prædicta non poſſet ſufficere,per ea quæ allegantur contra eũ,tamẽ in caſu noſtro dicẽdũ eſt ꝯriũ per ea ꝙ in præcedẽtib. dicta
17 ſunt. Non † ob.etiã dũ dicebatur,quod ẽt deſcẽdẽtes dicerẽtur vocati,quod ſolũ uenire poſsẽt nati uel cõcepti tẽpore teſtĩ & mortis teſtõris.d.l.cũ ita.§.in fideicõmiſso.de l.2.quia illud procedit,ut ibi ẽt dicitur,niſi de mẽte teſtõris appareat,quod ẽt nati poſt mortẽ admittãtur,& de qua mẽte dicitur apparere,quãdo teſtõr digreditur ad tot gradus,quod nõ ſit ueriſimile,quod ſenſerit ſolũ de natis in uita,ſm Soc.qui ita declarat in l.cognatis.de reb.dub.col.16.uer.quinta & ult.concluſio,&c.& prout in caſu noſtro digreſſus eſt, quia in defectũ omnium deſcendẽtium vocauit tranſuerſales, & poſt oẽs de domo extinctos baſtardos. Et de mente ẽt apparet expreſſe,quia uoluit quod bona perpetuo remanerẽt in illis de domo, quod uerbũ,perpetuo includit ẽt naſcituros. Præterea fideicõmiſſum inter ipſos fuit ſimplex,ut eſt ſuperius dictũ,& ſic ſiue ſequatur alienatio, ſiue non. Quia ergo unus nedũ uocatur poſt mortẽ alterius.d.§. in fideicommiſſo,ſed ẽt ſi ſequatur alienatio contra prohibitionẽ iõ ſatis eſt,quod ille,qui vult admitti ſit natus tẽpore, quo alienatio reperitur fcã.nec iſto caſu,quo in aliquem euentum futurũ & incertũ ſunt uocati,locum hẽt.d.§.in fideicommiſſo.& d. l.ſi cognatis.ſed quando relictũ eſt ſolũ ſimplex & ſimpliciter factũ,ſm Io.An.in add.Spe.in rub.de teſ.uer.itẽ Labertinus de Rãponib.&c.& Ale.in conſ.22.& 26.ult.col.3.uo.& Soc.in d. l.ſi cognatis.ver.prælli. Et quia alienatio,ut dixi,eſt prohibita, poſsũt peti bona alienata ẽt ab ignorante ignorãti,quia iſto caſu non loquitur tex.in l.fi.§.fi.de l.1.ubi vr̃ ꝯriũ probari,ſm Pa. de Ca.conſ.13.& Ale.in l.Marcellus. §.res quæ. poſt Pau. & in l.quidam.§.fi.ad Tre. Dicũtur ergo uocati illi de domo teſtõris qui reperti ſunt extare tempore,quo d.Galeacius inſtituit matrem & ſorores,quia tunc feciſſe dicitur contra prohitionẽ,ut eſt declaratũ in præcedẽtibus. Et ẽt adhuc confirmatur,quia teſtõr ẽt in caſu noſtro prohibuit alienationẽ legalẽ,ex quo prohibuit detractionẽ Treb. quæ detractio dicitur alienatio legalis. Et hinc eſt,quod prohibita alienatione dicitur ẽt prohibita Falcidia & Trebellianica rõne præmiſſa,ut eſt text.in auth.ſed in ea. C.ad leg.falc.cum gl.& per Bal.ibi. Qua igitur rõne prohibuit alienationem legalem dicto caſu,credendũ eſt ẽt, quod prohibuerit ſucceſſionẽ ab inteſtato illis, qui non ſunt de domo,& quę ſucceſſio dicitur ſimiliter legalis alienatio.le.3.§.de illo.& ibi per Bar.ff.pro ſoc. & præſertim propter dictionem, perpetuo,expreſſã in cã prohibitionis,ut dixi ſuperius. Dicuntur ergo bona,de quib agitur,pertinere ad dominos de Corrigia iure fideicõmiſſi prædicti,ſiue ſint allodialia,ſiue ſint feudalia,quia cũ feudũ ſit hæreditariũ,hoc eſt receptũ pro ſe & hæredib.ſuis,iuxta no.per An.de Iſe.i c.1.§.hæc quoq;. de ſuc.feu.
18 cũ cõc.de quib.ꝑ Ale.in cõſ.10.& in in conſ.55.3.vol.† uenit in reſtõne fideicommiſſi, ſi fideicommiſſarius eſt de perſonis comprehẽſis in inueſtitura,ſecũdũ Io.An.in add.Sp.in ti.de lo. §.nũc aliqua.in add.inc.qõ non eſt dubia,&c.& Bal. in l.cũ virum.C.de fideicom.& Pa.de Ca.& Are.in l. ſi patroni.in prin. ad Tre.& conſ.195.uol.ubi de hoc latius. Et propterea cũ prædicti dñi ſint de deſcendentib.d.teſtõris,& eius hæredes mediãte perſona anteceſſorũ ſuorũ.l.fi.C.de hæ.inſt.dicũtur eſse de comprehenſis in inueſtitura.& per cõſequẽs poſsũt ad hæc bona uenire tãquã fideicõmiſſarii & iure fideicõmiſſi, & ad fideicõmiſſũ pôt ẽt dici prædictos fuiſse uocatos ex teſtõ ſecundi Hiberti,qui ſi fr̃ oẽs deſcẽdẽtes maſculorũ filiorũ iſtitutorũ & ſubſtitutorũ adiuicẽ poſuit ĩ ꝯdõe,& qb.oĩb.deficiẽtib.uoluit, ꝙ ſua hr̃ditas ꝑueniret ĩ ꝓximiorib.ĩ gradu,& ꝙ naſcerẽtur ex

pro-

progenie d. Azonis fratris sui. Nam ex istis verbis constat, ꝙ d. transuersales vltimò substituti sunt vocati ordine successiuo. d. §. in fideicommisso. & per Pe. de An. in d. consi. 26. Et sic hēt locum prima rō superius adducta, ꝙ descēdentes in condõne positi ex tacita mente defuncti dicantur eodē ordine vocati, quia aliàs adueniente casu, quo uocantur transuersales, qui sunt minus dilecti, reperirentur esse melioris cōdõnis quàm descendētes magis dilecti, qđ est absurdū. d. l. Publius. §. fi. de cond. & dē. cū concor. alle. Scđò principaliter prædicti domini illust. debēt ad hæc bona admitti iure feudi. Nā dominus Māfr. tā suo quàm fratrū suorū & d. Nicolai nepotis sui noīe fuit inuestitus de plurib. castris, possessionib. vallibus & nemorib. ab Imperatore, & noīatim ac spāliter de valle Cāpignij, pro se & eorum hæredib. legitimis, prout hæc eorum progenitores a sacro Romano imperio tenuerunt & possederunt, ipsique tenent & possident, uel quasi de præsenti, & successiuè alius. d. Nicolaus filius prædicti d. Nicolai, & pater d. Io. Galeacij de eisdem bonis sub eadē forma fuit inuestitus, & cōfessus est, ꝓgenitores suos eodē iure feudi fuisse inuestitos, & iure feudi d. bona tenuisse & possedisse. Quáuis igit non appareat de ratificatione primi Nicol. cuius noīe recepta fuit inuestitura ad d. Manfredo, nec de mādato sibi facto, nihilominus satis est, ꝙ d. do. Nicolaus eius filius & hæres approbauerit dictam primam inuestituram factā noīe patris, & prout de tali approbatione satis constat ex inuestitura ei concessa, ut per Bar. in l. bonorum, rem ra. hab. quia facto non minus quàm uerbo probatur ratihabitio. l. Paulus respondit non tm̄ uerb. e. ti. & in eadē inuestitura ēt de nouo cōfessus est bona p̄dicta in feudū fuisse concessa suis progenito-

19 rib.† Ex hm̄oi igit cōfessionib. in p̄iudiciū confitentis, & hæredum suorū probatur, bona p̄dicta fuisse feudalia, fm̄ Alex. in terminis, & q. ꝓpriè loquitur de ista confessione, & de hoc feudo in d. cōs. 29. 5. uol. in ul. col. Nā licet, fm̄ eū, ꝑ inuestiturā receptā ista bona nō sint effecta feudalia, si uere erāt ꝓpria, ꝑ no. ꝑ Bar. & doc. in l. si rē. de acq. pos. nihilo minus illa, q̄ tanquam feudalia exprimuntur in supplicatione & priuilegio interim p̄sumuntur feudalia, fm̄ eū, ꝑ l. Publia. §. fi. depo. & ꝑ no. ꝑ Bar. ī l. cū falsa. C. de iur. & fac. ign. Et sic uult, ꝙ ꝑ cōfessionē ꝓbet re esse feudalē. Et idē ēt ultra eū uult Bal. & Im. in l. cum tale. §. fi. de cōdi. & demō. vbi domini, ꝙ ꝑ cōtractū emphyteuticū initū tāquā sup re ecclesiæ ꝓbatur rē esse ecclesiæ, ꝑ no. per Doc. in d. l. cū falsa. Et q̄ talia verba enūciatiua in instrumēto prola

20 ta probāt in p̄iudiciū† partiū. l. optimā. C. de con. & cōm. stip. Quod ēt sint feudalia probatur ex illis uerbis narratiuis principis, videlicet quæ a nobis & sacro Ro. imperio in feudum depēdēt, &c. prout ēt spāliter vult Ale. ī ↄs. 15. in pri. in 2. col. 5. vol. per no. per gl. in cle. j. de prob. Et fm̄ eū, nō refert, an princeps referat gestū a se uel a suo p̄decessore, fm̄ Imo. ibi. & Car. in 9. q. Et ꝙ possessiones castri Corrigiæ & aliorū locorū feudaliū sint feudales probatur ēt ex cōfessione d. Io. Galeacii, & de qua narratiue fit mētio per principem in indulto sibi concesso de alienādo, & in quo ēt ipse narrat, ꝙ feudū depēdet a sacro Ro. Imperio ut probatur per p̄dicta. Quia ergo ex p̄missis dicitur esse ꝓbatū, ꝙ & castra & possessiones & aliæ res dictorum castrorū iure feudi tenētur, & tētæ & possessæ fuerūt eodē iure ꝑ p̄dictos. & ꝑ p̄decessores eorū, & ꝙ īuestiti fuerūt ꝓ se & eorū hędib. loqtur ꝙ mortuo d. Io. Galeacio sine filijs masculis ꝙ eius portio bonorū īmobiliū existētiū in distis locis ptineat ad alios dominos de Corrigia sup̄uiuētes iure feudi antiqui &

21 paterni,† in quo hēt locū ius accrescēdi, vel successio, vel ius inuestituræ primi parētis. c. 1. de gra. suc. in feu. & in c. 1. de duo. frat. de no. be. inue. a contrario sensu. & no. oēs in c. 1. §. & quia. qui feu. da. poss. & Bar. & Doc. in l. si mihi & Titio. de uer. ob. & Bal. in c. j. §. decedenti. qui feu. da. po. & in c. j. de feu. marc. cum concor. de quib. in dictis locis, & ꝑ Ale. plene in cōs. 30. vo. j. & est repetitū in 5. vo. cōs. 2. Nec refert, qđ oēs p̄dicti sint de nouo inuestiti, quia ꝑ hoc nō censetur feudū eē nouū, nec est immutata natura feudi paterni, fm̄ Bar. in d. l. mihi. & glo. Dy. & Bar. in l. quod dicitur. de impē. in reb. dot. fa. & per alios in plurib. & diuersis locis all. & per Ale. late in d. l. si mihi. & in d. cōs. Et similiter non obst. dū dicebatur, quod prædicti domini, qui uolūt admitti ad partē deficiētē, non sunt hęredes d. Nic. primi nec ultimi, ꝓut videt necesse, ex quo fuerūt inuestiti pro se & eorū hæredibus, quia cū prædicti sint cōfessi, qđ hæc bona fuerūt in feudū cōcessa ēt suis progenitoribus, & sic saltē Giberto scđo, auo paterno p̄dictorū & d. Nic. iunioris, satis est, qđ sint hæredes aui, prout sunt mediante persona d. Manfredi eorū patris. l. fi. C. de hær. inst. licet nō sint hæredes d. D. Nicolai primi vel secūdi, aut d. Io. Galeacii, vt ēt concludit Ale. in cons. 26. 5. vo. & quia oēs p̄dicti trahūt originē a d. Giberto, qui erat sol*, feudū dicitur paternū seu antiquū, ex quo ꝓcesserūt ab eodē stipite. d. c. j. de gra. suc. in feu. & c. j. §. hæc quoq;. & c. pe. & fi. de suc. feu. & no. Doc. in dictis locis. & Bal. in auth. defuncto. C. ad Ter. & ꝑ Ale. ī d. cōs. 30. & ↄñr inter illos hēt locū ius accrescēdi, vt dixi, & ēt quia cōcessio in feudū fuit facta a principe, quo

22 casu, ēt† si feudum sit nouū, ius accrescendi habet locum. l. 1. C. si soc. lib. Imper. lib. 10. & no. Bal. & mod. inc. j. de duo. fra. de no. be. inue. & in l. j. §. in primo. C. de cad. tol. & Pau. de Cast. & Alex. in d. l. si mihi. & in d. consi. 30. & Bal. in l. si qua. C. ad Ter. & Are. in cons. pe. col. antepe. & ista est cōis opi. Ex quo sequitur, quod licet Castrum Corrigiæ cum possessionib. fuerit de nouo concessum in feudū d. Māfredo & aliis, quod superstites debeāt admitti ad partē p̄mortui sine filiis, ēt si nō sint hæredes d. Nicolai īuestiti ꝓ se & hr̄dib. q̄a cū sit feudū dignitatis. s. comitatus, est indiuiduū. c. 1. §. præterea. de prohi. feu. ali. per Fed. & iō licet non ueniunt superstites ex inuestitura p̄dicta d. Nic. venire tamē possūt ex propria, ex qua vocātur in solidū, & per ius nō decrescēdi. l. propriū. cū ibi no. cō. p̄di. & per Bar. in d. l. si mihi. Et ita isto casu in spē cōcludit Iac. de Bel. And. de Iser. & Bal. in c. j. de duo. fra. de no. be. inue. ubi dicunt, ꝙ licet feudum sui natura nō debeat alteri accrescere, tamē ꝑꝑ eius indiuiduitatē dēt semper in totū remanere apud superstitē, per d. l. proprium. & idem Io. An. in addi. Spe. in rub. de feu. & Bald. in l. 1. in vlt. col. C. quando non pe. par. & Ale. in cons. 30. col. antepe. 1. vol. repetitū, in 5. vol. cons. 2. & Are. in cons. pe. col. pen. Nec oportet dubitare, utrū possessiones, de quib. agitur, sint feudales, quia sint tales, cōstat ex cōfessione d. Io. Galc. de qua apparet ex indulto sibi cōcesso, & quo vtitur pars aduersa tanquam eius hr̄s, & qui impetrauit licētiā eas alienādi tanquā feudatarius, & de quib. ēt cōstat ex verbis narratiuis principis exp̄ssis ī eodē indulto, ut ꝓbat ex p̄missis. Ex alio quoq; istud ēt demōstratur. Nā oēs prædicti. de quib. supra fuerūt inuestiti nō tm̄ de castris, sed ēt de possessionib. iacētib. & existentib. in territorijs dictorū castrorū, ac ēt cōfitētur ꝓgenitores suos de prædictis fuisse inuestitos, & idē ēt narrat ꝑ principē cōcedentē. Ex quib. apparere dr̄, & cōstare, ꝙ fuerūt inuestiti de possessionibus, & licet nō constet de quib. nihilo minus p̄sumitur, ꝙ oēs possessiones quas hn̄t, & habuerūt p̄dicti dn̄i in dictis locis sint feudales, nisi ↄriū ꝓbetur, ꝑ no. ꝑ Bar. ī c. 1. in 1. col. de vas. q. ↄ̄

23 cōst. Lot. ubi dicit† ꝙ qñ dubitatur, qd & quantū sit feudum, dn̄s nō tenet ꝓbare q̄titatē feudi, sed uasa. & subdit, ꝙ totum p̄sumit esse feu. nisi uasallus oñdat fines feudi. Et facit, qđ no. idem Bal. in c. vasallus. el 1. in vlt. co. si de feu. fu. cont. inter do. & agn. in c. j. §. insup. in ver. illud quoque. in ult. col. de ꝓhi. fe. ali. per Fed. & qđ no. Spe. in tit. de loc. §. nūc aliqua. uer. xl. cum quatuor uer. seq. & ī ver. 62. ubi in effectu cōcludit, ꝙ ubi non apparet de re emphyteutica, ꝙ oēs res ipsius soluētis tanq̄ emphyteutæ p̄sumūtur emphyteuticæ, nisi ille ↄrium ꝓbet. Et idē tenet Alb. de Ros. in l. si certis. C. de pac. & in l. plures apochis. C. de fi. inst. Sic ergo & in casu nostro, cū prædicti de possessionib. sint inuestiti, & fateātur simpliciter possessiones eē feudales, si non oñdatur, q̄ & quales sint, præsumitur, ꝙ oēs, q̄ ꝑ illos fuerunt possessæ, & posidētur, fuerint & sint in feudum cōcessæ, quáuis. n. ubi de possessionib. non fuissent inuestiti, nec cōfessi, ꝙ fuissent principis inuestiētis, posset eē dubiū, an tales possessiones essēt feudales, quáuis castra iure feudi diceret cōcessa, ꝑ ea q̄ ponit Are. in cōsi. 15. & in l. rē quæ. de acq. pos. tñ qñ cōstat possessione in feudū esse cōcessas, & ꝙ erant cōcedētis, ut in casu nostro ꝑ p̄dicta, dđ m ē, ꝙ oēs, q̄ posidētur ab inuestito, præsumātur esse de feudo, donec ↄriū ꝓbetur, & cessāt d. casu oēs rōnes, q̄ allegātur ī ↄriū ī alio casu prædicto. q nimi-

24 mo Pa. de Ca. ī l. 1. in prin. de acq. pos. voluit† ꝙ ī dubio ēt possessiones existentes ī territorio cōcesso dicātur, & præsumātur cōcessæ, si nō apparet, ꝙ tp̄e cōcessionis fuerint ab alio occupatæ. Et isto casu cū eo trāsit Soci. ꝑ rōnes, de quibus ibi ꝑ cū. Vñ & in casu nostro dici nō pōt, ꝙ cū nō ꝯstet, ꝙ istę possessiones, de q̄b. agitur, fuerit possesse a tertio, & possideātur de pñ-

ti, ac possesso fuerint per inuestitos, q̃ præsumantur sẽper ten tæ & possessæ ex ti. feudi probati per confessionẽ illorũ, quib. successit ꝑs aduersa, & per aliũ modũ, de quo supra. & præsertim cũ nõ cõstet de alio ti. possidentium l. 2. C. de acq. pos. & l. quædã. de rei uẽ. Et procedit dubiõ Aret. quando a tertio non habente cãm ab inuestito possiderentur, ut ẽt per Soc. in loco prædicto. Et per hoc etiã satis dicitur probari, q̃ hmõi bona su biacent restõni fideicommissi, quasi q̃ dicatur apparere, q̃ fuerint in bonis & in hæreditate testõris fideicõmittentis, per prędicta. Nec præmissis ob. q̃ d. Io. Galeacio fuerit per principem cõcessa licẽtia alienãdi inter viuos & in vlt. volũtate, q̃a hmõi licentia alijs agnatis nõ ꝑiudicat. Et primò ex defectu voluntatis: scd̃ò ex defectu ꝑtãtis: & q̃ voluerit princeps prædictis ꝑiudicare ex multis põt cõstare. primo quidẽ, q̃a licet talia bona sint feudalia, subiacent tñ & subiacere possunt restõni fideicõ-
26 quis.de acq uiren.possessio.dum uult, quod licet† mala fides authoris noceat singulari successori,auth.malæ fidei.C.de præscript. longi tempo. hoc tamen procedit in illo, qui est successor immediatus, sed non nocet secundo successori, qui habuit causam a primo emptore existente in bona fide. Et cum Barto. transeunt Mod.& idem tenent antiqui in d.aut. & Bal. in l.ancillæ. C. de furt. Quarto Nicolaus ex fideicommisso uti venire nõ põt,quãuis in hũc casũ eẽt uocatus, quia ante restõnẽ eius agere non põt.l.facta.in prin.& l.restituta.in princ.ad Treb.Nec ob.ꝙ dominiũ rei alienatæ transeat ipso iure.& ante restõnem in fideicommissarium.d.§.sin aũt sub conditione cum ibi no.quia ille tex.loquitur in alienatione uoluntaria,q̃ continetur etiam ab initio sub tacita prohibitione legis, ut in aut.res quæ.ibi posita,ut clare ꝓbatur in uer.sin aũt auaritiæ, &c.qui loquitur de illo, q̃ alienauit q̃a spẽ fideicommissi deficere sperauit. quod non contingit in illo qui alienauit necessario,quia spes prædicta illum non inuitauit ad alienãdũ, sed necessitas illum ad hoc compulit. Item uult ille tex. ꝙ purificata conditione fideicommissi resoluatur ipso iure alienatio, & ut ex retro,unde ex hoc etiam patet,ꝙ de alienatione uoluntaria loquitur & non de necessaria,quę non resoluitur ut ex retro. d.§.prædium.& quia tex.in d.aut.res quę, prohibet alienationem rei subiectæ restõni,ex hoc etiam patet,ꝙ d.§.fin autem, non intelligitur de alienatione uoluntaria,quia necessaria non est,sub prohibitione etiam expressa.d.§.prędium.nam lex interpretata declaratur per legem interpretantem.§.fi. in aut. de fil.ante dot.instr.nat.Cum ergo dispositio illius.§.fi.sit exorbitans,trahi non dẽt ad alienationem necessariam.l. ius singulare.& l.quod uero contra.de legibus sed standum est regulæ, a qua isto casu non reperitur recessum,ut no.in l. omnis diffinitio.de reg.iur.& quia eadẽ rõ nõ est in alienatione necessaria,
27 quæ est in uoluntaria,quod patet,quia uoluntaria † facta cõtra prohibitionem expressam est ipso iure nulla,ut not.in d.l. cum pater.§.libertis.sed necessaria ualet.§.d.prædium.Nec ꝓdictis ob.ille.§.prædium.in quãtum ibi dicitur,quod post mor-
28 tem alienantis † resoluitur alienatio,& quod res alienata uendicatur per legatarium,quia loquitur,& habet locum in illo, qui est uocatus ex legato uel fideicõmisso singulari, & ex quo dominium transit ipso iure in legatarium sine traditione & restõne.l.a Titio.de fur.& l.si tibi homo.§.cum seruus.de le.1.& restõne.l.a Titio.de fur.& l.si tibi domo.§.cum seruus.de le.1. & aliud est,quando fideicommissum est uniuersale,quia tunc dominium non transit absque restõne,& de quo fideic.uniuersali agitur, quia ex particulari legato Nicolaus non uocatur. Nam quamuis alienatio dici possit facta fauore agnationis, ꝑ ea quæ dicta sunt in præcedentibus non tamen uocatur aliq̃s de agnatione spẽaliter ad domũ in casum alienationis eiusdem, sed uocatus tm̃modo hospitale,ut est supra cõclusũ & ꝓbatũ,

nec

nec in dicta domo dñtur descendentes & agnati substituti, ex eo ꝙ dicatur facta in eadem domo substõ vltimo morienti, q̃a q̃n substõ facta fuisset post mortem plurium, qui essent uocati dispositiue & honorati in tota re, tunc procederet dubitatio utrum illi dicerentur adinuicem substituti, vel non, & de his loquitur. d. §. Seia libertis. Sed quando est facta post mortem pluriũ positorũ in cõdõne, tũc nunquam censetur facta substõ in
29 ter eos. Vnde si † testõr instituerer filios, & si filii decederent sine filiis, vel filiorum sine liberis, substituit alium in tota hæreditate, filii filiorum non censerentur inuicem substituti, ut declarat Imol. in l. centurio, de uul. & pu. dum ponit intellectum. d. §. Seia libertis, & in c. Raynutius. in materia compendiosę, de testa. Et ita etiam expressius concludit Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Treb. in 1. col. cum sequitur. ubi plene declarat, q̃n ex substõne facta ultimo decedenti inducatur fideicõmissum inter alios plures. Et idem exponit late in consi. 249. ubi etiam determinat, ꝙ plures in condõne positi non intelliguntur tũc adinuicem substituti. Et vltra eum idem etiam tenet Ale. consi. 105. in 1. uol. & in consi. 11. in 3. vol. & Pet. de Anch. in consi. 123. Pro clariori decisione, &c. Et iste est casus noster, q̃m ꝓhibuit testõr in perpetuum alienari domum, sed deficientibus omnibus masculis de domo de Francia, consules aris mercatorum ciuitatis Neapolitanæ teneantur & debeant intra mẽsem quo ultimus masculus de domo de Francia decesserit, &c. quæ uerba deficientib. omnib. masculis, &c. faciunt condõnem. l. a testõre. de cõd. & dẽ. & sic substõ in dicta domo est facta post mortem plurium positorũ ĩ cõdõne ergo illi de domo de Frãcia ex hac parte testĩ nõ p̃nt dici substituti adinuicem in dicta domo, per prædicta. Et ubi etiam adinuicem dici possent substituti in eadem domo ꝑ fideicõmissum singulare, tamen substõ diceretur de illis facta ordine successiuo, q̃n non præcessisset aliqua alienõ, sed in casu alienationis hospitale spãliter substituitur, & si quidem fuisset uoluntaria, statim admitteretur. d. §. libertis. si uero fuit necessaria, admittitur post mortem alienantis. d. §. prędium. nec uocantur illi de agnatione, licet unus post mortem alterius in ipsa domo singulariter eẽt substitutus quia, ut dixi, illa substõ locum demum hr̃et, quando alienõ nõ præcederet, sed quando antecedit casus, in quo uocatur hospitale, superuenit, & ex causa alienationis dies fideicommissi cedit, quamuis cessio ad cõmodum creditorum differatur post mortem alienantis, & sic debet admitti ille, qui uocatur in casum alienationis, & non ille, qui post mortem simpliciter ẽ substitutus, ut dictum est in præcedentibus. Et istud puto uerissimum, & absque dubio iuri consonum. Et quamuis per prędicta ad allegata in contrarium colligi possit responsio clara, nihilo minus adhuc respondebitur magis in specie. Non obstat igitur primo, dum præsupponitur, ꝙ translatio domus facta in hospitale, & in pœnam alienationis prohibitæ non possit locum habere, ex quo alienatio facta per Iacobum fuit necessaria, & quia habuit licentiam alienandi a testatore, q̃a concedit quod Iacob. potuit alienare irreuocabiliter, & sic nedum ad uitam, sed etiam post mortem, & in perpetuum nõ obstante clausula sequenti, per quam facultas alienandi uidebatur adimi in præiudicium substituti, quia, ut dixi, hoc intelligitur, quando intentio Iacobi esset directo ordinata ad præiudicandum, & principaliter uellet alienare gratia euertendi fideicommissum Et ex hoc sequitur, quod non solum excluditur hospitale per alienationem factam per Iacobum, sed etiam Nicolaus & quilibet ex testamento uocatus. l. Titius. ff. ad Treb. & auth. contra rogatus. C. eo. ti. Et dato ẽt, ꝙ non potuisset Iacob alienando uocatis ex testamento præiudicare, dicitur ꝙ ẽt non exluditur hospitale per alienationẽ necessariã, sed eius petitio post mortẽ alienantis differtur, & pœna solũ ad tẽpus remittatur, sed non aufertur. d. §. prædium. adeo, ꝙ post mortem uocatur ex causa alienationis præteritę, uel quia adhuc durat alienatio dicto tẽpore, vt plenius deductum & probatum fuit supra. Nec est uerum, ꝙ post mortem Iacobi & filij sui Nicolaus ex fideicõmisso vniuersali vel particulari debeat prędicto hospitali præferri, q̃m hospitale, ꝙ spãliter uocatur ad domũ, præponitur Nico-
30 lao substituto vniuersali, q̃a † vbi genus & species cadit iter res, generi, per speciem derogatur, ₰m Bar. ĩ l. quæsitum. §. fi. de fun do. instruct. Nec est uerum, ꝙ in hac domo Nicolaus sit specialiter substitutus, per ea quæ dicta sunt in secunda ratione facta pro hac ultima parte, & ut ibi dicitur, & etiam in ultimo fundamento, quod si Nicolaus esset in domo substitutus specialiter & expresse, intelligeretur solum uocatus post mortem proximioris prius admissi, quando alienatio non præcessisset, sed q̃n præcessit etiam ex causa necessaria non intelligitur Nicolaus uocatus post mortem alienantis, sed hospitale, quia cedit dies fideicommissi dicto casu ex causa alienationis, & non simpliciter per mortem, prout latius fuit dictum superius. Et ex alio ẽꝫ Nicolaus excluditur, ẽt si fuisset uocat⁹, quia do. Andreas ignorans fideicommissum, & prohibitionem alienationis emit ab ignorante, per l. fi. §. fi. de leg. 2. quæ etiam habet locum isto casu, siue Iacob. qui alienauit prius fuit sciens, siue ignorans, ut in tertio fundamento eiusdem partis declaratur. Et quia ad hoc ut Nicolaus posset agere, fuit restitutio fideicommissi necessaria, quę non præcessit. Nec isto casu locum habet dispositio. l. fi. §. fin autem sub conditione. C. commu. de leg. ratione de qua supra. Et propterea concluditur, quod do. Andreas est absoluendus. Laus Deo.

ADDITIO.

Vide not. in §. Cum ita, num. 412. cum seq. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum an censeatur inductum, quando testator prohibuit hæredes bona alienare, quia uoluit certis personis conseruari, & num. 17.*
2 *Alienatione prohibila non censetur prohibita successio ab intestato. & nu. 18.*
3 *Fideicommissum per alienationem inductum, ea non facta, locũ non habet.*
4 *Fideicommissi casus, etiam instituto extraneo, non dicitur euenisse, quando testator disposuit, bona stare debere in bonis & hæreditate ipsius.*
5 *Descentium uel lineæ uirilis appellatione in fideicommissis an ueniant feminæ.*
6 *Filias proprias dotatas excludendo testator non uidetur ulteriores non dotatas excludere. nu. 11. & 15.*
7 *Fideicommissum inductum ex prohibitione alienationis, quando dicatur simplex, & ualeat, siue facta, siue non facta alienatione.*
8 *Refert an sit prohibita alienatio, quia uult bona in familia remanere, uel prohibeat alienationem extra familiam expresse, quia in familia uetit remanere.*
9 *Hæredis mentio facta in testamento quando solum testatoris descendentes et consanguineos masculos, non autem extraneos cõprehendat, nec etiam fęminas.*
10 *Alienationum prohibitiones a communiter contingentib. fiunt fauore consanguineorum, non autem extraneorum.*
Verbum, in memoriam testatoris, exponitur, id est, in honorem.
11 *Honor dicitur testatoris, quod bona conseruentur in agnatione, non autem quod in extraneos transeant.*
13 *Dispositio facilius recipit interpretationem restrictiuam quam conditio.*
14 *Testator uocando illos de domo, nullo nominatim uocato, dicitur fauorem agnationis principaliter considerasse.*
16 *Descendentes ex filia uel nepte si excluduntur, censentur etiam filia uel neptis exclusa.*
17 *Intellectus. l. pater. §. mater. de leg. 3.*
Geminatio ostendit præcisam & enixam uoluntatem.
18 *Verbum, debet, denotat necessitatem præcisam.*

¶ Prohibita per testatorem alienatione an fideicommissum inducatur, & quibus casibus.

CONSILIVM CX.

IRCA casum, de quo quæritur, agam breuius, quam fieri poterit, præsertim quia per uiros peritissimos uenit decidẽdus. Quod igitur isti de Gratis, qui ex fideicommisso nituntur, uocati non dicantur prima facie satis colligi uidetur ex uerbis testamenti in ea parte, in qua testator prohibuit ac uetuit dictis eius

eius hæredibus venditionem, & alienationem domus habitationis ipsius testatoris, ac possessionum omnium eiusdẽ, &c. cum velit, & intendat ipsa bona omnia perpetuò in memoriã dicti testatoris stare debere in bonis & hæreditate dicti testatoris, &c. Nam ex his verbis nullum inducitur fideicommissũ, vt videtur esse casus expressus. in l. pater. §. mater. de le. 3. testator
1 enim † ibi prohibuit filios suos hæredes institutos bona aliena re, sed suis successoribus conseruare, & tamen ibi dicitur, nihil de fideicommisso agi, quæ verba secundum Bar. significant, ꝙ nullum fideicommissum dicatur factum, quoniam illa verba, sed conseruentur successoribus suis, intelliguntur de successore vniuersali. Vnde tota dicta prohibitio videtur facta in fauorem hæredum, & suorum successorum, quia dicti hæredes alienãdo possunt in hoc suos hæredes grauare, sicut se ipsos. l. vnũ ex familia. §. si rem. de leg. 3. ideo alienatio non impeditur, neque fideicommissum inducitur, quia in certis personis iussit bona reseruari, quæ omnia etiam concurrunt in casu nostro, qui in aliquo non videtur differre ab illo: quia illa verba, de quibus in hoc testamento, videlicet cum velit, & intendat ipsa bona omnia perpetuo stare debere in bonis, & hæreditate ipsius testatoris, in effectu nihil aliud significant, quam ꝙ bona cõseruentur hæredibus suis, & vbi etiam fideicommissum induceretur, non tamen hæc proneptis diceretur exclusa, sed ex illo potius vocari, quia cum sit hæres testatoris mediante persona patris. l. fi. C. de hære. insti. licet apud ipsum remaneant dicuntur tamen in bonis, & hæreditate testatoris stare, & conseruari dicti bona. Et casu quo etiam nõ diceretur ex fideicommisso vocari non tamen in fauorem agnatorum diceretur euenisse ca-
2 sus fideicommissi, quia † prohibitione alienationis facta hæredibus non prohibetur proneptis ista patri ab intestato succedere, etiam in bonis prohibitis alienari fauore aliorum. l. cum pater. §. cum inter. & ibi no. de leg. 2. & per Bar. in l. peto. §. fratre. eo. tit. in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. obl. quia talis successio ab intestato est alienatio legis. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & ibi no. Bar. & quæ non continetur sub dicta prohibitione, sed solum alienatio hominis intelligitur ꝓhibita, ut declarat Are. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. de acqui. hær. alleg. not. per Bald. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. & ante eum eandem rationem etiam assignauit Anto. de But. in consi. 25. quia ergo non est factum contra prohibitionem, non euenit casus fideicommissi, ex quo dicuntur vocati illi, qui comprehenduntur
3 sub dictis verbis enunciatiõis, non † quidem simpliciter, sed solum in casum alienationis. d. l. pater. §. filiã. cum ibi no. per Bar. de leg. 3. & probatur etiam in l. peto. §. fratre. de leg. 2. secundũ ꝙ ibi declarat Dyn. Bal. & Raph. & Pau. de Cast. Et ita etiã cõcludit Ale. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de ver. ob. & Soc. in ꝯs.
4 227. Præsens consultatio, &c. quinimmo † si extraneus hæres fuisset institutus, adhuc isto casu non diceretur euenisse casus fideicommissi, quia in illum non est prohibita alienatio isto casu, sed potius vocatur ex testamento, ut probatur ex illis uerbis, quia voluit bona sua stare debere in bonis, & hæreditate ipsius testatoris, &c. & in qua hæreditate dicuntur stare, quando sunt apud hæredem extraneum, cum hæreditas sit apud illum. Et ex præmissis etiam apparet, ꝙ ex clausula sequẽti non venit dies fideicommissi relicti casu, quo sit facta alienatio descẽdentibus ex linea omnium de Gratis: quoniam, vt dixi, isto casu nõ dicuntur bona alienata contra prohibitionem, & sic non euenit casus a testatore prouisus: immo ex eadẽ parte qua uocantur in casu alienationis illi de Gratis ex fideicommisso, in eun-
5 dem casum ista proneptis etiam vocatur, † quia etiã ipsa est ex descendentibus de Gratis, cum sit agnata. l. 2. §. 1. de suis, & legi. secundum Alex. in l. Gallus. §. nunc de lege. de liber. & posthu. qui etiam vult, ꝙ dicatur esse de linea virili, seu per virilem sexũ
6 illorum de Gratis. Nec præmissis † videtur obstare, ꝙ testator excluserit filias proprias, & neptes ex filio do. Francisco, & consequenter, ꝙ multo magis censeatur voluisse excludere fœminas vlteriores minus dilectas. l. si viua matre. C. de bon. mater. & argu. l. Publius. §. fi. de condi. & demon. quia testator filiab. & neptibus oportunè prouidit dotãdo illas, sed vlterioribus fœminis non prouidit aliter, vel alio modo, secundum Soc qui ita concludit in his terminis, prædicta ratione non obstante in dicto consi. 227. Circa testamentum Ioan. de Ligna. Præterea testator proprias filias, & neptes exclusi fauore filiorũ masculorum, qui etiam ex forma statuti dictis fœminis erant præferendi, & cum quo testator videtur voluisse se conformare, secundum Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de oper. libert. cum concord. Sed ista proneptis, de qua agitur, ab intestato non excluditur, sed patri succedere potuit, & testatori mediante persona patris, quia hoc casu ꝑ statutũ nõ est a iure cõi recessũ & cũ quo iure cõi ẽt q̃tum ad hanc proneptem vr̃ testõr uoluisse se conformare, sicut cum statuto in casu præcedenti. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & no. Bar. in l. uxorem. §. testamento. de leg. 3. per no. per glo. & Doct. in d. l. Gallus. §. j. & sic ratio, propter quam testator exclusit filias & neptes, cessat quo ad hanc proneptem, & habet locum contraria ratio. Quibus tamen omnibus, & etiam aliis non obstan. contrarium puto uerius. Et præmitto primo,
7 ꝙ fideicommissum † istud est simplex, hoc est, siue sequatur alienatio, siue non, non autem intelligitur factum tantummodo in casum alienationis. quod probatur: nam isto casu prohibitio alienationis ualuisset, etiam si aliqua prohibitionis causa non fuisset expressa, licet contrarium sit regulariter uerum. l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. 1. & l. pater. §. Iulius Agrippa, de leg. 3. & hoc quia testator in pœnam alienationis uocauit personas, de quibus in testamento, & in dictum casum uoluit bona alienari prohibita ad illos peruenire, & quo casu, scilicet quando in pœnã sit huiusmodi translatio, ualet prohibitio alienationis absque expressione alicuius causæ. l. 1. C. de his q̃ pœnæ nom. & no. glo. in d. §. diui. in uerbo, respectu. Bar. in l. quoties. C. de fideicom. & Ang. in consi. 157. inci. Testator in omnibus, &c. Alex. consi. 56. 2. uol. Vnde ex illis uerbis enunciatiuis prolatis per modum causæ, & immediate post prohibitionem alienationis, quæ dispositionem inducunt, ut per gloss. & Doct. in l. si socer. §. Lucius. solu. matri. & per Barto. in l. ex hac scriptura. de dona. inducitur fideicommisum simplex, & indistinctè, quia aliàs illa causa, uidelicet cum uelit & intendat ipsa bona omnia perpetuo in memoriam ipsius testatoris stare debere in bonis & hæreditate, &c. remaneret superflua, & cũ non sit necessaria ad ualiditatem fideicommissi, nihil operaretur, contra l. si quando. in prin. de leg. 1. &c. si Papa de priuil. in 6. & quia cum testator in casu alienationis specialiter substituerit, non debent, nec possunt dicta uerba prolata per modũ causæ, quæ sunt generalia, restringi ad casum alienationis, nec debet dictus casus specialiter prouisus contineri sub dicta generalitate. l. cohæredi. §. qui patrem. de uulg. & pup. & ita ꝑ rationem præcedentem in terminis proprijs concludit etiam Soci. in consi. 40. inter consilia Curt. in ulti. col. Et hoc etiã pro-
8 bat per aliud simile. nam, secũdum eum, multum † refert, utrũ testator prohibeat alienationem, quia uult bona in familia remanere, uel prohibeat alienationem extra familiam, quia uult bona in familia permanere, quia primo casu fideicommissum intelligitur tantummodo in casu alienationis factæ contra ꝓhibitionem, sed alio casu fideicommissum est simplex. Et est ratio diuersitatis, secundum eum, quia primo casu expressio causæ satis operatur circa ualiditatem prohibitionis, quę aliàs tanquam nuda non ualeret. d. §. diui. & ideo tunc fideicommissũ solũ intelligitur relictum in casum alienationis, per allegata in ꝯrium. sed alio casu expressio causæ non fuit necessaria ꝓ ualiditate alienationis, quia erat satis ualida ex hoc solo, ꝙ prohibuit alienari extra familiã, quia ex hoc apparet, quod facta fuit prohibitio contemplatione familiæ. l. quoties. cum ibi not. & maxime per Bar. & alios. C. de fideicom. & quo casu etiam fideicommissum intelli geretur factum in casum alienationis. d. l. quoties. Quando ergo ad hunc casum addidit illa uerba, quia uolo bona in familia permanere, inducitur fideicommissum simplex, id est, siue sequatur alienatio, siue non, quia aliàs ista uerba essent superflua cum sine illis prohibitio esset ualida, & factum etiam intelligeretur in casum alienatiõis. Et idem etiã tenet ipse in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. oblig. & in l. si cognatis. de re. dub. & quæ ratio etiam locum habet in casu isto, ut ipse dicit in d. consi. Secundo est etiam præmittẽdum, ꝙ cum testator excluserit a sua hæreditate filias proprias, & omnes nepotes ex do. Francisco eius filio, dicitur etiam illas exclusisse a bonis, de quibus agitur, quia cum uoluerit ea in bonis suis & hæreditate permanere, non possunt peruenire ad illos, qui non sint hæredes, per ea quæ no. in l. ex facto. §. fin. ad Treb.

Trebel.& per Barto,in leg.ut iurisiurandi. §. si liberi. de oper.
liber.& in l.eum qui,in prin.de interdic. & rele. & per Cyn. in
l.si manumissus,C.de lib.& eorum libe. & per ea quæ habētur
per Bal.in c.j.an agna.vel filius.& per Pau.de Cast.in l.si mihi,
& Titio.de ver.obl.& in l.pro hærede.§.si quid tamen. in fi. de
acqui.hær.& in l.apud Iulianum.§.si quid alicui.de le. 1. vbi ēt
per alios Modernos.His ergo præmissis concludo , ꝙ cum iste
nepos testatoris sit mortuus sine filijs masculis, ꝙ euenit casus
fideicommissi inducti ex illa causa prohibitionis,videlicet cum
uelit & intendat ipsa omnia bona perpetuo in memoriā ipsius
testatoris stare debere in bonis, & hæreditate ipsius testatoris,
9 &c. quoniam † sub istis uerbis includuntur solum descendētes
heredes dicti testatoris,& non hæredes extranei, nam perinde
est,ac si testator dixisset, velle, ꝙ bona starent perpetuo apud
hæredes suos, quo casu intelligeretur de descendentib. heredibus , & non de extraneis , quia ubi in testamentis fit mentio de
hæredibus explicite illos honorando,& eadem ratione quando
de illis est facta mentio implicite,sicut quando uult testator bona stare debere perpetuo in hæreditate sua,vt in casu nostro,veniunt solum descendentes,& non extranei hæredes,secundum
Spec.in tit.de test.§.in primis. uersi. pone A. instituit hæredes,
&c.per l.ex facto.§.fi.ad Treb.& cum eo transit Io.An.& idem
tenet Spec.de loca.§.nunc aliqua.ver.113.& Bal.in c.si pater.de
test.in 10.col.& ita consuluit Bal.in consi.incip.Præmissis uerbis statutorum & legum incliti dominij Venetorum , &c. ubi
dicit,ꝙ in iure nostro nomen hęredis sumitur quatuor modis,
& ad propositum quando fit mentio de hærede in testamētis, illum honorando,intelligitur de hærede sanguinis,per d.l.ex facto.§.fin.& ex communi usu loquendi.Et dicit Bar.ita cōsuluisse,quem refert Soc.in loco statim allegando.Et quamuis Pa.de
Cast.& Alex.in l.Gallus.§.etiam si parente . dicant esse contra
casum in l.in annalib.C.de leg.tamen Bal. in c.j. de natur. succes.feud.dicit,dictum Spec.procedere in substitutionibus. aliàs
secus, per d. l. in annalib.& prout in casu isto de substitutione
agitur,per quam hæres implicite uocatur. Et dato etiam quòd
opinio Spec.& sequacium indistincte non esset uera,tamen in
casu nostro est verissima propter mentem testatoris,de qua cōstat ex coniecturis,nam casu quo bona alienarētur contra prohibitionem,uoluit testator dicta bona peruenire ad filios descēdentes & posteros natos & nascituros ex quocūque de Gratis
& ex proximioribus dicti testatoris, &c. Vnde ex hac parte testamenti constat clare , quod prohibitio alienationis fuit facta
fauore posterorum & non extraneorum,& per consequens ꝑ
eam declaratur alia pars testamenti,ubi exprimitur causa prohibitionis ad fauorem hęredum testatoris,ut.s. intelligatur de hęredibus sanguinis.l.qui filiabus.in prin.& l.si seruus plurium.§.
fi.de le.j.& ita in terminis per istam rationem concludit Soc.in
consi.249.Materia præsentis consultationis,&c.col.9. uersi.secunda difficultas,&c.Et istud etiam cōfirmat alia ratione, quæ
etiam conuenit casui nostro . Nam in casu suo testator prohibuit alienationem,cum uelit bona sua ad successores in posterum peruenire,&c.Et sic est quasi idem casus cum nostro.Cum
ergo , secundum eum , facta sit prohibitio , cum uelit bona ad
successores peruenire. patet quod talis prohibitio facta fuit fauore successorum.l.peto.§.fratre.de leg.2.& l. uoluntas . C. de
fideicom.& no.in d.§.diui.& consequenter de successorib.san-
10 guinis intelligitur,quia † secundum communiter accedētia ꝓhibitiones alienationum rerum immobilium fiunt fauore consanguineorum,& non extraneorum.Vnde arguendo a communiter accidentibus ut fieri potest.l.neque natales.C.de prob.sequitur,ꝙ intelligitur de successoribus & hæredibus sanguinis,
& non de extraneis. Et hanc ratione dicit esse concludentem .
Et sic in hac materia habet locum dictum Spec.speciali ratione,de qua supra,secundum eum,qui subdit,quod no.per Bar.
in d.§.etiam si parente.qui sentit contra Spe.possunt procedere extra istum casum, & quando de contraria mente testatoris
non potest apparere.Et quod de prædictis senserit testator iste
probatur etiam ex eo, quod uoluit bona in memoriam sui stare debere,&c. quod uerbum in memoriam,exponitur,id est in
honorem,ut probatur in l.Quintus. §.1. de annuis lega. maxi-
11 me in ver.ad authoritatem., &c. Ad † honorem autem eius cedere dicitur,quod bona conseruentur in agnatione,non autē,
quod ad extraneos hæredes transeant.leg.1.§.sed & si,de uentre inspic. & non tantum intelligitur de hęredibus sanguinis
per prædicta , sed etiam de masculis tantum , quia cum proprias filias , & plures neptes ex dicto domino Francisco eius
filio ab istis bonis excluserit , & quos non substituit , ut
12 dictum est supra multo † magis credendum est,ꝙ voluerit excludere fœminas vlteriores minus dilectas.l.si uiua matre. C.
de bonis mater.& l.Publius.§.fi.de condi.& demonstra. & probatur ex no.per Bar.in d.§.etiam si parente.cum quo transeunt
Docto.cōiter,& in locis ibi alleg. per Alc.& per ea quæ voluit
Pau.de Ca.in cōsi.79.Casus iste frequenter pringit,&c.vbi cōcludit,quod si testōr proprias filias exclusit, & filium institutū
grauauit,si decesserit sine filiis , restituere alteri agnato, ꝙ filii
masculi tantum ipsius grauati censentur in condōne positi, &
non filiæ,quia si testōr proprias filias exclusit magis dilectas,
multo magis exclusisse uidetur neptem minus dilectam,arg.d.
l.Publius.§.fi. & præcipue quando agnatus reperitur substitutus quia intentio testōris videtur fuisse, ut bona conseruarentur in agnatione.Et pro ista opinione multa possunt allegari ,
quæ omitto,quia omnia pro,& contra adducuntur per Soc.in
d.l.cum auus.de cond.& demon.col.44.ver.tertio quæro,&c,
& pro eadem opinione consuluerunt multi alii Doc. insignes,
quos ibi refert,& qui etiam respondet ad plenum omnibus rationibus tenentium contra dictam opinionem,& dicta opinio
Pau.de Ca.in dicto consi.distinguentis , utrum substitutus sit
agnatus vel extraneus, est magis cōmuniter approbata,& pro
qua sępius consultum vidi,& iō cum in casu nostro testator hęredes sanguinis tm̄ dicatur substituisse, ut patet per prædicta,
& nedum proprias filias excluserit,sed etiam neptes ex filiis,sequitur, ꝙ substō de dictis hæredibus sanguinis intelligitur de
masculis,quia intentio testōris,quę colligitur per exclusionem
fœminarum , & inclusionem decedentium, fuit in agnatione
bona conseruare . Nec obst.si forte dicatur,ꝙ in casu Pau.de
Cast.certum erat,quòd substitutus erat agnatus masculus , sed
in casu nostro est dubium , utrum de masculis tantum senserit , & etiam verba ex sui significatione admittunt fęminas ex
substōne,quia etiam in casu Pau.de Ca.declarantur uerba dubia conditionaliter prolata propter exclusionem filiarum , &
restringuntur ad masculos.Eadem ergo ratione in casu nostro
cadit interpretatio restrictiua super uerbis dispositiuis, immo
13 magis † quia dispositio facilius recipit dictam interpretationem,quam condō, quæ debet impleri in forma specifica. l.qui
hæredi.& l.Mæuius.de cond.& demon.& colligitur ex no.per
Bar.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.Et ꝙ intētio testōris fuerit bona in agnatione conseruare,colligitur etiam ex sequenti-
13 bus dum vult testōr,ꝙ in casu † alienationis bona perueniant
in posteros natos , & nascituros ex quocūque siue ex quibuscūque in futurum & in perpetuum prouenientibus & descendētibus ex linea dictorum omnium de Gratis,& proximioribus
dicti testatoris,&c.ponderandum est illud verbum,de Gratis,
quod significat agnationem,sicut verbum,de domo.l.1.in pri.
ad Sylla.& no.Bar.Bal.& Doc.in l.fi.C.de ver.sign. & declarat
Ang.Imo.& Alex.in l. ex facto.§. si quis rogatus.in vlt.char.ad
Treb.quia ergo nullus uocatur nominatim, sed omnes tāquā
agnati sunt uocati,videtur testōr magis considerasse agnationem quam personas, quas non expressit , & sic quæ essent illæ
non considerauit , nec etiam ad illos principaliter affectionem
habuit, cum nascituros etiam vocauerit , circa quos non cadit
affectio,ut no.gl.& Doc.in l.qui filiabus in prin.de le.1.Sed ad
agnationem testōr habuit respectum,& illam considerauit, &
personas dilexit propter agnationem, ergo agnationi fauendū
est,quia propter unumquodque tale, & illud magis.aut.multo
magis.C.de sacrosan.eccl. & quæ affectio ad agnationem conuenit etiam prouisionibus statutorum prouidentium vt plurimum,ꝙ bona conseruentur in agnatione.Et ita in terminis declarat Pe.de Anc.in consi.16.Non seruato ordine,&c.vbi concludit,quòd cum testator substituerit duos antiquiores de domo & progenie,ꝙ ex illis uerbis,ex quibus nullus uocatur nominatim , testator dicatur considerasse agnationem , & fauore illius principaliter substituisse propter illud uerbum de domo & progenie,&c.ex quo infert,ꝙ uerba illa non restringuntur ad duos primos antiquiores,sed ꝙ successiue alii antiquiores in infinitum & ordine successiuo intelligantur esse vocati.
Idem ergo per omnia in casu nostro,ut dicatur testōr per verba

ba de quibus supra habuisse respectum ad agnationem, & illi uoluisse principaliter prouidere, & quia proprias filias exclusit ac etiam neptes ex filio, ex hoc colligitur, quod non sensit testator de agnatis fœminis, sed solum de masculis, quia verisimile nō est, quod uoluerit magis prouidere & fauere fœminis vlterioribus & minus dilectis quæ filiab. propriis & magis dilectis quæ filiabus propriis & magis dilectis, & sic aperte cōstat ꝙ isto casu militat per omnia ratio Pau. de Cast. & omnia hic concurrunt, quæ ponderantur per eum in d. cons. Nec obst. rō

15 diuersitatis, quæ † assignatus inter filias & neptes testatoris ex una, & istam proneptem ex altera, quia cum intentio testōris principaliter tendat ad conseruandum bona in agnatione. & uoluerit agnationi fauere, vt superius dictum est, & clare ꝓbatum. Ista ratio militat in omnibus mulieribus & magis in remotioribus quas uerisimiliter uoluit testōr magis fauore agnationis excludi quam proximiores, & quæ sola ratio conseruationis agnationis, quæ fuit principalis, debet attendi & esse in consideratione. l. rogasti. in prin. & l. si quis nec causam. si cert. peta. & quam etiam ad propositum ponderat Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. ver. sub hoc tit. generali, in simili q. in qua considerat etiam, quod testōr filias proprias excluserat, sicut consideratur hic. Nec est curandum, quod Soc. in consi. in contrarium allegato aliter uideatur sentire, quia ipse in d. l. cum auus. & in consi. 40. inter consilia Curt. tenuit idem quod supra & in d. consi. contrario etiam fundat se in hoc, ꝙ illo casu intentio testatoris non fuerit agnationi prouidere, ut nititur etiam probare. Sed in casu nostro secus est. Et ꝙ ista proneptis non includatur in fideicommisso ac etiam, quod per eius super existentiam masculi de Gratis non excludantur, alia ratione ꝓbatur, nam, ut dictum est, in casu alienationis uocantur posteri nati, & nascituri ex linea omnium dictorum de Gratis. Certū est autem, ꝙ descendentes ex ista pronepte non erant de linea illorum de Gratis, quia non sunt de agnatione, sed de agnatione & familia patris eorum. l. cum legitimæ. de statu homi. & in sti. de legi. agna. tute. §. 1. & de patria pote. §. fin. & ibi no. quod

16 † ergo iuris est de descendētibus ex dicta pronepte, dēt etiam esse de ipsa pronepte, quia intentio testōris fuit, ꝙ bona non transeant ad cognatos, uocando descendentes ex linea de Gratis, unde debet excludi dicta proneptis ab istis bonis licet sit agnata, ne per ipsam perueniat ad cognatos, secundum Pau. de Ca. qui ita determinat in simili, q. per prædictam rationem in l. maritus. C. de procur. cum quo transit Alc. in d. l. Gallus. §. nūc de lege. ubi ratione præmissa dicunt, ꝙ si fuit quis inuestitus ꝓ se, & suis descendentibus per lineam masculinam, quod sicut non admittuntur neptes, & ulteriores ex filia, nec etiam admitti ipsa filia, licet sit agnata, quia per illam deuenire emphyteusis ad cognatos non uocatos, & quia illi descendunt ex linea feminina cuius ipsa est caput, & de quo capite idem ius esse dēt, quod est de descendentibus ex illa, arg. d. l. maritus. Secus tamē eēt, secundum Alc. in d. §. nunc, de lege, si testōr uocaret descendentes per uirilem sexum, quia tunc neptis cū filio diceretur uocata, & sic refert utrum uocentur descendentes per lineam masculinam, uel de Gratis ex una, aut descendentes per uirilē sexum ex alia, & hoc casu locum habet unum, quod allegatur in contrariū. Nec ob. allegata in contrarium. Et primo ad tex.

17 in d. l. pater. §. mater. de leg. 3. ubi dicitur probari † quod hoc casu non est inductum fideicommissum, quia ad hoc pluribus modis respondet Soc. in d. consi. 249. & primo, quod illo casu facta fuit prohibitio simpliciter in fauorem successorum, & sic quod fuit potius consilium quam præceptum, sed in casu suo pariter & nostro ex uerbis maxime geminatis apparet, quod fuit præceptum, cum dicatur, cum uelit & intendat, &c. quæ geminatio ōndit enixam & præcisam uoluntatem. Allegat no. ꝓ Bal. de pace Constan. in uerbo cassetur & irritetur. & not. ꝓ Bal. in l. nec damnosa. C. de precibus Imper. offer. cum aliis allegatis per eum. quod etiam constat ex alio in casu nostro, in quo uoluit testōr ita obseruari in memoriam eius, et sic non tātum propter hæredes, sed propter honorem testatoris et agnationis, ut dictum est, quod etiam euidentius apparet ex eo, ꝙ facta alienatione uocauit testator alios in pœnam alienantis, per quod apparet, ꝙ omnino uetuit alienationem, et ꝙ noluit aliquo modo illam fieri posse, & quod consilium non dedit testator, ex quo contrafacienti pœnam apposuit. Secundo respōdet Soc. etiam ad propositum quod illo casu uoluit conseruari successoribus quorum appellatione ueniunt etiā extranei. sed hoc casu intellexit de hæredibus & successoribus sanguinis, & quo casu ₰m Soc. Bar. in d. §. mater. fatetur ꝙ inducatur fideicommissum, quando sensit testator de certis successorib. Item & tertio uoluit testōr conseruari bona successoribus ipsorum filiorum, qui fuerant instituti. unde illo casu non est prohibita alienatio per rationem, quam ibi reddit Bart. Sed hoc casu de hæredibus & successorib. omnibus ipsius testōris loquitur testōr, ut ibi latius per eum. Et ponderat rursus Soc. eodem cōsi. ꝙ uerba, de quibus in d. §. mater. sonant potius in consiliū quā in præceptum. quod est secus in casu nostro, cū dicatur. quòd uelit, & intendat stare dēre, q̄ verba conueniunt fideicommisso. l. 2. C. commu. de le. Pōderat ēt uerbū ꝑpetuū, & alia de q̄b.

18 ibi latius ꝑ eū. & ēt in casu † nr̄o uerbū illud debere, est pōderādum quod importat necessitatem præcisam, cle. 2. cum glos. in uerbo, debet. de statu monach. & c. 1. ut eccl. benefic. & l. prętor. in prin. de eden. & eo magis, ut dixi, quod in pœnam alienātis in alium sit facta translatio. & sic ille tex. nihil habet commune cum casu nostro. Non obst. dum dicitur, ꝙ sub uerbis enunciatiuis prolatis per modum causæ includitur proneptis ista, & etiam quilibet hæres extraneus, non autem excluditur, quia immo est exclusa, quoniam, ut dictum est & probatum, testator sensit de masculis & hæredibus sanguinis tantum, & nō obstat quoq. ꝙ non sit exclusa hęc fœmina, ex quo succedit ab intestato, & sic agitur de alienatione legis, quæ non est prohibita, uel quæ non continetur sub prohibitione. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. quia contrarium procedit, quando fideicōmissum fuit relictum tantum in casum alienationis, sed hoc casu fideicommissum fuit simpliciter relictum descendentibus, & hæredib. sanguinis masculis, siue sequatur alienatio, siue nō. Vnde hoc casu, quo quis decessit sine filijs masculis fideicōmissum habet locum, ut etiam est superius plene probatum. Et ex hoc etiam tollitur aliud, s. dum dicebatur, ꝙ fideicommissum erat relictum solum in casu alienationis, per l. pater. §. filiam. de le. 3. & per no. ꝑ Mod. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uer. obli. quoniam, vt dixi, immo isto casu fideicommissum est simplex & absolutum, & ad alia etiam, si bene aduertatur, per superius colligitur responsio clara. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis sine causa non ualet, nisi concurrat cum alia prohibitione legali. nu. 18.*

2 *Vocati in casum alienationis, si extant hæredes prohibiti non facto inuentario, non ueniunt contra alienationem ab eo factam.*

3 *Filij solum in conditione positi an censeantur uocati. & nu. 12. 13. & 26.*

4 *Substitutio facta post mortem plurium, censetur omnib. facta, nō autem ultimo.*

Relictum in dubio censetur solum factum a filijs institutis, et non a filijs filiorum in conditione positis.

5 *Substitutione facta in tota hæreditate ab ultimo decedente intelligitur adinuicē inter positos in dispositione facta substitutio.*

6 *Substitutio compendiosa inter filios filiorum in cōditione positos quando facta censeatur.*

Pluralis numerus in uno non uerificatur.

7 *Filij in conditione positi, & per fideicommissum grauati, in consequentiam intelliguntur grauati patri suo compendiose substituti, & per consequens uocati, & quando locum habeat. & num. 9.*

8 *Copula inter incompatibilia resoluitur in coniunctam.*

9 *Intellectus l. denique. §. interdum. de pecu. lega.*

10 *Conditionaliter prolatum disponit in suo antecedenti, uel consequenti, quando antecedens uel consequens pendet a sola uoluntate disponentis.*

11 *Onus iniunctum habenti administrationem, quando censeatur hæredi iniunctum.*

12 *Per substitutionem factam ultimo morienti de toto fundo intelligitur facta substitutio inter uocatos ad fundum.*

13 *Ex actu in se perfecto ratione uoluntatis declaratur intentio testatoris circa actum imperfectum.*

14 *Conditionalia uerba quod disponant, non inconuenit ex coniectu rata mente testantis.*

15 *Masculi, si sunt instituti, & substituti, & in conditione positi uidetur bona testatorem uoluisse in agnationem conseruare, secus si extraneum substituit, fœminæ enim etiam admittuntur.*

16 *Magis dilectus quod non sit deiorioris conditionis, quam minus dilectus, absurdum est euitandum, etiam a uerbis recedendo.*

17 *Trebellianicæ detractio censetur prohibita sicut Falcidiæ per prohibitionem alienationis.*

18 *Alienationis prohibitio quando dicatur duplex, & teneat, etiã sine causa.*

¶Filij in conditione positi an censeantur uocati, & an prohibitio alienationis facta sine causa teneat.

CONSILIVM CXI.

VISO ac perlecto testamento ser Franeisci de Carelis de Lugo, uidetur prima facie, ꝙ bona aliena ta per ser Bertum eius filium peti non possint a filijs eiusdem ser Berti ex aliquo capite dicti testamenti quamuis enim testator prohibuerit filios alienare bona immobilia sine licentia Baptistæ fratris sui, ex tali tamen prohibitione filij ser Berti non dicuntur in casu alienationis uocati, quia non apparet, ꝙ eorum contemplatione
1 vel alterius prohibitio† fuerit facta, ideo tanquam nuda & sine causa non ualet. l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. 1. & l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. de leg. 3. & ubi etiam ex testamento dicto ca-
2 su fuissent uocati, si tamen essent† hæredes patris non possent contra eius factum uenire, ex quo inuentarium non fecerunt. l. cum a matre. C. de rei uend. l. uenditrici. C. de reb. alien. non alien. & not. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & dum postmodum instituuntur filij, & si aliquis eorum decederet sine filijs masculis, & si filij masculi alicuius dictorum suorum filiorum decederet & decederent sine filijs masculis, tunc substituit ei & eis decedenti, & decedentibus reliquum eius filium masculum & filios masculos dicti filij sui, & filios filiorum masculorum, &c. Similiter ex hac parte testamenti dici non possũt
3 filij dicti ser Berti uocati, quia† reperiuntur solum in conditione positi, ₰m gl. communiter approbatam in l. Lucius. de hære. instituen. & quamuis uideantur grauati per illa uerba, tunc substituit ei & eis, &c. quo casu Bart. iñ l. centurio. de uulg. & pup. uer. quæro ulterius, quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs, &c. uoluit, ꝙ dicantur uocati nihilo minus Bar. loquitur, quando fideicommissum relictum est sub duplici cõditione alternatiue, ut quia dixit testator, si filius meus decesserit sine filiis, aut filii eius sine filijs, eum, & eos grauo restituere hæreditatem Caio, quo casu conditio est possibilis. Sed in casu nostro fuit facta substitutio sua duplici conditione copulatiue, quia dictum fuit, si aliquis filiorũ suorum decederet sine filiis masculis, & si filii masculi alicuius decederet, & decederent sine filijs masculis. Cum ergo utraq; conditio debeat impleri. l. si hæredi plures. de cond. inst. hoc erit impossibile, quia si prima purificatur, ut quia filius testatoris decedat sine filiis masculis non potest altera impleri, hoc est, non possunt filii eius, qui decessit sine filiis, decedere sine filiis, cum non sint nati. l. qui duos. de manu. testa. & prout dicit Oldra. in consi. 177. incip. Testator in suo ultimo testamento, &c. & Ale. in cons. 1. 1. uolu. & propterea dicta conditio ultima tanquam impossibilis debet reijci. l. 1. de cond. instit. & per consequens habetur pro non apposita, & est perinde, ac si filij filiorum essent grauati, & non essẽt in conditione positi, nec in dispositione. quo casu sine dubio onus eis iniunctum non ualeret, & propter illud non dicerentur uocati. l. ab eo. C. de fideicom. & isto casu nõ loquitur Bar. in d. l. centurio. Præterea etiam Bar. in casu suo nõ bene loquitur. & contrarium uoluit Bal. in d. l. ab eo. & in l. sed si sic. per illum tex. de leg. 3. & Pet. de Anch. in consi. 126. Principaliter põderandum est, &c. & Imo. & Alex. & nouissimi in d. l. centurio. & Imo. in c. Raynucius. de testa. in materia compendiosę. & Richar. Malum. & Ray. consuluit pro ista parte, quos refert & sequitur Alber. in rub. de vul. & pup. Et pro ista parte consuluit Ale. in cons. 105. in 1. uol. & in consi. 22. 3. uol. & etiam in pluribus alijs consiliis relatis per nouissimos in d. l. centurio. & per nouissimos in d. l. centurio. & per Soci. in l. cum auus. in ult. colu. de cond. & demon. & Ale. dicit, ꝙ opinio Bar. communiter est damnata per rationes, de quibus in dictis locis, ubi etiam respondet ad iura allegata per Bar. Non possunt etiam filii dicti ser Berti uenire ex ultima parte testamenti, in qua fit substitutio in tota hæreditate, si omnes filii & hæredes, & filii filiorum masculorum decederent sine filiis masculis tanquam dicatur facta substitutio ultimo decedenti in tota hæreditate, iuxta. l. Titia. Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. cum ibi no. per Bart. quia illud
4 posset procedere, quando expresse facta fuisset substitutio† ultimo morienti, quod non est in casu nostro. sed facta fuit post mortem plurium, ideo omnibus censetur facta, & non ultimo tantum. l. fi. §. filium. de leg. 2. & prout etiam ex mente aliorum declarat Soci. in cons. 113. in fi. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. in 2. col. uer quintus & ultimus casus, &c. qđ est verũ indistincte, ₰m eum, quando omnes fuerunt grauati. d. §. filiũ. & prout in casu esse uidentur, quia sicut in proxima parte testi testõr filios filiorum positos in conditione grauauit ut paulò ante dixi, ita etiam illos grauasse præsumitur in sequenti substõne, quia vna pars testi alteram declarat. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de le. 1. & ubi ab omnib. & singulis non dicatur fideicommissum relictum, dicendum est, ꝙ in dubio dicatur relictum solum a filijs primi gradus institutis sub duplici conditione, & non a filijs filiorum positis in conditione ut uoluit Bar. in d. l. centurio, & in uer. palleg. & in d. l. sed si sic cum quo in hoc alii transeunt. Et ₰m hoc multo minus dici ꝑt substitutionem factam ultimo decedenti, quia immo est facta ambobus filiis institutis. Preterea etiam si ab vltimo filio filiorum uel descẽdente ipsius testõris facta esset substõ in tota hæreditate, non dicerentur adinuicem substituti illi, qui tantum
5 sunt in condõne positi, quia † dum dicitur, ꝙ ubi facta est ultimo decedenti in tota hæreditate substõ, ꝙ intelliguntur substituti ad inuicem, illud procedit quo ad illos, qui sunt positi in dispositione, non quantum ad illos, qui sunt positi in condõne, secundum Soc. in d. consi. in fi. uerbis, alleg. Im. in d. l. centurio. & idem proprie in terminis nostris uult in d. §. cum ita in j. col. uer. primus casus. Et ultra eum idem uult etiam Ale. in d. consi. 205. j. vol. & in consi. 11. 3. vol. & Pet. de Anch. clare in consi. 119. Pro clariori deci sione, &c. Sed præmissis non obst. contrarium puto verius. Nã testõr instituit filios suos scilicet Iacobum & ser Bertum, & si aliquis dictorum filiorum suorum & hæredum decederet sine filiis masculis, & si filij masculi alicuius dictorum suorum filiorum decederet & decederent sine filiis masculis, tunc substituit ei & eis decedenti, & decedentibus reliquum eius filium masculum & filios masculos eius dicti filij, & filios filiorum masculorum, &c. Quia ergo testõr vno uel altero ex duobus tantum filiis institutis decedente sine filijs masculis, & si filii masculi eiusdem præmorientis decederent sine filijs masculis, ei & eis substituit reliquum eius filium
6 masculum, &c. Ex hoc manifeste † constat, ꝙ dicta substõ cõpendiosa est facta hoc loco uni tantum filio instituto præmorienti, quod patet, quia reliquum substituit, & est etiam facta eius filijs masculis positis in cõdõne, ut patet ex illo uerbo, ei, & eis, quod ultimum uerbum pluralis numeri non potest verificari in solo filio instituto decedente. l. fi. in uerbo, eis ad Tre. & quia illud uerbum præcedens, ei, quod est singularis numeri, refertur ad dictum filium institutum, ideo sequens uerbum eis, de necessitate refertur ad filios positos in condõne, aliàs esset superfluum, quod non est dicendum. l. si quãdo. in prin. de
7 leg. 1. & sic filii † dicti ser Berti non solum sunt in condõne positi, sed etia m sunt per fideicommissum grauati, ið in consequẽtiam intelliguntur etiam patri suo compendiose substituti, qa aliàs onus illis iniunctum non ualeret. l. ab eo. C. de fideic. & prout uult Bar. in d. l. Centurio. in uer. superius allegato. Nec isto casu, quo filij positi in condõne sunt grauati locum habet glo. in d. l. Lucius. ₰m eum. Nec obst. ꝙ Bar. loquatur, quando substõ est facta sub duplici conditione alternatiue, & nõ copulatiue, quia cum impossibile sit, ꝙ concursus copulatorum habeat locum, quoniam, ut dictum est, si filius institutus decedat sine filijs, non possent eius filij, qui non extant. sine filiis dece-
8 dere. d. l. qui duos. de manu. test. ið † quando copula reperitur posita inter incompatibilia, resoluitur in disiunctam. l. si Titio fundus. de vsuf. leg. & probatur ex notatis, in l. fi. C. de codic. &

& per Bar.in l.si is qui ducenta.§.utrum.de reb.dub.Et sic iste est casus Bar.in d.l.centurio.Et probatur eius opinio pcipuè p text.in l.denique.§.interdũ.de pec.leg.quẽ allegat,ubi dicitur, ꝙ si testator legat libertatẽ seruo,si centũ dederit hæredi ex pe culio, ꝙ ex illis verbis cōdōnalibus dicitur legatũ peculium,& hoc quia aliter ex peculio illa centũ dare non potuisset. Ergo idem est dicendum in casu nostro,in quo aliàs valere non potuisset onus iniunctũ filiis filiorũ, qui fuerunt in cōdōne positi,† & per quẽ tex.Are.ẽt in l.centurio.tenet opinionem Bart.
9 Nã,ẽm eũ,aliqñ quis grauatur pstare certam quantitatẽ in genere,uel rẽ,quæ non est in patrimonio testōris,& ex hoc onere non intelligitur quis honoratus,& hẽt locũ text.ĩ d.l.ab eo. qui allegatur ꝯ Bar.quia pōt præstari q̃titas,uel res,quæ nō est in patrimonio,licet quis non sit uocatus. Aliqñ uero grauatur quis pstare rẽ,uel partẽ rei, quæ est in patrimonio testōris, & quia tũc est impossibile,ꝙ psteur a grauato, nisi sit legatarius uel hæres,iō honoratus intelligitur,qa q. vult pñs,vr̃ uelle antecedens,sine quo illud esse nō pōt. l.illud. in prin. de acqui.hær. & allegat ĩ simili notata in l. 1.de serui.leg. Vñ quia in casu nr̃o filij in condōne positi sunt grauati in hęreditate testatoris,dñr vocati,quia sine hoc grauamẽ stare non posset.Et quãuis Soc. in l.cũ filio.de leg. 1.in 2.col. in hoc teneat ꝯ Are. tñ Bart.in l. ex hac scriptura.de dona.declarat tex.in d.§.interdum. eo modo quo facit Aret.quamuis ipse,& alij de Bar.non facit mentionem.Nam Bar.opponit de l.Proculo.de vsuf.& de d.§.interdũ. & soluit,ꝙ illud,quod conditionaliter profertur , non inducit dispositionem,sed bene disponit in suo antecedenti,uel conse-
10 quenti,quando illud † antecedens, uel consequens pendebat a sola uoluntate disponentis,ut in d.§.interdum. & in casu nostro,prout ipse ibi declarat. Et non obst.d.l.ab eo.in uer.nihil. quam allegat Soc.contra Are.quia negatur,ꝙ aliqd nō sit relictũ,qñ quis in re propria testōris est grauatus,ut dicit Are.Nō ob.secundo dum dicit, ꝙ antecedens necessarium non erat in casu.d.§.interdum . ꝙ peculium esset relictum seruo grauato,
fectum, de quo supra. Quinimmo uidetur, quod talis renunciatio generalis & prægnans inducat solam remissionem fidei commissi, per nota. per Io. And. in addi. Spec. in rubr. de testa. §. in primis. uer. quid si duobus, &c. ubi uult, quod si diuidentes adinuicem promiserunt de rebus diuisis perpetuo aliquid non petere, & contra diuisionem non uenire aliqua ratione, causa uel ingenio, quæ excogitari posset, quod uidetur fideicommisso renunciatum. Et cum eo transit Alex. in d. §. duo fratres. in fi. 16. col. cum prin. seq. propter plenitudinem dictorũ verborum, & præcipue illorum. scilicet, nihil perpetuo petere de rebus diuisis, iunctis alijs verbis. nam quando exprimuntur talia uel similia uerba, rationes Bar. in d. §. in 2. q. si recte ponderentur uidentur omnes cessare, & ideo idem est dicendum in casu nostro, quia uerba, de quibus in diuisione, sunt eius effectus in quantum dicitur, quas partes & diuisiones dicti fratres promiserunt, & conuenerunt sibi uicissim perpetuo firmas, ratas, gratas habere, tenere, & attendere & obseruare, & non cõtrauenire uel facere per se uel alium, directe uel per indirectum aliquo modo, casu, uel iure, uel ingenio, &c. Si enim solum dictum fuisset, quas diuisiones dicti fratres. & tunc forte dici posset. quod fideicommissum per dicta uerba non esset remissum, quia per petionem illius non diceretur patens contra diuisionem uenire, & haberent locum rationes Bar. in loco prædicto, sed quia dictum fuit, quas diuisiones promiserũt partes perpetuo habere firmas, ratas & gratas, &c. si pars vnius ex causa fideicommissi peteretur, partes non remanerent perpetuo firmæ, sed coniungerentur facta restitutione fideicommissi, ideo promissio talis non potest consequi effectum, nisi fidei commissum dicatur remissum, & ideo talia uerba iunctis sequentibus, & maxime ibi, aliquo modo, casu, &c. non minus inducere debent remissionem fideicommissi, quam in casu Io. And. qui loquitur, quando partes promiserunt de rebus diuisis in perpetuum nihil petere, quia etiam in casu nostro expressa sunt uerba illis æquipollentia, & sic etiam isto casu cessant rationes Bar. ut patet per prædicta. Ex quibus concluditur ꝙ portio Antonij debet apud eius filios & hæredes remanere sine onere fideicommissi. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa contra consuluit Ias. consi. 108. uol. 4. sed pro consuluit Deci. consi. 287. ubi uide quod annot. Hier. Zanch.

¶ Alienatione permissa duobus institutis dato substituto, si nec in parte, nec in totum fuerit alienatum, parte alienata an excludatur a reliquo.

SVMMARIVM.

1 *Repudians hæreditatem uelut indignus iure fideicommissi uenire non potest, nisi cohæredis aditione confirmetur testamentũ, nume. 9.*
2 *Dispositio faciens de hærede mentionem, intelligitur de eo, qui adeundo fit heres.*
3 *Alienatione permissa an comprehendatur portio proueniens per ius accrescendi, uel iure fideicommissi. & nu. 6. & 10.*
4 *Indefinita in dubio an æquipolleat uniuersali collectiue uel distributiue. & nu. 9.*
5 *Legatum conditionale non dicitur proprie legatum, sed lata fit interpretatio fauore ultimæ uoluntatis. & nu. 11.*
7 *Vocatus si nec in totũ, nec in parte fuerit alienatum, parte alienata excluditur in totum.*
Dictio, nec, in se habet inclusam copulam.
8 *Disiunctiua, seu, quando sensum, non autem uerba disiungat.*
Relatiuum, qui, quando declaratiue non autem restrictiue accipiatur.
9 *Pluralitas quando in singularitates resoluatur.*
10 *Verbum, lego, magis proprie refertur ad id, quod capiatur ea substitutione obliqua.*
Intellectus. l. pater. §. quindecim. de leg. 3.
11 *Nomen proprium ubi præponitur, illud magis attendi debet, quam appellatiuum.*

CONSILIVM CXX.

CIRCA casum, de quo in themate, uidetur prima facie dicẽdum, ꝙ in bonis, de quib. quæritur admitti, & succedere debeat consortium ciuitatis Parmæ, & ꝙ non potuerint assignari pro dote beneficij per do. Corneliam. Quoniam, vt proponitur, illa repudiauit hæreditatem do. Francisci, quæ in totum peruenit ad Valerium eius maritum, & cohæredem. Et quo mortuo redijt ad dictam do. Corneliam iure substitutionis fideicommissariæ, per quam superuiuens ex eis fuit pmoriẽti substitutus, cum potestate tamen & facultate. ꝙ d. Valerius, & d. do. Cornelia hæredes sui instituti possint, & valeant uendere libere omnia bona ipsius testatoris, sibi legata, & de ipsis bonis facere disponere possint, prout ipse dominus testator posset, si uiueret. Et si contingeret, dictos suos hæredes, ut supra, institutos, & substitutos non uendidisse, nec alienasse in totũ nec in partem aliqua bona dictæ hæreditatis tempore eorũ vitæ, tunc & eo casu legauit, & ordinauit, ꝙ dicta sua hæreditas, & seu omne id, & totum, qđ superesset ex dicta hæreditate, deueniat & deuenire debeat ad dominos consortiales, &c. Si ergo
1 † do. Cornelia repudiauit hæreditatẽ, uideť, ꝙ iure fideicõmissi venire non potuerit tanquam indigna, ex quo repudiando, iudiciũ defuncti impugnauit, vt videtur casus in l. si patroni. §. quid ergo. ff. ad Treb. & per consequens per mortem Valerij debuit consortium admitti ad bona testõris, quæ apud eũ tpe mortis remanserunt. Sed ẽt dato, ꝙ iure fideicommissi illa uenire potuerit, non uideť tamen, ꝙ ex licentia testõris potuerit alienare, quia testõr dedit facultatẽ hæredibus suis ut supra institutis, &c. Intelligitur ergo data dicta facultas hæredib. qui
2 adiuerunt hæreditatem, † quia ubi de hærede fit mentio, intelligitur de eo qui est hæres mediante aditione, l. 3. §. 1. de hæredibus instituen. & ibi no. Imo. & Pau. de Cas. & probatur in l. in conditionib. §. 1. de condi. & de. iuncta gl. parua, in verbo, hæres erit. Et probatur etiam ex no. per Bart. in l. gerit. de acqui. hære. in 2. col. uers. circa tertium, &c. ubi dicit, ꝙ si fit mentio de hærede enunciatiue, ꝙ intelligitur de hærede mediante aditione. Et uoluit etiam Bal. ĩ l. potuit. C. de iure delibe. ergo do. Cornelia, quæ repudiauit, non dicitur habuisse dictam facultatem alienandi. Tertio adhuc probatur idem, etiam si habuisset potestatem alienãdi, quia intelligeretur, ꝙ alienare posset partem, quæ ad eam peruenisset iure institutionis, & non illud, ꝙ habuit iure fideicommissi, ut probatur in l. pater §. quindecim.
3 de legatis. 3. † ubi prohibitus alienare, non intelligitur prohibitus alienare partem coniuncti, quam acquisiuit. Et intelligitur non tantum de parte, quam acquisiuit ex contractu, sed ẽt de iure fideicommissi, secundum Bar. in l. Scæuola. in finalibus uerbis. ad Treb. & Ang. in l. cum uirum. in 1. col. C. de fidei. & in l. ita tamen, §. qui suspectam. ad Treb. ubi dicit, ꝙ ita fuit cõsultum, & decisum per Ray. de Forl. Sicut ergo sub prohibitione alienationis non cadit portio, quam prohibitus habuit iure fideicommissi, sit econtra sub permissione & licentia alienãdi non debet dicta portio contineri. Quarto confirmatur, nam
4 testator uoluit † ꝙ dicti sui hæredes instituti possint & ualeant libere uendere & alienare omnia bona sua, &c. Intelligitur ergo, ꝙ ambo possint alienationem de omnibus bonis facere, & non unus tantum, uel quilibet, quia illa indefinita. s. ꝙ dicti sui hæredes instituti, &c. æquippollet in dubio uniuersali collectiuæ, non uniuersali distributiuæ, secundum Imo. in l. si ita scriptum sit filiabus. in prin. de leg. 2. & Alex. in l. qui filiab. in prin. de leg. 1. per l. quidam relegatus. §. fi. cum l. seq. de reb. dubijs. & l. qui quartam. §. fi. cum ibi no. etiam per Bart. de le. 1. Et sic ambo dicuntur posse alienare dicta omnia bona, & consequenter quilibet dimidiam, & non totum. l. reos. §. cum in ta-
5 bulis. ff. de duobus reis. † Et, ꝙ dicta facultas alienandi non extendat ad id, qđ capitur iure fideicommissi, probatur etiam ex alio, qm̃ testõr uoluit, ꝙ dicti hæredes possint alienare omnia bona sibi legata, &c. uerbum autem illud, legata, capitur pro institutione, sicut etiam capitur in c. Raynaldus. de test. ex quo notat ibi do. Abb. ꝙ uerbum, lego, est commune, & importat institutionem si referatur ad uniuersitatem bonorum. & idem uult Bal. in l. fi. C. famil. ercisc un. per d. c. Raynaldus. & Alex. in rubric. de leg. j. & propterea intelligitur, ꝙ possint alia omnia bona

bona legata, s. pure, non autem sub conditione, sicut est fideicommissum reciprocum, per quod alter substituitur alteri præmorienti, quia legatum conditionale non est proprie legatum sicut donatio conditionalis proprie non est donatio. l. 1. ff. de dona. & sicut institutio, conditionalis non est proprie institutio, ſm Fulg. & Ale. in l. si pater. C. de instit. & substit. ꝑ dictã l. 1. de donationibus quia a uerbis non est in dubio recedendũ. l. non aliter. in prin. de lega. 2. Et ubi omnia prædicta cessarent, adhuc vr̃, ꝙ saltem quarta portio debuerit cõseruari dicto cõsortio, sicut quando grauatur quis restituere, quicquid superererit, nam licet ille possit dicto casu alienare, tenetur tñ quartam partem substituto reseruare. auth. contra rogatus. C. ad Tre. & de hoc plene in l. Titius. ff. eo. Sed præmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Et præmitto, ꝙ Valerius, qui consequutus est per ius accrescendi partem uxoris potuit ex licentia alienandi, & facultate, de qua in testamento nedum suam partem, in qua fuit institutus, sed ẽt partem uxoris accrescentem alienare, in casu fortiori concludit Bal. Ang. & omnes moderni in l. si testamento. ff. de uulg. & pup. ubi dicũt per illum tex.
6 ꝙ † si quis sit prohibitus alienare partem suam, ꝙ partem obuenientem per ius accrescẽdi non poterit alienare. Et idem volunt prædicti in l. si mihi & tibi. in princ. de lega. 1. Si ergo sub prohibitione alienationis partis suæ continetur portio accrescens, fortius sub permissione & cõcessione de alienando dẽt includi portio, quæ accreuit, quia illa est fauorabilis, & prohibitio de non alienando odiosa, & hac ratione prohibitio de nõ alienando facta filiis nõ porrigitur ad nepotes, ſm gl. in §. nos igitur, in auth. de restit. fideicom. & Dy. Bar. & alios, in l. filiusfamiliàs. §. diui. de le. j. cum concor. de quib. ibi per Modernos. Postquam ergo d. Valerius bona uel partẽ bonorum, q̃ illi obuenerunt per ius accrescendi. donauit do. Iacobo de Zangrandis, ut in facto proponitur, ex hoc dictum consortium nedum fuit exclusum a bonis illis alienantis, sed etiam a tota hæreditate, etiam si in residuo non fuisset sequuta alienatio, ut probatur
7 ex illis verbis testamenti, videlicet, † si cõtigerit dictos suos hæredes, ut supra institutos, & substitutos non uendidisse, erogasse, nec alienasse in totum nec in partem aliqua bona dictæ hæreditatis tempore eorum uitæ, ꝙ dicta sua hæreditas, & seu omne id & totum quod supererit ex dicta hrĩditate, deueniat & deuenire dẽat ad dominos consortiales, &c. Vocantur ergo dicti consortiales sub illa cõdõne, si in totũ nec in partem aliqua bona dictæ hęreditatis non fuerit per dictos hæredes alienata tempore eorum uitæ. Ad hoc ergo ut dicta cõdõ purificata dicatur, necesse est, vt neutrum sit factum, idest, ꝙ in totum, & in parte non sint alienata, q̃a dictio, nec, hẽt in se inclusam copulam, & iõ requiritur concursus copulatorum, ut est casus in l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos. de uerb. obl. & ibi not. Bar. & omnes, in l. quidam testõ. cũ gl. & ibi etiam Bart. de uul. pup. & per eum. in l. sæpe. de verb. sig. Ex quo sequitur, ꝙ per dictam partis alienationem factam per Valerium excluditur in totum, & sic etiam ab eo, quod superesset, dictum consortiũ. Nec obstat, ꝙ testator dixerit, ꝙ legauit & ordinauit, ꝙ dicta sua hæreditas, & seu omne id & totũ, quod supererit ex dicta hæreditate deueniat, & deuenire dẽat ad dominos consortiales, &c. quasi ex huiusmodi verbis uoluerit testator, ꝙ parte alienata non excludatur consortium a residuo, sed quod ad illud
8 uocetur, & uocati intelligãtur, † quia hoc casu illa disiunctiua seu, solum disiungit sensum, & non uerba, sicut etiam aliàs, ut notatur in l. ad protegendum. C. de in le. item dan. tuto. & per Bar. in l. si quis ita. ff. de auro & argento legato. & sic illa uerba & seu id, & totum, quod supererit, &c. significant idem, quod illud verbum, sua hæreditas, quod immediate præcedit, & illud relatiuum: quod supererit, non stat restrictiue sed declaratiue, scilicet quod totum superit, sicut etiam exponitur in l. oẽs populi. de iusti. & iure, & ibi per Bar. in principio, & in l. cunctos populos. & ibi etiam per Barto. C. de summa trini. Nam sicut in dictis iuribus relatiuum stat declaratiue, per rationem, de qua ibi per Barto. sic & in casu nostro debet exponi, propter præcedentem conditionem, quæ, vt dictum est, significat, & importat, quòd per alienationem partis deficiat cõditio, sub qua consortium uocatur & substituitur. Sed dato etiam, quod consortium diceretur uocari ad, id quod reperitur alienatũ, tamen dico, ꝙ non debet admitti ad illud, quod est assignatum pro dote dicti beneficij per domi. Corneliam, quæ præmortuo marito potuit, & debuit admitti ad eius portionem, & ad omnia bona testatoris, quæ ad illum peruenerunt iure fideicõmissi, ut ex uerbis testamenti clare colligitur. Nec obst. quud repudiauerit, & sic, quod debeat priuari tãquã dicatur impugnasse uoluntatem testatoris, per l. si patroni. §. quod ergo. ff. ad Tre.
9 † quia loquitur in hærede, qui solus erat hæres institutus, & ẽ secus, quando hẽt cohęredẽ, cuius aditione põt testm̃ cõfirmari, iõ non dicitur tunc repudiando impugnare iudiciũ defuncti. l. ita tamen. §. qui suspectam. eod. tit. l. quæsitũ. de acq. hære. & in l. filio. de leg. j. ꝙ no. Doc. in dictis locis. Ac ẽt potuit do. Cornelia bona, quæ iure fideicõmissi acquisiuit, alienare ex facultate, & licẽtia sibi in testõ concessa, quoniam testõr voluit, ꝙ d. Valerius & do. Cornelia hæredes sui instituti possint, & ualeant vendere, & libere alienare omnia sua bona sibi legata, &c. Illa. n. pluralitas, videlicet, ꝙ sui hæredes possint, &c. resoluitur in plures singularitates, perinde ac si dixisset. Volo, ꝙ Valerius posit alienare oĩa bona sibi legata, & ꝙ idem facere possit d. Cornelia, quia respicit diuersos effectus, id est, diuersa legata facta diuersis. l. falsa. §. fi. de condi. & demõ. & ibi per Bar. & Doc. & l. 2. §. fi. de cõdi. & demõ. & ꝑ Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. Et propterea illa indefinita prolata in plurali isto casu æquipollet uniuersali distributiuæ, & non collectiuæ. Nec ob. no. per Imo. in l. si ita scriptũ sit filiab. & per Ale. in d. §. qui filiab. in prin. quia prædicti loquuntur, qñ sumus in casu, quo pluralitas respicit unum effectũ tantũ, hoc est unum legatum, vt puta quando filiab. legantur centũ, & sic quãdo nõ põt, nec dẽt resolui in plures singularitates, ſm Bar. & Doc. in dictis locis. Præterea in casu nostro constat de mente, ꝙ uoluerit testõr, ꝙ dicta indefinita æquipolleat uniuersali distributiue dum subiunxit, sine cõtradictione unius alterius, & ecõtra, &c. per quæ uerba, quãuis inepta, apparet, ꝙ vult testõr vnum ex prædictis posse alienare sine alio & altero inuito, & per cõsequens dicitur quilibet distributiue habere licentiã alienandi
10 omnia bona sibi legata, quæ uerba includũt bõa, nedũ † de quibus in institutione de eis facta, sed etiã ea quib. in dicta substitutione, & qua mediante ad alterũ eorum peruenerunt, ut probatur in l. cum uirum. C. de fideic. & ex no. per Bar. & oẽs, in l. Marcellus. §. quidam liberis. in fi. ff. ad Tre. ubi concludit Bart. ꝙ si quis sit grauatus restituere omnia bona, ꝙ in restitutione fideicommissi ueniunt indistincte & simpliciter prælegata. per dictam. l. cum uirum. iuncta. l. Iulianus. in prin. de leg. 3. & qđ dicitur de prælegatis, locum ẽt hẽt in eo, qđ capitur ex substitutione fideicommissaria ſm Bar. ibi, cum quo transeunt communiter Doc. per l. si Titius. iuncta. gl. ff. ad leg. Fal. Sic ergo ea dẽ rõne & in casu nostro in hac permissione de alienando oĩa bona legata, debent uenire omnia bona, quę peruenerant ad do. Camillã iure fideicommissi, & nedum propter uerbũ vniuersale, omnia, vt dixi, sed etiam propter uerbum, legata, qđ magis proprie refertur ad id, qđ capitur ex substitutione obliqua. l. mulier. §. fi. & ibi no. ad Tre. quam ad id, qđ uenit in institutione directa, quia uerbum, lego, est obliquum, & non directum, nec etiam commune, ſm Bar. in l. centurio. de vul. & pup. & est magis cõmunis opi. de qua ibi late per Ale. & alios, & colligitur etiam ex no. per Alex. in d. rub. de le. 1. Et ad oĩa, quæ possunt allegari in contrarium in dictis locis inuenitur responsum. Nec obst. l. pater §. quindecim. de lega. 3. quia loquitur ille tex. in parte acquisita non iudicio testatoris, sed ex propria prouisione legatarij. Sed aliud est in eo, ꝙ acquiritur ex uoluntate testõris, & ex dispositiõe eius, sicut est in casu nostro fideicommissum, ſm Alex. in d. §. quidam liberis. qui hoc modo ex mente aliorum sic respondet, & propterea, ſm eum non loquitur Bar. in d. l. Scæuola. in fi. cõtra quem etiam alij te-
11 nent communiter, ut ibi latius per eum. Nec ob. † ꝙ legatum conditionale non possit dici propriè legatum, per d. l. 1. de donatio. quia fauore vltimæ voluntatis verba hoc casu capiuntur late, & maxime propter dictionem prædictam uniuersalem, vt probatur ex nota. per Pa. de Cas. in l. si stipulatus fuerim illud. §. cum stipulamur. de uerborum oblig. ubi dicit, ꝙ si testator grauat hæredem soluere omnia debita Titij, ꝙ cogetur soluere id, quod Titius debebat, ẽt sub conditione. Et refert, ꝙ ita cõsuluit Io. And. per l. si seruitus. de serui. urb. prædi. ꝙ dictũ procedit ſm Alex. ibi, & est verum in ultimis uoluntatib. in quib. fit

ſit latiſſima interpretatio d.in teſtīs.de regul.iur.& aliud dicit
eē in cōtractib.Nā,vt dictū eſt,verbū,legata,referetur tm̄ ad in
ſtitutionē,ēt ſi impropriaretur, q̄a illā ex propria ſignificatiōe
importare nō pōt,& iō ſicut quoad illā ſtat impropric,ita etiā
ſtare dēt quoad fideicōmiſſum cōdōnale.Senſus eſt ergo dicto
rū verborū,ꝙ quilibet hæres poſſit alienare oīa bona ſibi lega
ta,& ſic quæ habuit tā ex inſtitutione,quā ex ſubſtitutione. Et
iſtud ēt ſatis declaratur ex ſequētib.dū ſubijcitur, & ſi contige
rit dictos ſuos hr̄des inſtitutos,ut ſupra,& ſubſtitutos non vē-
didiſſe, &c. & ſic cōſortiū vocatur,ſi p̄dicti tanquam inſtituti
nō alienauerint;ergo nō uocatur, qū alienāt ēt tanquā ſubſti-
tuti. Et p hoc rn̄detur ad illud,ꝙ licentia alienādi eſt data hæ-
redib.inſtitutis,hoc eſt;illis,qui ex inſtitutiōe adiuerint, p l.3.
§.1.de hæredib.inſti.Quia immo tāquā ſubſtituti ponuntur in
cōdōne,ſub qua vocatur cōſortiū,& excluditur ex defectu ꝯdō
nis, ſiue inſtituti,ſiue ſubſtituti alienaſſent, præſertim quo ad
bona alienata.Præterea legauit ipſe teſtōr,ꝙ d.Valerius & do.
Cornelia hæredes ſui,vt ſupra,īſtituti,&c. Et ſic præpoſuit no
12 men propriū, † iō illud magis dēt attendi quam appellatiuū,
qđ ſequitur.l.ſi cōmunis ſeruus iſta ſtipuletur.de ſtipul.ſeruo.
& no.gl.in l.cū ita datur.§.ſi.de cōd.& demō.& Bar.in l.ſub di
uerſis.§.fi.eo.ti.Et ſic quāuis alter ex inſtitutiōe non ſuccedat
ſolum alienare non pōt,qđ iam datū eſt,quia ex ea nihil habet
ſed ueniens ex ſubſtitutione quicquid habuit alienare potuit.
Non obſtat poſtremò, ꝙ quarta ſit reſeruanda dicto ꝯſortio,
per dictam aut.contra rogatus. C.ad Trc.quia cōtrarium teſta
tor uoluit & diſpoſuit,dādo licētiā,ꝙ oīa bōa legata, & ſic vni
uerſaliter poſſint alienari d.l.Iulianus,in prin.de leg.3.& quia
conſortium vocatur,ſi cōtingat dictos hæredes nō alienare in
totum,p quæ apparet,ꝙ voluit teſtōr in totum hæredes poſſe
alienare,& ſic,ꝙ non ſit neceſſe quartam reſeruare.l.fin. C.ad
legem Falc.& notatur in l.decem.de fideicom.liber.Et propte
rea concludo, quòd conſortium ad bona dicto beneficio aſſi-
gnata venire non poſſit. Laus Deo.

¶ Alienandi licentia an cenſeatur conceſſa, ex quo teſtator vo
luit inſtitutum de bonis poſſe diſponere, & quòd ea liberè
habeat.Et an alienationis prohibitio extendatur ad deſcen-
dentes prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,diſpono,an comprehendat, & ultimas voluntates, & etiam contractus.& nu. 4.*
2 *Verbum,libere habeat,an importet ius & poteſtatem alienandi,ac ſi diceretur,plenam proprietatem habeat. & nu.5.et 10.*
3 *Clauſula in fine poſita de per ſe ſtaus non qualificās proxime præcedentia,ad omnia ſuperiora refertur.& nu.9.*
4 *Alienandi licentia ſimpliciter data quando reſtringatur.*
6 *Prohibita alienatione quando ſimpliciter fideicommiſſum non dicatur inductum,ſed in caſum alienationis tantum.*
7 *Prohibitio alienationis etiam in rem quādo non extendatur ad deſcendentes.*
8 *Teſtator ſi deſcendentes proprios unicuique prohibito alienare ſubſtituit,deſcendentes alterius non admittuntur.*
11 *Clauſula generalis in fine poſita non extenditur ad ea,in quibus eſt ſpecialis prouiſio.*

CONSILIVM CXXI.



ISO teſtō do.Angeli,& quātū ad rē ptinet,habi
ta ſuper eo matura cōſideratiōe,vr̄ primò,ꝙ do.
Blanca de bonis ſibi noīatim relictis poſſit pro
libito diſponere,& ꝙ alicui prohibitioni aliena-
tionis vel fideicōmiſſo nō ſubiaceāt,qm̄ teſtator
uoluit,ꝙ d.do.Blanca de bonis primo ſibi relictis poſſit diſpo
nere,put ſibi placuerit, & p cōſequēs videt̄ ei data licētia alie
nādi bona p̄dicta, tam inter uiuos,quam in ultima uoluntate,
1 † quia ſic importare videtur ſignificatio illius verbi,diſponere
c.2.& c.cū in illis.de præbend.in 6.& prout ēt declarat Alex.in
rub.ſo.ma.Et idē uidetur de alijs bonis eidem relictis poſt 10.
annos,quia ordinauit teſtōr,ꝙ d.do.Blanca illa habeat libere.
2 † qđ uerbum libere,cenſetur importare ius & poteſtatem alie
nandi,ſic probatur ex no. per Bald.in l.fœminæ.§.illud.in fin.
C.de ſecun.nupt.vbi dicit,ꝙ plena proprietas eſt illa quæ hēt
in ſe proprietatem,& vſumfructum,& ius alienandi, & domi-
nium abſolute dictum eſt plena proprietas,cum poteſtate alie
nandi.Quod ergo dicitur de uerbo,plenum, idem eſt dicendū
de verbo, libere,vel liberorum,q̄a hmōi verba æquipollent,vt
probatur in l.fideicommiſſa.§.quāquam.de leg.3.& ibi Doct.
& p Bar.expreſſe,in l.alio.de alimen.& cib.le.col.3.ver.itē q̄ro
dicit teſtōr,&c.Sed ex aduerſo videtur,ꝙ omnia bōa relicta p̄
nominatæ do.Blācæ in quacunq; parte teſtī ſint & expreſſe in
telligantur phibita alienari, & ꝙ ſubiaceant reſtōni fideicom
miſſi, propterea ꝙ teſtōr poſt prælegata omnia,& hr̄dū inſtō
nes appoſuit capitulum ſeparatum,videlicet.Itē lego, ordino,
volo,ſtatuo & iudico,ꝙ p̄dicta bona mea & iura,filiæ & habia
ticis meis p me relinquenda,ut ſupra non poſſit aliqualiter vē
di,alienari,permutari,nec pignorari,nec ſuper ipſis aliquā lega
tionem fieri,quia uolo,ꝙ ſemper dicta mea bona remaneant,
& remanere dēant pro ſe ipſis & filiis & deſcendentib.ſuis,&c.
3 † Iſtud ergo capitulum,qđ p ſe ſtat,& qđ non uenit ad deter
minandum vel qualificādū inſtōnē proxime p̄cedentem,dēt re
ferri ad oīa p̄cedētia,in q̄b.d.do.Blācæ filiæ teſtōris inuenitur
aliquid relictum.l.1.de libe.p̄te.l.3.§.pen.de li.& poſth.l.talis
ſcriptura.in fi.de le.1.& declarat not.Bart.in l.ſi.de reb.dub.&
ad propoſitum Alc.in conſi.66. 2.vol.& iō vr̄, ꝙ p hanc ulti-
mam prohibitionem receſſerit teſtōr a licentia alienandi prius
cōceſſa in qualibet parte teſtī.de le.3.l.ſi mihi & tibi.§.in lega-
tis.de lega.1.Vel pōt dici, ꝙ dum in primo relicto teſtōr dixit
4 ꝙ do.Blanca poſſet diſponere de bonis ſibi relictis,ut ſibi pla-
ceret,ꝙ hoc intelligatur p uiam ultimæ volūtatis,& caſu quo
ex ea non ſint deſcendētes,quia verbum, diſponere, importat
ultimam uoluntatem,ſm̄ Alber de Roſa.in ſuo dictionario,in
verbo diſponere.& eſt glo.ultra eum in rub.ſol.matr.cum qua
tranſit Bar.& alii,& ibi hoc etiam uoluit Nic.de Neap.Et quia
teſtōr ordinauit,ꝙ caſu,quo do.Blanca decederet ſine filiis,ꝙ
marito relinquere non poſſet vltra libras mille. Per hoc ergo
videtur declarari,ꝙ intellexerit teſtator de diſpoſitione facien
da per ultimam uoluntatem in dictū caſum,quo ſibi non exta-
rent.Et iſta interpretatio eſt etiam capienda,ut euitetur corre
ctio,& contrarietas.§.quib.in prima cōſtitu.Codicis.l.ſcriptu-
ræ.cū ibi notatis.C.de fide inſt.&c.imputari.eo.ti.Nam p hāc
interpretationem hēbit locum dicta licentia alienandi in caſu
p̄dicto,& qn̄ extabunt deſcendentes ex illa, prohibitio eorum
5 cōtēplatione facta habebit effectum.† Similiter dum in ſecun-
do relicto teſtōr d.Blācæ concedit alia bona libere per hoc tn̄
nō fit quominus ad ea porrigatur phibitio alienationis, quia
res,quā alienare non poſſum, dicitur mea pleno iure,ſm̄ Bal.
in l.voluntas.in fi.C.de fideicom.per l.gn̄aliter.de fideic.liber.
q̄a poſſe alienare non eſt de diffinitione dn̄ij,ſm̄ eum. Igitur
eodem mō res dicitur ad me libere pertinere,quamuis eam nō
poſſim alienare, quia, ut dixi plenum,& liberum æquiparant
& equipollēt.d.l.fideicommiſſa.§.quamquam.de le.3.& præ
ſertim hoc pcedit in caſu noſtro, in quo teſtōr p verbū libere
ſenſit,quod dicta bona nō ſubiacerent oneri,quib.ſubiacebāt,
qn̄ erat apud vxorem, cui prius dicta bona vel vſūfructū reli-
querat cum onere diſtribuendi fructus ad pias cās vſq; ad 10.
annos.Nam poſt illud tempus uoluit dicta bona uel aliqua ex
eis libere permanere apud do.Blancam,id eſt, ſine illo onere,
non autem ſenſit per hoc verbū, ꝙ phibitioni de non alienan
do non ſubiacerent.Aliàs ſi prius relicta nominatim do.Blan-
cæ non eēnt ſub dicta prohibitione,illa parum,aut nihil opera
retur,q̄a aliquid aliud aut parum in hereditate non remāſit, ꝙ
ſub prohibitione poſſet ea dere.Vt igitur non ſit ſuperflua,ad
relicta noīatim eſt referenda.l.ſi qn̄.in prin.de le.3.c.ſi Papa.de
priuile.in 6.Circa hūc caſū eſt in primis conſiderandum † ꝙ
quāuis prohibitio alienationis reſpiciat oīa relicta facta.d.Blā
cæ in quacunq; parte teſtī, per illam tn̄ non inducitur ſimplr
& indiſtincte fideicommiſſum,ſed caſu quo ſit alienatum, & ꝯ
tra prohibitionem factū,per illa enim verba,phibeo alienari,
q̄a volo,ꝙ ſp dicta bona mea remaneāt,& remanere dēant p
ſe ipſis, & filijs,& p deſcendentib.ſuis,intelligitur teſtōr ordi
ne ſucceſſiuo dictos deſcendentes per fideicōmiſſum admitti
uoluiſſe ſolū dicto caſu,quo ſequuta alienatio ſit d.l.peto.§.fra
tre.cū gl.& probatur.in l.cum pater.§.cum inter.cū ibi no.e.ti.
& declarat Ale.plene ex mente aliorū in l.qui Romę.§.cohære
des.

des.de uer.ob.& in consi.66.in 1.vo.& in consi.59.3.vol.Aut ergo quærimus,utrū do.Blanca fuerit ꝓhibita alienare oīa,& q̄cūq; sibi relicta,& an ea alienante dicat̄ venisse casus fideicōmissi,& hoc posset esse dubium,per ea quę in præcedentib.sūt allegata pro vtraque parte,q̄uis & in hoc sentiam,ꝙ non,ut in
7 ferius dicā.Aut quærimus † an quilibet descendens ex ea,puta filia,q̄ illi successit,alienare possit bona p̄dicta,& an cōprehen datur,sub dicta prohibitione.Et vr̄,ꝙ sic,q̄a prohibitio est in rē,cum nō ꝓhibuerit testōr filiā,sed voluerit bona non posse alienari,iō nepos ex filia intelligitur ꝓhibitus.d.l.peto.§.fratre.de le.2.& ꝑ Ale.in l.filiusfamiliâs.§.diui.de le.1.Sed in casu nr̄o aliter sentio,& cōtrariū credo.Nā,vt dictum est,neptis ex do.Blanca ꝑ fideicōmissum solū fuit vocata in casu quo ipsa d. Blāca alienasset,& ꝯ ꝓhibitionem fecisset,qđ nō euenit,& iō dicta neptis testōris bōa habuit tanq̄ hæres matris ex testō vel ab intestato & nō ex fideicōmisso,ꝑ quem succeditur testōri. l.cohæredi.§.cum filię.de vul.& pu.q̄a,vt dixi,casus fideicommissi non euenit.Quia ergo dicta neptis non reperitur a testōre honorata,nec uocata,iō non potuit prohiberi,vel onere fideicommissi grauari,quamuis sit hæres hæredis ex testō.cū hæres sub nomine appellatiuo non sit ꝓhibitus.l.sed si sic.§.fi.de le.3.& in terminis sic ēt uoluit Bal.in d.l.volūtas.in fi.C.de fideic Nec ob.ſm Bal.in d.§.fratre. quia illo casu nepos est ꝓhibitus quia,ad illud ex cā fideicommissi ꝑuenerat res ꝓhibita alienari,qn̄ frater institutus & ꝓhibitus alienauerat,& ꝯ ꝓhibitionem fecerat,ꝑ pea ad ꝓximiorem de familia res deuenerat ex fideicommisso,quia in hunc casum erat per testōrem vocatus,& iō quia reperitur ab eo honoratus,ad illum porrigit̄ ꝓhibitio alienationis in rem facta.Et idem eēt in casu nostro, si do. Blanca primo uocata alienasset,& contra ꝓhibitionem fecisset.Nam isto casu ad neptē ex ea bona alienata ex iudicio testōris,& iure fideicommissi peruenissent,& ꝑn̄r nec dicta neptis eo casu alienare potuisset,& vbi secus fecisset,ali⁹ ꝓximior & descendens ex do.Blanca admitti debuisset sīr iure fideicōmissi,qui casus non euenit,ut dixi,q̄a nō successit testōri eius neptis ex fideicommisso,sed matri ab intestato,iō hoc casu ad ueniente,nec prohiberi,nec aliter grauari potuit a testōre.d.§.fi.& l.ab eo.C.de fidei.& forte dicatur,ꝙ immo dictum onus fideicommissi valuit casu etiam,quo neptis alienauerit,quasi ꝙ intelligat̄ tūc iniunctum nō ipsi nepti sed d.do.Blācæ sub duplici cōdōne,s.siue ipsa siue alius ex ipsis descendentib.alienauerit,ut sic in dubio fiat interpretatio,ut actus valeat potius,q̄ pereat,iuxta no.per Bar.in l.cēturio.de uul.& pu.ver.q̄ro vlterius,quid si testator dixerit,si filius meus decesserit sine filiis &c.Ad istud r̄ndet̄,ꝙ Bar.loquitur,qn̄ aliquo casu nō potuisset fideicommissū valere,nisi intelligeret iniūctū h̄rdi sub duplici cōdōne,sicut exēplificat Bar.qn̄ testōr dixit,si filius meus decesserit sine filijs,& filij eius sine filijs,substituo talem,nam filij filiorum positi in cōdōne nullo casu sunt vocati ab ipso testōre,nec hnorati,ut no.in l.Lucius.de hæ.inst.Et iō casu,quo filij sine filij decedāt,h̄et locum substō.tanq̄ filij testōris instituti solum sint grauati sub cōdōne duplici,hoc est,si ipsi vel eorum filij decesserint sine filiis,quia aliter non potuit aliquo casu valere tanquam relictum a filiis filiorum.Sed in casu nostro secus est,quia nepotes & descēdētes ex do.Blanca sunt certo casu honorati,s.casu quo do.Blanca alienasset,& contra prohibitionem fecisset,vt ē dictum in ꝑced. Et ꝑ pea quia hoc casu adueniēte potuit neptis ex ea ꝓhiberi,& per fideicommissum grauari.d.§.fratre.qui ꝓpriē hoc casu loquitur,iō in dubio in hūc euē tum dūtaxat intelligitur collata ꝓhibitio,& ipsi nepti onus fideicommissi iniunctum,si contra prohibitionē veniat, nec alio casu cēsetur relictū ab ipsa nepte,quia satis ē,ꝙ uno casu valere possit in persona neptis,quo adueniēte h̄et effectum, & ubi casus ille non eueniat,fideicommissum deficit,nec ualet ēt tanquam relictum a filia instituta,vt probatur in l.codicillis in pri.de vsufru.le.& ibi no.Bar.vbi ēt dicto mō r̄ndet ad cōtrarium proxime formatum,per quē tex.sic ēt voluit Are.in terminis in cōsi.156.col.5.ver.nec ob.ꝙ substō,&c.ubi ad hoc inducit illum tex.& l.epistola.§.fi.ad Tre.& l.Gallus.§.quidā recte de li.& posth.cum ibi no.ut ibi latius per eū qui proprie ī casu simili,& in quo est eadem rō,determinat mō prædicto.Ex quo enim in casu nostro potuit certo casu prohiberi & grauari neptis dēt in illum euentum ītelligi grauata.d.l.codicillis.in prin.

& ibi Bar.In alijs aūt casib.in quib.grauari nō potuit,quia non inuenitur honorata,ēt dici nō pōt,ꝙ intelligatur fideicommissū relictū a do.Blanca,ne illud diuerso iure censeatur,hoc ē ut mō ab uno mō ab alio relictum uideatur. l. eum qui. de usuca. Sed ī dictis alijs casib.a nemine in dubio dicitur relictū.Et hoc apud me nullū penitus h̄et dubiū. Et ꝑ pea mihi videt̄,ꝙ filia d. do. Blācæ possit de parte sua libere disponere in præiudiciū descēdētiū eiusdē do.Blācæ,q̄a ad eā isto casu nō porrigitur ꝓhibitio,nec ei onus fideicommissi dicitur iniunctū,sicut ꝑ p̄dicta clare ꝓbatur.Et multo magis ēt disponere poterit in ꝑiudiciū do.Petri Franc.& fratris ac descēdētiū eorū,nō tm̄ ꝑ p̄dicta,sed ēt alia rōne.Nā testōr bona relicta d.do.Blācæ & p̄di-
8 ctis prohibuit alienari,quia uoluit,vt† remanerēt pro ipsis,& filijs & descēdentib.suis,s.p̄dictorū,cuilibet igitur substituisse videtur descēdētes proprios,nō āt aliquo casu intelligitur alicui prohibito substituisse filios alterius,ut probatur ex not.ꝑ Bar.in l.si mihi & Titio.de ver.obl.per Bal.in l.unica.§.in prin. C.de cadu.tol.& in l.1.in vlt.col.C.qn̄ nō pet. part.& ibi ꝑ Roma.dū facit differentiā inter se feudū,vel emphyteusim,quæ ab initio sumpsit initium in persona vnius uel plurium,sicut in casu nostro dicta legata,vel relicta dicuntur initiū sūpsisse in persona diuersorum, ideo in dubio descendētes ex uno non dicūtur alteri fuisse substituti. Secus uero ubi testōr suos proprios descendentes substituisset,quia ubi deficerent descēdentes do. Blancæ,descēdentes ex alijs institutis possent dici uocati eo casu,quo uocarentur liberi d.Blancę casu,quo extarent,quia omnes descendunt ab ipso testatore.Sed ubi uocantur descendentes ex ipsis prohibitis,qui descendunt ab uno,nō dicuntur descendentes alterius.Sed ista ratio non est necessaria,quia,ut dixi,isto casu prohibitio non extenditur, nec extēdi potest ad filios vel filias do.Blancæ,nec sunt grauati, nec potuerunt fideicommisso grauari,sicut in præcedētib.clare est probatum,vbi etiam declaratum est,quo casu in persona eorum vel earū prohibitio,& fideicommissum possit habere locum. Et ideo concludendum est,ꝙ filia do.Blancę de dictis bonis possit pro libito disponere.Rōnabiliter ēt dici pōt,ꝙ ista prohibitio vltima facta filiæ & habiaticis simul referatur solum ad proxima,ubi testator prædictos simul & æquis portionib.instituit in omnibus alijs suis bonis,sub qua saltem continentur loca,quæ h̄ebat testator in ciuitate Ianuæ super monte, in quibus prohibitio alienationis verificari potest.Quod etiam comprobatur ex eo,ꝙ prohibuit alienationem bonorum, quæ reliquit filiæ,& habiaticis,quæ verba conueniunt,& cōuenire solum uidētur illis bonis,quæ testōr reliquit prædictis coniunctim,& simul, quia significat proprietas copulæ.l.re coniuncti. cum materia de le.3.prout sunt illa tm̄,de quibus in proxima ꝑcedēti institutione,in alijs autē bonis dicta filia, & habiatici fuerunt uocati disiunctim re & verbis,iō de illis non uidetur loqui dicta prohibitio vltima.Et hoc etiam magis clarè demonstrabitur per responsionē ad allegata in contrarium.Non ob.igitur,ꝙ hoc ul-
9 timum capitulum,† in quo continetur prohibitio tanquā per se stans debeat referri ad omnia præcedentia,quia illud procedit,nisi rō subsit,quare magis ad proxima referri debeat.d.l.1. C.de lib.præte.cā aūt pōt esse,qn̄ ꝑcedētia essent contraria.l.si idē.§.fi.de iurisd.om.iud.& ita ēt propriè declarat Bar. in l.talis scriptura.in ult.col.de leg.j.ergo prohibitio huiusmodi nō debet referri ad primū legatū factū do.Blancæ,in quo sibi datur licentia disponendi,vt sibi placebit de dictis bonis,quæ contrariatur prohibitioni inferiori.Et quamuis verbum,disponere, intelligatur etiam solum per ultimam uoluntatem,per not.in rub.sol.mat.tamē prohibitio refertur ēt ad vltimam uoluntatē quia prohibetur alienō extra certū genus personarum,iuxta not.per Bart.in d.l.peto.§.fratre. & in l.si ita quis.§.ca lege. de ver.obli.& quia ēt testōr prohibet specialiter fieri aliquā legationem,id est,legatum,& sic possunt,ꝙ omnino prohibitio posterior cōtrariatur præcedenti permissioni, iō ad legatum,in quo est dicta permissio,non debet referri prohibitio.Nec ob. ꝙ intelligatur permissio facta in casu non existentium liberorū,quia immo fuit simplex & absoluta,& quamuis deinde testator concedat licentiā relinquendi marito certam quātitatē,& nō ultra,eo tm̄ casu quo do.Blanca decedat sine liberis,non tm̄ licentiam simpliciter concessam restringere uoluit,sed ideo sic ordinauit,quia arbitratus est testator,ꝙ dicto casu filia facilius induce-

induceretur ad relinquendū in maiori quantitate marito. Sed vbi extarent filii, testōr non restrinxit facultatē relinquēdi, nec marito, nec alteri, quia rōnabiliter p̄sumpsit, ꝙ filiis suis neminē deberet præponere, nec in totū, nec in parte, quia nullus amor uincit paternū. l. scripto. vū lib. l. nā & si, in prin. de inof. testa. l. isti quidē. in fi. qd' me. cau. Et sic ubi filij ex do. Blāca extarent, licentia disponendi remanet simplex, & libera, & ubi non extarent, restrinxit illam testator respectu mariti rōne præmissa. Et ita potius prohibitio posterior est restringēda, tanquam exorbitans, & strictè interpretāda, ut no. in auth. de rest. fideic. & traditur in l. uoluntas. C. de fideic. & licētia p̄cedens tanq̄ fauorabilis est in dubio amplianda. l. in testamentis. de regu. iur. Per prædicta ēt infertur, ꝙ dicta ꝓhibitio nō refertur ad aliud legatū factū d. Blancæ, in quo uoluit, ꝙ bona apud eam rema-
10 neant libere, qd' verbū, † libere, significat, ut in dictis reb. nullum habeat impedimentū, s̄m glo. in cle. dudū. de sepul. & Arc. in c. j. de sup. neg. præle. in 6. & in c. cū archieps. de off. ord. eo. li. facit, l. dudum. C. de contrahen. emp. & l. ne cui. C. loca. Nec ob. qd' no. Bald. in l. uoluntas. C. de fideic. quia aliud est quærere, utrum res dicatur pleno iure mea, si eam alienare non possum, prout ipse loquitur, & est aliud, an apud me dicatur libere res permanere, si alienari nō pōt. Et dicendum est, ꝙ non, quia ex tali ꝓhibitione impedimētum p̄statur, p qd' efficitur, ꝙ res nō permaneat libere. Et pōt ēt dici, ꝙ Bald in d. l. uolūtas. male loquatur, & cōtra tex. in d. l. fœminæ. §. illud. C. de sec. nup. quē tex. ibi ad hoc no. Bal. ut dixi supra circa prin. Et ꝙ ista prohibitio ultima non possit ad oīa p̄cedentia referri, ex alio etiā probatur, qm̄ in primo legato facto Petro Franc. & fratri eius apposuit ēt prohibitionem alienationis spālē, & in ampliori forma, quā in sequentib. & ibi ēt fideicommissum fuit pinguius, quia ꝓhibuit, q̄a uoluit bona peruenire ad descendentes testōris: at inferius prohibuit, quia uoluit, ꝙ uenirēt ad filios, & descēdentes eorū, quos prohibuit, inter q̄ est longa dr̄ia, ut ēt in
11 p̄cedentib. dixi. † Ad istud ergo legatū, in quo est apposita dicta spālis ꝓhibitio non refertur sequēs prohibitio gn̄alis. l. sed & si per. §. deinde. ex quib. ca. mai. l. j. §. cum qui. de postu. l. cohæredi. §. qui patrē. de uul. & pup. q̄ iura ad hoc in terminis allegat Bar. in d. l. talis scriptura. in ult. col. ubi dicit, ꝙ causa quare clausula in fine posita non referatur ad p̄cedentia, iuxta d. l. j. C. de libe. præte. est, qm̄ in præcedentibus est specialiter prouisum circa id quod continet clausula, de qua tractatur. Sicut ergo hac ratione ad dictum legatum factum Petro Franc. non refertur ultima prohibitio, & sic & alia rōne non debet referri ad alia legata, ut dixi, & quia si testator prohibere uoluisset do. Blancam & prædictos in aliis legatis prius factis, in illis specialem prohibitionem apposuisset, sicut fecit in alio legato facto do. Petro Franc. iuxta l. j. §. fin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & c. inter corporalia. de transla. præla. Ex quibus concluditur, quòd bona relicta do. Blancæ non subiacent prohibitioni, nec restitutioni. Laus Deo.

¶ Fideicōmissum an & quando dicatur simplex, si testator prohibuit alienationē, quia uoluit bona successioni & posteritati conseruari. Et an uocatus in casum alienatiōis teneat fideicommissum his præstare, quib. hæres tenebatur. Et an instrumentum, de quo in libello fit mentio, si reo edendum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non censetur inductum ex eò, quod testōr adijciat bona non alienari, sed quod conseruentur posteritati.*
2 *Prohibita alienatione ut bona conseruentur inter instituti descēdentes, illi per fideicommissum simplex censentur uocati, quando alius specialiter in casum alienationis est uocatus.*
3 *Fideicommissum simplex quando dicatur introductum. et nu. 5. Prohibitio alienōnis in personā, non extenditur ad descēdentes.*
4 *Filij & descendentes in conditione positi censentur uocati, quando eorum contemplatione est facta alienationis prohibitio, uel sunt grauati.*
5 *Fideicommissaria substitutio censetur ab ultimo moriēte facta quando concurrit cum pupillari & uulgari.*
6 *Fideicommissum ad hærede relictum præstandum est per uocatum eisdem oneribus facta bonorum alienatione per hæredem etiam si nulla est facta onerum reseruatio.*
7 *Cessante causa ody, debet cessare odium.*
8 *Non debet esse in arbitrio hæredis ex præsumpta mente testatoris excludere fideicommissarium.*
9 *Priuatio testatoris, quæ fit ex facto & culpa alterius, reputatur irrationabilis.*
10 *Ademptum sub conditione, quando uideatur datum sub contraria conditione.*
11 *Expressum dicitur, quod ex uerbis resultat, etiam si pro forma requireretur expressio.*
12 *Mens tunc attendenda, quando uerba saltem improprie conueniunt.*
13 *Instrumentum, de quo in libello est facta mentio, an sit producendum, alias processus dicatur nullus.*

CONSILIVM CXXII.

E duobus principaliter est uidendum. Et primò, vtrū filij & descēdētes Andrææ dicant̄ simpliciter p fideicommissum uocati: & quō. Et quia de hoc p dn̄m iudicē dubitatur, & allegatur, ꝙ fideicommissū nō dicat̄ simplex, iō rōnes suas aliter non ꝓpono, sed ꝙ nullo mō sit fideicōmissum, adhuc confirmo p tex. ubi videt̄ esse casus, ī l. pater. §. mater. de l. 3. ubi habetur ꝙ
1 filijs† institutis a matre, ipsa adiecit, ut p̄dia, quæ ex bonis suis ad eos peruentura erant, nulla ex eā alienarent, sed conseruarent successioni suæ, deq; ea re inuicem sibi cauerent, vū quæsitū, est, an p̄dia per fideicommissum dicantur relicta. Et r̄ndetur, nihil de fideicōmisso proponi. Et sic præsupponit ille text. ꝙ illo casu nullum fideicōmissum dicatur relictum, & ita vult Bar. ibi, quicquid dicat gl. idem ergo uidetur dicēdū in casu nostro, in quo testōr voluit, iussit & mādauit d. Andræam aliqualiter futuro aliquo tempore aliquid de bonis, & reb. ipsius testōris immobilib. ipsi And. legatis uendere uel alienare, aut in alium quouis mō & titulo transferre in magna uel parua quantitate non posse, quo minus ipsa omnia bona, res, & iura, ac tota hæreditas ipsius testōris in totum sint, & remaneant semper & in perpetuum in filios & descendentes quoscunq; ipsius Andrææ, &c. & ex ipso And. nascituros masculos legitimos & naturales, & usq; in infinitum, & quo ad aliquis masculus, & de filijs masculis ipsius And. reperiretur, & hoc sub pœna priuationis oīum ipsorum bonorū totius hæreditatis ipsius testōris ipsi And. lega. & legatorum, ut supra quā, & quæ ex nūc, prout ex tunc, & econuerso ipse testōr deuenire uoluit & legauit domui S. Ant. Viennēsis ciuitatis Parmæ cum onerib. & grauaminib. supra scriptis, & saluis & super firmis remanentib. omnib. & singulis legatis & ordinationib. suis supra scriptis. & etiam infra scriptis eo mō, & forma quib. & supra & inferius extitit ꝓuisū & legatum, &c. Nā p hmōi uerba testōr in effectu nihil aliud uoluit, quam ꝙ And. successioni, & posteritati suæ reseruaret bona sibi relicta, sicut etiam contingit in casu. fi. § mater. & ꝓpea aliquod fideicommissū nō videtur factum isto casu, sicut nec ī illo. Sed hoc nō ob. & omnib. in ꝯriū all. per dominū iudicem, arbitror filios, & descēdētes And. per verba superius relata esse uocatos simpliciter per fideic. ordine successiuo. iuxta l. cum ita. §. in fideicommisso. & in l. cum pater. §. fratre. de l. 2. & in l. fi. C. de uer. sig. & per no. p Bar. & Doc. maximè mod. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & post. Ex hoc ex pluribus,
2 & primo † nā quādo ꝓhibetur alienatio, ut bona & remaneāt in familia, & pari ratione ut conseruentur inter descēdētes instituti, ut in casu nostro absq. dubio illi de familia, vel descendētes dicuntur uocati per fidei. ut est casus in d. §. fratre. & in l. filiusf. §. cū pater. de l. 2. & prout uult Bar. & alii in l. qui Romæ. § cohæredes. de uer. ob. Et quāuis Ale. ibi uelit, ꝙ non sit simplex, sed factum solum in casu alienationis, per l. pater. §. filiam de l. 3. cum ibi no. per Bar. & cum quo ēt transit Soci. in consi.
22 7. ubi de hoc latè. Tamē in casu nostro hoc stare non pōt, quia testator in casu alienationis factæ ꝯ ꝓhibitionē spāliter uocauit & substituit ecclesiam S. Anto. Ergo in hunc casum, in quo ꝓuisum est spāliter de alio substituto, non potest dici de descēdentib. fcā substitutio. l. cohær. §. patrem. ubi hoc opti. ꝓbatur, de uul. & pu. & facit l. ex facto. §. itē q̄ro. eo. ti. quia ergo in hūc casū dicti descēdētes non uocātur sed excluduntur, necessario est dicendum, ꝙ extra illum casum dicātur uocati p fideic. quia uerba p̄dicta ad fideicommissum sunt cōgrua, & apta sūt

illud importare ẽt alio casu.§.fundum.de l.3.& in l.Pamphilo. eo.ti.& in l.vnũ.§.si fundum.§.fi.de le.2.prout etiam clarẽ vult Bar.in d.§.cohæredes.& ꝑpea non obs.d.l.pater.cum ibi not. ꝑ Bart.dũ dicit,ꝙ si præcedit prohibitio & alia simpliciter sequitur,ꝙ sequẽs dispositio intelligitur,si factũ fuerit cõtra ꝓhibitionẽ,q̃a in isto casu hoc dici non põt quãtũ ad descendentes ex quo alius uocatus est casũ quo factũ sit ꝯ prohibitionẽ, iõ excludendo testõr descendentes illo casu.Intelligit illos substituisse alijs casib.l.Imperator.de post.l.statu libertum.§.Stichum.de sta.lib.l.cũ prætor.in prin.de iud.Et per hoc tollitur vnum quod allegatur in ꝯriũ,quia dum dicitur,ꝙ descẽdentes nullo casu sunt substituti,ex quo alius uocatur,si fiat alienatio cõtra prohibitionẽ,in quem casum tm̃ uocat dicerentur,si de alio substituto non prouideretur,qm̃ totum in contrarium ex hoc est inferendum ,& sic ꝙ cum testator alienatione de alio substituto prouiderit,ꝙ extra illũ casum descendentes simpliciter per fideicommiss.admitti voluerit,per uerba prædicta,quæ congrue possunt illud importare,& quæ,si secus diceretur, ex toto essent supflua ꝯ l.si quando.in princ.de l.1.& c.si Papa.de priui.in 6. quia ẽt sine illis prohibitio potuisset ualere, ex quo translatio est fcã in pœnã.l.1.C.de his quæ pœ.no.& no.in d.l.filiusf.§.diu.de l.1.Et istud uerissimum puto, & de hoc nullatenus dubito.Et ꝙ ubi etiam ecclesia spãliter,non esset substituta,adhuc in casu nostro fideicommissum sit simplex, & sic ꝙ alio casu sint vocati descendentes,probatur euidenter.nam testõr noĩatim prohibuit Andrẹam alienare,& sic est prohibitio in personã & non in rẽ.Sub illa ergo prohibitione non† comprehẽduntur descẽdẽtes d.Andreæ,sicut prohibitio fcã filiis testõris nõ cõprehendit eius nepotes,quod est fortius,ut not.in §.nos igitur.in auth.de rest.fideic.& proutẽt uult Bar.Bal.Im.& Ale.in l filiusf.§.diui.de l.1.cum concor. de quib. ibi ꝑ Alc. & tamẽ descẽdentes d.Andreæ adinuicem sunt substituti ordine successiuo.d.§.fratre.& quæ substõ inter pdictos nõ põt dici fcã casu quo ꝑ aliquẽ ex illis sit fcã inter prędictos nõ potest dici fcã casu,quo ꝑ aliquem ex illis sit fcã alienatio contra prohibitionem,quia,ut dixi,illi non sunt prohibiti.Idem ergo dicẽdum est q̃tum ad substõnem factam Andręæ sub eadem verborum cõceptione,ut.s.non dicatur restricta ad casum alienationis,ẽt si in illum de alio substituto non esset ꝓuisũ,quia facienda est æqualis determinatio oĩum. l.iã hoc iure.de uul.& pup.& l.si legatarius.§.1.& ibi per Bar.de l.3. Et per ꝯñs ex præmissis apparet,ꝙ non cessat fideicõmissum in ꝑsona descẽdẽtium eo prætextu ꝙ ecclesia sit spãliter substituta eo casu, quo alienatio sit fcã,q̃a,ut dixi,cessante ẽt tali substõne descẽdẽtes nedum in illum casum essent substituti, se dẽt in alium & sic simpliciter,& inter quos ẽt in casũ alienationis tm̃ dici posset fcã. quãdo prohibitio esset in rem,ut in d.§.fratre. quia tũc etiam illos comprehẽderet,& habere tũc posset locum ea,quæ allegãtur in ꝯriũ,& non aliter,ut est dictum.Tertio alia rõne demonstratur,qđ sit simplex fideicõ.de quo agitur,quia,ut dictũ est, prohibitio alienationis nedum fcã fuit fauore descendentium d.Andreæ prohibiti,& ad effectum ut bona ad illos in infinitũ ꝑueniant,& ꝑuenire debeant,sed etiam filii,& descendentes d. Andreæ sunt in cõdõne positi,quia Andrea decedẽre sine filijs masculis & illis extantib. & deinde morientib. sine filijs masculis,& ita,quod aliquis masculus ex filijs & descẽdentib.suis masculis nõ rẹpiatur,bona sua uoluit ꝑuenire ad loca pia,de q̃b. in testõ.Quãuis igitur dicatur, quod filii & descẽdentes mascu

4 in cõdõẽ positi nõ dicãtur ex testõ uocati,ꝑ no.ꝑ gl.ĩ l.Lucius de hæ.inst.quia tamẽ cũ hoc cõcurrit ẽt ꝓhibitio alienõnis fcã eorũ cõtẽplatione,& ex qua apparet manifeste, qđ intentio testõris fuit,qđ bona sua trãsirẽt ad dictos descendentes Andręæ & quod ĩter illos ĩ ifinitũ cõseruarentur,dici põt,quòd isto casu dicant simpliciter ꝑ fideicõmissũ uocati dicti descendentes ĩ conditione positi,cũ ẽt hoc prẹsumatur factum ad eorum commodum,ꝑ no.in d.l.Lucius.quia ubi ex aliis coniecturis potest præsumi quod in conditione positos testator uoluit ex testamẽ admitti,tunc dñr uocati,& locum non habet gl.ĩ d.l.Lucius.ꝑ ut consuluit & ꝑ alios consultum uidit.Et de quã uoluntate ex alio ẽt põt apparere,dũ voluit testõr,ꝙ ĩ defectũ oĩum descẽdẽtiũ masculorũ d.Andreæ bona sua ꝑuenirẽt ad plura loca pia, de q̃b.ĩ dicto testõ,& subiũxit,ꝙ illa ex nũc ꝓut ex tũc,& ecõ uerso,sibi & d.Andręæ taliter decedẽti,uel eius filiis & descẽdẽ

mus dari in ſolutum d.Angelinæ ꝓ reſtõne ſuæ dotis,per no. in auth.res quæ C.commu.de le.quia in caſu noſtro iſtud non eſt uerum,ſed imo ꝑ hãc dationem in ſolutum factũ fuit ꝯtra prohibitionẽ teſtõris,& euenit caſus fideicommiſſi in perſona Bernardi,ut per plura eſt ſuperius probatum.Et ꝑ hoc ẽt rñdetur ad aliud,ſ.ꝙ offerendi non competit actori, nec de iure communi nec ex forma ſtatuti,quia quę circa hoc allegantur, poſſent procedere,quando datio in ſolutum ualuiſſet, & ex cã dotis domus a fideicommiſſo eximi potuiſſet, ſed quia hoc fieri non potuit,ſicut nec alienari ex alia cã ceſſant, & tolluntur omnes rationes contrariæ. Et quia dicta domus remanſit ſub fideicommiſſo,& ſtatim ꝙ fuit data in ſolutum, dies fideicommiſſi ceſſit,Bernardus Veſputius potuit illam petere,& uendicare etiam abſque obligatione dotis d. Angelinæ, quia dominium fuit ipſo iure quæſitum dicto Bernardo.d.l.fin.§.ſin autem ſub conditione.C.comm. de leg.& aliquod ius in ea,apud illam,uel habentem cauſam ab ea non remanſit, & propterea alicui eorum retentio non competit, non enim dici poteſt, quod ex cauſa dotis iſta domus ſaltem eſſet obligata dictæ do.
10 Angelinæ, quia † prohibitia alienatione a teſtatore ſicut non potuit alienari transferendo dominium in alterum, ita etiam non potuit obligari, quia ſub dicta prohibitione continetur etiam hypotheca, ut eſt etam expreſſum in leg.final.C. de rebus alien. non alienand. Et ſi forte dicatur, quod intelligitur prohibita hypotheca conuentionalis, ſed non hypotheca legalis,q̃ competit pro dote.l. vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxo.actio.& in §.fuerat.inſt.de act.ſicut videmus, ꝙ licet per minorem non poſſint alienari eius bona.l.lex quæ tutores.C. de adm.tut.cadũt tñ ſub hypotheca tacita & legali.l.2. de reb. eo.& no.in l.itẽ quia.de pac.& ſic pro dote ab eo recepta ſunt tacite obligata,ſecundum Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in d. l. item quia.& Bal.in d.§.& ut plenius.& Ang.Roma.& Alex.in leg.ſi conſtante.in prin.ſol.matrim.cum aliis concor.de quib.ibi per eum,licet Bar.ibi in 3.q.4.partis,aliter dicat, & non bene. Ad iſtud tamen reſpondetur,ꝙ prędicta hñt locum in bonis,quæ ſunt minoris, & ad illum pertinent pleno iure, & quæ alicui reſtõni non ſubiacent in caſum alienationis,ſed in bonis prohibitis alienari per teſtatorem & ſubiectis reſtõni fideicommiſſi in dictum caſum alienationis eſt ſecus, quia talia bona peruenerunt ad prohibitum cum iſtã cauſa,& cum hoc onere reſtituendi dicta bona alteri in caſum alienationis. Quia ergo iſto caſu agitur de præiudicio tertii, uocati in caſum alienationis tacita & legalis hypotheca non trahitur, quia non præſumitur quod lex uoluerit alteri præiudicare.l.2.§.merito. ne quid in loco publ. & l.merito. pro ſoc.ſed alio caſu per tacitam & legalem hypothecam tertius non excluditur ab aliquo iure ſuo, ſed ſolum bona minoris obligantur in præiudicium illius, & non alterius. Præterea cõtrarium hẽt locum,in prohibitione alienationis facta a lege,& non quãdo prohibitio alienationis eſt facta ab homine,puta a teſtatore. Et eſt ratio diuerſitatis, quia lex ſuum non tuum tibi denegat auxilium,ut no.in l.aſſiduis.§.excepti.C.qui pot.in pign.hab. Et ideo concluditur,ꝙ poteſt dicta domus peti & uẽdicari per Bernardum & eius fratres,quib. etiam non obſtat præſcriptio ſtatuti ut per ea, quæ ſuperius dixi,& abſq. eo ꝙ per illos aliquid offeratur,nec iſto caſu contrarium dicit Pa.de Ca.in l.ſi res obligata.de leg. 1.ſed loquitur quando legatarius uolebat rem legatam,& alteri obligatam uendicare. Laus Deo.

¶ In publicatione omnium bonorum condemnati,an ueniant bona prohibita alienari, ut perpetuo perueniant ad deſcendentes.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis in rem concepta comprehendit hæredẽ hæredis.*

2 *Prohibita alienatione,ne bona de familia exeant, non extenditur ultra quartum gradum,niſi ſit dictum,quod bona perpetuo ueniant ad deſcendentes.*

3 *Filij hęredum in conditioue poſiti prohiberi poſſunt alienare tã quam hæredes teſtatoris,quid ſi tanquam hæredes filij.*

4 *Filij in conditione poſiti,& grauati,& alienare prohibiti cenſentur uocati ſimpliciter,non autem in caſu alienationis tantum, quam opi.dicit canonizatam.*

5 *Bona alienari prohibita, quando non ueniant in publicatione bonorum condemnati.*

6 *Hæres extraneus, quando ſub prohibitione alienationis comprehendatur.*

Prohibitio alienationis, quando dicatur facta extra certum genus perſonarum.

7 *Argumentum affirmatinè,& negatiuè an procedat, quòd illud quo ad hæredem extraneum non tranſit,non tranſeat etiam ad fiſcum,& econuerſo.*

8 *Alienatio permiſſa propter neceſſitatem an ualeat, ettam ea ceſſante.*

Dictio,pro,non facit condictionem,ſed cauſam ſignificat.

Exceptio in quibus confirmatio regulæ dicatur in cæteris.

9 *Clauſula in fine refertur ad præcedentia, quæ ſunt contraria.*

10 *Prohibitio alienationis facta, ſi quis ſine filijs deceſſerit,an expiret illo cum filijs decedente,licet filij poſtea decedant ſine filijs.*

CONSILIVM CXXIIII.

ISO teſtamẽto Ludouici Curionis, a quo oriuntur dubia,quæ proponuntur,mihi uidetur nõ obſtantibus his,quę obijciuntur,ꝙ in publicatione bonorum Matthæi non ueniant bona dicti Ludouici,quæ ad illum peruenerunt, ſed ꝙ ad Alexandrum iure fideicommiſſi pertineãt,nã teſtõ primo ſibi hæredes uľes inſtituit quoſcunq; filios ſuos maſculos naſcituros, & ſi decederent ſine filiis maſculis, inſtituit Matthæum, Iacobum,Hieronymum,& Camillum nepotes ſuos ex ſorore; & ſi contingeret aliquem ex prædictis decedere uiuo dicto teſtatore filios decedentis, ſi qui extarent cum prædictis nepotib.ſuperuiuentib.inſtituit hæredes æquis portionib.in ſtirpem, & non in capita. Et ſi aliquis ſuorum nepotum poſt mortem teſtatoris decederet ſine filijs maſculis,uoluit,ꝙ pars decedentis perueniãt ad ſuperuiuentes, uel ad præmortui filios in ſtirpẽ, & non in capita.Et inſuper mandauit teſtator,ꝙ dicti ſui nepotes inſtituti,& ſubſtituti, quos nominauit, ſint & eſſe debeant ſuppoſiti,& obedientes, & non repugnãtes do, Agneti eorum matri ſub pœna priuationis hæreditatis applicandæ his, de quibus in teſtamento.Item dictus teſtator ex certa ſcientia prohibuit omnino in perpetuum oĩum ſuorũ bonorũ alienationẽ, & hoc ideo, quia uoluit,ꝙ oĩa bona ſua, exceptis legatis,&c. perueniat ad ſuos filios maſculos in caſu, quo eos habuerit,& ſi non habuerit, ad dictos nepotes eius, & ex eis deſcendentes maſculos in caſu quo dictæ do.Agneti eorũ matri ſuppoſiti, & obedientes ſint,& non repugnantes, ut ſupra dictum eſt, & in caſu quo dictæ eorum matri eſſent inobedientes,uoluit ꝙ fructus diſtribuãtur pro aĩa ipſius teſtõris,ut ſupra dictũ eſt,& ẽt uoluit,ꝙ non ob aliqua ꝓhibitione ꝙ hæredes ſui,qui per tẽpora erunt,poſſint de bonis ſuis uendere,& alienare pro neceſſitatib.ſuis,& ꝓ onerib.hæreditarijs perſoluendis. Stantib.igitur prædictis uerbis teſtĩ, & prohibitionis præmiſſæ,præſuppo
1 no in primis, † ꝙ prohibitio talis dicitur eſſe realis, ut colligitũ ex illis uerbis. Itẽ dictus teſtõr ex certa ſcĩa oĩno in perpetuũ ſuorũ bonorũ alienationẽ,&c. quæ ſunt concepta in rẽ, & nõ in perſonã, ex quo ſequitur, ꝙ ſub illis ꝯprehẽditur hæres hæredis,& ꝯñr filius & deſcendẽs ex quolibet dictorũ nepotũ, ut probatur in l.peto.§.fratre.de lega.2. uer.quid ergo.ſm cõem intellectum,& prout ẽt ꝑ illum tex.uult Alex. in l.filiusfa.§.diui.de leg.j.ubi concludit poſt Dyn. ꝙ licet ꝓhibitio facta filiis nõ extẽdatur ad nepotes,ꝓut etiam uoluit glo.in §.nos igitur. aut.de reſt.fideic.cum aliis cõcor. per Alex.allegatis. Iſtud tñ, ſm eũ procedit,qñ teſtõr ꝓhibuit filios alienare, & ſic qñ ꝓhibitio fuit in perſonã,ſecus autẽ ſi fuiſſet in rẽ, ut quia ſit dictũ, prohibeo alienari fundũ,quia uolo,ꝙ deueniat in tales,ꝑ d. §. fratre. Et iſtud etiã caſu noſtro confirmatur ex illo uerbo,in ꝑpetuũ de quo in dicta ꝓhibitione, & q̃a uoluit teſtõr bona ꝑuenire ad dictos ſuos nepotes, & ex eis deſcẽdentes maſculos, ut ꝓbatur ex no. ꝑ Iac.de Bel.in d.auth.de reſti.fideic.in fi.ubi
2 uult,ꝙ licet prohibitio † alienationis extra familiã non extendatur ultra quartũ gradũ ultra perſonã primo ꝓhibitã, ut ꝓbatur in §.nos ãt. ſecus tñ eſt, ſi teſtõr ꝓhibuit alienare,uolẽs ad deſcẽdentes ſuos bona ꝑpetuò peruenire, q̃a deſcendentiũ

nomen

nomē ad oēs in infinitū extenditur.l.fi.C.de suis & leg. & iō ēt
tūc ultra quartū gradū prohibitio porrigitur, licet aliud sit in
nomine familæ.d.§.nos igitur.ver.codicillū.ſm cū.cū quo trá
sit Ale.cōs.56.in 1.vol.& pro hoc facit,ꝙ no.Bar.in l.Lucius.§.
Sēproniæ.de leg.3.& Dy.Bar.& Imo.in d.§.diui. Et si forte di-
catur, ꝙ filij ex dictis nepotib.institutis solum reperiuntur in
cōdōne positi,& ꝙ propter hoc nō dicūtur honorati ante alie
nōnē,ſm gl.cōiter approbatā in l.Lucius.de hære.inst.Et iō cū
non sint ex testamento uocati, nō potuerunt prohiberi aliena
re,sicut nec alio mō grauari.l.ab eo.C.de fideicom.Nā ad istud
3 respondetur, ꝙ licet non† potuissent filij dictorum nepotū ꝓ
hiberi tanquam filij eorum absolute & indistincte, tñ tāquam
hæredes testatoris mediante persona parentum suorum.l.fi.C.
de hær.insti.grauari & prohiberi potuerunt.l.si fuerit.§.fi.cum
se.& ibi no.de le.3.& prout uoluit Bar.in d.l.Lucius,§.Sēpro-
niæ.& alij in d.§.diui.quia cum dicantur tunc hæredes testato-
ris.d.l.fi.dicuntur ab eo honorati,& probatur in d.§.fratre.v-
bi ad ulteriores porrigitur prohibitio, ad quos peruenerūt bo
na alienata per proximiores contra prohibitionē, & in dubio
præsumendum,ꝙ filij ex dictis nepotib.sint ēt prohibiti tāquā
hæredes,ex quo realis est prohibitio,& ex quo tanquam filij,
& descendentes non potuerunt simpliciter prohiberi. le. cum
post.§.1.de admi.tut.& per no.per Bar.in l.1.§.nunciatio. de o-
pe.no.nunc & l.terminato.C.de fru.& lit.expē.& facit.l.quo
4 ties.de reb.du.& l.quoties.de uerb. ob. Secundo etiam† potest
responderi,ꝙ immo filij dictorum nepotum,quorum appella-
tione isto casu ueniunt etiam ulteriores.d.l.Lucius.de hær. in
sti.& no.Doc.in l.Gallus.§.instituens.de lib. & posth. sint etiā
ante alienōnē & post mortē patris ex testō uocati, ex quo non
solum sunt in conditione positi,sed ēt prohibiti,& grauati, &
sic istis duob.concurrentibus non hēt locum gl.in d.l.Lucius,
ſm Bar.in l.centurio.de uul.& pup.uers.quæro, quid si testōr
dixit,si filius meꝰ decesserit sine filijs,& filij eius sine filijs, &c.
& licet Im.& quidā Mod.uelint contrarium,tamen cum opin.
Bar.transit Pa.de Ca.in d.l.ab eo.in quibusdam lec.& do.Io.de
mōte Sperelo ibi,& Im.& Cu.in d.l.filiusfa.§.cum quis. & Cu
ma.in l.hæreditas ad Statium.in d.l.Lucius,de hær.inst.& Pet.
de Anch.in repet.c.si pater.de test.in 12.notab. Et ista opinio
a multo tpe citra consulendo fuit canonizata per Doc.Perusi-
nos,ut refert & sequitur Soci. in l.cum filio.in 2. col.cum seq.
de le.1.dicens,ꝙ ita aliàs consultum uidit per infinitos Doc.to
tius Italiæ,& in casu nostro facilius istud est concedendum, in
quo nedum prædicta concurrunt,sed etiam aliud. Accedit,qm̄
testator alienationē prohibuit,quia uoluit,ꝙ omnia bona suæ
hæreditatis filijs ex eo non extantib.perueniant ad dictos eius
testōris nepotes,& ex eis descendentes masculos,&c.Et quāuis
ex hoc tantum dici non possit, ꝙ dicantur per fideicommissū
simpliciter uocati,sed solum eo casu,quo facta sit alienatio cō
tra prohibitionē,iuxta ea quæ traduntur per Ale.in l. qui Ro-
mæ.§.cohæredes.de uer.obl.illud tamen potest esse uerū,quan
do prædicti non esset in conditione positi, sed ubi in conditio
ne etiam ponuntur,fideicommissum potest dici simpliciter fa-
ctum,& sic non solum quando sequitur alienō,sed si pater eo-
rum institutus sine filiis moritur,quia ex his omnib.testatoris
uoluntas declaratur,ꝙ fideicommissum prædictis omnib.casi
bus habeat locum, & ubi de uoluntate testatoris apparet ēt ex
coniecturis filij in conditione positi dicuntur uocati,ut decla-
rat & concludit Soc.in l.cum auus. in fi.de cond.& dem.Sequi
tur ergo ex præmissis,ꝙ Mattheus iunior nepos alterius Mat-
thei instituti a testatore fuit prohibitus alienare bona dicti te-
statoris,& ꝙ prohiberi potuit,& propter quam prohibitionē
5 dicta bona ad Alex. pertinent† tanquam descendentem testō-
ris in hunc casum uocatum per fideicommissum, non autem
ueniunt in publicatione dicti Matthei condemnati.l.Impera-
tor,in prin.& ibi not.Bart.de fideicom.liber.& quia sicut non
possunt ad hæredem extraneum transire.l.peto.§.fratre.de le.
2.ita etiam nec ad fiscum.l.4.& ibi not.Bart.de iure patr.& l.
eorum.ad leg.Iuliam maiest.& no. in l.1.C. de bonis quæ lib.
& in l.eum qui.de interdic.& releg.& ita per prædicta, & alia
multa tenet Alex.in consi.23.1.uolum.Et si dicatur, quod ista
6 †prohibitio alienationis non dicatur facta extra certum genus
personarum, sed simpliciter, quo casu sub ea comprehendi-
tur hæres extraneus. leg.1.de fun. dota. & prout uult Barto.
& alii in l.si ita quis.§.ea lege.de ver.ob.& in d.§.fratre,& pro
hoc ī terminis uidetur Ale.uelle in cōsi.66.in fi.j.uo.& iō sicut
pn̄t dicta bona ad extraneum hr̄dem transire,ita pn̄t uenire in
confiscatione ꝑ ꝓdicta.Quia ad istud rn̄det̄ dupliciter. Et pri-
mo,ꝙ immo dr̄ alienatio hmōi facta extra certum genus perso
narum,ex quo facta fuit,qa uoluit testōr ꝙ bona peruenirent
ad filios & ad dictos nepotes suos,& ad descēdentes ex eis ma
sculos.Quia ergo contemplatione prædictorum præcessit ꝓ-
hibitio inter illos prohibitione non obstante potuerunt bona
alienari,& non extra illos,ut est casus in d.l.filiusfa.§.cum pa
ter.de leg.j.ubi tex. loquitur de prohibitione facta filio ne fun
dum alienaret,& ut in familia relinqueret,quæ in effectu non
differt a prohibitione,de qua agitur,& tamen uult ꝙ alienatio
sit permissa in quemlibet de familia,etiam si sit remotior & nō
in extraneum.Si ergo inter illos non est prohibita alienatio di
ctis casibus,sed in extraneis,sic ergo dicitur ꝓhibitio facta ex-
tra certum genus personarum,sicut quando prohibetur alie-
natio extra familiam,ſm Bar.ī dictis locis,quia isto ultimo ca
su alia rōne non dr̄ facta extra certum genus personarum,nisi
quia inter illos de familia nō est prohibita alienatio. sed extra
illos sic.Et idem probatur in d.§.fratre.ubi aperte dicitur,ꝙ in
stō heredis extranei comprehenditur sub ꝓhibitione ista, vel
sifi.& Ale.etiam in d.consi.non facit dr̄iam inter prohibitionē
factam extra familiam,& prohibitionē ut in familia remaneat
sed in casu suo testōr prohibuit alienare, quia uoluit bona ad
hæredes peruenire, quorum hæredum appellatione ueniunt
omnes in infinitum,& etiam extranei.Quamuis ergo extra cer
tum genus personarum dicatur facta prohibitio, ad hæredem
tamen extraneum tunc bona possunt peruenire, quia ille non
est extra quas est prohibitio facta,sed est intra illud genus per
sonarum,intra quod non fit prohibitio.Secundo respondetur
7 † ꝙ licet illud,quod ad heredem extraneum non transit, non
transeat etiam ad fiscum,& sic negatiue procedat arg.d.l.Impe
rator.affirmatiue tamen non procedit,& sic non sequitur,tran
sit res prohibita alienari ad heredem extraneum, quando pro-
hibitio est simplex,secundum Bar.in locis allegatis,ergo etiam
uenit in confiscatione,quia ratio, quæ in primo casu allegatur
per Bar.in d.§.ea lege,scilicet quia homo non potest semper vi
uere,sed moriatur, est necesse, ideo sub prohibitione non ue-
nit instō hæredis extranei, q̄ procedit ab actu necessario mor-
tis non habet locum,sed cessat quo ad fiscum,quia actus,hoc ē
delictum,ex quo sequitur confiscatio,potuit euitari,& fuit uo
luntatis,propterea sub simplici prohibitione debet venire sicut
quælibet alia alienatio.Et istud confirmatur clare,nam prohi-
bita alienatione extra certum genus personarum,puta extra fa
miliam non prohibetur prohibito quis succedere ab intestato
q̄uis non sit de familia,sed extraneus.l.cum pater.§.cum inter
ſm communem intellectum Bar.de leg.3.& Imo.& alios,in d.
l.si ita quis.§.ea lege.& tamen fiscus,qui uult admitti ex legis di
spōne,sicut ille,qui uult ab intestato succedere.l.3.§.de illo.ꝓ
socio,non pōt succedere,ut patet ꝑ prædicta.Et est ratio quia
successio ab intestato causatur ab actu magis necessario,id est
a morte quam ipsa confiscatio. Et ita in terminis firmat Alex.
contra Imo.in l.si finita.§.si de uectigalibus de dam.infe.in illa
q.utrum emphyteusis priuati ueniat in publicatione bonorū,
ubi Bar.tenet ꝙ non,quando transiret ad hæredem extraneū,
cuius cōtrarium tenet Im.ibi,& in c.ex parte.de feu. quia licet
talis res sit prohibita alienari.l.2.C. de iure emphy. sub tali tñ
prohibitione non uenit successio legalis, quia non prohibet̄
quis ab intestato succedere.d.§.cum inter. ergo non dēt ēt fi-
scus prohiberi,qui succedit ex dispōne legali.Et ad quam ratio
nē rn̄det Ale.defendendo opi. Bar. ꝙ confiscatio nō causatur
ab actu ita necessario sicut successio ab intestato,& sic uult, ꝙ
licet ad hæredē extraneum res possit transire,quod tamē non
ueniat in confiscatione, qn̄ utroq; casu non subest eadem rō,
ubi uero utroq. casu eadē ratio militaret, tunc ēt affirmatiue
argumētum procedere posset,ut colligitur ex no.ꝑ Bar. d. §.si
de uectigalib.in 2.q.Et ꝓpea per prædicta ad id,de quo primo
opponitur & quæritur,clara rn̄sio colligitur. Non ob.ēt aliud
8 uidelicet, ꝙ † ex quo permissa est alienatio pro necessitatibus
suis,ꝙ ualet, etiam necessitas cesset,quia dictio,per non facit,
condōnem,sed significat cām,ſm Bar.in l.Lucius.§.a te.de leg.
2.& in l.quibus dieb.§.fi.de cond.& demō.& in l.2.§.Titio. de
don.

don.& in l.pe.§.fi.de ali.& cib.leg. quia quamuis ex hoc capite non prohibeatur alienatio voluntaria, ex alio tamen capite est prohibita: nam testator primo generaliter prohibuit alienationem, & ab hac regula postmodum excepit casũ necessitatis, in aliis ergo casibus standum est pcedenti prohibitioni generali, vt deciditur quasi in terminis, ex no. per Bal. in l. 1.§.1. in fi. de feriis. ubi quærit, an ille tex. qui excepit certos casus a feriis. habeat locum in feriis inductis per statutum. Et cõcludit, ꝙ aut statutum inducit ferias messium vel uindemiarum, & nõ ꝓcedit ulterius, & tunc circa illas seruari dẽt ius cõmune, ut casus excepti a iure non includantur in eis. l. ita nobis pudor. C. de adul. & l. 2. C. de noxa. Aut statutum procedit ulterius faciendo quasdam exceptiones, & tunc non habet ius commune locum, quia in casib. in statuto nõ exceptis, dẽmus stare statuto, & nõ iuri communi, quia exceptio in quibusdam videtur regulam in cæteris confirmare. l. tribunus.§ vlt. de test. mil. & ita est etiam dicendum in casu nostro. Et ubi non præcessisset prohibitio generalis, posset procedere id, quod obiicitur. & penderet dubium ab his, quæ no. & traduntur in l. maritus. C. de procu. Tertio principaliter dicitur pro fisco aliud allegari, videlicet ꝙ ꝓ
9 hibitio † non durat in persona dicti Matthei iunioris, ex eo ꝙ testtõr alienationem prohibuit, quia voluit bona peruenire ad filios suos masculos & in defectum eorũ ad nepotes, & ex eis descendentes masculos in casu, quo d. do. Agneti eorum matri suppositi & obedientes sint, & non repugnantes, ut supra dictũ est. nam relatio fit ad præcedentia nedum respectu proximi versiculi, in quo moderare & restringitur id, quod in fauorem nepotum fuerat dictum, sed etiam respectu eius, quod prius dictum & expressum fuit ad eorum commodum, cum hæc oĩa ĩ eodem capitulo sint contenta. l. 3.§. 1. de lib. & posth. iũctis no. per Bar. in l. Aurelius.§. idem quæsiit. de lib. leg. Et sic facta alienatione dicitur testatorem uoluisse nepotes, & eorum descendentes admitti, ut supra dictum est, tam circa fideicommissum eis relictum, quã circa qualitates modificationes circa illud appositas, & per consequens cũ fideicommissum relictum a suis nepotib. & a quolibet eorum expiret quo ad illũ, q̃ cũ filiis masculis decessit, non duret ẽt prohibitio vlterius tanquam sit facta fauore illorum, q̃ sũt prius uocati ꝑ fideicommissum. Ex quo sequitur, ꝙ cũ Mattheus antiquior testõris nepos decesserit cũ filio masculo, & ille ẽt sit mortuus superstite d. Matthæo iuniore, ꝙ in persona illius non hẽt locũ prohibitio, & sic non põt Alexander dici uocatus in casũ alienationis. Sed circa hoc est aduertendum, ꝙ testõr primo nepotes pdictos adinuicem substituit, aut præmortui filios in certo casu, s. si alter eorũ decesserit sine filiis masculis, & talis substõ expirauit quo ad partem illius, q̃ decessit filiis superstitib. l. ex facto.§. pe. ad Treb. ẽt si postmodum dicti filiis sine filiis decessissent, ꝭm Old. in cõsi. 21. Thema tale est, testõr, &c. & in consi. 141. Thema tale est, dñs G. &c. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de test.§. in primis. ad fi. Deinde idem testõr prohibuit alienationem, quia uoluit bona peruenire ad nepotes filiis non existentib. & ex eis descendentes, vnde ex hac parte dicuntur etiam prædicti alio casu & sub alia cõdõne uocati, uidelicet casu quo sequatur alienatio contra prohibitionẽ, & non aliter, nec alio mõ, ut probatur ex no. ꝑ Bar. in l. pater.§. filiã. de leg. 3. & hoc etiam clarius vult Ale. in l. q̃ Romæ.§. cohæredes. de uer. ob. Ad hãc igitur partem, & ad fideicommissum isto casu relictũ, nõ p̃t referri illa clausula ut supra dictũ est, cum de hoc superius nihil sit dictum, q̃a relatio, q̃ ꝑ illam fit ad præcedentia, ꝓsupponit terminũ a quo. l. testtõ. la 2. de cond. & dem. Est ergo necesse, ꝙ respiciat tm̃mõ illã modificationem ipsius vltimi fideicommissi immediate præcedentem ꝑ illa uerba, s. in casu quo dictæ do. Agneti eorum matri suppositi & obedientes sint, & non repugnãtes, ut supra dictũ est, q̃a dicta modificatio circa primũ fideicõmissũ, de quo supra fuit apposita, & iõ circa aliud illam testõr repetiit in oĩb. & per omnia mediante relatione ad illã, q̃ inducit repetitionẽ oĩum qualitatũ ꝭm Bar. in l. si quis seruũ.§. fi. de leg. j.§. ff. fami. furt. fecis. dic. in l. 1. de recepta. & in l. sanctio legum. de pœnis. Et hoc secundo cõfirmatur ex his, q̃ immediate sequunt̃, dũ dicitur, & in casu quo dictæ eorum matri inobediẽtes essent & repugnantes, ꝙ fructus & reditus ipsorũ bonorũ hæreditatis ipsius testõris ꝑ dictos eius ꝯmissarios, vel tũc uiuẽtes ex eis pro aĩa ipsius testõris dispẽsari debeãt, ut supra dictum est, &c. Nã clarum est, ꝙ ista relatio, vt supra, dictum est, hoc loco apposita, refertur solum ad dictam modificationem, & restrictionẽ fideicommissi, & non ad illius donationem, quia illi non potest conuenire. l. 4.§. toties. de dam. infec. & no gl. & Doc. in l. si idem cum eo.§. fi. de iurisdictione omnium iudicũ. Idem est ergo iudicandum de alia prœcedenti relatione supra, proxime facta in casu econuerso, quia ex sequentib. præcedentia declarantur, & ecõtra. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus pluriũ.§. fi. de le. 1. Tertiò istud ostenditur alia rõne, nã, vt est in præcedentib. tactum, prohibitio est realis, & includit nepotes, & omnes eius descendentes succedentes testatori immediate, vel mediate in bonis alienari prohibitis. Si igitur dicta clausula relatiua ad præcedentia determinaret etiam dationem fideicommissi relicti in casu alienationis, per illam restringitur præcedens prohibitio, & pro parte diceretur ab ea recessum & uideretur testator incontinenti se correxisse, quod non est verisimile. l. non ad ea. de cond. & dem. & ideo vt euitetur huiusmodi absurdum, clausula prædicta in dubio est referẽda ad modificationẽ relicti, & nõ ad illius dationẽ factã in casu prædicto, per ea quæ hñr in d. l. si idẽ.§. fi. & per no. ibi dicit Bar. ĩ l. talis scriptura.§. fi. de le.
10 j. ꝙ clausula † non refertur ad præcedentia, quæ sunt cõtraria. & facit. c. ecclesia. vlt. de elec. & q̃d ibi no. do. Abb. & l. si quis a filio. in prin. cum gl. de leg. 1. & q̃d no. Pau. de Cast. in l. 1. C. de lib. & posth. Quartò istud confirmatur, nam testator alienationem prohibuit, quia uoluit bona peruenire ad eius nepotes & ex eis descendentes. Prędicti ergo descendentes nepotum & cuiuslibet eorũ, ut ẽt tactum est, dicuntur uocati, si factum sit cõtra prohibitionẽ, & q̃dẽ ordine successiuo. l. cũ ita.§. in fideic. de leg. 2. & not. Doct. maxime mod. in l. Gallus.§. 1. de libe. & posth. & quorum appellatione ueniunt omnes in infinitum. d. l. fi. C. de suis & leg. ergo mediãte d. clausula relatiua, non debet prohibitio cessare, quando quis suscepit filios, quia dictus ordo successiuus inter descendentes illius locum habere non posset, cuius contrariu m voluit testator, & prohibitio alienationis non egrederetur ꝑsonã nepotũ, & tñ voluit testõr eam esse perpetuã, vt expresse ꝓbatur ex illo uerbo, in ꝑpetuũ, in ea appositũ. Quinto ex alio pdicta cõprobatur, q̃m primũ fideicõmissum relictum reperitur sub illa cõdõne, si quis decesserit sine filijs. Aut ergo dicimus, ꝙ sequens fideicõmissum, q̃d ex ꝓhibitione inducitur, & similiter ipsa prohibitio propter relationẽ ad primum factã mediante clausula, s. vt supra, dictum est, &c. expiret, & cesset statim susceptis filijs, & tunc differret a primo q̃d adhuc durat post liberos susceptos, quia oportet, ꝙ ẽt extent tẽpore mortis grauati. & si prius deficerent, fideicõmissum haberet locum. d. l. ex facto.§. pe. ad Tre. Aut dicimus, ꝙ hoc sequens fideicommissum & ipsa prohibitio alienatiõis cesset, si quis decesserit cum filijs, sicut primũ, & similiter istud stare non potest, quia per solam superexistentiã filiorũ primũ fideicõmissum relictum sub illa cõdõne, si decesserit sine filijs, expirat, quamuis non sint hæredes grauati, sed extraneus sit institutus l. filiusfa.§. cũ quis. de leg. 1. & ibi plene no. sed aliud fideicommissum, q̃d est relictum, si sequatur alienatio, non expiraret, immo eius dies cederet ĩstituto hærede extraneo, ẽt si extarent filij nepotis prohibiti alienare. d. l. peto.§. fratre. de le. 2. Quia ergo qualitates primi & vltimi fideicõmissi nõ sunt cõpatibiles, relatio ad præcedentia non dẽt referri ad ultimũ sed ad illius modificationẽ tm̃, per no. in d. l. si idem cum eodem.§. fi. de iuris. om. iud. & iudicio meo istud, in quo audio fieri maiorem uim, minus cæteris omnibus obst. Alexan. ad quem, vt ex præmissis colligitur, iure fideicommissi debetur hæreditas, de qua agitur excluso fisco. Laus Deo.

¶ Fideicommissum simplex an inducatur inter vocatos ꝑ prohibitionem alienationis, quia perpetuo uult in familia bona remanere, alio in casum alienationis substituto.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus semel exclusus per superexistentiam filiorum perpetuo remanet exclusus.*

2 *Fideicommissum conditionale ad hæredes non transmittitur.*

3 *Substitutio restricta ad certum siue incertum tempus, ultra illud non extenditur.*

4 *Fidei-*

4 *Fideicommissum simplex censetur inductum alio uocato in casum alienationis.*
5 *Descendentes si uocentur, de quibus intelligitur.*
6 *Substitutio facta in unum casum, in quo hæres sit honoratus, nõ trahitur ad alium, in quo honoratus non sit.*
7 *Clausula in fine posita non propter se, sed propter aliud, refertur tantum ad proxima.*
8 *Prohibitus alienare partem suam, censetur etiam prohibitus in parte obueniente per ius accrescendi.*

CONSILIVM CXXV.

ISO ac plectō testō ser Laur. de Sturlis, & oĩbus substõnib. de quib in illo, diligenter suspectis, arbitror absq. multiloquio, & omissis argumentis superfluis, ꝙ do. Innocentius & d. Petrus Paulus non sit vocatus, nã testõr primo instituit do. Petram sororem suam, & eam ꝓhibuit alienare domum, & vineã & casu quo ipsa vel sui successores alienare tentauerint, dictas res voluit peruenire iure legati ad domum Dei de Venetijs, & cui d. Petræ substituit sibi hæredes Bernardinum & Ludouicũ fratres, & filios dictæ do. Petræ, quos Bernardinum, & Ludouicum fratres prædictos hæredes vniuersales instituit, & substituit casu, quo do. Petra ante ipsum testõrẽ decederet, & moreretur, & cum eadẽ cõdõne, ut nemo eorũ dictas res alienaret, & aliàs deueniant ad dictã domum Dei, vt supra, & subiunxit testõr formaliter, & hoc fit, vt in perpetuum dictæ res sint descẽdentium iuxta voluntatẽ ipsius testatoris, & cum hoc ꝙ si vnus eorũ quandocunq; moreretur sine filijs, eo casu pars præmorientis deueniat in superuiuentem, & deficientib. ambob. sine filiis legitimis, & naturalib. substituit dictus testator illis suas vniuersales hæredes suprascriptas sorores, uidelicet Hippolytã & Genebriam ipsius testatoris neptes quas inuicem substituit altera decedente sine filijs, & si ambæ sine filijs decederent hæreditatem diuisit in quatuor partes. Ex prima igitur substõne facta dom. Petræ, quæ fuit vulgaris, s. casu quo viuente testõre moreretur, non possunt venire d. do. Innocentius & d. do. Petrus Paulus filij Hippolytæ & Genebriæ, quia ex illa non sunt vocati, sed filij do. Petræ & quia illa expirauit, quia d. Petra sup uixit, & hæreditatem adiuit. l. post aditam. C. de impub. & alijs substi. non possunt prædicti admitti etiam ex ultima substitutione facta de do. Hippolyta & Genebria Bernardino & Ludouico, si ambo decederent sine filijs, quia quo ad partem Bernardini expirauit, ex quo decessit cum filio masculo, & dato ẽt
1 † ꝙ ille filius postea decesserit sine filijs, quia ex quo semel fuerunt exclusæ ab hac parte, perpetuo remanent exclusæ, ƒm Bal. in c. 1. §. cũ esset. in ti. episc. vel abb. & hoc ẽt voluit Old. in cõsi. 21. inci. Thema tale est, testõr, &c. & in consi. 141. inci. Thema tale est, dñs G. &c. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de testa. §. in primis. ad fi. & Pa. de Cast. in consi. 170. aliàs. 172. Ne improprijs vtar uocabulis. & Moder. in l. si quis hæredem. vbi hoc bene ꝓ
2 batur. C. de institu. & subst. & alia rõne † nõ põt ẽt habere locũ substõ respectu Hippolytæ, quia illa erat iam mortua, quando filius Bernardini decessit sine filijs. l. hæres meus. in prin. & l. q. bus. §. quidã Titio. de cond. & demõ. nec aũt ius fideicommissi cõdõnalis transmisit ad filiũ suũ. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. & in l. in personam. C. de fideicõ. cum concordan. Et hac rõne ẽt non potuit habere effectum dicta substõ quoad patrem Ludouici, quãuis ille decesserit sine filijs, ex quo ambæ sorores prędictę mortuę sunt ante eum, & sic pendente condõne, quo casu, vt dictum est, transmissio non habet locũ. Vbi autem dictæ sorores uel altera earum superuixisset Ludouico ultimo decedenti sine filiis tunc in parte illius uideretur substitutionem illam, si ambæ decesserint sine filijs, posse locũ habere, quamuis Bernardinus primo cũ filijs decessisset, vt vr̃ esse casus in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Treb. Sed tamen adhuc isto casu dicta substitutio cessaret, qm̃ d. Bernardinus & Ludouicus sunt uocati per vulgarem factam matri, si illa decederet uiuente testatore, & in hunc casum, in quo uocantur, potuerũt grauari, quia ergo vulgaris, vt dixi, expirauit, prædicti non repe riuntur ex d. testamento honorati, ideo etiam non sunt onera-
3 ti, quia grauari † nõ potuerunt. l. ab eo. C. de fideic. & l. 1. §. sciẽdum. de le. 3. quia. n. substõ ꝓ quã uocatur Bernardinus & Ludouicus ẽ restricta ad certũ tẽpus. l. si do. Petra eorum mater hæres instituta viuo testõre moreretur, substõ compendiosa illis facta de sororib. suis, nec respectu vulgaris, nec respectu fideicommissarię p̃t hr̃e locum extra dictum tp̃s, sed solum do. Petra moriente viuo testõre admitti potuisset, ƒm Ang. in l. j. §. 1. & in l. si pater filium. de uul. & pup. ea rõne præcipue, quia substõ restricta ad certum tp̃s, non extenditur ad aliud tp̃s. d. l. si pater. & l. si ita quis. eo. ti. Et idem uult Ang. in l. quamdiu. l' ultima. de acq. hær. cum quo etiam transit ibi A re. in fi. ꝓ no. per Bar. in d. l. si mater. §. 1. in fi. vbi Bar. idem dicit, & habita relatione ad tex. ad quẽ habet respectũ, & ad casũ, de quo in illo, loquitur ẽt quando tempus erat incertũ, & de tali tempore loquitur ẽt ten. in d. l. si pater. & licet Imo. in c. Ray. in materia vulgaris teneat oppositum & Ale. in l. j. in prin. de uul. & pup. circa. 2. q. Bar. & Raph. in l. fi. C. de insti. & substi. tamen non rñdent ad p̃dictam rõnem, s. quod substõ non extenditur extra tp̃s. Nec responsio Mod. in l. cum proponas. C. de hær. insti. est cõgrua, dum dñt, ꝙ hoc est verum, quando tp̃s est certum, q. a, vt dixi, ista responsio est contra tex. in d. l. si pater. & no. per Bar. in d. l. mater §. 1. in fi. & ꝑpea idẽ met Ale. in l. Gallus. §. fi. de li. & posthu. & in consi. 1. in j. uol. pro opi. Ang. allegat ẽt no. ꝑ Bar. in d. l. si mater. §. 1. & cum eo trãsit ꝑ rõnem p̃dictã. Restat ergo solum dubiũ, utrum prædictus do. Inno. & Petrus Antonius sint uocati ex illis uerbis appositis post prohibitionem alienationis Bernardino & Ludouico, videlicet & hoc fit, vt in ꝑpetuũ dictæ res sint descendentium iuxta uolũtatem ipsius testõris, nã hmõi uerba prolata per modum cãæ disponunt. l. si socer. §. Lucius. sol. mat. & per Bar. in l. ex hac scriptura. de donationib. & sic descendentes uocantur, nec põt hic cadere illud dubiũ, vtrũ intelligantur uocati in casu alienatiõis tm̃, & sic solũ quãdo fit contra prohibitionẽ, vel sint uocati simpliciter. de quo ꝑ Bart.
4 † & Mod. maxime Ale. & Soc. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uer. obl. quia certum est, ꝙ in casu alienationis prædicti descendentes non sunt uocati, sed tunc & illo casu uocat domus Dei de Venetiis. Est ergo necesse dicere, ꝙ sint uocati simpliciter, & casu quo non sit factum contra prohibitionem alienatiõis.
5 Sed † quia de descendentib. impersonaliter fit mentio, nec declaratur de cuius descendentib. Bernardini & Ludouici, tm̃, ƒm quem sensum d. do. Inno. & Petrus Antonius non diceretur ex illis uerbis uocatus, an uero intelligatur de descendentib. do. Petræ tantum, aut de descendentibus omnium prædictorum, scilicet dominæ Petræ & Bernardini & Ludouici, cum prohibitio alienationis sit omnibus prædictis facta tanquam vtriusque prohibitionis, per dicta verba sit ratio reddita, & tunc sic intelligendo prædicti in dictis uerbis dicerẽtur cõprehensi tanquam descẽdentes d. do. Petræ, cum sint illius nepotes ex filiabus, sed arbitror esse verius, ꝙ de descendentib. tãtum Bernardini & Ludouici intelligatur, & non de omnib. descendentib. do. Petræ. Et primo, quia si ẽt ad descendentes do. Petræ referentur dicta verba, sub illis ẽt cõtinerẽtur dictæ filiæ, ꝙ est falsum, quia cũ illas spãliter uocauerit, si ambo filij decesserint sine filiis, ab illa generalitate dicũtur filiæ exẽptæ. l. doli clausula. de verb. oblig. & l. cohæredi. §. qui patrẽ. de vulg. & pup. multo ergo minus descẽdẽtes ex filiab. dicũtur uocati tã descẽdentes ex filiab. quã qui ex filijs masculis descendant, & ꝓut quisq; illorũ esset proximior. l. fi. C. de ver. sig. l. cum ita. §. in fideicommisso, de le. 2. qđ est manifestè cõtra mẽtẽ testõris, dum substituit filias do. Petræ filijs eius masculis ambobus decedentibus sine filijs. Vnde ex hoc colligitur, ꝙ filias do. Petræ noluit admitti cum filijs eius neq. cũ descendentibus eorum, sed in defectum ipsorum. Ergo multominus descendentes dictarum filiarum minus dilectos uocare voluit cum dictis filijs, & suis descendentib. l. Publius. §. 1. de cond. & dem. & l. si uiua matre. C. de bonis mater. Et quia sicut testõr dilexit magis filios do. Petræ, quam filias, vt patet ex ordine testi, ita præsumitur magis dilexisse descendentes filiorũ, q̃ descẽdẽtes fœminarũ, ƒm Bar. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. dicuntur ergo per illa verba vocati descendentes ex dictis filijs do. Petrę, & nõ alij descendentes ex ea, puta ex filiab. & in defectum descendẽtium ex dictis masculis uocantur duntaxat filiæ d. do. Petræ, nõ autem alij descendentes ex eis, sed illi in conditione tantum sũt positi, videlicet casu quo dictę filiæ sine filijs decedant, qui per hoc non dicuntur vocati, ƒm glo. communiter approbatã in l. Lucius. ff. de hęr. inst. Nec obst. si dicatur, ꝙ sicut filias vocauit

post

post filios, ita ēt descendentes ex filiab. uocauit post descendētes filiorum, quasi ꝙ omnes descendentes do. Petræ dicantur vocati hoc ordine, s. primò filij masculi, & descendentes eorum & post eos fœminę, & earum descēdētes, quia cū testōr in defectū descēdētium ex filijs specialiter vocauerit filias, alios, & sic earum descendētes potius uidetur exclusisse. l. cum prætor. in prin. de iud. & l. sicut certi. C. de milit. test. & ad propositum per Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tertul. Vnde per hanc sequētē tacitā exclusionē ex testō declaratur, ꝙ illos non inclusit, quando de descendentib. filiarum sensisset testōr, de illis etiam specialem mentionē fecisset, sicut de filiab. arg. l. vnicæ. §. sin aūt ad deficiētis. C. de cad. tol. & in c. inter corporalia. de transla. prælato. Secundo prædicta confirmantur ratione iudicio meo multū clara, nam aut dicimus, ꝙ do. Petra sit grauata dare ꝑ fideicōmissum descendentib. suis, & hoc est falsum, quia filij eius fuerunt sibi tantum substituti vulgariter, & in unum casum impotētię, scilicet si ipsa uiuente testatore moreretur, quia ergo dictos filios in hūc casū noīatim vocauit. sub uerbis generalib. & collectiuis, per quæ descēdētes postea uocātur, nō cōtinētur. d. l. cohæredi. §. qui patrē, de vul. & pup. & in locum ita. §. in fideic. de leg. Ergo sub eisdē verbis nō debēt ēt contineri filiæ, & descēdētes earū minus dilecti. d. l. Publius. §. 1. aliàs sequeretur, ꝙ mortua d. do. Petra post aditam hæreditatem, ꝙ filiæ, & eius descēdentes admitti debuissent per fideicōmissum exclusis filiis eius superstitib. qui ex vulgari adita hæreditate non possunt venire, ꝙ eēt cōtra manifestā intētionē testōris, qui dictas filias vocauit demum mortuis dictis filijs. Si uero dicimus, ꝙ fideicōmissum ē relictum oīb. descēdētib. do. Petræ, nō quidem ab ea, sed a Bernardino, & a Ludouico, & tunc ēt non debetur, quia intelligitur solum ab illis relictum, casu quo ex vulgari, per quā uo-
6 cantur, successerint, quia† cū non sint alio casu honorati, non potuerunt extra dictum casum grauari. l. ab eo. C. de fideic. Cū ergo vulgaris expirauit fideicōmissum ab eis relictum nō potest habere locum Et istud in terminis vult Pet. de Anch. in cōs. 156. inci. Principaliter ponderandum, &c. nā & in casu suo moriente filio instituto uiuēte testatore substituit filium filij, & si filius filii decederet sine filiis, substituit piam causam, contingit ꝙ filius testōris superuixit, & sic substitutio facta de nepote expirauit, deinde decessit nepos sine filiis, dubitabatur, an substō de pia cā dēret locum habere. Et videbatur, ẜm eum, ꝙ sic, attēta mēte, tamē contrarium determinat attentis uerbis, quia ẜm ipsum, & ad propositum nostrum filius filij intelligitur in dubio grauatus eo casu, quo fuit uocatus, s. si filius institutus uiuo testōre decesserit. Quia ergo dictus nepos filio superuiuente, & adeunte fuit exclusus, grauamen ei iniunctum non habet locū ut ibi latius ꝑ eum. Et istud ēt satis probatur ex no. per Bart. in l. codicillis. in prin. de usuf. leg. & idē in effectu uult Are. in cōs. 156. & ꝙ de descēdētib. Bernardini & Ludouici intelligatur, & non de omnib. aliis descēdētib. do. Petræ, probatur ēt alia rōne nam illa uerba, & hoc fit ut in perpetuum, &c. ueniunt ad qualificandum & declarādum prohibitionem pręcedentē, quia ex
7 illis uerbis assignatur ratio prohibitionis, &† sunt uerba enunciatiua emissa propter aliud, & non propter se principaliter, vt ēt declarat Bar. in l. ex hac scriptura. de don. uers. uenio ad ẜm, &c. ergo dicta rō respicit solum prohibitionem proximam factam Bernardino & Ludouico & ad illam tantum refertur, ẜm Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. nec ex hoc ꝙ non referatur ad primā prohibitionem factam do. Petræ, illa, prohibitio est minus ualida, quia ex quo in pœnā bona ꝓhibita alienari relinquuntur domui Dei, si illa faciat contra prohibitionē, ꝑ hoc talis prohibitio redditur ualida, ēt si alia cā prohibitionis non sit expressa, ẜm gl. in l. filiusfa. §. diui. de leg. 1. in uerbo, respectu. & Bar. in l. quoties. C. de fideicom. & Ang. in cons. 168. Testator in omnib. &c. & Ale. in consi. 56. 2. uol. Et hæc quoad testamentū ser Laurentii. Quantum uero ad testamētum Ludouici, qui instituit hæredē do. Ioannē Antonium nepotē suum ex fratre, & illo decedēte sine filijs legitimis, & naturalib. substituit do. Genebriam uiuentē & do. Inno. dicendum & concludendum arbitror, ꝙ substō facta de do. Genebria expirauerit, si uiuēte testatore mortua sit, ut uidetur in puncto præsupponi. d. l. hæres meus. in prin. & d. l. quibus dieb. §. quidam Titio. de condi. & dem. nec. ut etiam dixi, hēt locum transmissio. d. l. unica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. portio tamē sua accresceret do. Inno. si ex substōne pōt uenire, ut ea. l. §. in primo. & §. pro secundo. Vtrū aūt ipse ex tali substōne possit uenire, est dubitabile. Et quantū ad bona, quæ non sunt prohibita alienari per ser Laurentiū, certū est, ꝙ sic, quia pōt admitti ex fideicōmissaria comprehensa in cōpēdiosa, ex quo est adimpleta cōditio, ꝑ ea quæ notā. plene. in l. cēturio. de vul. & pup. & in l. precibus. C. de impub. & aliis subst. Quantum uero bona, quæ ser Laurentius alienare prohibuit, dubium facit, quia quamuis nō fecerit contra prohibitionē sibi noīatim factam, quia, vt est dictum, intelligitur facta eueniente casu uulgaris substitutionis, per quā fuit vocatus, cum alio casu prohiberi non potuerit, qa honoratus non fuit. d. l. ab eo. & qui casus non euenit, quia do. Petra superuixit, & hęreditatē adiuit, nihilo minus uidetur prohibitus tanquam hæres do. Petræ matris suæ, quoniā casu, quo do. Petra, uel sui successores alienare tentauerint, bona uoluit peruenire ad domū Dei. Vnde relinquendo dicta bona d. do. Inn. qui non est de uocatis ex testō ser Laurentii, ui detur fecisse cōtra prohibitionē testōris. l. peto. §. fratre. de l. 2. & ꝑ consequens videt, ꝙ ad eū non pert ineant, sed ꝙ deuoluantur ad dictā domū Dei, & sic ꝙ do. Camilla, q̄ est hæres filii, non possit molestari a d. do. Innocentio, quia quātū ad illum liberas ædes hēt. l. sicuti. §. si qratur. si serui. uindic. & nō tm̄ fecisse videtur cōtra ꝓhibitionē respectu partis, ad quā uocatus est expresse
8 sed† ēt quoad partē. q̄ ei accreuit, ut in casu fortiori determinat Bal. Ang. & Imo. & alii mod. in l. si intestō. de uulg. & pup. ubi per illum tex. dicunt, ꝙ si testator plurib. reliquit domum, & prohibuit quemlibet suā partem alienare, ꝙ aliquis non poterit portionem sibi obuenientem per ius accrescendi alienare. Et ita dicunt ita determinatum fuisse Florentiæ, & idem probatur. in l. si mihi & tibi. §. 1. de leg. 1. ubi idem tenet Ale. Et præsertim hoc est uerum, ex quo cā illa, quæ concernit fauorem descēdentiū, nō respicit prohibitionē d. do. Petro & suis successoribus, ut dixi superius, sed facta est mere in pœnam prohibitionis simplicis, casu tamē quo ēt ad hæc bona ueniat d. Innocentius, illud certum est, ꝙ ad matrē Ioannis Antonii tanquam ad hæredem filii pertinet Trebellianica, & sic quarta de hæreditate Ludouici. l. 1. in prin. & per totū. ad Treb. & ꝙ d. Innocētius tanquam successor uniuersalis tenetur reddere rōnem administrationis cum, ut dicitur, d. Ludouicus bona dicti Ioannis Antonii administrauerit, & ille adiuerit cum beneficio inuentarii hæreditatem d. Ludouici. l. 2. ff. de n eg. gest. l. quædam. in prin. & ibi not. de eden. & leg. j. §. of. de tute. & rationibus distrah. & ibi per Bar. Laus Deo.

¶ Alienatio permissa, si adhibeatur consilium tertii a testatore ad hoc electi, an mortuo electo fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio nisi petatur ab electo ad hoc per testatorem licentia-to eo mortuo an teneat. nu. 4.*
2 *Alienationis prohibitio sine causa ualet, si in pœnā alteri relinquitur. nu. 10.*
4 *Alienatione prohibita, prohibetur & Trebellianicæ detractio.*
5 *Nolle, & non posse, a pari procedunt.*
6 *Consilium alicuius si requiritur in actu, eo mortuo consilio non adhibito non potest fieri actus, & relictum deficit. nu. 8.*
7 *Intellectus. l. turpia. §. 1. de leg. 1.*
8 *Consilium seu licentia alicuius si est in conditione, non considera-tur, quòd non possit uel nolit, se cus si in dispositione.*
9 *Quod est in dispositione, & respectu pęnalis stipulationis in conditiōe quo ad pœnā per oīa habet naturam simplicis cōditiōis.*
10 *In conditionibus attenditur merum factum.*
11 *Consensus ex dispositione legis adhibendus differt ab eo, quod hominis dispositione adhiberi debet.*

CONSILIVM CXXVI.

VISA prohibitione alienationis, & uerbis illius diligenter pondera tis, uidetur prima facie dicendū, quod non ualeat tanquam sit nuda & facta sine causa. l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. & ibi plene not. Et casu etiam quo sit ualida, uidetur tamen, ꝙ ēa non obstante ualuerit alienatio, & quod impune fieri potuerit.

Quo-

Quoniam testor prohibuit Petrũ hæredẽ institutũ alienare ali
quid de bonis, & hæreditate ipsius testoris respectu alicuius
Trebellianicę, uel alia quacunq; rõne, uel cã absq; licentia Ber
nardini eius patris. Et si ad hmõi alienationem peruenerit sine
licentia prædicta, uoluit & disposuit, q tale alienatum pueniat
1 ad fratres ipsius Petri, ut supra substitutos, &c. Quia † ergo do.
Petrus alienare prohibitus, sine licẽtia patris sui post mortem
eius alienauit, & sic tpe, quo pater illius lĩtiã dare non potuit,
cessat prohibitio, & ualuit alienatio, si non excedit Trebelliani
cam, ubi ẽt illã excederet, adhuc uiuente Petro ualeret qui gra
uatus est post mortem suis fratribus restituere hæreditatẽ, per
ea, quæ habentur in l. Marcellus. §. res quæ ad Tre. & i l. fi. §. sin
aũt sub condõne. & in auth. res quæ. C. com. de leg. Et ita deci
di videtur ex no. per Bar. in l. 1. §. si plures. de exerc. in 2. q. ubi
quærit, quid si ille, cuius consilium debet requiri, illud nõ dat,
quia non vult, vel quia non potest & concludit ad propositũ,
q si sit assumptus in vltima voluntate q si non potest consiliũ
dare, uel per annum distulit, q sine eius consilio uel consensu
ualet, quod agitur, per l. fi. §. sed & si quis. C. com. de le. Ergo &
in casu nostro cum Bernardinus mortuus non posset licentiã
concedere tempore alienationis, qui ad hoc in testamento fuit
simplex, sed modificata, quia non fuit Petrus simpliciciter pro
hibitus alienare, sed sine lĩtia Bernardini patris sui. Vnde si nõ
potuit lĩtiã cõcedere, quia sit mortuus, perinde est ac si prohi
bitio non esset factæ, & per ꝯñs alienatio fuit ualida, ut habe-
tur in locis præallegatis. Et istud etiam probari uidetur in l. tur
pia. §. 1. de leg. 1. ubi dicitur, q legatum relictum Titię, si nupsis
set arbitratu Seii, debetur, si illa nubat Seio mortuo uiuo testa-
tore, & sic si non arbitretur, uel non consentiat quia non pos-
sit, & per illum tex. dicit ibi Bal. Ang. Raph. & Alexã. quod si ex
forma statuti mulier tenetur contrahere cum consensu propin
quorum, intelligitur si extent, aliàs potest contrahere secundũ
formam iuris cõmunis. Et idem uult Bal. in l. i. C. unde uir, &
uxor. in l. in coniunctione. C. de nup. & facit, qđ no. idem Bal. ĩ
l. transactionẽ. C. de transac. & Pa. de Ca. in l. si cum dotem. §. si
patri. sol. ma. cum concor. de quib. in dictis locis. Sic igitur & in
casu nostro prohibitio sine licentia facta a testore debet intelli
gi, si extabit pater hæredis prohibiti tempore alienationis. Sed
præmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Et primo
2 † præmittitur, q phibitio alienõnis ualuit, quãuis cã prohiben
di non sit expressa, ex quo testator voluit, q si facta fuerit alie-
natio sine licentia, alienatũ perueniat ad fratres prohibiti sub
stitutos. l. 3. §. si quis ita, de adimen. leg. & bene facit tex. in l. j.
C. de his quæ pęnæ nomi. Et hoc etiam uoluit Ang. in cõs. 165.
Testator in omnib. suis bonis, &c. & Ale. in d. §. diui. in 1. col. Et
istud ẽt uult glo. parua ibi, in uerbo, respectu. Et per hoc respõ
detur ad primũ cõtrariũ, in quo dicitur, q non tenet phibitio
facta sine cã, quia fallit, quando in pęnam prohibiti res aliena-
3 ta relinquitur alteri p pdicta. Et ẽ ẽt præmittendum, q † p phi
bitionẽ alienõnis dicitur phibita Trebellianica, ut in auth. sed
in ea. C. ad leg. Fal. & ibi no. & quamuis loquatur ille text. in
Falcidia, idem tamen est in Trebellianica, ſm Bal. ibi, & tanto
magis hoc procedit in casu nostro, ex quo specialiter respectu
Trebellianicæ alienatio est prohibita, quia per hoc dicitur etiã
phibita detractio eius, quia illa dicitur esse alienatio, ſm gl. in
d. auth. sed in ea. & in corpore unde sumitur. & quæ prohibi-
tio etiam residuum bonorum & hæreditatis comprehẽdit sub
illis uerbis, uel alia quacunq. rõne uel cã, p no. in l. sub prætex
tu. & in l. si causa cognita. C. de transac. Quia ergo Petrus insti
tutus alienauit sine licentia Bernardini patris sui, purificata est
conditio illa, sub qua in pænam facta est translatio ad substitu-
tos, s. & si ad hmõi alienõnẽ peruenirẽt sine licentia prædicta,
voluit, & disposuit, q tale alienatũ pueniat ad dictos suos fra-
tres substitutos, &c. q a licet Bernardinus alienõnis tempore es
4 set mortuus, & † sic licẽtiã concedere tunc non posset, est tamẽ
uerũ, q alienõ dicitur facta sine eius licẽtia, & p ꝯñs purificata
est cõdõ prædicta. Sicut dicimus, q ille, qui decesit in pupillari
ætate, dicitur sine liberis decessisse, licet tunc tpris liberos non
potest suscipere, & iõ substõ facta impuberi sub illa cõdõne, si
decesserit sine filiis, refertur ẽt ad tempus pupillaris ætatis, &
quo tempore nõ potest filios suscipere, ut probatur in c. Ray.
de test. & ibi hoc tenẽt Doc. contra gl. in uerbo, substõ. & idem
probatur in c. si pater. eo. ti. in 6. & hoc etiam uult Dy. & Ray.
Bar. Bal. Ang. alii Mod. in l. centurio. de vulg. & pup. & Cy. Bal.
& Sal. in l. precib. C. de impub. & alijs subst. & Bal. ex trib. C. de
inof. test. cum aliis concor. de quib. per Alex. in d. l. centurio. in
5. col. Et tanto magis in casu nostro, quia licet post mortẽ Ber
nardinus non posset licentiam concedere, potuit ante eius mor
tem præcedere, ſm Alex. in l. sciendum. de uerb. obl. Et confir-
matur secundo. Nam si Bernardinus uiueret, & licentiam præ-
stare nollet, pœna translationis committeretur, quia tenetur
prohibitus licentiam requirere & sequi, ut colligitur ex no. per
Barto. in d. l. 1. §. si plures. in 1. q. in fin. Eodem ergo modo dẽt
translatio facta in pœnã habere locũ, si non potest Bernardi-
5 nus consentire, quia nolle, & non † posse, procedunt a pari. l. 1.
§. usus de procur. & notat Bar. in l. 1. de vulg. & pup. in 2. q. Ter
tio eadẽ conclusio probatur ex no. per Pet. in d. l. turpia. §. 1. de
leg. 1. cum quo transit Alex. & Cy. in l. cum tale. §. si arbitratu.
6 de cond. & dem. ubi notan. uoluit † si legatum sit Titiæ, si nup-
3 dato ẽt,† ꝙ ex confesſione uel interpretatione prædictorũ dici posſet,fideicommiſſum esse simplex,& p pñs,ꝙ descendentes & alij essent per illud uocati ordine succesſiuo,adhuc tamẽ videt,ꝙ d.frater patruelis non sit uocatus,quia illi solum intelligũtur uocati,qui reperiuntur nati uel concepti t pe testi,uel t pe mortis testõris.l.cum ita.§.in fidei.de leg.2.iuncta. l. si cognatis.de re.du.& ibi per Bar.& alios,& Petr.de Anc.& Imo. in c.iudicante.de testa.& ita ẽt fuit consultũ per plures do. Florentinos,& est consilium ultimum inter cõsilia Maria.cũ subscriptionibus pluriũ Doct.& maximè Aret. And. Siculi,& do. Io.Baptistæ Caccialup. Sed prædictis non obstantibus contrarium iudicio meo est dicendum oĩno.Nã,ut ex narratis in themate apparet, prædicti duo nepotes Pomponij ex primo eius filio, qui agnouerunt fideicommiſſum tanquam eis delatũ ex testõ aui,confesſi sunt etiam,ꝙ mortuo patre sunt uocati ex fideicommiſſo ad bona aui,præsertim ex prohibitione alienationis,& ex cã prohibitionis, de qua in eius testõ, & ꝙ illius dies cesſit & uenit per mortem patris.Et per pñs fatentur, ꝙ fideicommiſſum est simplex,& non in casum alienationis tm̃ factũ, quia eorũ pater non alienauit,nec cõtra prohibitionem fecit, & ex hoc capite non prætendunt uocari, sed ex morte patris dñt casum fideicõmisſi euenisse,quod non esset,si fideicommiſſum non diceretur simpliciter factũ.d.l.pater.§.filiam.de l.3.& pbatur ẽt.l.peto.§.fratre.de l. 2. Confesſio ergo prædictorum eis uel alicui eorum prodesse non potuit,& ea in fauorem eorum non inducit neq; probatur fideicommiſſum.d.l.e.de ętate.
4 §.j.& d.l.Publia.§.j.cum ibi no.ff.deposi.† sed ad eorum præiudicium & incommodũ ex d.confesſione pbatur simplex fideicommiſſum.d.l.Publia.§.fi.& l.generaliter.C.de non nu.pec.& l.j.C.de cõfeſ.adeo,ꝙ uno ex illis mortuo sine filijs alius superstes,qui pñs fuit d. confesſioni, uel eius filius & hæres admitti potuiſſet ad partem illius ex fideicommiſſo,quod pbaretur ex confesſione præmortui, ẽt si fideicommiſſum ſm ueritatem in hunc casum nõ fuiſſet relictũ,ut probatur expresſe in l.fi.ff.de interr.act.& in l.si filius.eo.ti.ubi dicitur,ꝙ ille, qui erat hæres verè,nec esse poterat,interrogatus in iudicio cõfeſſus sit,se hæredem esse,ꝙ illa confesſio illi præiudicat.ita ꝙ conueniri poterat tãquã hæres a creditoribus illis, qui fuerunt pñtes d.confesſioni, quò uerò ad alios absentes non præiudicabit,& tamẽ ex tali confesſione non potuit fieri hæres,ut no.in d. iuribus, & præsertim si hæreditas ei non erat delata,d.l.de ætate.§.1.& quo casu ẽt locum habent prædicta iura,ſm Ang.in l.sicut. C. de repud.hær.& quæ non solum procedũt in cõfesſione facta in iudicio,sed etiam si facta sit extra iudicium cum cã,ſm gl.fi. in l.1.de interr.act.prout facta fuit in casu nostro cũ cã,uidelicet p p prohibitionem alienationis & cãm prohibitionis factã in fauorem descendentium,de qua in testõ aui. Et iõ quamuis etiam in hunc casum fideicommiſsum non fuiſſet factum,nihilo minus talis confesſio in fauorẽ pręsẽtis præiudicat confitẽti.d.l.filius.& d.l.fi.Nam aut confesſio fit solum in fauorem cõfitentis,& nihil operatur,ut in iuribus præall.& in d.l.sicut. cũ ibi no.per Bar.C.de repud.hæred.Aut fit solum in fauorem aduersarij præsẽtis, & ad præiudicium cõfitentis, & nocet,etiam si ueritatem non cõtineat.d.l.fi.& d.l.filius.& per Bar. & Doc. in d.l.sicut.Aut potest prodesse & nocere ipsi confitenti, ut in casu nostro,& tunc quatenus tendit ad fauorẽ cõfitentis,non probat. quatenus uero facit contra eum, præiudicat eadem ratione,qua in primis duobus casibus simplicibus prodest & nocet, quia de hoc ultimo casu misto, cum simus inseparabilibus,iudicatur prout de simplicibus. §. si uero mistæ, in authẽ. de non elig.secun.nup.& not.Alexã. in leg.2.in princ.de uerb. ob.¶Secundo prędicta confirmantur ex not. per Bar.cum quo
5 alij trãseũt,in l.cũ falsa. C. de iuris & fac.ign.† ubi cõcludit, ꝙ si quis cõfitetur rem suã propriã esse alterius,ꝙ dominium nõ amittat, quia amitti nõ põt sine traditione ex dicta tñ cõfesſione pbatur cõtra eũ,ꝙ alius, ad cuius cõmodũ facta fuit cõfesſio sit dñs,donec pbetur cõtrariũ,p d.l.Publia.§.fi. Quẽadmodũ ergo in casu Bar.cõfesſio probat pro illo,q uere no est dñs, in pẽiudiciũ dñi cõfitentis, ita & in casu nostro pbare dẽt cõtra ipsum cõfitentem, ꝙ fideicõmiſſum sit simplex, ẽt si aliter sit secundũ ueritatem. Et p pea ex tali confesſione fundata est intẽtio fratrũ patruelũ ultimi defuncti sine filiis, ex quo sunt filij, & hæredes illius,q fuit pñs cõfesſioni alterius sui fratris pmortui,& cui succesſit iste ultimus, qui sine filiis dicitur decesſiſſe, quia sicut cõfesſio probaret in fauorem patris eorũ, si uiueret, ut in iuribus prædictis, ita ẽt probat in fauorem filiorum suorum & hæredũ,qui censentur eadẽ psona cum defuncto, ut in auth.de iurei.a morien.pst.in prin. & sic cẽsentur fuiſſe præsentes,ut ibi dicitur,& no.in casu econuerso. Nec ad hunc effectũ
6 † vt cõfesſio probet,necessariũ est,ut acceptetur per aduersariũ præsentem,qa inquantum est ad sui fauorem, videtur consentire,& illã acceptare,ſm Alex.in l.suus.C.de rep.hære. & probatur,in c.eum dilectus.de suc. ab intesta. quem ponderat ad hoc ibi do.Abb.dicens,ꝙ sola pñtia sufficit.Et solã præsentiã põderat Bar.in l.ex hac scriptura.de don.& Doct.in c.fi.de confeſ. & ita ẽt tenet do.Io.Bap.Caccialup.in rep.l.admonendi. de iureiu.qui dicit,ita esse de mente Doctorũ, quãuis Cy.in d.l.1.in 6.q.videatur aliter dicere,& ibi ẽt Sal.& d.l.gñaliter. C.de non nu.pe.& in l.iubemus.C.de lib.cau.& Alex.cõſ.24.4.vol. Et ꝙ nõ sit acceptatio necessaria,tenet ẽt Soc.ĩ cõſ.228. In causa Gabrielis per prædicta.Præterea,ex quo ambo simul, & in eodem instrumẽto cõfesſi sunt,unus dicitur alteri cõsensiſſe, & consequenter acceptaſſe,p no. p Bar.in l.cũ pr̃ §.libertis. de leg.2.ubi dicit,si pr̃ & filius in eodẽ instrumẽto ɔtrahũt,ꝙ vr̃ filius cũ ɔsẽsu patris ɔtraxiſſe.Et cũ eo trãsit Bar.in l.is q hæres.§. neq; filius.de ac.hæ.& ĩ l.fi.C.ad Mo.& ĩ l. si filius.de his qui sũt sui vel alieni iuris.& idẽ tenet Io. An.in r̃i,q tacet.ĩ Mer. & Alc. in l.si cõstãte.§.si uxor.so.ma.Itẽ nõ ob.ꝙ hmõi cõfesſio sit falsa,retẽta illa opi.ꝙ fideicommiſsũ de iure dicatur relictũ tm̃modõ in casum alienationis,& p pñs,ꝙ non noceat, siue facta sit ab ignorante,siue a sciẽte,cũ facta sit de eo,qđ nõ pẽdet a sola uoluntate confitẽtis.d.l.cũ falsa,ſm vtrũq; intellectũ,quia dici nõ põt,ꝙ facta sit p errorẽ facti,quia qui confesſi sũt,habuerũt notitiã testi,& cõtentorũ in eo,ut apparet ex tenore instri in quo narratur tenor testi,p ea q̃ tradũtur plene p Bar.ĩ l.qui Romæ.§.duo fratres.de ver.ob. Nec ẽt error iuris præsumitur ſm Bar.in l.nõ fatetur.ĩ prin.de cõfeſ.& in l.sed si lege. §.sciẽ.
7 de pe.hær.Et q error ñ pbatur.quis ď iure a se sic hẽat,qa licet ad pbandũ errorẽ facti sufficiat qñq; pbare rẽ aliter se hẽre, vt p Bar.plene in l. nõ fatetur.de cõfeſ. hoc tñ nõ sufficit ad pbãdũ errorẽ iuris,qa,ut dixi,iuris sciã præsumitur,sed factum nõ,maxime alienũ,iõ iuris error aliter probari dẽt.ſm Bar.in
8 d.l.nõ fatetur.† Et tãto minus isto casu error iuris psumat,qa ex tali cõfesſiõe nõ læditur,quia potuit ẽt lucrari,si frater suus q ẽt cõfeſſus fuit,decesſiſſet sine filiis.l.de fideic.C. de trans.& l.si pater puellæ.C.de inof.test. Vñ quãuis ex d.confesſione nõ posſit induci fideicõmiſſum,sicut in casu d.l. cũ falsa. cõfesſio nocet circa proprietatẽ,inducit tamẽ probationẽ,ſm Bar. ibi. Præterea,quãuis non sit in ptãte cõfitentis inducere fideicommiſſum,ab eius tamẽ uolũtatẽ pẽdet opinari & arbitrari,ꝙ intentio testõris fuerit simpliciter fideicommittere. Nec qđ uoluerit cõtrarium,vere põt pbari,cum pẽdeat ab aĩo illius, sed
9 pręsũptiue,† & contra quã præsũptionẽ admittitur pbatio in ɔ̃riũ p cõfesſionem partis,& nedum ɔ̃ pręsũptionẽ iuris,sed ẽt ɔtra præsũptionẽ iuris & de iure, ſm glo.in §.aliud.in auth.de ęqua.dot.& Cy.in aut. sed iã necesse.C.de do.ante nu.& Doc. in c.is qui fidem,de pręsump.& pro hoc quod no.Bal.in l.non idcirco.C.de iur.& fac.ign.dicens,ꝙ quãdo uerba posſunt aliquid de præterito declarare,sed non de præsenti disponere, & tunc si declaratio cõcurrit cũ ueritate,est standũ declarationi. Aut est ɔ̃ ueritatẽ.& ei non est stãdum per dictam l.cum falsa. Aut est dubiũ,& tũc refert,an si talis actus,a quo orit ius pba
10 tionis,ut est cõfesſio:& in dubio statur uerbis enunciatiuis de pterito.d.l.Publi.§.fi.Et iste est casus noster,quia,ut dixi,qualis fuerit intẽtio testõris,probabiliter dubitatur, & quis lex inter

præteretur,ꝙ fideicommiſſum non ſit ſimplex, ſeu alienatio-
nis factũ,huiõi tñ ꝓſumptio tollitur per confeſſionẽ partis ad
ſui ꝑiudicium.Et ꝑ hoc rñdetur ad vnum,qđ allegatur in ɔ̃riũ,
11 videlicet,† ꝙ non põt ꝑ priuatum recedi ab interꝓtatione. l.
nemo põt.de l.1.quia illud procedit, quãdo lex diſponit ſuper
certo,ſed quãdo ꝓſumit ſuper dubio,ceſſat legis præſũptio per
cõfeſſionẽ patris,& ad eius præiudiciũ,vt eſt dictum. Nec ẽt
ob.prædictis,ꝙ error iuris dubij ęquiparetur errori facti, ſm
An.de Bu.& Ab.in c.de quarta. de præſc. cum cõc.de quib. ibi
latè ꝑ Fel. quia vtrum eſt,ꝙ tunc excuſat,ſi nõ ꝓbetur, & quã
do de errore conſtat,ſed in dubio nõ ꝓſumitur.Tertio ẽt prædi
cta cõfirmantur.Nã prædicti duo,qui fideicõmiſſum agnoue-
runt ex teſtõ aui ex una,& nepotes ex fratre eorum com ꝓmi-
ſerunt,& in laudo naratur tenor teſtĩ, & quod utraq; pars di-
cebat & aſſerebat bona aui ad ſe pertinere ex cã d.fideicommiſ
ſi,& in eo ẽt fit mẽtio de agnatione fideicõmiſſi facta per præ
12 dictos, & q̃ uerba† laudi ꝓbãt inter pręſentes & inter abſẽtes
ſequuta ratificationẽ,ꝓpter quod videtur eo præſẽte facta co
feſſio,ſm Io. An.in add.Spe,in ti.de confeſ.§.nunc uidendum.
verſ.q d ſi cõfiteor tua eſſe,&c.& Ant.de Bu.in c.ſi cautio.de fi
de inſt.& Ale.in conſ 64. in prin.& q̃uis d.verba ſint enuncia
tiua,non tamẽ minus probant.l.optimã.C.de ɔ̃h.& cõmi.ſtip.
& in ſpecie ita ẽt tenet Ang.in conſ. 198.Pro deciſione,&c. Et
ſimiliter in alio lando lato inter pręd ctos duos fratres,q præ-
dictum agnouerunt fideicommiſſum,enunciatiue,bona prædi
cta ad eos eſſe deuoluta ex cã fideicõmiſſi, & tanq̃ bona ex d.
cã ad eos pertinẽtia diuiduntur inter d.fratres, & ſic iterum cõ
fitẽtur fideicõmiſſum ſimplex extare. Vnde ex tali confeſſione
13 geminata & triplicata inducitur probatio, etiã † ſi facta fuiſſet
parte abſente,qa præſumitur magis deliberata,ſm Bar.ĩ l.cum
ſcimus.C.de agric.& cenſi.lib. 11. per illum tex.& Pa.de Ca.in
d.l.Publia.§.fi.& Rom.in l.nuda,de don.& l.ſed ſi poſſeſſori.§.
ſi cum de hæreditate.de iurei.Et hoc uerũ,ẽt ſi uerba ſint enũ-
ciatiua,ſm Bar.in d.l.cum ſcimus.& Ang.in l.1.C.de plus pet.
in c.per tuas.de arb.in repet.Et quia talis geminatio præſuppo
nit deliberationem.2.q.3.ſi quis uatus,& ibi gl. in uer. reitera-
ta,quæ allegat.l.ſi mulier.C.ad Velleian.tollitur ẽt ex hoc pre-
ſumptio erroris iuris,& non præſumitur confeſſio erronea,ſed
facta ex certa ſcientia,& ꝓpterea ꝓbat ẽt quo ad ea,q̃ non pẽ-
dent a voluntate confitentis,ſm Bar.in d.l.cum falſa,ſaltem do
nec ꝓbetur error iuris,quod eſt difficile,& quod impoſſibile.
Quarto facit, quia inter prædictos bis eſt laudatũ & declaratũ
per arbitros bona prædicta ad prædictos pertinere ex cã d. fi-
deicommiſſi.Nã in primo laudo ꝓnũciatur, ꝙ bona ĩmobilia
quondã Pomponij pleno iure ſpectãt, & pertinẽt ad nepotes
teſtatoris ex d. primo filio ſuo, & q̃uis non dicatur expreſſim
ex cã d.fideicommiſſi tñ ꝙ d.cã ex quo motus ſit arbiter,colligi
tur tã ex ꝓcedentibus q̃ ex ſequentibus,maxime ibi, occaſione
d.fideicommiſſi,in quib. ꝓſupponit arbiter, prædictos eſſe uo
catos & admiſſos ex fideicommiſſo.l.ſi ſeruus plurium.§. fi.&
l.qui filiab. in prin.de l.1.Et eodẽ mõ ex alio laudo bona diui-
dũtur tanq̃ ſpectantia ad prædictos ex cã fideicommiſſi,ut ẽ ex
preſſũ in laudo.Et q̃ lauda fuerunt homologata & executioni
14 demandata.iõ† nõ licet nũc allegare,nec principalibus,nec ſuis
ſucceſſorib. ad eorum cõmodum,quod bona nõ ſint ſubiecta
fideicommiſſo ſimplici,nec quod malè ſit laudatum, ſicut ille
q obtinuit ſnĩam pro ſe ad ſui commodum,non auditẽ ſi, dicat
ſnĩam ꝓ ſe latam eſſe iniq̃.l.ſi ſeruus pluriũ.ĩ prin.de le.j.& ibi
no.oẽs,& no.gl.in l.ſtipulatio iſta.ĩ pri.de uer.ob. ĩ uerbo,ſuc
ceſſores.& Bar.in §.ſi qs forte.ĩ eadẽ.l. qa eſſet quodãmõ alle
gare turpitudinẽ ſuã,qđ nõ licet d.caſu,& q̃, ut dixi, ẽt hrs il-
lius,ꝓ quo laudatũ ẽ,allegare nõ põt.l.ſi creditorib.C. de ſer-
uo pig.da. manu. Nec hæredi licet contra ratificationem lau-
di factã a defuncto. l.cum a matre.C. de rei uend.& l.uenditri
ci.C.de rebus alie.non alie. Et quia de præmiſſis apparet, qđ
fideicommiſſum,ex quo uocantur deſcendentes, eſt factũ ne-
dum in caſum alienationis,ſed ẽt poſt mortem cuiuslibet ad-
miſſi,& ſic ſimpliciter,ſequitur ꝙ unus ẽ uocatus poſt mortẽ
alterius,& ꝙ dẽnt deſcendentes admitti ordine ſucceſſiuo, &
prout quiſque eſt proximior.d.l.cum ita.§ in fideic.de leg.2.&
in l.peto.§.fratre.e.ti.& in l.fi.C.de uer.ſig.& ꝑ cõſequẽs frater
patruelis ipſius ultimi decedentis,qui ẽ illi proximior,& etiã te
ſtõri,dẽt cæteris pręferri.Nec ob.allegata in cõtrarium.Et pri
mo dum dicitur,ꝙ non probat cõfeſſio nepotũ ex primo filio
15 teſtõris,quia eſt ad eorũ cõmodũ,qa,ut tactũ eſt,nõ tñ† reſpi
cit cõmodũ eorum,ſed ẽt potuit continere onus, quia ubi bo-
na ſimpliciter ſubiacent fideicõmiſſo,quilibet grauatur illa re-
ſtituere poſt mortẽ ſuam,d.§.in fideicommiſſo. Licet ergo in
fauorẽ eorũ non probet d.cõfeſſio probat tñ contra eos.d.l.Pu
blia.§.fi.& d.l.ſi filius & l.fin.de interro.act. Non ob.etiam,ꝙ
ad iudicem pertineat interpretari uoluntatẽ dubiam teſtõris.l.
uoluntatis.C.de fideic.quia hoc et ꝑmittitur priuato ad ſui ꝑ-
iudicium ſm Bal.in d.l.non idcirco.C.de iuris & facti igno.&
in hoc differt a iudice, quia iudex inter alios habet ptãtem in
terpretandi,ſed priuatus non. Item non ob. ꝙ hæres nõ poſſit
interpretari libellum defuncti,nec uoluntatem teſtõris ad dã-
num alterius,ꝑ ea q̃ hñt in l.ſi quis a filio.§.ſi quis plures.de le.
j.quia hoc cõceditur, ſed quilibet ad damnum & incõmodũ ꝓ
priũ,& ſuorũ hæredum põt cõfiteri,ẽt ſi ueritas aľr ſe hẽat, d.
l.filius.& d.l.fi.Quia igitur mater defuncti eſt hæres confitentis
mediante perſona filij.d.l.fi.C.de hęr.inſt.ei nocet d.confeſſio
Et per hoc ẽt tollitur aliud,inquãtum dr̃,ꝙ ꝓdicti,cũ nõ eſſent
hæredes teſtatoris,non potuerunt eius uoluntatem interpre-
tari,quia immo declaratio ualuit ad eorum & ſuorum hęredũ
dãnum,ut eſt dictum.Nõ ob.etiam dũ dicitur,ꝙ cõceſſio non
dẽt aliis nocere,uel prodeſſe,quia res inter alios acta,&c.quia
16 ſuis hæredibus † etiam ulterioribus nocet,ut dixi,& etiam cui
libet ſuo ſucceſſori ſingulari, & ſic filiabus,quibus iure legati
reliquit,ac ẽt alteri,cui ꝑ filium ſuũ & hæredem legata eſt do-
mus, quia cũ hẽat cãm ab hr̃de, dr̃ etiam ſucceſſor ſingularis
ſui patris confitẽtis,cũ cẽſeantur una,& eadẽ ꝑſona, in auth.de
iureiu.a mori.ꝑſt.uñ d.cõfeſſio,q̃ præceſſit d.legata, nocet di-
ctis legatarijs, ſicut ẽt ſucceſſori ſingulari nocent aliæ ꝓbatio-
nes prius factæ ɔ̃ ſuũ authorẽ,ut no.Bar.in l.ſi mater.§.fi.de ex
cep.rei iud.& in l.ſi ſuperatus,in fi.prin.de pig.Et ꝙ ẽt cõfeſſio
noceat,per hãc rõnẽ tenet Io.And.in add.Spec. in ti.de teſte.§.
nunc tractemus.in add.magna,& Aret.in conſi.36.col.2.uerſi.
2.dico,&c. Et ſimiliter oĩb.prædictis præiudicãt lauda, de qui-
17 bus ſupra,† quia ſnĩa lata cõtra unũ nedũ nocet hæredi, ſed ẽt
ſingulari ſucceſſori,ut ꝑ Bar.in locis præal. Præterea ẽt pater il
lius,cui legata fuit domus,cõfeſſus eſt,fideicõmiſſum extare,vt
ꝓbatur ex primo laudo pñte ẽt patre illius, qui uult cõtra eum
agere ex cã fideicõmiſſi,uñ illi nocet cõfeſſio pr̃is,cuius eſt hæ-
res,& alteri tanquã hæredi pr̃is ſui ꝓdeſt. Et ſiľr ɔfeſſio patris
iſtius ultimi, q deceſſit ſine filiis,ꝓdeſt fratri ſuo patrueli,q eſt
filius,& hæres alterius, q fuit pñs d. ɔfeſſioni,& q ẽt idẽ confeſ
ſus eſt,& ſic qui dr̃ ẽt dictã confeſſionẽ acceptaſſe, ut dictũ fuit
ſupra. Et qa d.confeſſio fuit triplicata,prodeſſet ẽt abſentib.ꝑ
no.ꝑ Bar.in d.l.cum ſcimus.C.de agr.& cenſi.li. 11. Nõ ob.in-
18 ſuper † ꝙ a ptãte cõfitentis nõ pẽdeat inducere fideicõmiſſũ,
quia quãuis ex cõfeſſione de nouo fideicõmiſſum nõ induca-
tur,ꝑ illã tñ ꝓbatur,ꝙ factũ fuit ab illo,qui relinquere potuit,
ſm Bart. in d.l.cũ falſa.dũ uult, ꝙ licet ex cõfeſſione mea non
transferã in te dominiũ rei,q̃ uere eſt mea,ꝑ illã cõtra me tñ ꝓ
batur dominiũ tuum,donec ꝓbet ɔ̃riũ.Qũo ãt poſſit ɔ̃riũ ꝓ-
bari in caſu nr̃o,ſuperius dixi.Ad idẽ facit.d.l.fin.de interr.act.
ubi il'i q nõ põt eẽ hæres,nocet cõfeſſio,non q dẽ,ut ꝑ eã effi-
19 ciatur hæres,ſed ut ꝓbetur illũ hæredẽ eẽ. Nõ † ob. poſtremo
ꝙ ad fideicõmiſſum nõ admittãtur cõcepti poſt mortẽ teſtõris,
ꝑ l.cũ ita.§.in fideicõmiſſo.de leg.2.qa illud uerũ,niſi de cõtra-
ria mẽte teſtõris apparere poſſit,ut ibi dicitur. Et ꝓut de ea cõ-
ſtat in caſu nr̃o,in quo teſtator prohibuit alienationem,qa uo
luit,ꝙ bona perpetuo remaneant apud ſuos deſcẽdentes. Ex il-
lo ergo uerbo,perpetuo, declaratur, ꝙ ẽt cõcipiẽdos qñcunq;
in futurũ uocauit,qa exponitur,i. ſine tpis præfinitione.l.cum
debere colũnam,de ſerui.urb.prædio.& l.falsò.C.de diuer. re-
ſcrip.& tradit in l.j.ff.pro ſocio. De cõtraria ẽt mente teſtato-
ris apparet,inquantũ utitur uerbo,deſcendentes quod includit
oẽs in infinitum.C.de leg.hær.& in authen. de hær.ab inteſt.in
prin.& ſic etiam concipiendos. ſed in contrario uoluit bona in
familia remanere,qđ uerbũ ad teſtamẽti uel mortis refertur,ut
ꝑ Bart.in l.ſi cognatis.in fi. de reb. dub.Et ita determinat Soc.
ibi in fin.15.col.cum prin.ſeq.ubi dicit,ꝙ quando teſtator di-
greditur ad tot gradus,ꝙ non ſit ueriſimile, ꝙ cogitauerit de
ɔceptis in uita,admittunẽ concepti & nati poſt mortẽ & ꝓut
feciſſe dicitur in caſu nr̃o ꝑ ꝑ uerbum illud,perpetuo.Item ſub
dit

dit Soc. idem esse, quando relictū fuisset factū posteris, q̃a oẽs descẽdẽtes cõtinẽtur, arg. l. iuriscõsultus. §. parẽtes. de gradib. & & no. p Bar. in l. Titius. de suis & leg. Et sic uult, ꝙ q̃n descẽdẽtibur relinquitur, ꝙ concipiendi admittantur. Et quib. omnibus cõcludo, ut ex præmissis colligitur. Laus Deo.

¶ Prohibita alienatione & confiscatione per testatorẽ an fiscus admittatur saltem ad legitimam hæredis delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Filius occidens patrem uel alium, cui sit successurus, non excluditur ipso iure ab eius successione, quod postea fisco acquiritur, nec sua portio fratribus accrescit, nec filijs datur.*

2 *Statutum recipit a iure communi interpretationem, etiam uerba impropriando.*

3 *Alienationis prohibitio sine causa quando ualeat.*

4 *Alienatione prohibita, censentur etiã prohibita confiscatio propter delictum, maxime quando ea expressè prohibetur.*

5 *Prohibitio alienationis quando uerificetur, etiam si tantum tentauerit alienare.*

6 *Substitutio facta, si hæres tentauerit delinquere, dicitur uulgaris, si uiuente testatore tentet, quæ comprehendit etiam legitimam filij.*

7 *Pater potest alium priuare legitima, cum primum tentat illum occidere, etiam si non perueniat ad actum.*

8 *Possidens de præsenti an sit legitimus contradictor ad impediendam missionem in possessionem, etiam allegando de iure tertij.*

9 *In iudicijs summarijs non admittitur quis ad opponendum de iure tertij, etiam ipso iure exclusiuo iuris agentis.*

10 *Hæres scriptus quando debeat mitti in possessionem, si de aditione non constat, uel hæreditas per eum adiri non possit.*

CONSILIVM CXXIX.

SVPER puncto mihi transmissio diligenter & ut decet, animaduerti, vt satisfacerẽ honesto desiderio vr̃o. Nã† de iure cõi ille, qui occidit, uel occi-
1 dere facit patrẽ vł aliũ, cui occidẽs sit successurus ab intestato uel ex testõ, non excludetur ipso iure ab eius successione, sed succedit, & ab illo p fiscũ auferť hæreditas, uelut ab indigno. l. cũ rõ. §. fi. de bo. dam. & l. Lucius. de iure fisc. Et de filio, qui occidit patrem, in specie hoc uoluit Cy. in l. hæreditas. C. de his quib. ut indig. per d. §. fin. & de quo per alios in alijs locis, de quibus ibi per Ale. & per eum post Im. & Pa. de Ca. in l. ab hostibus. §. fin. sol. mat. Et quamuis Bar. in d. §. fi. uideatur uelle, ꝙ si unus ex pluribus filiis solus occidat patrẽ ꝙ portio sua accrescat fratri, p l. 2. §. fratris. si quis aliquẽ test. prohibue. tamẽ Bal. & Sal. in d. l. hæreditas. reprehẽdunt Bar. p l. his cõsequẽter. §. 1. famil. erc. & Ale. ibi ẽt fatetur, ꝙ portio delinquẽtis applicetur fisco, nec, ẜm cũ, ꝯrium uult Bart. in d. §. fi. qui dicit, ꝙ nõ p̃iudicatur fratri, quod est intelligendum in portione ipsius fratris, & de qua ẽt loquitur. d. §. fratris. Et ita etiã declarat Bal. in l. eam quam. C. de fidei. in 3. col. Et quamuis in aliis casibus, in quib. ab aliquo tãquam ab indigno aufertur hr̃ditas, dẽat fiscus filijs indigni q̃nq; partẽ d. hæreditatis, & q̃nq. totã concedere, attento numero filiorum. d. l. cũ rõ. in princ. & §. si plures. tñ hoc casu, quo quis successit illi, quem interfecit, filijs eius de bonis occisi nihil conceditur. d. §. fi. & in hoc statutũ ur̃ se conformare cum iure cõi, quo cauetur, ꝙ interfectores uel conscii mortis alicuius, tã ipsi, quã eorũ descẽdẽtes ab omni successione defuncti interfecti perpetuo excludantur, ut s. hoc statutũ, intelligatur de successione cum effectu, & sic
2 ꝙ a p̃dictis hæreditas auferatur uelut ab indignis, † quia ẽt impropriãdo uerba statutorũ dẽt recipere interpretationem a iure cõi. c. cum dilectus. de consuet. & l. 1. C. de noxa. Et operabitur statutũ ultra ius cõe, quia filijs indigni aufertur hæreditas acquisita ẽt ex testõ occisi, s. non de iure cõi, ẜm qđ ex indulgẽtia legis isto casu nihil a fisco consequũtur, sed delatũ & acquisitum ex testõ non perdũt, secundum Bal. in l. si quis incest. nupt. in fi. C. de incest. nup. Et ꝙ statutum excludat dictos filios, etiam ex testõ, prrobatur clare, q̃m uerbum, ab oĩ successione, de quo in statuto, relatum ad p̃sonã interfectoris, intelligitur tã ex testamento quam ab intestato, etiam ẜm intẽtionẽ partis contendentis cũ fisco, & quidẽ recte. Ergo cũ etiam determinet filios interfecti sub eadẽ conceptione uerborum, debẽt d. uerba quoad illos habere eundem sensum. l. iam hoc iure. de uulg. & pup. & ꝯñr pater, & filij dñr exclusi ab omni successione delata ab intestato, uel ex testõ interfecti, tam interfectori quam filijs eius. Et idem sensus erit, si uerbum excludantur, de quo in statuto, intelligatur ipso iure, quia cũ hoc verbum cũ sequentibus, s. ab omni successione, determinet oẽs prædictos, dẽt illos æqualiter determinare, & sic ꝙ ẽt filij prædicti, sicut pater illorum, dicantur ipso iure exclusi ab hereditate eis dclata, etiam ex testõ aui. Per quæ patet, ꝙ r̃sio, quæ datur ad statutũ p̃dictũ, non est congrua. Sed tñ aliter concludendum puto, uidelicet, ꝙ bona huiusmodi ad fiscum non pertineant in totum, nec pro aliqua parte. Nam testator prohibuit alienationem bonorum suorum in ampla forma transferendo bona in alios, casu quo prohibitus perueniat ad aliquem actum alienationis, siue sit uoluntaria, siue necessaria, & siue proueniat ab homine, siue a le-
3 ge, & quæ ualuit † etiam sine expressione alicuius causæ, p̃pter dictam translationem factam in pœnam, secundum gl. i l. filiusfamiliãs. §. diui. de leg. j. in uerbo, respectu, & Bart. in l. quoties. C. de fideic. & Ang. in consi. 56. 2. uol. Et † per quam solã prohibitionem alienationis intelligitur prohibita confiscatio. l. Imperator. in prin. de fideicommis. libe. & ibi notat Barto. & idem uult Bar. in l. si finita. §. de uectigalibus. de dam. infec. in 6. q. ubi concludit, ꝙ ex delicto filij non potest eius peculium aduentitium publicari, quia sicut illi prohibita est omnis alienatio sine consensu patris. l. fina. §. filius. C. de bonis quæ liber. ita etiam delinquẽdo non alienabit. Et idem uult ibi Alexander in diuersis locis, & plenius in consilio 23. primo uolumine. Et eo magis isto casu prohibita est confiscatio, quia testator illam etiam specialiter prohibuit, & disposuit, quòd si hæredes sui tẽpore decessus sui, uel alio unquam tempore tentauerint, uel cogitauerint moliri aliquod, propter quod fieri possent indigni, aut incapaces hæreditatis, & bonorum ipsius testatoris, quòd eo casu, aut actu, quo talia cogitarent moliri, hæreditas & bona perueniant, & peruenire debeant in proximiores suos infra substitutos, & secũdum ordinem, de quo infra, &c. adiecta etiã causa, quoniam uolo, intendo, &c. Et ex post etiam subiunxit testator, quòd si quis hæredum ueniret ad aliquem tractatum uel cogitatum delicti, quo cępto, ne bona uenirent confiscanda, tunc immediate antequam ad talẽ cogitatum peruenerint, ipsa bona ueniant in alium seu alios, qui talia non tentauerint, successiuo ordine, ut supra, & seruata legitima prolis successione, &c. Statim igitur, quòd Antonius Maria cogitauit, & ten-
5 tauit occidere patrem, & † ante delictum consumatum, & publicationem bonorum successit priuatio testatoris, per notata, per Barto. in l. filiusfamiliãs. §. diui. de leg. j. & in l. qui absenti. §. j. de acq. poss. & per alios, in l. ea lege. C. de condict. ob cau. dũ concludit, quòd prohibita alienatione si dicatur, & si alienabit, uel tentabit alienare, &c. quia d. uerba significant tempus ante alienationem perfectam, & quòd antequam sequatur, & est in actu alienandi, priuatio inducitur. Et consequenter isto casu habuit locum substitutio, ꝙ Antonius Maria tentauit, & tractare
6 cœpit de occisione patris. Et quæ substitutio fuit uulgaris † ex quo uiuente adhuc testatore ille fuit priuatus & exclusus per dictũ tractatum & conatum. l. cum proponas. C. de hær. inst. cum conconcordãtibus. Et in qua uulgari uenit etiam legitima filij. l. si posthumus. §. qđ uulgo. & l. sequenti. de lib. & posth. & l. 1. de cond. inst. Et est rõ, ẜm Bar. & Doc. in d. §. quod uulgo. quia substitutio uulgaris non cõtinet onus, quia est in p̃tate filii instituti nõ delinquere, & hæreditatem adire, & sic substitutũ ex-
7 cludere. l. post aditã. C. de impub. & aliis subst. Et † ubi etiã priuatio esset onus, tamẽ isto casu potuit filius legitima priuari, & exhæredari, quia statim, quòd tentauit patrem occidere, potest pater filium exhæredare, ẽt si non perueniat ad actum, ut est expressum in §. aliud quoq; capitulum. in auth. ut cum de appel. cog. Et quãuis tex. loquatur, quando tractatus filii p̃cessit, ut. s. ex illo delicto præcedenti posset exhæredari, tamẽ potuit ẽt priuatio p̃cedere, dũmodo collata sit post dictũ tractatum, & sic in tp̃s habile, sicut factum reperitur in casu nostro. l. in tp̃s. in prin. de hær. inst. & l. eum qui. §. fi. de dona. inter uir. & uxo. Et propterea ex omni capite apparet, ꝙ fiscus non succedit ẽt in legitima Antonij Mariæ; q̃a illa uenit in d. substĩone uulgari, &

quia in hunc euētum potuit iuste priuari ēt ipsa lĩa. Et p̃ hæc frustra queritur de alijs, quia de illis esset agēdum, qñ d. lĩa pertineret ad fiscum. Et prædicta ēt locum hñt, quãuis filij Antonij Mariæ per statutum essent exclusi ex delicto patris: quia ubi illi admitti non possint, & ipso iure sint exclusi, alij proximiores reperiuntur substituti, qui excluderent fiscum, per prædicta. Et quia d. Antonius Maria in totum per testm̃ est exclusus, & adhuc uiuente patre, in uanum ēt quæritur, utrum filijs Antonij Mariæ intelligatur reseruata lĩa per alia statuta, seu decreta in istis bonis, tanquam fuerint eorum patris damnati, qm̃, vt dixi, nunquã ad illũ peruenerũt, nec t̃pe mortis suæ in bonis illius fuerunt, iõ filijs eius in prædictis bonis lĩa aliqua deberi non potuit, nec reseruari. l. cum quæritur. C. de inoffi. test. Sed an saltem ex testõ aui, & tanquã ab illo substituti debeant filij Antonij Mariæ admitti. An uerò per fiscum possint repelli tanquam incapaces & ipso iure exclusi ex forma d. statuti. Et videtur, ꝙ sic, ex quo ex inspectione ipsius statuti incontinenti constat, vel constare potest de non ipso iure ipsorum filiorum substitutorum. l. 2. cum gl. C. de edicto diui Adria. toll.

8 Et hoc ēt† clarè vult Pau. de Cast. in l. fi. eo. ti. dicens, ꝙ si contradictor allegat tm̃ suam possessionem de p̃nti & non dñium vel titulum, ꝙ erit legitimus contradictor ad impediēdum missionem fieri, quia sua interest, ne expellatur, iõ admittitur indistincte pro suo interesse, nedum ad allegandum ea, quæ cõcernunt defectum possessorij, puta vitium uisibile testi. l. 1. C. eo. ti. sed ēt ea quę concernunt defectum petitorij, si est paratus in continenti probare, puta si alleget, ꝙ agens non est hæres, sed alius tertius propter nullitatem testi, per d. l. 2. cum glo. eod. ti. quia pro defensione propriæ possessionis admittitur quis ad allegandum de iure tertij, ēt si cõueniatur petitorio, quãuis non offerat se incontinenti probaturum. l. fi. de rei uend. sed si agat̃ possessorio, dēt offerre se incontinenti probaturum. d. l. 2. cum gloss. Quia ergo fiscus possidet, potest opponere de iure tertii, i. ꝙ d. filii non sunt hæredes, nec esse p̃nt, tanquam incapaces, sed ꝙ hæreditas p̱tinet ad alios substõs, siue d. filij agant cõtra fiscum petitorio, siue agant possessorio, dummõ hoc casu fiscus offerat se probaturum incontinēti. Præterea, si d. filii erãt incapaces ex d. testõ aui, nõ potuerũt hæreditatem adire, ergo illis tanquã hæredib. nõ competit petitorium, nec ēt possessoriũ, ſm Cy. in d. l. 2. & Im. in l. hæres institutus. & in l. cum falsũ. de acq. hær. sed cõtrarium puto dicendum. & sic ꝙ d. filii tanquam vulgariter substituti debeãt mitti in possessionem ex beneficio. d. l. fi. C. de edic. diui. Adr. tol. Nec quantum ad impediē dum dictã missionem in possessionem uel summariam cognitionem fiscus est legitimus cõtradictor, quamuis possideat, ex quo sua non interest, cũ in oẽm euentum sit exclusus p̱ p̱ testamentũ p̃dictũ, & p̱ ea q̃ superius sũt dicta. Nec dēt in hoc possessorio audiri excipiendo de iure tertij. l. fi. l. sicuti. §. si quæratur. si seru. vend. & facit l. ille a quo. §. si de testõ. ad Tre. vbi etiã dicit

9 Pa. de Ca. in lectura Bononiensi, ꝙ in† iudiciis summariis non admittitur quis ad opponēdũ de iure tertii, etiam ipso iure exclusiuo iuris agentis. Et ita limitat no. per Bar. in l. 2. de excep. rei iud. & ita in casu nr̃o tenet Ale. ĩ l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. ubi reprehendit Pa. de Ca st. qui ibi tenet contrariũ, quem proxime retuli. ¶ Nec ob. secũdũ Alex. quod no. gl. in d. l. 2. q̃ loquitur, quando reus opponebat de iure p̱prio ipsius opponentis excipiendo, dolo facis petere, quod mihi restitutus es, sed non potest opponi, dolo facis petere, ꝙ alteri restiturus es. leg. si socer. §. Lucius. sol. mat. ubi latius per Alexan. & istud est etiam de mente gl. Bar. & aliorum, in d. l. fin. Non ob. ēt, ꝙ d. filii non

10 potuerint adire tanquam incapaces, quia satis† est, ꝙ reperiantur scripti in testamento, & quod uitium non sit uisibile quantum ad hoc, ut debeant mitti in possessionem, si de aditione nõ constet, & hæreditas adiri non possit in ueritate, quia hoc solum impedit, quòd quis non possit fieri dominus, sed non impedit, quin efficiatur possessor, ut est mente gloss. d. leg. 2. & in leg. cum falsum, & ibi etiam hoc tenet Bart. & glo. in l. hæres institutus. de acquiren. hæredit. & cum ea transit Bald. & Rapha. ibi dicens esse mirabilem, quod institutus inducatur in possessionem, & efficiatur prius possessor quam hæres. Non pono tamen pro constanti, quòd dom. filii Antonii Mariæ sint incapaces, sed quantum ad fiscum non refert, utrum sint uel non, nec quod ad eum debet impediri missionem in possessionem. Vnde quia in puncto non præsupponit, ꝙ comPareat alius contradictor, cuius intersit ad impediendum summariam cognitionem uel missionem in possessionẽ, aliter nõ insisto, utrum d. filij sint capaces uel non, & utrum possint ex testamento aui admitti, & alijs præferri, quia non expedit, & quia hoc altiorem indaginem requirit. Et ita circa prædicta cõcludendum puto. Laus Deo.

¶ Alienatione facta per interpositam personã per prohibitam alienare, an sit locus fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Magis dilectus non debet esse deterioris cõditionis, quam minus dilectus. & nu. 12.*
2 *Fraus quando præsumatur.*
3 *Prohibitio alienationis facta filijs ad nepotes non extenditur.*
4 *Dictio relatiua refert præcedentia cum omnibus qualitatibus.*
5 *Filiorum appellatione in prohibitiuis non ueniunt nepotes, quando de filijs nominatim est facta mentio. nu. 13.*
6 *Vocatus non grauatur, nisi in casu, in quo reperitur honoratus.*
7 *Filij in conditione positi, etiam grauati, non tamen dicuntur uocati.*
8 *Grauamen in dubio referri debet ad casum, in quo quis dispositiuè uocatur, sicut ad personam in dispositione positam.*
9 *Verba præteriti temporis rem perfectam significant.*
10 *Dictio, cum, conditionem inducit.*
Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.
11 *Filiorum appellatione uenit etiam pronepos, sicut appellatione filij nepos.*
12 *Masculinum non concipit fœmininum prolatum ab homine in odiosis, & strictam recipientibus interpretationem.*

CONSILIVM CXXX.

VISO testamento Nicolai senioris de Castris, & verbis eius diligenter inspectis, uidetur prima consideratione dicendum, quod bona, de quibus agitur, iure fideicommissi pertineant ad artem calceolariorum propter alienationes dictorum bonorum, uoluit enim testator, domum cum casamentis & stationibus perpetuo permanere debere in filios suos, & in filios filiorum suorum, & casu quo prædicti uel aliquis aliorum alienaret, nisi intra se, aut alienare tentaret dictas res, quarum alienationem igitur factam per Nicolaum iuniorem nepotem testatoris filiabus suis emancipatis euenit casus fideicommissi, quia de masculis tantum sensit testator, ad quos uoluit domum peruenire, & inter illos solum permisit alienationem. Nam cum proprias filias excluserit, verisimiliter magis etiam excludere uoluit fœminas vlteriores, & maximè fauore agnatorum, quibus uoluit testator prouidere. l. si viua matre. C. de bonis mater. & l. Publi. §. fin. de condi. & demon. & argu. not. per Barto. in l. Gallus. §. etiam si parente. de libe. & posthu. & per Pau. de Cast. consi. 77. Casus iste frequenter contingit, & c. per Raph. in l. 1. C. de condi. inser. & per Soc. late. in l. cum auus. de condi. & demonst. col. 44. ver. 3. quæritur, & c. ubi refert de uerbo ad uerbum aliud cõsilium Pau. de Cast. idem tenentis, & ꝙ pro ista parte consuluerunt etiam Doc. Papienses, & d. Franc. Aret. & comprobatur ex no. per glo. in l. si mater. §. 1. de uul. & pup. quæ vult, ſm ꝙ eam subtiliter saluat Bar. ꝙ substitutio, quæ solet trahi de casu ad casum, non extẽdatur, qñ mediante tali extensione sequeretur absurdum, ꝙ minus dilectus esset melioris conditionis quam magis dilectus. Et dato ꝙ potuisset Nicolaus dictas res suis filiab. emancipatis donare, quia tamen ipsæ postmodum easdem res alteri extraneo uendiderunt, per hanc saltem alienationem uidetur esse factum contra prohibitionem testatoris, & per cõsequens cessit, & uenit dies d. fideicommissi. Nam si de fœminis testator sensit, & illis prouidere uoluit sicut masculi. Nec dicat, ꝙ solũ filij filiorũ sunt prohibiti, & sic nepotes, non aũt pronepotes, aut proneptes testõris, prout sũt filiæ d. Nicolai, qñ sub illis uerbis dispositiuis, uidelicet quia uoluit, & disposuit, & ordinauit dictas domos cum casamentis, & stationibus perpetuo permanere debere in filios suos, & in filios filiorum suorũ, & c. includũtur etiã pronepotes sub illis ultimis uerbis, scilicet

& in filios filiorum suorum, sicut appellatione filiis ipsius testatoris venit nepos, s'm Bar. in l. liberorum. de uer. sig. in l. Gallus. §. instituẽs. de lib. & posth. & ibi per oẽs, cum conc. de quib. ẽt ibidem per mod. Et ꝑ pea verba sequentia, s. & in casu, quod d. sui filij, vel filij filiorum suorum, &c. cõprehendunt ẽt pronepotes, quia ad illos se refert hoc loco, quos proximè uocauerit, & sic casu quo pronepos alienet, admitti voluit dictam artem. Præterea dici põt, ꝙ immo Nicolaus fuit ille, qui dictas res uendidit, & ꝙ hoc fecit per interpositam personam filiorum, & in fraudem. Nam eadem die & hora filias emancipauit, & illis donauit, ac deinde filiæ tunc vendiderunt. Ex † uicinitate enim

2 horum actuum, & ex tpis breuitate Nicolaus per interpositas personas filiarum vendidisse præsumitur. l. si ventri. §. in bonis de priu. cred. & per Bar. in l. 2. C. de repud. hær. dum concludit, ꝙ licet filius, qui post suam abstensionem non videatur illã reuocare, si bona fide emit bona paterna, vt ibi, si tñ illa emat, statim fraus præsumitur, & iõ abstẽsio reuocatur per d. §. in bonis. & melius per Ale. in l. fi. is qui. de vul. & pu. in vlt. col. vbi vult, ꝙ si extraneus emat a patre spurij, & deinde incontinenti uendat spurio, ꝙ hoc factũ creditur in fraudẽ, & præsumitur, ꝙ pr̃ filio uẽdiderit ꝑ interpositã personã. ꝑ d. §. in bonis, & faciunt no. ꝑ Bar. in l. post cõtractum. de do. Sed præmissis non ob cõ-

3 trarium arbitror verius ex pluribus. Et primo, quia † prohibitio alienationis non porrigitur ad dictum Nicolaum nepotẽ testatoris. Ex hoc. n. ꝙ filij sint prohibiti, non intelligitur prohibitus nepos, s'm gl. Iac. de Belu. & Ang. in §. nos igitur. in aut. de rest. fideic. Cy. Bal. & Sal. in l. voluntas. C. de fideicõ. Bar. in l. Lucius. §. 1. de l. 3. Ray. Bart. Bal. Imo. & Ale. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. cum concor. de quibus ibi per eum. Nec obst. ille ver. & casu quo dicti filij vel filij filiorum suorum, &c. qa casu quo fiat contra prohibitionem, de qua ibi, nõ uocatur d. ars calceolariorũ, sed vocantur alij descendentes testõris superstites. Ars aũt prædicta inuitatur casu, quo oẽs d. filij, vel aliqs eorum alienauerint seu alienauerit, &c. Cũ igitur filios in instõne præcedẽti nominauerit, in hac ẽt cõdõne censentur positi nominatim uirtute relationis importatæ per illud verbũ, seu ꝑ

4 dictionem illã, scilicet dicti, vt colligitur † ex no. per Bar. in cõs. 7. inc. Andræas Martini. vbi idem dicit de dictiõe, infrascripto, cum quo transit Ale. in l. fi. C. de hær. inst. & faciũt no. per Bar. in l. qui liberis. §. hæc uerba. in fi. & in l. cum filio. ĩ l. si pater. de vul. & pu. & ꝑ Im. & Ro. in l. si quis filiũ. §. 1. de acq. hær. faciũt ẽt no. ꝑ Bar. in l. si qs seruum. §. fi. de l. 2. ubi dicit, ꝙ natura similis dictionis est facere relationem cum oĩbus suis qualitatibus, per l. a filio. §. si testõr. & §. seq. de alim. & cib. leg. Ad filios igitur institutos, & quos etiam dispositiuè prohibuit alienare, retulit se testator, & non ad filios filiorum, & quamuis addat, ut supra, &c. non tamen per illud verbum habuit respectum ad filios filiorum, de quibus etiam prius mentionem fecerat, sed qa disposuerat, ꝙ d. sui filij, vel aliquis ipsorum alienare non posset, & sic quia eos collectiuè & distributiuè prohibuerat alienare, iõ ẽt inferius eos posuit in cõdõne sub eadem qualitate, s. & in casu, quo omnes d. sui filij, uel aliquis ipsorum, vt supra, &c. ad quam qualitatem, & ad quem modum prohibendi refert se illa dictio, ut supra, & non ad alias personas, hoc est, ad alios filiorum, qui non sunt in d. conditione positi. Non uocatur ergo dicta ars casu, quo alienatio sit facta a nepote, sed a fi-

5 lio primi gradus, tamen per prædicta, & quia † etiam ubi prohibitio facta simpliciter filijs extenderetur ad nepotes, in casu tamen nostro secus esset, quia ubi de filijs est facta mentio nominatim, sicut in casu nostro. prout probaui superius, tunc nõ ueniunt nepotes, secundum Bar. in d. l. e. Gallus. §. instituens. in fi. & in d. l. liberorum. per no. in l. si quis ita. §. 1. de testam. tut. sed etiam dato, quod nepotes testator expresse prohibere uoluisset & grauare onere fideicommissi, si uenirent contra pro-

6 hibitionem, eo tamen † casu prohibitio tantum & onus fideicommissi ualuisset, quo fuissent honorati, & non potuissent prohiberi & grauari illis casibus, quibus non reperirentur uocati, quia quem non honoro grauare non possum. l. e. ab eo. C. de fideicõ. leg. 1. §. sciendum. de leg. 3. honorati autem & inuitati inueniuntur nepotes testatoris, non quidem simpliciter, sed solum in casu alienationis factæ a filiis, per illa uerba prolata post prohibitionem alienationis factam dictis filiis, uidelicet, quia uoluit, disposuit, & ordinauit dictas domos cum casamentis, & stationibus perpetuo permanere debere in filios suos, & in filios filiorum suorum, & cætera. quæ quidem dispositio sequens in dicta prohibitione intelligitur facta dũtaxat in casu alienationis sequutæ, ut plenè probat, & declarat Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de ver. obl. qui casus non euenit, quia filij prohibiti non fecerunt contra prohibitionem. Cũ ergo Nicolaus nepos res prohibitas alienari nõ habuerit ex iudicio aui testatoris, sed tanquã hæres sui patris, prohiberi non potuit grauari ab auo si alienauerit, quia non inuenitur hono-

7 ratus ab illo. Nec prædictis ob. ꝙ paulo post nepotes † sint in conditione positi per illa uerba, & in casu quo d. filij, uel filij filiorũ suorũ, &c. quia ex hoc non dicuntur honorati, ut no. per gl. cõiter approbatã, in l. Lucius, de hær. inst. & quamuis Bart. in l. Centurio. de vul. & pu. versi. quæro vlterius, quid si testõr dixerit, &c. videatur velle ꝙ immo sint honorati, qñ reperiuntur ẽt grauati, per iura quæ ibi allegat, tñ Doct. cõiter, in d. l. tenent contra Bar. & in locis ibi allegatis per Ale. & alios Mod. qui attestãtur cõem opinionem esse contra Bar. pro qua idem Alex. sæpissime cõsuluit, ut ipse ẽt refert, & patet in consi. 105. i. uol. & in aliis cõsiliis relatis ꝑ nouissimos, in d. l. cẽturio. licet Mod. Perusi. in l. ab eo. C. de fideic. & Soc. in l. cum filio. de leg. 1. conentur opi. Bar. sustinere, quorũ rõnib. posset de facili rũderi. Sed ẽt si opi. Bar. & sequacium esset uera, adhuc non obstat ĩ casu nostro, quia prædicti loquũtur, qñ filij in cõditione positi, & grauati nullo casu reperiuntur dispositiuè uocati, sed hic fue-

8 runt † uno casu honorati, s. in casu alienationis factæ a filiis primi gradus instituti, ut dixi superius. Vnde grauamen postea iniunctum illis in conditione positis intelligitur impositũ casu, quo res, in quibus sunt grauati, ad illos peruenerint ex dispositione testatoris, & ad illum casum, in quo uocati censentur, grauamen refertur, arg. no. per Bar. in loco allegato, dum concludit, ꝙ eo casu, quo uocatur quis, si filij instituti, & filij filiorum decesserint sine filiis, in dubio grauamen intelligitur potius iniunctum filijs institutis sub duplici conditione, quam a filiis filiorum positis solum in conditione, cum quo in hoc alij transeunt. Sicut ergo in dubio grauamen respicit personam in dispositione positam, sic referri debet in dubio ad casum, in quo quis uocatur dispositiuè. Tertio principaliter moueor, quia d.

9 ars uocatur in casu alienationis perfectæ, ut patet † ex illis uerbis, si uendiderit, aut uendiderint, aut alienauerit, uel alienauerint, ut supra, &c. quæ uerba sunt præteriti tpis, & significãt rem perfectã. l. 1. §. fi. quod quisq; iur. Nec ob. ꝙ per illã dictionem, ut supra, &c. referat se ad præcedẽtia, vbi facit ẽt mentionẽ de illo, qui tentauit alienare. Quia ibi agitur de alia substitutione, ut dicã statim, per quam uocãtur quis, & post alienationem perfectam, & quando prohibitus tentauit alienare. Ad primum igitur casum, s. alienationis perfectæ retulit se testator per illam dictionẽ, ut supra. Et hoc casu disponat post perfectã alienationem clarius etiam declarat ex illis uerbis immediate sequentibus uidelicet tunc & eo casu cum facta fuerit alienatio prædicta, uoluit dictas res suas. Vocatur ergo d. ars clare cum facta fuerit alienatio. & sic post illam perfectam & quidem cõditionaliter, hoc est, si facta fuerit, & per consequens si perfe-

10 cte præcesserit, quia † illa dictio, cum, licet principaliter significet tempus, tamen etiam conditionem inducit. l. si Titio, quando dies leg. cedat, per Bart. in l. 1. de conditionibus & dem. & in l. centesimis. §. fi. de uerb. oblig. cum suis concor. & propterea d. conditio non est impleta, quando quis alienare tentauit, sed quando perfecte alienauit, quia conditio debet in forma specifica impleri. l. qui hær. & l. Mæuis. de condit. & demon. prædictum etiam tempus alienationis perfectæ significat illa dictio, tunc, quæ importat extremitatem temporis. l. 4. §. fi. de cond. & dem. l. in substitutione. de uul. & pup. nota. & l. vxori usumfructum villæ. de usufr. leg. quam ad hoc etiam alleg. Barto. in l. in illa. de uer. obl. Cum ergo ars prædicta uocetur in tempus alienationis perfectæ, non impeditur dominij translatio, nec potest per legatarium res alienata uendicari, uel auferri ab illa, in quam fuit translata. leg. Stichus seruus, de manu. testa. & per Barto. & Docto. in d. l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. in leg. qui absenti. §. j. de acqu. posses. & ibi per alios. Nec obst. quod supra, proxime testator grauet prohibitum, etiam si alienare tentauerit, quia dict. casu ars non uocatur, sed filii instituti, & filii filiorum superstites, qui in præcedentibus sunt uocati, siue

quis alienauerit, siue alienare tentauerit, sed in sequentib. ars postmodum inuitatur post alienationem perfectam duntaxat in quem ẽ casum d. filij superstites uocantur, & ẽt in aliũ casũ prędictum. Et sic post tempus alienationis perfectæ uocati inueniuntur filii superstites ex præcedenti substõne, & ex sequenti ars prædicta, adeo ꝙ in dictum casum ars ipsa & d. filii posſũt dici re coniuncti, ex quo eodem tẽpore & in eundem euẽtum uocantur ad eadem rem: l. re coniuncti. de l. 3. l. unica. §. fin aũt disiuncti. C. de cad. tol. sed, ut dixi, per unum uel alterum non põt res perfecte alienata uendicari, quia p ꝓhibitionem alienatio non prohibetur, nec dñij translatio impeditur. Quarto & vltimò prædicta confirmãtur. Nã ut dicimus, ꝙ Nicolaus præsumatur donasse filiabus in fraudem prohibitæ alienationis, & ꝙ p interpositam personam filiarum ipse uendidisse intelligatur, aut uolumus, ꝙ cesset omnis suspicio fraudis. Primo casu ars prædicta non potest admitti, sed illi debent filiæ superextãtes præferri ex prçcedenti substõne, per quam filii primi gradus & filii filiorum superstites uocantur, si quis ex filiorum filijs alienauerit, uel alienare tentauerit. Statim ergo, ꝙ Nicolaus per interpositam personã dr peruenisse ad actum alienationis, & ante alienationẽ pfectã dominium dictarũ rerum fuit translatũ in dictas filias Nicolai superstites, & nõ in dictã
11 artem, q̃ in hunc casum non uocatur, ut dixi: appellatione † n. filii filiorũ nedũ uenit nepos testõris, sed ẽt pronepos ea rõne, qua continetur nepos appellatione filii testõris, ut habetur in locis præallegatis, & sic cum filii filiorum supstites in prędicto casu uocentur, ꝓnepos ẽt admittitur, ac ẽt ꝓneptis, sicut est filia Nicolai, quia masculinũ concipit in hoc fœmininũ. l. si quis ita. de test. tut. per Bar. in l. 1. de uer. sign. & Bald. in l. quicunq. C. de seruis fugi. cum simili. Nec obstan. dum dicebatur, quod testator sensit de masculis, quia si proprias filias magis dilectas exclusit, multo magis pronceptes minus dilectas. leg. si uiua matre. C. de bonis mate. leg. Pulius. §. final. de condit. &
12 dem. quia illud solũ procedit, & d. coniectura tm̃ locũ hẽt, qñ remotior fęmina contendit cum agnato testatoris masculo, in cuius fauorẽ sic præsumitur, sed ubi extraneus vult præponi, dicta ꝑsumptio cessat, & ad eius cõmodũ nõ potest allegari, ſm Pa. de Ca. in d. cons. 77. & latius per Soc. in d. l. cum auus. Quia igitur in casu nr̃o pronepos non concurrit cum masculis, sed cum arte, & sic cum persona extranea quo ad eam sub uerbis prædictis continentur fœminæ, non enim inconuenit, ꝙ verba prædicta respectu diuersarum ꝑsonarũ capiãtur aliter propter diuersitatẽ rationis, argu. no. in l. 2. de offi. proconsul. Secundo uero casu multo magis excluderetur d. uniuersitas, quia si fraudis præsumptio allegari non posset, Nicolaus donãdo filiabus suis ꝯ prohibitionem nõ fecisset, quia de personis, in quas alienatio fieri nõ põt, esse nõ dñr per ea, quæ proximè dicta sunt. Et filiæ deinde ẽt alienare extraneo potuissent impune, q̃ a res eis semel donatæ fuissent factæ alienabiles, adeo ꝙ rursus per eas potuissent in quemlibet alienari prohibitione non obstante. cũ pater. §. quindecim. de l. 2. Præterea d. filiæ Nicolai, uendere
13 potuissent, quia sub ꝓhibitione non uenirent, qm̃ † filij & filiorum filij, & sic nepotes solum prohibiti. Sicut ergo appellatione filij prohibiti non uenit nepos, ita non uenit pronepos uel proneptis appellatione filii filiorum, quia est eadem ratio. Item & fœminæ non dicuntur prohibitæ, quia prohibitio est odiosa. Sicut ergo propter hoc non ueniunt nepotes appella-
14 tione filii prohibiti, ita masculinũ † non cõcipit fœmininum, & hoc qñ in materia odiosa & restringibili profertur ab hoĩe. l. 1. §. sed & si certum. de uentre in poss. mitten. & ibi p Bart. Et vbi ẽt prohibitæ intelligerentur dictæ filię, supexistentia Nicolai patris eorum dictã artem exclusisset, quia uocatur ante alienationem perfectam & tẽpore, quo quis tentauit alienare, & non tm̃ post alienationem perfectam, prout dicta uniuersitas tũc solum inuitatur, sicuti ex præmissis colligitur. Et p hæc rectè intuenti clara colligitur rñsio ad oĩa allegata in ꝯrium, cũ negatur, ꝙ isto casu sit factum contra prohibitionem, & ꝙ nepos uel ꝓnepos potuerit prohiberi hoc casu, quia non fuit honoratus. Et ubi pdicta cessarẽt, ars q̃ fuit vocata post alienationem perfectam, nõ põt dictas res vendicare. Ac ẽt ex alijs negatur, ex quo casus substõnis dictæ artis non uenerit. Et propter ea concluditur, ꝙ dicta uniuersitas excluditur. Laus Deo.

¶ Prohibita alienatione fauore descendentium, si ultimus descendentium alienet, an admittatur uocatus in casu alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in prohibitiuis non uenit nepos.*
2 *Relatio in dubio fit ad id, quod principaliter in oratione ponitur, non incidenter, seu enunciatiuè. nu. 5.*
3 *Filiorum in conditione positorum appellatione uenit nepos, quando conditio respicit fauorem filiorum.*
4 *Filiorum appellatione non uenit nepos, quãdo de eo in dispositione fit distincta mentio.*
5 *Dictio, ut supra, an extendat dispositionem. nu. 11.*
6 *Onus fideicommissi simpliciter alicui iniunctum, censetur collatum in eum casum, in quo admitti poterit.*
7 *Fideicommissum a filijs, quando censeatur relictum sub duplici conditione.*
8 *Prohibita alienatione, ea sequuta, an impediatur dominij translatio. & nu. 10.*
Testator non potest ex facto unius alterum prægrauare.
9 *Prohibitio alienationis quãdo dicatur expressa, et quãdo tacita.*
11 *Fideicommissarius, quando uocetur demum perfecta alienatione, uel etiam si prohibitus solum tentauerit alienare.*
12 *Alienationis prohibitione non obstante facta interpellatione, quando fieri possit.*
13 *Alienatio fauore descendentium prohibita, per ultimum descendentem fieri potest, etiam ad exclusionem tertij uocati in casu alienationis.*
14 *Dispositionis cõcepta uno casu etiam conditionaliter fauore piæ causæ, an & quando extendatur ad alium.*
15 *Intellectus. l. 2. ff. de manu. testa.*
Conditio non intelligitur repetita, quando per hoc dispositio annullaretur.
16 *Dispositio facilius extenditur quàm conditio.*

CONSILIVM CXXXI.

QVIA iampridem consului in fauorẽ illorum de Luca cõtra artem calceolariorum ciuitatis Regij, & nunc uidi consilium contrarium, idcirco persistendo in cõclusione, quã prius firmaui, & quã de iure ẽt nunc credo uerã, prosequẽdo ordinẽ prioris cõsilij, ad ea q̃ obijciuntur non tm̃ rñdebo, sed ẽt prædictã conclusionem ex illis confirmabo. Dixi igitur primo, ꝙ testator filios institutos prohibuit alienare bona, de quibus agitur. Et casu, quo dicti filij, uel filii filiorum, uel aliquis eorum alienaret, noluit illa peruenire ad alios filios superstites, & ad filios filiorum. Et in casu, quo omnes dicti filii sui, uel aliquis ipsorum, ut supra uendiderint, aut alienauerint, ut supra, tũc & eo casu, quo facta fuerit alienatio, uoluit d. bona peruenire ad dictam artem, &c. Dicta igitur ars uocatur casu, quo omnes d. sui filij, uel aliquis eorum, ut supra alienauerint, &c. Quia ergo alienatio non fuit facta per filios sed p Nicolaum nepotem testatoris, non est adimpleta, sed defecta conditio sub qua d. ars
1 inuenitur uocata, qm̃, ut † in consilio dicebatur, isto casu appellatione filij non uenit nepos, ut not. glo. Iac. de Belu. & Ang. in auth. de rest. fideic. §. quia uero. & Doct. in l. filiusfa. §. diui. de leg. j. cum alijs cõcor. & ultra allegata in d. cõsi. adhuc istud tripliciter confirmatur. Et primò. Nã superius in casu præcedenti circa prohibitionem alienationis, & in ipsa prohibitione facta est mentio de filiis dispositiue & etiam conditionaliter, de filiis autem filiorum, & sic de nepotibus solum conditionaliter, & sic reperiuntur tm̃ positi in conditione in ipsa prohibitione, ibi, & in casu quo filii, vel filii filiorum & c. Dum igitur in sequẽti casu, in quo ars uocatur casu, quo d. filii alienauerint &c. & in quo habetur relatio ad filios superius nominatos, intelligi debet de filiis prius nominatis dispositiue, & non conditionaliter, & sic de filiis primi gradus, & non de nepotibus, quia in du-
2 bio fit relatio ad id, quod principaliter ponitur in oratione, & non ad id, quod est positum demonstratiue uel enunciatiue. l. fi. §. 1 itia de libe. lẽg. & ibi no. Bart. & l. si cui. §. si a filio. de lega. 1. & ibi per Doctor. ¶ Nec obst. quòd in præcedenti substitutione vocentur dispositiue etiam filii filiorum, quia ibi non tra-
1 ctatur de ipsa prohibitione, nec de personis prohibitis, sed de

de uocatis in casum alienationis sequutæ ad illas itaque nō fit relatio, sub ad personas prohibitas,& in prohibitione alienationis nominatas, & sic ab illa parte testamenti, in qua facta fuit præcedens prohibitio, ista sequens sumit interpretationē & declarationem,quia & hic agitur, & disputatur de personis prohibitis.Secundo,ꝙ d.casu non ueniant nepotes appellatione filii,probatur alia ratione concludenti.Nam,ut dictum est,
3 filii in hac parte sunt solum in conditione positi. Quando† igitur de filiis fit mentio conditionaliter, ita demum ueniunt nepotes,quando conditio respicit fauorem filiorum l.Lucius.de hær.inst.aliàs secus,quia quando fauorem filiorum non respicit condō illa,debet impleri in forma specifica,& prout iacet.l. qui hæredi.in prin.& l.Mæuius. de condi. & dem. & ita declarat Bar.in l.liberorum.de uer.sig.col.3.4.casu,&c.dicens,ꝙ aliquando fit mentio de filiis per modum condōnis uel causæ, tunc ueniunt nepotes,si conditio uel causa respicit fauorū filiorum.d.l.Lucius,aliàs secus.sed debet adimpleri specificè. d.l.ꝙ hæredi.& iste est casus noster,quia illa conditio,uidelicet si filii alienauerint,non est commodum,sed ad onus filiorum,tum quia per illam tacite sunt prohibiti alienare,& talis prohibitio est odiosa,secundum omnes,in d.§.diui. & quia in pœnam eorum ars uocatur,ideo talis conditio non includit nepotes, qui proprie non sunt filii, secundum Bar. in d.l.liberorum. Tertio comprobatur ista opinio.in præcedentibus.n.quando testator de filiis mentionem fecit,nunquam de nepotibus intellexit,ꝙ patet, quia de filijs filiorum specialem mentionem fecit,quando eos includere uoluit tam in prohibitione,quam in fideicō-
4 misso.Quia ergo† de filiis & nepotibus est facta mentio distinctè seu discretiue,ideo appellatione filii nepotes non continentur.d.l.liberorum.§.toties.& ibi Bar.circa prin.& l.si quis incesti.C.de incest.nup.& de ritu nuptia.l.lege Iulia.§.hoc capite. Sicut ergo in præcedenti parte testamenti non uenit nepos appellatione filii,sic etiam non debet in sequenti parte contineri in qua de filiis fit simpliciter mentio,quia una pars declarat alteram.l.qui filiabus.in prin.& l.si seruus plurium.§.fi. de le. 1. Si enim de nepotibus hic testator sensisset,uerisimiliter hoc expressisset,sicut fecit in præcedentib.argu.l.unicæ.§. sin autem ad deficientis.C.de cad.tol.Et per hoc tollitur una responsio, quę dabatur in contrario,dum dicebatur,ꝙ hoc casu uenit nepos appellatione filii,quia in præcedentibus,de nepotib.etiam testator mentionem specialiter fecit, & quia prohibitio illa est realis,& sic etiam nepotes includit cum ea ratione sit facta, ut bona prohibita alienari ad suos descendentes transeant,per ea quæ no.Bar.in l.pater.§.fundum.de leg,3.& per Pau.de Castr. consi.231.inci.Visis,&c.quia ista responsio contrarium ꝓbat quia,ut dictum est, sicut in præcedenti parte nepos non uenit appellatione filii,& ubi testator aliud uoluit,hoc expresit, sic etiam non debet nepos contineri in parte sequenti. Et minus etiam procedit alia responsio inquantum non dicitur,ꝙ iste secundus casus,in quo ars uocatur,subrogatur loco primi,ideo etiam isto casu de filiis filiorum uidetur intelligendum, arg.l.si eum.§.qui iniuriarum.si quis cautio. quia immo iste casus ultimus est diuersus,& stat per se principaliter,& non subrogatiue quoniam in præcedenti post alienationem uocantur alii filii, uel filii filiorum, in casu autem sequenti illis non extantibus uocatur ars prædicta, non tanquam subrogata loco personarum positarum in præcedenti substitutione, sed tanquam alia persona pricipalis,& ex alia causa & alia ratione. Pręterea quāuis etiam ars esset subrogata loco præcedentium personarum substitutarum, tamen non agitur nunc de persona substituta subrogata, ut supra,nec de declaratione talis personæ, sed de declaranda persona prohibita in qua,uel circa quam non cadit dicta subrogatio.Non ob.insuper alia responsio,uidelicet, qđ dixerit testator eo casu,quo dicti sui filii,uel aliquis eorum,ut supra,&c.Et sic quod per illam dictionem,ut supra,sit facta relatio ad pręcedentia cum suis omnibus qualitatibus, iux. not. per Bar.in l.si quis seruum.§.fin.de leg.2. quia ad hoc fuit aliàs
5 responsum,& nunc clarius etiam respōdetur,ꝙ† relatio intelligitur facta ad personas nominatas dispositiue in præcedenti ꝓhibitione, & non ad nominatas conditionaliter uel enunciatiue.d.l.fin.§.Titia.& ibi not. Bart.de libe.leg.& leg.si cui.§.si a filio.de leg.1.& dixi supra.Præterea quamuis intelligatur repetitio facta cum suis qualitatib. nepotes tamen non se habēt ad filios per modum qualitatis,sed per modum separatæ & diuersæ substantiæ.Et propterea dictio,ut supra,nō extēdit prohibitionem factam filiis ad nepotes,nec ad hūc finem est apposita, sed ꝓ illā hr̄ relatio ad alienationem faciendam per filios collectiue,uel distributiue,de qua etiam prædixerat,& erit sensus ꝙ sicut prius prohibuerat omnes filios,uel aliquem eorū alienare,sic & isto casu ars dr̄ substituta,siue omnes dicti filii, uel aliquis eorum alienaret. Et istud etiam euidenter declarat ex uerbis immediate sequentib. Nam postquam dixit testōr, & in casu quo omnes dicti sui filii,vel aliquis ipsorū,ut supra, &c.subiunxit,uendiderit aut uendiderint,aut alienauerit,ut supra,&c. In hoc.n.loco dictio, ut supra, hēt relationem ad multiplicem actum alienationis,puta ueditionis, donationis, &c. de quo paulo ante fecerat mentionem,& non ad substantiam personę, & sic determinat qualitatem ipsius actus alienationis.iō etiam proxima præcedens relatio determinat qualitatem personarū alienantium, hoc est alienationem factam per filios primi gradus collectiue uel distributiue.Et iste est uerus sensus. Secundo principaliter in priori meo consilio dixi,quòd quamuis filii filiorum essent prohibiti & in conditione positi ad commodum & fauorem dictæ artis,nihilo minus in casu nostro ars nō uocatur,nec potest admitti, quia dicti nepotes non potuerunt prohiberi & grauari,nisi eo casu,quo fuerunt uocati & honorati.l.ab eo.C.de fideic.dicuntur autem uocati casu,quo sit factum contra prohibitionem & non simpliciter,ut probatur ex illis uerbis,quia uoluit,disposuit,& ordinauit dictas domos cū casamentis & stationib.perpetuo remanere dēre in filios suos & filios filiorum suorum,&c.q̄ uerba significant & important, ꝙ nepotes dicantur uocati duntaxat post alienationem sequutam,ut plene declarat Ale.ex mente aliorum,in l.qui Romæ.l. cohæredes.de uer.ob.Cum igitur casus iste non euenerit, quia per filios testōris non fuerunt bona alienata,Nicolaus nepos non reperitur ex testamento uocatus, sed patri suo successit ab intestato,ideo onus prohibitionis ei factæ cessat,& fideicōmissi ab eo relicti,quia in hunc casum non confertur,nec conferri potuit.d.l.ab eo.sed in illum casum, in quem ex substōne fuisset admissus.Et istud de nouo confirmatur,arg.tex.in l.epi
6 stolam.§.fi.ad Treb.ubi est casus,ꝙ fideicommissum relictum hæredi a fideicommissario,licet sit datum simpliciter & pure, uidetur dilatum post mortem ipsius fideicommissarii, ne aliàs sit inutile.Sicut etiam uidemus,ꝙ quando datur hæreditas pure,seruo,& libertas sub conditione,quòd conditio adscripta libertati suspendit etiam dationem hæreditatis,quæ si esset pura, non ualeret.l.quoties.§.1.de hæ. insti. Et per prędicta ita etiam uult in terminis Are.in consi.156.col.5.uer. nec ob.&c.ubi cōcludit,ꝙ ubi quis uocatur certo casu,ꝙ onus iniūctum illi simpliciter collatū,intelligitur in tempus,quo ille admitti poterit, quia alias non ualeret.Et allegat ad hoc etiam. l. Gallus.§.quidam recte.de liberis & posth.ſm intellectum Iac.de Are.Et ultra eum istud etiam uult Pe.de Anch.in consi.136.inci. Principaliter,&c.Nec responsio q̄ ad hoc datur est congrua,dum di-
7 citur,ꝙ † onus non est relictum a nepotib.non uocatis,sed a filiis sub duplici conditione,uidelicet si ipsi filii,uel filii filiorum alienauerint. Et ita interpretandum est in dubio ad finem, ut actus ualeat,& non pereat,secundum Bar.in l.Cēturio de uul. & pu.qui in hoc communiter approbatur,& cum quo transit Bal. & Sal.in l.precib.C.de impub. & aliis substi. quia talis responsio posset procedere, quando nepos aliquo casu non eēt uocatus & sic quando aliquo casu grauari non posset,quia tūc talis interpretatio recipitur,ut actus sustineatur.sed in casu nostro fuit nepos uocatus per fideicommissum, si factum sit contra prohibitionem alienationis, & iō quia in hūc casum honoratus reperitur in hunc euentum etiam grauatus ipse nepos intelligitur,& sic quia hoc casu a nepote potuit relinqui ualide ab ipso,& non a filio relictum creditur. & de hoc est casus, & ibi no.Bar.in l.codicillis.in prin.de usuf.lega.ubi substō facta, & legatario ultimo morienti,intelligitur illi ultimo morienti fcā, & non hæredi, & tamen potuisset aliquo casu substō deficere puta illo moriente uiuo testōre.q̄ non deficeret,si onus hęredibus superuiueret,iniunctum diceretur.Et hoc ſm Bart.quia ille ultimus fuerat honoratus, ꝙ secus est ſm eum in casu,de quo per eum in d.l.Centurio. Et ita etiam in terminis ꝓ prædicta declarat Are.in d.consi.156.col.5.ver.nec tamen, &c.Et in

hoc

hoc persistit in prima responsione, quamuis postea declarat ꝓcedendo vlterius, ꝙ in casu suo concurrat aliud, qđ cessat in casu nr̄o. Sed illud dicit ex superabundanti, ꝙ non sufficiat rn̄sio prima. Et istud cōfirmat̄. Nam si casus euenisset, in quo nepos vocatus reperitur, ut quia filii fecissent contra prohibitionem, dicatur hoc casu onus fideicommissi ab illo relictū d. arti. d. l. codicillis. cum ibi no. per Bar. dicēdum est etiam, ꝙ grauatus sit nepos simpl'r, & ꝙ ab illo tm̄ dicatur relictum si ipse alienabit. & non a filio, quia alias variaretur ꝑstatio fideicom. qa qn̄que a filio diceretur relictum sub duplici cōdōne, s. qn̄ nepos. qui alienat, nō reperit̄ honoratus, qa nō est impleta cōdō, sub qua vocatur, & qn̄que a nepote relictum intelligeret̄, uidelicet qn̄ dicta cōdō impleta inueniretur, ꝫ l. cum q ædes. de vsuc. & l. iam hoc iure. de vul. & pu. Et hoc præsertim suadet̄ in casu nr̄o quia fideicommissum est relictum arti in pœnam alienātis. l. 1. C. de his q̄ pœnę nomi. Nō est ergo verisimile, ꝙ testōr voluerit ex delicto nepotis impōnere pœnam filio, ex quo potuit in ꝑsona nepotis aliquo casu hēre locum: quia, pœna nō dēt suos authores egredi, nec ex alieno facto debet quis prægrauari. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test. cum cōcor. de quib. ibi in gl. Sed alia rōne cōcludēti onus fideicommissi nō pōt dici hoc casu relictū a filio sub duplici cōdōne, quoniam, ut dixi, ars vocatur in pœnam. hæc aūt pœna nō posset imponi filio ꝑꝑ inobedientiam & contumaciam nepotis, quia testōr ex facto unius nō pōt alium priuare & excludere ab hæreditate vel legato q̄sita vel q̄sito. Nec talis uolūtas valet, qa irrationabilis reputatur, ut est casus notab. & singularis in l. paterfamiliās testō. de hæredi. insti. & ibi no. omnes, & ꝓpea doctrina Bar. in d. l. Centurio. nō pōt habere locum in casu nostro. Tertio dixi in consilio & iterum dico, ꝙ ars ꝓdicta non pōt bona, de quib. agitur petere, nec consequi, quia reperitur uocata in casu alienationis perfectę, ut constat ex illis uerbis, si uendiderint, aut uendiderit, aut alienauerint vel alienauerit, &c. quę uerba sunt ꝑteriti tp̄is, & rem perfectā significant. l. 3. §. fi. ff. ꝙ quisq; iuris. Et idem expr̄ssius colligitur ex illis uerbis sequentib. s. tunc & eo casu, cum se-
8 quuta fuerit alienatio, &c. Cū ergo dicta ars uocetur post † alienationem perfectam, non impeditur dn̄ii translatio nec pōt ab illo, qui acquisiuit bona vēdicare. l. Stichus seruus. de manu. test. & declarat Bar. & Doc. cōiter in d. §. diui. & in l. q absenti, §. j. de acq. poss. Et quamuis tex. in d. l. Stichus, posit ēt intelligi in tacita ꝓhibitione, q̄ non impedit translationē dn̄ii, sicut expr̄ssa, ut no. in l. cum pr̄. §. libertis. de le. 2. & prout dicit Pa. de Ca. in d. §. diui. & Bar. etiam ibi hoc uideatur uelle, nihilo. min⁹ est uerum in se, ꝙ prohibitio expressa non impedit translationē dn̄ii, qn̄ confertur dispositio post alienationem ꝑfectā, qa eo tp̄e res non est prohibentis, & sic non potest de illa disponere. Et utrumque dictum est in se uerum, vt dn̄t Doc. cōiter ī d. §. diui. & ēt Bar. quāuis postea videatur dicere, ꝙ d. l. Stichus. loquitur in tacita prohibitione, & nō in expressa, tn̄ ista fuit additio, quę non est Bar. ꝙ patet manifeste, quia subiungit immediate, & inquantum dixi, prohibitionē nō valere intellige quantū ad dn̄ii translationem, sed legatū valet ad effectū, ut legatarius possit consequi æstimationem, ꝑ no. in l. ea lege. C. de cō. ob cau. & sic Bar. persistit in prima rn̄sione, s̄m quā prohibitio ēt expressa non impedit dn̄ii translationē, qn̄ cōfert in tp̄s alienationis perfectæ. Et ita Doc. ibi cōiter intelligunt Bar. & illum sequuntur. Et istud ēt simpliciter tenet Bar in l. qui absenti. §. j. de acq. poss. qui etiam loquitur in expressa prohibitione, ut clare cōstat recte intuenti oīa verba Bart. & cum eo ēt transeunt alij, & sic circa hoc non oportet tantum laborare. Præterea Pa.
9 de Ca. in d. §. diui. vult † prohibitionē eē expressam, qn̄ illa est ī dispositione, ut quia dicatur, prohibeo alienationem, & sic tacita, qn̄ solum ponitur in condōne, puta si dicatur, & si alienabis deueniat in talem. At in casu nostro licet quo ad filios prohibitio sit in dispōne, quantum ad nepotes est tm̄ in ꝯdōne, quia ipsi non sunt prohibiti expresse alienare, sed alius uocatur sub conditione, si dicti nepotes alienabunt, & sic illi non sunt expresse, sed tacite prohibiti, secundum intentionem Pa. de Cast.
10 Præterea licet † quando ꝑcedit ꝓhibitio expressa, & vsus est testōr futuro subiunctiui tantum, dici posset impediri translationem dominii, s̄m Ang. & Pau. de Ca. in d. §. diui. q hoc casu loquuntur, quasi ꝙ tunc illud uerbum nō significet uenditionē perfectam, sed ꝙ ꝑfecte sit ventum cōtra ꝓhibitionē: tn̄ ī casu nostro manifestè constat, ꝙ ꝑ illud voluit significare uenditionem perfectā, dum subiungit declarando præcedentia, ꝙ statim cum facta uel sequuta fuerit alienatio, bona deueniant ad dictam artem, & sic uocatur ars prædicta sub illa cōdōne, si vel cum facta seu sequuta fuerit alienō, quæ non possunt uerificari, nisi in alienatione perfecta. Et ista est responsio iudicio meo verissima, s̄m opi. omnium. Nec præmissis ob. ꝙ ars prædicta vocetur, si filii alienauerint ut supra, & sic per relationē ad præ-
11 cedentia, in quibus fit translatio † bonorum in alios, nedum si quis alienauerit, sed etiam si tentauerit alienare, & sic ante perfectam alienationem, ut per Bar. & Doc. in locis præallegatis, quia ad hoc est responsum satis in alio consilio, videlicet, ꝙ solū fit relatio ad verba præcedentia, quæ importāt alienōnem perfectam cum suis qualitatibus. s. si alienauerit ex quacūque causa vel quocunque titulo aut in totum in parte uel aliquod suum ius, prout in præcedentibus fuit expressum, non autem fit relatio ad verbum illud, alienare tētauerit, &c. quod clarius ostēditur. Nā testator disposuit, ꝙ si omnes filii, vel aliquis eorum vendiderint aut alienauerint, vt supra, ꝙ tunc, & eo casu incontinenti cum facta fuerit venditio vel alienatio prædicta, voluit dicta bona ꝑuenire ad dictā artē. Cum igitur dispositio ista, quæ sequitur illā conditionem, si alienauerint, ut supra, sit expresse collata solummodo in casum alienationis perfectę, dici non potest, ꝙ cōdō propter relationē ad præcedentia sit cōcepta, si alienauerit, vel si alienare tentauerit, quia eo casu quo alienare tentauerit, testator nihil disposuit de dictis bonis, nec dictam artem uocauit, sed solū tunc & eo casu, cum facta fuerit alienatio. Necesse est ergo dicere, ꝙ in conditione non sit appositum uerbum illud, alienare tentauerit, etiam per uiam repetitionis, vel qđ si censetur repetitum, ꝙ in hunc euentum uel alius non uocetur, quia hoc casu adueniente non transtulit testator bona in alium, & sic ꝙ iste casus dicatur omissus. Et adhuc confirmatur, quia postquā dixit testōr, si alienauerit, ut supra, disposuit ꝙ tunc & eo casu cum alienatio erit perfecta, &c. & sic adhuc repetit conditionem importatam per illa uerba, quę significant tempus alienationis perfectæ. Ex quo datur intelligi, ꝙ alia condō præcedēs loquitur eodem casu, & sic ꝙ dictio, ut supra, non inducit repetitionem alterius conditionis scilicet, si alienare tentauerit, quia una pars declarat aliam. d. l. qui filiabus. in prin. Nec insuper obst. quòd testator etiam subijciat, ꝙ ad artem perueniat illa pars, quæ uendetur, &c. qa hoc verbum, uendetur, significat uenditionē faciendam & futurā, nō tamen importat actum alienationis & uenditionis, sed uenditionem perfectam. Et sic loquitur testator de futura venditione, non quidem perficienda, sed perfecta, vt colligitur ex ꝓxime præcedentib. ad quæ per uerbum, ut supra, habetur relatio. quamuis. n. de futura mentionem faciat, potest tamen intelligi de perfecta tantum. Et ita interpretandū est hoc casu ex ꝓcedentibus, ut dixi. Ex alio etiam dico, ꝙ ars isto casu uenire nō potest. Nam prohibitio facta fuit, quia uoluit testator, ꝙ bona transirent ad filios, & ad filiorum filios in perpetuum, & sic fauore illorum prohibitio præcessit, & qui intelliguntur uocati, non quidem simpliciter, sed sequuta alienatione, s̄m Doc. maxime Alex. in l. qui Romę. §. cohæredes. de ver. obl. & subdit testōr, ꝙ si omnes filii, vel aliquis eorum alienaret, vel tentaret alienare, ꝙ bona perueniant ad alios filios superstites & ad filiorum filios. Et eo casu, quo omnes dicti sui filii alienauerint, ut supra, tunc & eo casu, quo perfecta erit alienō, perueniāt ad artem. Ad hoc ergo ut hoc ultimum non contrarietur pręcedētib. dēt intelligi, ꝙ extantib. aliis descendentib. testōris tempore alienationis, qui uelint & possint venire ad bona, de quib. agi-
12 tur, illi admittantur. Sed † vbi extarent, & admitti non possent, tunc ueniat, ut puta, quia ille, qui alienare uolebat, alios, descēdentes testatoris interpellauit, an emere velint, quo facto si nō respondeant uelle emere, potest regulariter fieri alienō prohibitione non obstāte, s̄m Bar. & Doc. in d. §. cohęredes. Et quāuis Bar. ibi dicat, ꝙ procedit alienatio sit prohibita simpliciter extra familiā, secus si dictum sit, vt in familia remaneret, tamen dictum Bar. dēt intelligi, quando simplex fideicommissum cēt inductum, & sic quando illi de familia essent uocati post mortem prohibiti, et si alienō nō præcessisset, ut ibi declarant Alex. & alii moder. & Pau. de Cast. in d. §. diui. in ult. col. Sed ubi non est fideicommissum simplex, sed solum in casu alienōnis, sicut

in

in casu nostro, ut colligitur ex not. per mo. in d. §. cohæredes tūc præcedēte interpellatiōe pōt alienō sequi, ut ibi ēt declaratur. Quia ergo casu, quo pcessisset, interpellatio, bona poterāt exire extra descēdētes nō emētes, quia forte nō poterāt, testōr noluit prouidere, ꝙ hoc casu alienatio non sequatur metu pœnæ, & iō uocauit artem, si aliquis alienaret, quia metu pœnæ verisimiliter prohibitus abstinebit facta ēt dicta interpellatione, & pñr p indirectū bona inter descendētes conseruabuntur. Et idē vbi oēs simul alienarēt, & qui non obstante prohibitione potuissent oēs simul alienarēt, si ars nō inueniretur uocata.
13 l. quoties. & ibi not omnes. C. de fideic. Et† sic ars prædicta uocata est ad effectū & finē, vt bona inter descendentes conseruētur metu pœnę illis casib. in quib. extra illos potuisset exire, vbi ars nō fuisset uocata, & per cōsequēs ars inuitatur principaliter fauore descēdētiū, & nō ipsius artis. Ex quo sequitur, ꝙ ultimus descendens masculus, i. Nicolaus potuit impune alienare, & ꝙ illo alienante ars non est uocata, quia isto casu cessat fauor descendentium, ex quo alii non extant, quorum contemplatione principaliter ars uocata est, vt dixi. Et sicut potuisset Nicolaus libere alienare, si ars non fuisset uocata, quia descendentes uel familia sui contemplatione prohibetur alienare, potest ultimus alienare, quia cessat rō, quæ ad hoc testōrē induxit, vt no. in d. l. quoties. & ibi Bal. & in l. peto. §. fratre, per gl. de le. 2. & quā ibi pōderat Im. & no. Bar. in l. qui solidū. §. pdiū. de le. 2. & Ang. in cons. 169. inc. Super primo puncto, &c. Quod aūt ars ipsa principaliter nō sit uocata contemplatione sui, sed descendentiū, & sic ꝙ isto casu, in quo fauor eorū cessat, non debeat alienationem impedire, perinde ac si uocata non esset, manifeste pbatur ex eo, ꝙ testōr nō substinuit artē simpliciter ēt post mortē ultimi descendentis, sed illam uocauit solum, si alienatio sequuta fuerit. Si. n. arti & animæ suæ uoluisset principaliter consulere, artem utiq. verisimiliter uocasset, ēt post mortem ultimi descēdētis, sed hoc nō fecit testōr, qa nō intēdebat arti & aīæ principaliter fauere, sed suis descendētib. Iō ubi eorum fauor cessat, sicut contingit post mortem vltimi, non inuenitur, ꝙ ars uocetur. Dicendum est, ꝙ in casu alienationis dicantur uocari solum, quando hoc aliis descendentibus prodesse poterit, vt in casib. prædictis, & sic quādo metus pœnæ pōt illis pdesse. Sed secus sit, qñ descendentium nō interest, nec interesse pōt, ꝙ ars admittatur, sicut qñ ultimus descēdens alienauit. Nec ob. vnū, qđ allegatur in consilio contrario videlicet, ꝙ immo ars uocari intelligitur post mortem ultimi, sicut, & ea rōne qua ultimo alienante, quia fauore piæ causæ,
14 de quo agitur, ex† quo ars pro anima testōris erogare tenetur, dispositio concepta uno casu ēt cōdōnaliter extenditur ad aliū arg. l. 2. de manu. testa. cuius arg. ita ēt dicit Roma. in auth. similiter. C. ad leg. Falc. in tertio spāli ultimarum voluntatum. Et sicut uidemus, ꝙ onus iniunctum alicui nominatim, qđ ad aliū regulariter non transit. l. Celsus. §. fi. de le. 2. & l. si plures. de le. 3. fauore piæ causæ transit ad cōiunctū, sicut ēt transit fauore alimentorum. l. 4. §. Lucius. & ibi no. Bar. de ali. & cib. leg. & p Roma. ubi supra, in 15. speciali. & Ale. in l. si duob. §. 1. de le. 3. & faciunt no. per Ang. in l. precib. C. de impu. quia ad hoc pluribus modis respondetur. Et primo negatur, ꝙ ars sit principaliter uocata fauore sui, uel pię causæ, ut proxime dixi, sed principaliter fauore descendentium, & ideo fauor piæ causæ non debet attendi. l. rogasti. & l. si quis nec causam. si cer. pet. Præterea, & secundo, ut dixi, ars uocatur in pœnam. Vbi ergo non est delictum, nō potest dici uocata, quia ibi non cadit pœna. l. aliud est fraus. de ver. signi. Et hinc uidemus, ꝙ licet substitutio uulgaris concepta in casu uoluntatis, trahatur ad caput impotentiæ, & econtra. l. cum proponas. C. de hær. insti. tamen extensio ad caput impotentiæ cessat, qñ substitutio fit in pœnā, vt ē casus, & ibi no. Bar. & alij in l. pater Seuerinam. in prin. de cond. & demon. & hoc ꝭm Bar. quia pœna nō dēt habere locum, ex quo non est commissum delictum. Sic & isto casu dēt cessare extensio, quamuis aliàs posset habere locum fauore piæ causæ. Tertio respondetur, ꝙ in casu nostro fuit ars uocata sub illa conditione, cum alienatio fuerit sequuta, quæ est uoluntaria. Et ista, vt dixi, non fuit impleta per alienationem factam per ultimum, quia de ea non intellexit testator. Nec extenditur ad aliū casum, secundum Bar. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantū. de
15 libe. & posthum. Nec obst. d. l. 2. de manu. testa. quia † ibi non agitur de extensione cōdōnis de casu ad casum, sed probat ille tex. ꝙ condō adiecta substōni factæ de Sticho non intelligitur repetita in relicto libertatis facto eidem, quia aliàs datio libertatis non ualeret tanquam relicta a solo gradu substōnis, quæ non habuit effectum. Et hoc est regulare, ꝙ condō non intelligatur repetita, quando per hoc legatum annullaretur. l. seruo alieno. §. si ab impubere. de le. 1. & no. in l. si quis a filio. in prin. de le. 1. cum concor. de quibus ibi in gl. Nec etiam in casu. l. 4. §. Lucius. de alimen. & cibar. lega. agitur de extensione condōnis de casu ad casum, sed de extensione dispōnis de persona ad
16 personam, & quæ † dispositio facilius extenditur quam cōdō, ut probatur ex not. per Bar. & Doc in l. Gallus. §. & quid si tm̄ de libe. & posth. Nec sequitur illo casu, est speciale fauore alimentorum & piæ causæ, ergo & isto casu diuerso, ut no. in l. a diuo Pio. in princ. de re iudi. Ex quibus omnibus mihi uidetur quod d. de Luca ex multiplici ex capite sint absoluendi. Et ita concludo. Laus Deo.

¶ Prohibita alienatio ad tempus, an post tempus, cēseatur permissa. Et dos, quæ pertinet ad filios ex dispositione statuti, an illis ut hæredibus vel vt filiis deferatur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, nisi, præcedente negatiua ponit, & dicitur illud expressū & non per argumentum a contrario sumptum. nu. 3.*
2 *Argumentum a contrario sensu ad limites uerborum sumēdum de quibus in sensu directo, et eadem uerba repetenda, sola enim formalitas consideranda, non effectus. nu. 5.*
4 *Expressum dicitur, quod necessario sequitur ex uerbi natura.*
5 *In prohibitione alienationis an sit differentia, quod dicatur, prohibeo alinare, uel non possit alienare.*
9 *Prohibitio alienationis expressa facta minori an faciat cessare tacitam legis, quæ etiam post maiorem ætatem non oriatur.*
7 *Subiecta restitutioni fideicommissi irreuocabiliter alienari non possunt.*
8 *Dos, quæ pertinet ad filios ex dispositione statuti, dicitur tanquā filijs non tanquam hæredib. deferri. nu. 11.*
9 *Clausula in fine posita refertur ad magis proxima.*
Relatiua dictio repetit omnes qualitates.
10 *Rubrica non attenditur, quando nigrum est generalius.*
11 *Verba statuti debent intelligi, ut aliquid operentur, etiam si ex hoc sequator correctio iuris communis.*
12 *Verbum, succedat, a statuto prolatum, quando inducat filios ut hæredes succedere.*

CONSILIVM CXXXII.



VISIS quibusdam responsionibus datis ad omnia, quæ alias deduxi consulendo in quadam cā Parmensi, satis admiratus sum, & admirari non desino, & cur ita sit, mox apparebit. Quia igitur facile erit replicare & contraria remouere & qa, ut audio, coram reuerendissimo domino gubernatore Parmæ, uiro quidem disciplinatissimo integerrimo res agitur, iō breuius quam fieri poterit me expediam. Dixi igitur & iterum dico, ꝙ in casu, de quo agitur, filius potuit alienare irreuocabiliter post ætatem 25. an. bona subiecta restōni fideicommissi, qa dictus filius fuit a matre institutus cum hoc, ꝙ ipse nunquam posset & valeat aliquo mō vendere, alienare, & c. nisi prius compleuerit ætatem an. 25. & c. Quia ergo præcessit oratio illa negatiua, ꝙ non possit filius alienare, & per quā prohibetur alienatio etiam irreuocabilis, & deinde sequitur, nisi prius compleuerit ætatem 25. an. ex his ultimis uerbis dicitur concessa licen-
1 tia alienandi irreuocabiliter post dictam ætatem, quia† ubi pcedit oratio negatiua, dictio, nisi, quę sequitur, ponit ꝭm Bart. & alios in l. actione. C. de transac. Et istam rationem dixi cōcludentem, & prout concludit reuera. Sed ad istud rñdetur, ꝙ ar-
2 gumentum † a contrario sensu debet sumi stricte, & ad limites uerborum, quæ in sensu directo ponuntur, ꝭm Ant. de But. in c. cum apľica. de his quæ fiunt a prælat. in ul. notab. Cum itaq; sit prohibita alienatio ad tempus p argumentum a contrario sensu, sequitur, ꝙ alienatio post tempus non sit per testōrem pro-

prohibita, ꝙ cesset prohibitio hominis, ita ꝙ post dictum tempus locum habeat ius commune, & sic habeat locum alia prohibitio legis, de qua in l.fi.§.fin autem sub cōdōne.C.cō.de le. sed non infertur, ꝙ post dictam ętatem sit concessa licentia alienandi, quæ differt a ipsa cessatione prohibitionis, quæ ex argumento a contrario sensu solum sequitur, restringendo illud ad limites verborum, ut fieri dēt. Et ꝙ licentia tanquam quid separatum & diuersum non dicatur concessa. alia rōne cōprobatur, quia intētio testōris, qui prohibuit alienationem ante dictum tempus, fuit restringere facultatem alienandi, quæ de iure communi competebat, & ꝙ post tempus illa prohibitio, q̄ fuit limitata relaxetur, & sic cessat prohibitio, & non infertur quod a testōre concedatur alienatio, quia inducta ad unum finē non dn̄t operari contrariū.l.legata inutiliter.de leg.1. & ut latius in ꝯrio cōsilio, ubi dr̄, ꝙ ista vr̄ clara & aperta resolutio huius controuersię. Sed quamquam do.cōsultori ita uideatur, rn̄sio tamē hmōi sine dubio ꝯcludit ꝯ ueritatē. Nam in primis non dixi, ꝙ licentia alienandi intelligatur concessa sumendo argumentum a ꝯtrario sensu, neq; de illo mētionē feci. Sed dictū fuit ꝙ cū oratio p̄cedens sit negatiue ꝯcepta, quia uoluit testa-
3 trix, ꝙ filius non possit alienare, dictio, nisi, q̄ sequitur, ponit, & qđ negatum fuit concedit, per no.p Doct.in d.l.actione. Et ista concessio dicitur facta expresse propter naturam illius dictionis, nisi. & est perinde, ac si dictum fuisset, ꝙ nō possit alienare ante ætatem 25.an. & post dictam ætatem possit alienare
4 quia illud dicitur † expressum, qđ necessario sequitur ex natura uerbi prolati, ſm Bar.in l.si fideiussor.§. meminisse.de le. 1. & in l.uxorē.§.agri plagam.de le.3.alleg.no.p Dy.in l.sciendū, de uer.obl.& melius ꝓbatur p tex.iuncta gl.in uerbo, expſſum in l.prætor.in prin.§.1.de ope. noui nūc. Vnde ex hoc constat, ꝙ licentia directo & expresse ꝯceditur, & non a contrario sēsu qui est tacitus, & est concessio indirecta, & nō directa.l.iurisgētium.§.dolo.cū gl.& ibi no.Bar.de pact.& no.glo.pe.in l.2.C. de cōd.insti.& ꝓbat in d.c.cū ap̄lica.in ver.indirecte.& no.omnes in l.1.in prin, ff.de offic.eius. Et p hoc respondebat ad cōsilium Pa.de Ca.263.in nouis, allegatū ī contrarium, quia ī casu suo directe & expresse post maiorem ætatem nō reperit cōcessa licētia alienādi, quia nō fuit usus testōr dictione, nisi, sicut factū repitur in casu nr̄o. Et ubi ēt isto casu sumēdū eēt argumentū a cōtrario sensu, sicut quando dictū fuisset, ꝙ nō possit alienare vsq. ad talem ætatem, nō exprimēdo dictionē, nisi, adhuc ex illo licētia alienandi intelligeretur concessa post maio-
5 rem ætatem. Et est aduertendum, ꝙ † testōr formaliter nō prohibet alienationē, i.nō dicit, ꝓhibeo, vel ꝓhibuit alienationem usq; ad annum 25. sed dixit, ꝙ filius hæres institutus nō possit alienare. Et quamuis inter unum modum & alterum nō sit differentia quantum ad impediendum trāslationē dominii, refert tamen multum inter primum modum & ſm quo ad argumentum a contrario sensu assumendum, & in hoc est deceptus dominus consultor, qm̄, ut ipse fatetur, argumentum sumitur ad limites uerborū ꝓlatorū in sēsu directo. Si ergo dictum sit, prohibeo alienationē usq; ad dictam ætatem, fateor ꝙ sensus contrarius sit, ꝙ post dictam ætatem non dicatur alienatio ꝓhibita p hominē. Sed si dicatur, ꝙ non possit alienare usq; ad ætatē p̄dictam, p q̄ uerba alienatio irreuocabilis est prohibita, sensus contrarius est, ꝙ post dictā ætatem possit alienare, quia ut dicatur sumi dictum argumentum ſm limites uerborum, necesse est, ꝙ uerba ꝓlata in sensu directo repetantur in sensu cōtrario & p ꝯñs sicut in casu nostro directo fuit dictum, ꝙ nō possit alienare, ita a contrario dicendum est, ꝙ possit alienare, & q̄ uerba hoc mō sumpta important licentiam & ptātem alienandi, non autem, ꝙ cesset ꝓhibitio. quia nō est usus testōr uerbo ꝓhibeo, uel ꝓhibuit, ut dominus consultor p̄supponit, qui ad formalitatē uerborū non aduertit, sed ad effectum, qui non est in consideratione quātū ad argumentum sumēdū a contrario sensu, s. sola formalitas uerborum, q̄ licet directo non inducat diuersū effectū, pōt tn̄ in sensu contrario parere alium & alium affectū, ut colligit p p̄dicta. Ex his igitur declaratur, ꝙ nō sū sine cā admiratus de hmōi respōsionib. & ꝙ in eis fiat tanta uis. Ex quib. ēt colligitur, ꝙ ad illud, qđ est dictum de dictione, nisi, nō bene respōdetur, dū dr̄, ꝙ dictio, nisi, q̄ facit exceptionem intelligit ſm naturam exceptionis. Et allegat Dy.in rub.de reg. iur.in 6.& no.per Bart.in l.in his.de legibus. Vnde cum regula solum contineat prohibitionem alienōnis, exceptio facta p illam dictionem nisi, tollit, & limitat prohibitionem alienōnis, non autem inducit nouam concessionem & nouam potestatē alienandi, quia in hoc excederet naturam regulæ. Nam hęc responsio præsupponit, ꝙ testator formaliter prohibuerit alienationem, ꝙ non est uerum, sed abstulit potentiam alienandi dicendo, ꝙ non possit alienare, ut not. Bart. & alii, in l.Gallus.in prin.de lib.& posth. Et ab hac regula negatiua excipit tempus post ætatem 25.ann. & dicitur exceptio esse de regula si contineat potestatem alienandi post illud tempus, nec aliter dici potest ꝙ sit de regula. Et sic dicta responsio domini consultoris concludit contra eum. Et minus obstat, dum dicitur, ꝙ intētio testatoris fuit magis restringere facultatem alienandi, quam esset de iure communi, ideo non debet operari effectum contrarium, quia hoc conceditur intra minorē ętatē ipsius filii prohibiti, & ratione ætatis, quæ subijcitur multis captionibus.l.1.de mino. sed post dictā ætatē nedū uoluit cessare prohibitionem hominis, sed ēt cōcessit licentiā alienandi, ut ex uerbis ab eo ꝓlatis necessario infertur. Nec ex hoc aliqua contrarietas oritur quia ꝙ res sit subiecta restitutioni, & ꝙ possit alienari, nullam continet repugnantiam, quia fideicommissum habebit locū, si non sequatur alienatio.l.Titius.ad Treb. & in aut.contra rogatus eo.ti. Nā ubi explicite fuisset licentia data filio alienādi post ætatē 25.ann. sine dubio a fideicommisso non diceret recessū, sed intelligitur factū, si nō sequatur alienō. Sicut ergo tūc cessaret repugnātia, ita & nunc cessat. Item dixi qđ durante minori
6 † ętate filij prohibiti in effectu alienare, cessauit tacita legis ꝓhibitio.l.cū ex filio.de uul.& pu. & ex quo ab initio non inest, nō oritur de nouo post maiorē ętatem.l.quæ ab initio. de reg. iur.& p no.per Bar.in l.centurio.de uul.& pup. Sed ad istud rn̄detur, ꝙ expressa, & tacita tendunt ad diuersos effectus, quia tacita inest fauore fideicōmissarij, & altera facta fauore filij.l. 2.C.de vsucapionib.pro empto.ſm Pa.de Ca.in d.cōs. Vnde cū tēdāt ad diuersos effectus, vna p alterā nō tollitur, argu.no.per Doc.antiquos, quos refert Alber.in l.fi.C.de pactis couē. quæ rn̄sio nō ē cōgrua, q a hic adest prohibitio & modificatio ꝓhibitiōis, ipsa āt prohibitio principaliter ē facta fauore fideicommissarij, & nō minoris, quia ei consultum erat circa hoc de iure cōi.l.lex quę tutores.C.de administratio.tuto.& p totū de reb. eorū. Modificatio āt, hoc est, limitatio & restrictio ad tempus minoris ætatis facta fuit fauore ipsius filii. Nec ēt secūda rn̄sio tollit ꝯriū. Dicitur.n. ꝙ expressa prohibitio tollit prohibitionē tacitā durāte minori ætate, & nō post. Nā si cessat durāte minori ętate tacita ꝓhibitio, ex hoc sequitur, ꝙ nō inerat ab initio, ergo post dictā ætatē nō iducit de nouo.d.l.q̄ ab initio. Satis ē ergo, ꝙ expſſa ꝓhibitio ipediat ab initio tacitā, q a tunc lex de
7 nouo post tp̄s illā nō iducit. Et dū tertio † rn̄detur, ꝙ đ iure cōi pēdēte cōdōne fideicōmissi nō est prohibita alienō.l.fi.§.fin āt sub conditione.C.cōia de leg. quamuis facta resoluatur. ut ibi. Quod ergo non est, impediri non potest, istud est expresse contra tex.in aut.res quæ. C.eo.ti. ubi explicite dicitur, ꝙ res restitutioni subiecta prohibetur alienari. Nec obst. d.§.fin autem. quia uerum est, ꝙ alienari possunt reuocabiliter, sed alienatio irreuocabilis, de qua agitur, est prohibita. Quarta autem respōsio tollitur clare per prædicta, & ex eis constat, ꝙ non est uera, sed ista. Ex quibus infertur, ꝙ Pa.de Ca. ēt in suo casu nō bene loquitur, nec sunt quantum ad casum necessaria, quoniam, ut dixi, dictio, nisi, quæ ponit & concedit alienandi potentiā prius denegatam, inducit diuersitatem inter casum nostrum, & casū Pau.de Ca. & ostenditur, ꝙ nihil habet commune cū illo. Circa aliud dubium, qđ in alio meo consi. erat primum in ordine, & qui ordo fuit peruersus, quia forte putauit dominus consultor partis aduersæ, ꝙ ad hoc difficilior esset aditus, puto fine, ꝙ alias per me recte fuerit consultum, per ea quæ in consi. allegātur, quibus non est congrue respōsum. Nam ex quo statutum
8 † uult, ꝙ dos pertineat ad filios uxore decedente in matrimonio, defertur dos filiis ex dispositione statuti tanquam filijs, & non tanquam hęredib. ex testō uel ab intestato, ut clare decidit Pa.de Ca. in l.si cum dotē.in prin.in ult.col.so.ma.& in cōs. 439. Pro decisione, &c.in nouis. & prout plenius dixi in priori cons. Et præcipue istud in casu nostro comprobatur, quia statutum uult, ꝙ extantib. filijs ex priori matrimunio illi succedāt in legitima dictæ dotis tantū, & tota alia pars pertineat ultimo ma-

marito & eius hrdib.si ex d.domina seu uxore eius ultimi mariti non essent filij uel filiæ,& si eẽnt filii & filiæ ex d.ultimo marito & ex d.domina seu vxore eius, d.tota alia pars ad eos pertineat,ut superius dictum est, &c. Hoc ergo uerbũ,pertineat, ultimo loco prolatum circa filios secũdi matrimonii debet recipere declarationem ab alio uerbo,pertineat,proximiori prolato circa personam secundi mariti,non autem debet recipere interpretationem a uerbo,succedat,magis remoto & relato ad filios prioris matrimonii.l.hęredes palã.§.sed si notã. de testa.
9 ibi,uel ex† uicinis scripturis,&c.& l.fi.de reb.dubiis.ibi. continuata scriptura,&c.& prout ibi declarat Bar.Et facit, qđ notatur in l.si idem cum eodem.§.fi.de iurisdi.omnium iudicũ.& in l.talis scriptura.de leg.j.& insti.de rerum diuisio.§.item lapilli. Et qđ ita sit alia ratione confirmatur. nam postquam statutũ dixit,ꝙ tota alia pars pertineat ultimo marito,subiungit statutum,qđ si extãt filii secundi matrimonii,tota dicta pars ad eos pertineat,&c.Nã dictio d.repetitiua,& repetita partis, quæ defertur marito per statutũ,inducit repetionem illius partis cum omnib.suis qualitatib.& sic quo ad filios defertur per statutũ eodem iure,quo defertur marito,ꝭm Bar. in l.si quis seruum. §.fi.de le.2.& in l.j.§.fi.si familia furtum fecisse dicatur. & in l. sanctio legum.ff.de pœnis.Quemadmodum ergo uerbũ pertineat uocat maritum ad lucrum dotis, & per statutum illud defertur,ita etiam uocãtur dicti filii ex dispõne statuti, & qua rõne uerbum prædictum in personis filiorum secundi matrimonii hẽt dictam significationem,in eodem ẽt sensu dẽt capi ĩ prima parte statuti,ubi casus,de quo agitur,est decisus.Et ista rõ per se sola sufficeret,quamuis etiam aliæ in d.alio consi.allegẽtur,quę nõ sunt sublatæ.Et adhuc ista opinio confirmatur,nã statutum uult, ꝙ filii prioris matrimonii succedant tm̃ in legitima,in qua diuidenda non ueniant,nec computentur filii ultimi matrimonii,&c.Si ergo dicti filii ultimi matrimonij in legitima nõ faciunt partem filiis præcedẽtis matrimonij,sequitur, ꝙ illi habebunt integrum trientem uel semissem ꝭm numerũ filiorum,iuxta auth.nouissima.C.de inofficioso testã.& cõtingere poterit, ꝙ habebunt quandoq. tantundem, quantũ filii secundi matrimonij, sicut quando legitima ascendit ad semissem,& quandoque habebunt plus, prout acciderit,si ex priori matrimonio esset unus filius tantum, qui debet consequi pro legitima integrum trientem,ut dixi,& ex secundo matrimonio extarent tres aut quatuor filii,ad quos pertinet tota alia pars. Nã tunc plus consequitur ille unus ex priori matrimonio,quã quilibet ex ultimo.Sicut ergo mater dictis casibus filiis prioris matrimonii non potest auferre, uel diminuere legitimam,ita non debet aliam partem posse auferre in totum,uel pro parte filiis secundi matrimonij quia hoc esset contra intentionẽ statuti,qui magis uoluit eis prouidere quam aliis. Sicut ergo dos defertur tanquam lucrũ filiis secundi matrimonii siue extent filii ex priori matrimonio,siue non,ita ẽt eodem iure debet deferri dos filiis,qñ ex uno tantum matrimonio extant,quia uocãtur prædicti omnes per unum & idem uerbum,& quia utroque casu est eadem ratio. Nec obstant allegata in contrarium, & primo dum ponderatur rubrica statuti,de dote per maritum lucranda uxore præmortua, &c. quasi ꝙ statutum uocãdo maritum ad lucrum dicatur filios ad lucrũ, non uocare, quia ad
10 † hoc facilis est respõsio,qm̃ quãdo nigrũ est generalius rubro non attenditur rubrũ,sed nigrũ,ꝭm gloss. in authen.de incest. nupt.in prin.in uerbo,illicita.& in rubri.C.de incest. nuptiis, & not.Moder.in l.2.ff.si cert.peta.quod autem isto casu nigrũ
11 sit generalius,probatur ex præmissis.Nec† obstat,ꝙ uerbum pertineat,de quo in statuto,debeat interpretari, ut minus lædat ius commune.c.cũ dilectus,de consuetud. & sic, ꝙ filii dicantur uocati ut hæredes matris,qa ꝯriũ apparet ex tacita mẽte statuti,quæ colligitur ex alia parte statuti,ĩ qua uerbũ,ptineat,aꝉr & alio mõ capitur, & p̱ p̱ relationẽ ad partẽ mariti, q̃ inducit repetitionẽ cũ oĩb.suis qualitatib.ut dixi, & de mente ẽt constat ex ultima rõne supra,allegata.Præterea,si filij intelligerentur p̱ statutũ uocati,nihil operaretur,inquãtũ vult filiis extãtib.dotẽ ad illos ptinere,quia ẽt si statutum hũc casũ non expressisset,sed solũ dixisset,ꝙ maritus lucretur dotẽ,si uxor decesserit sine filijs,filij ãt tunc solũ in cõdõne positi ut hæredes matris successissent in dote matris.l.inter socerum.§. cum inter.de pactis dotalibus scd̃m intellectum Iacobi de Belui.& Bar.qui communiter approbatur in l.si cũ dotẽ, ĩ pri.so.ma.vt ergo uerba sequentia,ex quib.filii uocãtur dispositiue, aliquid operentur,dẽnt intelligi,ꝙ ad filios dos ptineat ut ad filios, q̃uis ẽt a iure cõi magis recedatur,quia uerba statuti dẽnt interpretari,ut aliquid o p̱entur,ẽt si ex hoc sequatur correctio iuris cõis,ꝭm Bar.in l.1.ff.de usuc.& in l.4.§.ꝑtor.de dãn.infecti Et ista est clara responsio,q̃ est ẽt de mẽte Pa.de Ca.in locis pal le.aliãs sua decisio nõ eẽt vera.Nec est uerũ, ꝙ statusũ dicatur matri auferre facultatẽ testãdi,quia de alijs bonis excepta dote poterit testamentum facere.Et hinc est ꝙ qui bona oĩa donat, non dicitur sibi auferre factionẽ testĩ,quia de futuris bonis nõ intelligitur donatio.Et idem donat oĩa p̱sentia & futura,reseruata certa re,quia de illa testari poterit,ꝭm Docto.in l.fi.C.de pac.in l.stipulõ hoc mõ cõcepta.de uerb.ob.Non obstat ẽt dũ
12 tertio dr̃,ꝙ statutum utitur † uerbo,succedat,& quo casu statutum uult,ꝙ filij succedant in dote ut hrdes mariti,ꝭm Pa.de Ca.in d.l.si cum dotem.& in d.consi.Ang.in cõsi.81.do. Maria de B stardis,&c.qui ẽt isto casu loquitur, quia ad hoc ĩ alio ꝯ. rñsum reperitur,ꝙ isto casu uerbum,succedat,non potest importare,ꝙ filii primi matrimonii,ad quos refertur, sint hæredes,quia legitima in qua uult statutum.ꝙ succedãt,nõ est quota hereditatis,sed bonorũ.l.Papinianus.§.quarta.de inoffi.test. & iõ ex illo uerbo improprie sumpto argui nõ põt,qđ uerbũ, ptineat,importet uniuersalem suceessionem,sed potius cõtrarium,& ꝙ sicut legitima defertur ex statuto, ita & residuũ aliis filiis deferatur eodem iure.Et ex præmissis manifeste apparet, ꝙ duæ primæ responsiones ad rões,quas adducit in d.consil. non sunt veræ,quas aliter non refero,quia non expedit stantibus prædictis.Et similiter dum respondetur ad aliud, uidelicet, ꝙ aduersatiua,sed si,est repetitiua oĩum qualitatum, ꝙ talis repetitio non hẽt locũ in aliis p̱sonis, s. filiorum,istud est.ẽt falsum & contra no. p̱ Bar.in l.Seiæ.§.Caio. de fundo.instr.Nec ẽt ob.dum dicitur,ꝙ in filiis est diuersa rõ, quia ex quo uerba sui natura sũt repetitiua,non attẽditur, utrum sit eadem uel diuersa rõ,q̃ statutũ uoluit & potuit facere repetitionẽ, & maxime quando alias nihil operaretur,dr̃ de mẽte constare per p̱dicta.Nec responsio data ad cõsiliũ Pa.de Ca.439.est congrua quia licet statutũ ĩ casu suo uelit, ꝙ mater solum de quarta possit disponere,ex hoc solum sequitur, ꝙ filii instituti & uocati a matre in aliis trib.partib.non p̃nt admitti ex testõ. quia non ualuit relictum factum filiis a matre, ut dicit Pau.de Cast.sed ab intestato põt esse dubium,utrum capiãt ut hęredes,uel ut filii. Et dicit Pau.de Cast.ꝙ si statutum uteretur uerbo succedant, ꝙ posset dici,ꝙ caperent ut hęredes,sed quia statutũ dixit,ꝙ tres partes inter filios diuidantur,ex hoc apparet ꝙ uocantur ut filii.Et istud est,quod ad casum nostrum pertinet. Præterea responsio data ad dictum consilium non conuenit decisioni Pau. de Cast.in d.l.si cum dotem.qui loquitur in casu quo statutum disponit ut in casu nostro. Nec etiam obstat, ꝙ isto casu statutum utatur uerbo,succedat, ut dictum est proxime,relinquitur ergo, quod secundum ueritatem fuit aliãs conclusum, & consultum. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Dec.consi.386.ubi uide quod annot. & forte 112.supra eodem,ubi uide quod annot. Hier. Zanch.

¶ Fideicommissum an censeatur per diuisionem & clausulas prægnantes in ea appositas remissum. Et an prælegata ueniant in restitutione fideicommissi, & an in legitimam imputentur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum diuisione simplici non tollitur, nec per clausulas prægnantes adiectas in diuisione.sed contra nu.14.*
2 *Licentia alienandi per quæ uerba diuisionis dicatur concessa.*
3 *Verba,quicquid placuerit,important liberam uoluntatem.*
4 *Et operantur,quod uerbum importans arbitrium boni uiri mutat naturam.*
5 *Verbum plenum uel liberum arbitrium,importat liberam uoluntatem.*
6 *Institutio hæredis est alienatio.*

7 Pro-

7 *Probibita alienatione quoquo titulo censetur probibita successio legitimi hæredis.& idem econtra in permissa.*
8 *Dictio,omnino,comprehendit omnem casum.*
9 *Fideicommissarius consentiens alienationi, quando a fideicommisso excludatur.*
10 *Alienatio quæ causatur a successione intestati fit a defuncto,non a lege.*
11 *Licentia concessa hæredib.diuidentium faciendi, quicquid placuerit,& c.operatur remissionem fideicommissi.*
12 *Donatio inter uiuos censetur propter mentionem hæredum,licet facta mentione mortis.*
13 *Legato usufructu cum hoc,quod alienare non possit,uidetur legata proprietas.*
15 *Prelegata imputantur in legitimam,nisi aliter appareat de mente testatoris.nu.18.*
16 *Fructus etiam filijs primi gradus in Trebellianicam imputātur, quando duæ quartæ detrahuntur,sed contra nu.21.*
17 *In legitimam filij non imputantur quesita ex donatione in uita patris ualida.*
19 *Donatio expensarum pro filio factarum in studio morte patris confirmatur.*
20 *Conditio apposita in persona unius filij, censetur repetita in persona alterius ex præsumptione seruandæ inter eos æqualitatis.*

CONSILIVM CXXXIII.

IDETVR fortassis prima consideratione dicēdum,ius fideicommissi reciproci per diuisionem de qua quæritur,non fuisse remissum, qm̄ † cer-
3 cens, ꝙ si ex forma † statuti excluditur filia per superexistentiam filii masculi,quòd neptes ex filio præmortuo non intelliguntur exclusæ,quia neptes repræsentant patrem,qui non excluderetur,& quia statutum ex parte fœminarũ odiosum,non dẽt extendi ad dictam neptem.Et dicit Ale. ibi, ꝙ nõ meminit hoc alibi se legisse.& cum Bal.transit etiã Pet.de Anch.in c.canonum statuta.de constit.in 6. uer.his igitur quinq; membris &c.pro qua opin. Bal. faciunt not.per prædictos in d.l. illam. quia dicta neptis ex filio non coniungitur defuncto mediante persona filiæ exclusæ,sed si hi uocati, & prout etiam contingit in casu nostro. Nec obst. dicta leg.si uiua matre. quam etiam Fulg. in d.l. uenia. allegat contra Bald. quia ad illam legem per prædicta remanet responsum.Et ad allegata etiam per Alexan. in d.l.contra Bald.facilis est responsio,considerando,quod neptis ex filio præmortuo incipit tenere primum gradum, & succedit auo una cum alio filio ex persona sua & non ex persona patris sui.l.2.& ibi per Bart.& alios.C.de liber.ꝓter.& in l. 1.§. fi.sit de collatio, dot.& in leg. 1.§.si filius de coniungen.cum emanc.liber.Nec obst.ratio agnationis conseruandæ, quam etiam ponderat Alexand.quia statutum fauore agnationis uoluit tantum excludere personam in statuto nominatam, puta filium non autem aliam personam, quæ non sit coniuncta defuncto per illam, puta neptem ex filio, ut probatur ex nota. per Barto. in leg.j. §. penult. de bonorum possessione secundum tab. ubi præsupponit, quod licet mater sit exclusa per statutum, quòd tamen non excluditur soror: & probatur ex no. per Bal.& alios, in d.l. venia. & tamen secus esset,si dicta rõ agnationis simpliciter eẽt in consideratione. Quemadmodum ergo statutum excludens filiam non intelligitur excludere neptem ex filio per prædicta.Ita etiam exclusio testõris de persona proximiori non debet trahi ad aliam personam remotiorẽ, quæ non sit coniuncta defuncto per exclusum,sed per aliũ,qa exclusio testatoris,& statuti æquiparatur, ſm Bal.in l.maximũ uitium,de lib.præte.& in l.si defunctus.C. de suis & legi. eadẽ ergo ratione quantuncunque neptes ex fratre per testatricem isto casu sunt exclusæ, nõ tamen sequitur,ꝙ filiæ nepotum hæredum dicantur excludi, cum non coniungantur defuncto ꝑ personam exclusam.Et ideo Pau.de Ca.in consi.79.Casus iste frequenter contingit,&c.in q.simili nõ solum ponderat ad exclusionem neptum ex filio grauato,si decesserit sine filiis,ꝙ testãt. proprias filias exclusit, & ꝙ persona substituta sit agnatus masculus,sed etiam, ꝙ substitutus ex forma statuti excludebat filiam grauati pręmortui.& ubi hoc ultimum non concurreret,sentit,ꝙ alia non sufficerent ad exclusionem dictæ filiæ, & ꝙ illa tanquam posita in condõne excluderet substitutum. Et ꝙ ista sit intentio Pau.de Ca.in d.consi.declarat, & ita tenet Ale.in consi.38.in 6.vo.ubi concludit, ꝙ substitutus dicto casu non admitteretur, nisi ex forma statuti excluderet filiã grauati.Et idem etiam ex intentione Pa.dicit Corn.in cõsi.55.ver sus fi.1.uol.allegando Pau.de Cast.in d.cõsi.& Soc.in consi.51 col.pen.uersi.8.4. uol. Sed tamen præmissis non obstantibus contrarium isto casu sine dubio puto uerius. Nam, ut dictum est,testatrix nepotes masculos ex filio instituit hæredes uniuersales,& si alter eorum decederet sine filiis,substituit superuiuẽtem ex eis,si superuixerit,& si non superuixerit, sed superuiuerent filii legitimi & naturales ipsius, ipsos filios æquali portione tali sine filiis prædecesso,siue præcedenti substituit, &c. In
4 hac † igitur parte,in qua substituit filios nepotis pręmortui alteri decedenti sine filiis intelligitur solum substituisse filios masculos nepotes præmortui,& filias.ꝙ probatur,quia si nõ fallor, ex forma statuti Perusini qđ aliàs uidi, frater defuncti excludit sorores proprias a successione patrui. Stante igitur tali statuto,testatrix substituendo per fideicommissum nepoti ꝑmortuo sine filiis filios alterius nepotis sensisse censetur, & ꝓsumitur

sumitur de masculo tm̃,quasi,ꝙ uideatur voluisse se conformare in hoc cũ dispõne statuti,per no.per Bar. in l. hæredes mei. §.cum ita.ad Trebel.& in l.ut iurisiurandi.§.si liberi.de ope.lib. cum concor.de quib.per Ale.in dictis locis.Et facit,quod not. Pe.de Anc.in l.tres fratres, de pac.& in c.cauonum statuta. in 14.q.prin.vbi vult,ꝙ si ex forma statuti filij excludunt filias a successione patris,& pater instituat filios,ꝙ intelligitur de masculis,tanquam pater in institutione dicatur habuisse respectũ ad statutum,& videatur uoluisse se cum illo conformare.& cũ quo etiam transit Ale.in dictis locis,& in consi. 127.in primo uol.& facit,quod uult etiam Ant.de But. in cõsi.9. Casus talis est,&c.vbi determinat,ꝙ si testor aliqua bona prohibuit alienari,quia uoluit illa ad suos posteros peruenire,ꝙ intelligitur de posteris masculis, si ex forma statuti præferuntur fœminis. Et prædicta etiam sequitur Soc.in dicto consi. 51. Et quamuis prædicti loquantur, qñ in successione ipsius testoris masculis præferuntur,quod forte non est in casu isto,ut s. filii fratris vel nepotes ex eis excludant a successione amitæ fœminas eiusdẽ gradus prout vr̃ velle ẽt Pe.de Anch.in d.l.tres fratres.qui dicit

5 quod † decisio,de qua supra, non habet locum,si testator instituisset filios Petri extranei, sed tunc filię etiam dicerentur institutæ, quia statutum non loquitur de extraneis, nihilo minus d.Pet.de Anch.procedit, quando testator directo instituit filios extranei, puta Petri, qui Petrus nunquam fuit uocatus, nec admissus ad hæreditatem testatoris, sed in casu nostro nepoti mortuo sine filiis,qui successit testatrici. substituit per fideicommissum filios alterius nepotis pręmortui,ideo isto casu testator uidetur etiam ad statutum habuisse respectum, secundum quod succeditur dicto modo nepoti per fideicommissum grauato, quia ex quo hæreditas ad illum semel peruenit, dẽt attendi ordo succedendi ipsi grauato,& nõ ordo, ſm quẽ succeditur ipsi testatori,secundum Soci. qui ita determinat ex mente aliorum,de quibus ibi per eum,in l.si cognatis. de reb. dub.in vlt.col.& latissime in consi. 249. colum. 14.versi. circa secundam difficultatem,&c.sed alio casu, de quo per Petr. de Anch.ad illum extraneum,cuius filii fuerunt instituti,hæreditas testatoris nunquam peruenit, non uidetur testator habuisse respectum, ad ordinem, secundum quem filij eius illi succederent patri,& ideo filiæ admittuntur cum filiis, quia statutum quo ad hęreditatem testatoris nõ loquitur de extraneis. Quia

6 igitur † in hac secunda substitutione facta de filiis nepotis præmortui intelligitur masculis, & appellatione filiorum ueniũt masculi tantum, dicendum est etiam, quod in prima substitutione reciproce facta inter ipsos nepotes institutos,in qua simpliciter de filiis eorum fit mentio,intelligitur tantummodo de masculis,quia una pars testamenti alteram declarat.l. qui filiabus in prin.& l.si seruus plurium.§.fi. de leg. primo & probatur ex no.per Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Tre. vbi cõcludit,ꝙ si in una parte testamenti sit facta mentio de filiis naturalibus & in alia de filijs simpliciter, quod intelligitur etiam de naturalibus eo etiam casu,quo naturales non uenirent appellatione filiorum, d.l.qui filiabus.Secundo confirmatur prædicta conclusio etiam illa sequentibus uerbis testamenti,uidelicet,& casu quo contingat, aliquem ex dictis suis hęredib.vniuersalib.decedere ante mortem ipsius testatricis sine filiis legitimis & naturalibus tunc & eo casu uiuentẽ ex ipsis dictis eius hæredib.uniuersalibus vocauit & si decederet cũ filio seu filijs legitimis & naturalib.tunc & eo casu dictum filium seu filios loco talis præcedentis siue prædecessi instituit hæredẽ seu hæredes uniuersales una cum iam hærede instituto,&c.Et sic hoc loco facta fuit præmorienti uiuente testatrice substitutio vulgaris concepta in casum impotentiæ,iuxta.l.Gallus.§.ꝙ quid si tantum cum ibi no.per Bar.& Doc.de lib.& posth.& ꝑ Bar. & alios in l.j.de vul.& pup.& per quam substõnem uulgarem succeditur testatori,insti.de vul.subst.in princ. & quia substituit præmorienti dicto tempore eius filios, si decedat cum filiis una cum alio hęrede instituto,in primo gradu filii masculi tantum dicuntur positi tam in dispositione, quam in conditione,quod probatur,quia si dicto casu appellatione filiorum uenirent etiam filię,sequeretur,quod si neptes testatricis proximiores extarent,quod in portione nepotis præmortui ea uiuente essent exclusæ,& ꝙ filiæ præmortui nepotis remotiores succederent ex uulgari substitutione, quod non est uerisimi-

7 le testatricem uoluisse,quia † absurdum reputatur,ꝙ remotior & minus dilectus sit melioris cõdõnis quã proximior magis dilectus.d.l.si uiua matre.& l.Publius.§.fi.de cõd.& demon.& iõ pro tali absurdo euitando verba debẽt capi improprie & largè ut probatur ex no. ꝑ Bar.in l.Gallus,§. ẽt si parente de libe.& posth.& in l.quidam relegatus.in fi.de reb.du. & per Alex.in l. sed si hac.§.patronum.de in ius vocand.Ergo multo magis standum est propriæ significationi, ſm quam masculinum non cõcipit femininum sed ex interpretatione, ſm Bar.in l.1.de uer. sig.& Docto. in l.quicunq; .C.de seruis fugiti.Et ista ratio isto casu habet locum,quia non uersatur,neq. allegatur circa diuersas hæreditates,sed circa eandẽ, qm̃ neptis ex fratre excluderetur in casu prædicto a successione amitæ testatricis, & illi succederet ex substitutione vulgari,per quam, ut dixi, succedit testatricis filia nepotis ex fratre præmortui, quæ est minus dilecta,quia est remotior, & quia tempore testamenti adhuc non erat data,nec cognita,per no.per gl.Bar.& alios,in d.l.qui filiabus in princ. de leg.1.Et per hoc tollitur una responsio data in præcedentibus ad d.l.si uiua matre.Et tanto magis procedit,& locum habet huiusmodi ratio in casu prædicto,quando adueniente casu dictæ substitutionis uulgaris,vixissent neptes testatricis,& prout contingere potuit & possibile fuit, & quę possibilitas debet attendi.l.si quis locuples.de manu.testam.Nam tunc esset magis absurdum,quod filiæ hæredis præmortui succederent testatrici ex substitutione, & quod dictæ neptes superextantes excluderentur,ut probatur ex no. per Ang.& Alexan.in d.l.illam.C.de colla.& per Pau.de Ca. in l.si defunctus. C.de legitimis hæredi. ubi quęrunt, quid si mater excludatur per statutum extantibus agnatis masculis, & contingit extare agnatos masculos, & cognatos, qui sint proximiores ipsis agnatis, & quibus præferuntur de iure communi, an prędicti cognati excludantur. Et cõcordãdo opiniones contrarias Bar. & Bal.distinguunt,quod aut mater a statuto exclusa non reperitur extare in medio tẽpore,quo defertur successio,& tũc cognati nõ erunt exclusi,vt uoluit Bal.in d.l.illã. Aut mater, quæ expresse excluditur a statuto,tunc extabat,& isto casu dicti cognati erunt exclusi,& procedit opin.Bar.qui hoc uoluit in l.2. §.uidendum.ad Tert.quia ſm ꝓdictos sequeretur alias hoc ultimo casu absurdum,ꝙ venirent remotiores, qui essent de eodẽ capite,s.agnatorum,& excluderentur proximiores,s.mater. d. l.si uiua matre.& sic uolunt, ꝙ quando concurrit proximior, & remotior,ꝙ dicta rõ locũ habeat indistincte,& sic ẽt si remotior cognatus ipsa matre non cõiungatur defuncto per dictã matrẽ,sed alio mõ.dummodo agatur de vna & eadẽ hæreditate.Et per hoc ẽt tollitur alia rñsio ad d.l.si uiua matre.Et prædicta confirmantur,nã ex dicta substõne vulgari uocantur filij nepotis præmortui una cum alio nepote instituto, & cũ quo non cõcurrũt fœminæ ex instõne, ergo uerisimiliter cum illo nõ sunt etiam uocatæ fœminæ ex substõne vulgari, quia dicta

8 † substõ declaratur & interpretatur ex instõne.l.cohæredi.§.ꝗ discretas.de vul.& pup.& l.1.cum ibi nota.C.de insti.& substi. & per Bar.in l.fi.ad Tertul.& tanto magis quãdo feminæ, quæ dicerentur uocari ex substitutione,essent remotiores,& minus dilectæ,quã sint illæ,quæ sunt ab institutione exclusæ. Sicut ergo in hac parte testĩ, vbi fit mẽtio simpliciter de filijs dispositiue,& cõdõnaliter,masculinũ non cõcipit fœmininum, ita etiã in præcedentib.ubi de filijs est facta mentio, de masculis tantũ est intelligendũ ꝑ allegata superius. Tertio cõprobatur ista cõclusio. Nã testatrix, quæ instituit nepotes masculos ex fratre, erat de eadẽ agnatione,de qua erant dicti nepotes, quãuis esset

9 nupta,quia per hoc † non desijt esse agnata, ut probatur in l.voluntas.C.de fideicõ.& hoc ibi expresse vult Bal.& Sal.in figuratione casus.Quia ergo instituit nepotes ex fratre agnatos,& nepotes ex eodẽ fratre exclusit. & similiter altero decedente sine filijs substituit nepotẽ superuiuentẽ, & sic agnatum masculũ, ex his apparet,ꝙ tã institutio,quã substõ est facta gratia agnationis,& ꝙ ad agnationẽ testatrix habuit respectum. Vnde isto casu,quo præsumitur,ꝙ voluit bona in agnatione cõseruari,& hac rõne fęminæ proximiores, & magis dilectæ sunt exclusæ, dcĩm est,ꝙ appellatione filiorum positorum in conditione intelligatur solum de masculis,ut effectũ habeat intentio testatricis.Et ita isto casu determinat & concludit Pa.de Cas.in d.cõsi. 79.Casus iste frequenter contingit,&c.Nec est uerum, ꝙ ipse requi-

requirat, q statutum excludat fœminas, quæ non dñr positæ in cõdõne, immo solũ requirit, q instituti sint agnati, & substituti, & q fæminæ magis dilectæ ab instõne reperiantur exclusæ, quia constat ex his, q uoluit testõr bona in agnatione conserri, & propterea de fœminis non sensit, qñ filios in cõdõne posuit, quia aliàs intentio testatoris non posset adimpleri, neq. effectũ sortiri. Et ita ẽt est de intentione aliorum Doctorũ, qui trãseunt cũ Pa. de Ca. quos ad plenum refert & sequitur Soc. in l. cum auus. de condi. & demon. in 44. col. ver. 3. quæro de quæstione ualde solenni, &c. ut apertè colligitur ex rationibus eorum relatis in loco preallegato. Et quamuis Pau. de Cast. in d. consi. dicat, q hodie hoc est multum in vsu in Italia, vbi sunt statuta, q extantib. masculis filiæ fœminæ non succedant, & ad quem communem usum uidetur testator habuisse respectũ tñ intẽtio Pa. de Ca. nõ est, q dictũ statutum debeat actualiter interuenire, & uoluit dicere, q casu, quo interueniat, q tunc magis dicta opinio ꝓcedat, quæ locum ẽt habet cessante dicto statuto, quia ẽt si in loco non adsit, tñ testator disponendo dicto mõ habuit respectum ad communem, & generalem usum Italiæ, & non ad illum locum particularem, in quo contenditur, quia etiam si in illo loco statutum nihil disponeret, quia tamen communiter in alijs locis Italiæ statuta excludunt fœminas ꝓpter masculos, ad hunc communem usum testator in genere habuit respectum. Nec quantum ad id, de quo agitur, Corneus, & Soc. aliter intelligunt Pa. de Cast. qui illum allegant ad hoc, quod ubi in loco statutum excludit fœminas, appellatione filiorum ueniunt masculi tantum. Et est uerum, quod istud uoluit Pa. de Cas. sed ipse & prædicti non dicunt, quòd in casu suo specialiter, pariter & nostro, necessarium sit, quòd fæminæ, quæ dicuntur in conditione positæ, a statuto sint exclusæ, quia etiã statuto cessante, ex alijs constat, quod testator de masculis sensit. Et per prædicta ad omnia allegata in contrarium remanet responsum. Laus Deo.

¶ Filia in certa re instituta & filio masculo, si sine filijs decederet substituta, an filio cum filia decedente excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator excludens filiam filio instituto uidetur uoluisse agnationem conseruare.*

2 *Conditio, si sine filijs decesserit, quando solũ ad masculos restringatur. & nu. 4.*

Neptis ex filio facit deficere conditionem substitutionis, si sine filijs decesserit.

3 *Neptem testatoris esse melioris conditionis filia aliquando, non est absurdum.*

CONSILIVM CXLII.



VIA testator filium masculum instituit hæredẽ uniuersalẽ, & filiam in re certa vel quãtitate, & si filius decesserit sine filijs substituit dictã filiã, dubium oritur, vtrum filia uenire possit ex substõne, ex quo filius decessit sꝰpstite filia. Et uisis sup hoc cõsilijs ꝯrijs, vr̃, q filia ex fideicõmisso possit venire & q purificata sit cõdõ, sub qua fuit vocata, & potissimũ ea ratione

1 † quia ex quo testator exclusit filiam in institutione, & filium instituit, hoc factum uidetur gratia agnationis, & ut bona conseruentur in agnatione, iuxta no. per Io. And. in Spe. in rub. de successio. ab intestato. & Cyn. in l. 1. de adulterijs. & Bal. in l. qđ uero. de legibus, cum concordantibus. Si ergo testator in institutione exclusit filiam, & filium prætulit fauore agnationis, eodem modo in substitutione uidetur de masculis sensisse, & masculos tm̃ posuisse in illa cõditione, si decesserit sine filijs. Et q̃ rationem etiã ad propositum adducit Fulgo. in l. 1. C. de condõnibus inser. & Pau. de Ca. in consi. 79. incipiente, Casus iste frequenter contingit, &c. Et ultra eos istud comprobatur ex noc. per Bar. in l. fi. ad senatuscon. Treb. vbi uult, quòd si testator habens quatuor filios instituat vniuersaliter, & filiam in re certa, & si alter ex filijs decesserit sine filijs, substituit superstites, qđ istud ultimum uerbum restringitur ad masculos, & sub illo filia non continetur, quia sicut testator prætulit filios masculos in instõne, ita illos uidetur prætulisse in fideicõmisso. l. Lucius. §. pater. eo. tit. & leg. 1. C. de impub. & alijs subst. Quemadmodum ergo in casu Bar. verbum, superstites, restringitur ad masculos rõne prædicta, ita etiam in casu nostro, in quo hẽt locũ eadem rõ, illa cõdõ, si decesserit sine filiis debet restringi ad masculos ex tacita mente testatoris, quamuis alias filiæ ueniant appellatione filiorum. l. si ita quis. in princ. de test. tu. & l. si ita sit scriptum. in prin. de le. 2. & per Bar. in l. j. de uerb. sign. Nec ad hoc uidetur congrue responsum, dum dr̃ istud esse uerum extantib. masculis, prout testator loquitur, nam quando concurrunt masculus & fœmina uoluit testator masculos esse melioris cõdõnis, quia per masculos conseruatr̃ agnatio. Quæ rõ cessat in casu nostro, in quo ab utraq; parte uolunt succedere fœminæ, a quib. agnatio non conseruatur, & quia iste casus non est consideratus a testatore, remanet in dispõne iuris communis, & sic masculinum concipit fœmininum. Nam, ut est dictũ, masculi, tantum dicuntur in cõdõne positi, ut probatur per rationem prædictam, ex quo sequitur, q neptis non excludit filiã substitutam, sed ab illa neptis excluditur, & ꝑ consequens casus iste non est omissus. Nec obstat. l. cum auus. de cõdõnib. & demon. iuncta. l. cum acutissimi. C. de fidsicom. quia ibi nõ dicitur, q testator excluserit filias a successione uniuersali, sicut in casu nostro, uel ibi loquitur ꝭm ius commune, ꝭm quod succedit ita fœmina, sicut masculus. l. fi. C. de libe. præte. Et ita ẽt ad dictam legem respondet Pa. de Cast. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. Et quamuis ex qualitate substituti isto casu, quia est fœmina, dici non possit, q testator habuit respectum ad agnationem, sicut quãdo agnatus masculus est substitutus, ut per Pau. de Ca. in dicto consilio, tamen ex alio capite istud dici potest, uidelicet, quia fuit exclusa ab instõne fauore masculi & agnationis, & ex qua substõ declaratur. d. l. 1. C. de impube. & aliis substi. & per Bar. in d. l. fi. Sed istis non ob-

2 stantib. contrarium puto verius, & sic q † neptis ex filio faciat deficere illam cõdõnem, sub qua filia testatoris fuit substituta quia illa cõdõ, si decesserit sine filiis, comprehendit etiam filias, & sic masculinum etiam in cõdõne positum concipit fœmininum, ꝭm Io. And. in c. Raynaldus. de test. & Ant. de Bu. & alios ibi. & Ale. in consi. 55. in fi. 3. uol, & in alio consilio statim allegando. Et hoc præsertim est uerum in casu isto, in quo si cõdõ illa non fuisset expressa, tacite subintelligeretur, & in qua tacita cõdõne filiæ comprehenderentur, etiam si alius filius, vel filia testatoris fuisset substitutus. d. l. cum acutissimi. Et quasi in terminis pro ista parte consuluit Ale. in consi. 38. vol. 6. Nam & in casu suo testator instituerat filium uniuersaliter, & filiam in re certa, & si filius decederet sine filiis substituerat matrem suam, & sic fœminam. Et per prædicta concludit, q neptis ex filio excludat matrem testatoris substitutã, dicens etiam, q aut in casu prædicto, uel simili substitutus est extraneus, & excluditur per neptem ex filio præmortuo. Aut substitutus est agnatus masculus, & talis. qui ex forma statuti non excludit neptẽ, & idem, ꝑ no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. Aut erat talis, qui ex dispõne statuti dictam neptem excludebat, & tunc admittitur substitutus, & neptis non facit deficere cõdõnem, & quo casu, ꝭm eum, procedit id, quod uult Pau. de Cas. in dicto cõsi. 76. Casus iste frequenter contingit, &c. & sic uult Ale. q etiã substituto agnato masculo ille excludatur, si ex forma statuti, non excludit dictam neptem, quod est fortius. Et in d. consilio etiam duobus modis respondet ad illam rõnem, quæ allegatur in contrarium, & in qua fit præcipuum fundamentum, uidelicet, q ex quo testator exclusit filiam propriam multo magis uoluisse uidetur excludere neptẽ ex filio minus dilectam. l. si uiua matre. C. de bon. mat. Et primo qm̃, ꝭm eũ, per illam cõdõnem, si decesserit sine filijs, filii in cõdõne positi non sunt honorati, nec ex testamento uocati ꝭm gl. communiter approbatam in l. Lucius. de here. insti. sed remanẽt in dispositione iuris communis, ut possint patri ab intestato succedere, ut no. etiam ibi gl. & per consequens ex hoc dici non potest q neptis si melioris cõdõnis ex prouisione testatoris quam fi-

3 lia. Vel secundo, dicit ipse, dato † q contingere posset casus, q melioris sit cõdõnis neptis, quam filia, ut quia patri successerit ex testamento, uel ab intestato, tamen hoc non est absurdum, quia neptis hẽt hoc ex persona patris, & nõ cẽsetur habere ab auo, quia quam primum hæreditas illius fuit adita per filium, desiit esse hereditas aui, & cœpit esse hæreditas filii, ut no. glo. in

in l.hæreditas per seruum.de acq.hęr.& in l.1.§. veteres. de ac qu.poss.Præterea alia rōne dicta rō ꝯria est inepta in casu nostro,nam illa ponderatur,& allegari potest,qñ filia fuit nedum exclusa ex instōne,se etiam ex substōne,ut quia alius fuit substitutus, si filius decesserit sine filiis, tunc enim uidetur allegari posse,ꝙ neptis ex filio non sit posita in condōne ad exclusionē substituti, quia reperiretur dicto casu esse melioris condōnis quam filia testōris,qm̄ illa omni casu reperitur exclusa,sed neptis non,quia excluderet substitutum ad sui commodum, ꝙ nō pōt filia testatoris facere.Sed quando filia testōris est substituta filio decedenti sine filiis,ut in casu nostro,dici non potest ꝙ neptis sit melioris condōnis quam filia,etiam si faciat deficere illam conditionem.si decesserit sine filiis, sub qua dicta filia fuit substituta,quia filia reperitur a patre expresse honorata, & ex testamento uocata,saltem in euentum,quo filius decedat sine filiis masculis & fœminis,sed neptis aliquo casu ex dicto testamento non uocatur ex dispōne,nec ex hoc, ꝙ sit in condōne,dicitur uocata,per no.in d.l.Lucius. Quia ergo filia aliquo casu est in dispōne & est testamento expresse uocata ad hæreditatem patris,&,neptis,non sequitur,ꝙ dicto casu filia est melioris condōnis quam neptis,& propterea ad effectum filia ex substitutione admittatur, non potest adduci illa rō, ꝙ neptis non sit posita in conditione,ne sequatur absurdum, ꝙ minus dilecta.Et istud,iudicio meo,expresse ꝓbatur in d.l.cum auus, intelligendo enim generaliter sicut loquitur, & sic hēt locum, quando testator unum ex filiis instituit uniuersaliter hæredē in solidum,& alium in re certa,& quem substituit filio hæredi uniuersali post mortem,& sic sub tacita cōdōne,si decesserit sine filiis,ut ibi,& tamen ibi dicitur,ꝙ filius substitutus excluditur,si institutus decesserit cum filiis masculis uel fœminis, cuius ꝯrium esset dicendum,si rō ꝓdicta,quæ allegatur in cōtrarium, in proposito hēret locum quia illo casu sicut & nostro nepotes ex filio minus dilecti essent melioris condōnis quam filius testatoris magis dilectus.Sed hoc non est uerū in terminis illius legis,quia immo filius substitutus,& dicto casu uocatus est melioris cōdōnis quam nepotes ex filio,qui aliquo casu non sunt positi in dispositione nec uocati ex testamento ex eo ꝙ sint in cōditione positi,ut dixi. Vnde illo casu pariter & nostro neptis ex filio præmortuo excludit substitutum, quia cessat dictum absurdum.Et per prædicta satis etiam colligitur responsio ad omnia,quæ superius sunt allegata in contrariū. Et non obstat, ꝙ sicut filia fauore agnationis fuit ex institutione exclusa,ꝙ ita etiam intelligatur contemplatione eiusdem agnationis exclusa ex substitutione,per no.per Bar.in d.l.fi.ad Tre. quia Bar.loquitur, quando filii instituti, & propter quos filia fuit ab institutione exclusa, fuerunt etiam dispositiue substituti,nam tūc uerbum illud,superstites,restringitur ad masculos, quia quos testator prætulit in institutione, censetur etiam de eisdem sensisse in substitutione,& illos filiæ prætulisse. Et pro hoc bene facit.l.cohæredi.§.qui discretas. de uulg. & pup. Sed hic illos,quos testator filiæ prætulit in institutione,non uocauit ex substitutione, sed alios positi conditione,uidelicet descēdentes ex filio, qui etiam non dicuntur ex testamento uocati, per no.in d.l.Lucius.& filiam expresse substituit. Vnde non sequitur testator in institutione exclusit filias fauore filiorum masculorum,quos expresse instituit, ergo in substitutione, ex qua filia uocatur,expresse uoluit eam excludi per alios, idest, per descendentes tantum masculos filii grauati, maxime quia non sunt ex testamēto uocati,ut dixi,per quod etiam apparet, quod sunt deterioris conditionis quam filia expresse substituta & dicto casu ex testamento uocata.Et sic dici tunc non potest,quod in substitutione magis dilexerit masculos, sicut illos prædilexit in institutione,quia in institutione masculi sunt magis dilecti, quia ex illa sunt uocati, sed in substitutione minus præterea in casu Bartol. uerba restringuntur, ut filia excludatur ex substitutione, sicut fuerat exclusa in institutione, sed in casu nostro, si conditio restringeretur ad masculos,per hoc filia non excluderetur magis, sed facilius & magis admitteretur, quia solum excluderetur per superexistentiam masculorum, & non quando filius decederet cum filiabus, & sic non potest argui de institutione ad substitutionem, nisi ad effectum, ut excludatur filia ex illa, sicut fuit exclusa ex institutione, non ad effectum, ut admittatur magis ex substitutione,prout contingeret isto casu,si masculi tantum essent in conditione positi.Et hoc bene probatur in l. 3.§. si emancipatus. de bonorum possesf.contrabu.ibi,quo magis admittatur, non quo minus adhibeatur,&c.& quod dictum est de substitutione facta in testamento patris,idem est dicendum de illa,quæ facta fuit in testamento matri,quia concepta fuit sub eadem forma filio, sub qua reperitur substitutio facta a patre. Et ita concludendum puto. Laus Deo.

ADDITIO.

Vide in §. Cum ita, post num. 775. in secunda uero edit. par.7.post num.68. Hier. Zanch.

¶ Neptis ex filio an faciat deficere conditionem fideicommissi relicti,si filius sine filijs decesserit exclusa per testatorem propria filia.

SVMMARIVM.

1 *Filia an faciat deficere conditionem fideicommissi relicti, si sine filijs deceßerit.*
2 *Minus dilectus quod sit melioris conditionis magis dilecto euitādum,nisi sit diuersa ratio.nu.9.& 11.*
3 *Masculinum concipit fœmininum ex interpretatione,non ex propria significatione.*
Proprietati standum, quando cum ea concurrit uoluntas testatoris.
4 *Filia non excludit substitutum etiam extraneum,quando testator proprias filias exclusit.*
5 *Neptis ex filia excluditur,quando pro conseruatione agnationis & propter sexum testator filias proprias exclusit.*
Vbi est eadem ratio,ibi non dicitur fieri extensio.
6 *In conditione,si sine filijs deceßerit,ueniunt fęminæ,nisi mens testantis contrarietur.*
7 *Testator ex eo quod proprias filias exclusit, quando non uideatur exclusiße neptes ex filio.*
Testator in dubio uidetur se cōformare cum dispositione statuti, & in non dispositis a statuto iure communi.
8 *Neptis ex filio quod substitutum etiam agnatum excludat.*
Intellectus l.si uiua matre.C.de bonis mater.
9 *Neptis subintrans in locum patris mortui, succedit ex persona propria auo.*
Qualitas masculinitatis uel agnationis quomodo in nepte ex filio consideretur.
12 *Filius grauatus per fideicommissum restituere transmittit in filias ius detrahendi duas quartas, nec fructus in Trebellianicam imputantur.*

Testamentum factum in carceribus per condemnatum ad mortem est nullum,uel ante condemnationem factum secuta decapitatione rumpitur.

CONSILIVM CXLIII.

PRIMA quęstio reputatur adeo difficilis,ꝙ si uellem omnia,quę ꝓ utraq. parte adduci possunt,in medium deducere, id fieri non posset facile. Vt igitur prolixitas euitetur,& nil tamen,ꝙ ad tem 1 magis pertinet,omittatur,quā breuius fieri poterit,qđ ueritati arbitror conuenire,conabor ad illud,de quo q̄ritur,congrue respondere. Proponitur igitur, ꝙ quidā Pacius de Tuderto condidit testamētum, in quo sibi hæredes instituit Romulum & Baldum filios suos,& si aliquis ipsorum decesserit sine filijs in pupillari ætate, uel aliàs quandocūq. tunc & eo casu substituit superuenientem ipsorum hæredum uniuersaliū in d. hæreditate, & ꝙ ēt tres filias suas instituit in re certa cum hoc,ꝙ plus de bonis paternis, & maternis petere non possint. Quia igitur d.Baldus decessit sine filijs masculis, superstitibus duabus filiab.quæritur primo, utrum frater suus superstes ad eius portionem admitti possit ex fideicommisso. Secundo quęritur,utrum dicta filia a successione patris saltem excludatur ex eius testamento per eum conditio in carceribus, in quo fratrē suum instituit hæredē,& filias dotauit,& in dote hæredes instituit. Quo ad primum uidetur prima facie dicendum, ꝙ d.Romu-

mulus ex testamento paterno sit per fideicommissum vocatus ad portionem Baldi fratris sui, qui decessit sine filijs masculis,
1 †quia quamuis appellatione filiorum positorum sub illa cōdōne, videlicet si aliquis ipsorum decesserit sine filijs, contineatur etiam filiæ, & earum superexistentia faciat dictam conditionē deficere. l. si ita sit scriptum. de leg. 2. & l. si ita. in princ. de testa. tut. & l. 1. C. de cond. inser. nihilo minus isto casu ex mente testatoris, quæ prædominatur, & præualet, de masculis tm̄ uidetur intelligendum. Nam, ut præmissum est, testōr proprias filias exclusit a successione uniuersali, & filios masculos instituit. Si ergo proprias filias fauore masculorum exclusit pater a sua hæreditate, multo magis credendum est uoluerit neptes ex filio minus dilectas excludere, & per consequens debet alter filius superstes ad partem Baldi admitti ex fideicommisso quo succeditur patruelis, & non ipsi grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. de
2 vul. & pup. substit. quoniam absurdum† est, ꝙ minus dilectus sit melioris conditionis, quam magis dilectus. l. si uiua matre. C. de bonis maternis. & l. Publius. §. fi. de cond. & demon. & iō pro hoc absurdo euitando a uerbis receditur & uerba restringuntur, ut probatur ex no. per Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posthu. qui refert Richar. Malumb. in quadam sua disputatione, de quo etiam facit mentionem, ꝙ cum eo transit Io. And. Spe. in rub. de testa. in uer. sub hoc titulo generali, &c. & probatur ex no. per Bar. in l. si pater. §. 1. de uul. & pu. subst. qui saluando subtiliter glo. ibi uult, ꝙ substitutio uulgaris, quæ uno casu concepta solet extendi ad alium casum, non extendatur, quando mediante tali extensione resultaret absurdum, quod magis dilectus reperiretur deterioris conditionis, quam minus dilectus. Et per eandem rationem uult Bar. in alio casu in l. quidam relegatus. §. fi. de reb. dub. quod a uerbis testatoris & a ꝓpria significatiōe recedatur, ut prædictum absurdum euitetur, & Ale. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uocan. Et ita etiam per istam rationem in terminis nostris uoluit Rapha. Fulgosius in consi. 13. inc. Solennia, &c. ubi proprie loquitur quando testa-
3 tor† filias instituit in re certa, & filios instituit uniuersaliter, quos adinuicem substituit, si alter decesserit sine filiis, & uult, ꝙ si alter decedat cum filia, quod habebat locum substitutio fi-
4 deicommissaria, argumen. d. l. si uiua matre, & † quia masculinum concipit fœmininum non ex propria significatione, sed ex interpretatione, secundum Bar. in l. j. de uerb. significa. Si ergo ubi ex coniecturis constat de mente, receditur a propria significatione. l. non aliter. in prin. de leg. tertio, multo magis standū propriæ significationi, quando cum illa concurrit intentio testatoris, & de qua cōstat isto casu per rationem prædictam. Et idē tenet idem Rapha. in consi. 36. incip. In proposita quæstione, &c. & in l. 1. C. de conditionibus inser. Et hæc opinio potissime est uera, quando substitutio reperitur facta de agnato masculo quia cum in institutione & substitutione prætulerit testator agnatos masculos fœminis, ex hoc apparet, quod intentio testatoris fuit bona in agnatione conseruare quia ergo hac ratione proprias filias magis dilectas exclusit, s. fauore agnationis, multo magis eius contemplatione creditur uoluisse excludere neptes ex filio minus dilectas. Et ita istis omnibus concurrentib. uoluit etiam Pau. de Ca. in consi. 79. inci. Casus iste frequenter contingit, &c. & pro hac opinione fuit ēt aliàs consultum per Doct. Papienses, & do. And. Siculum, & Arc. quos refert, & in his terminis sequitur Soc. in repetitione l. cum auus. de condi. & demon. uer. tertio quæritur de quæstione ualde solenni, &c. & ibi etiam refert quoddam aliud cōsilium Pa. de Ca. de uerbo ad uerbum factum in ciuitate Camerini, ubi tenuit eandem opinionem, etiam quando extraneis fuisset substitutus, puta pia causa, præsertim per rationem superius tactam, & quia excludendo testator filias, tam ab institutione quam a substitutione,
5 hoc fecisse credendum est solum propter sexum, quia† per ipsum non conseruatur agnatio, quia si alio respectu, & propter odium filias exclusisset nascituras, etiam non priuasset, in quibus non cadit demeritum. l. si quis in suo. §. legis. C. de inofficioso test. Si ergo propter solum sexum uoluit filias excludere, non filiationem, sed sexum uoluit muliebrem excludere uoluit, ergo & neptes ex filiis, in quibus uiget idem sexus, ad quē testator uidetur habuisse respectum duntaxat, quoniam non similis, sed eadem ratio est de filiab. ad neptes ex filis, propter ꝙ non dicitur fieri extensio de persona ad personam, quod faciē-

dum non eēt in materia odiosa l. illam. C. de collationi. & l. si uero. §. de uiro. sol. ma. sed dicitur una & eadem dispositio circa filias & neptes ex filiis, inspecta unitate rōnis & cāæ, ut patet ex no. per Cynum in l. unica. C. quæ sit longa consuetu. & in l. quod uero. de legibus, ubi dicit, ꝙ ubi est eadē rō, non debet fieri extensio, sed ex unitate eiusdem legis determinatur alius casus & oritur directa, licet uerba deficiāt. l. fi. C. de indic. uiduita. tollen. & latius & notabilius ſm Pau. de Ca. in hoc loqtur Bal. in l. de quibus. ff. de legib. quia una & eadem rō est determinans diuersas species casuum emergētium. Et refert Bal. dicere, ꝙ si statutum excludat filiam propter filiū, excluditur etiam neptis ex filio, quia filia fuit exclusa propter sexum, quæ est idem in nepte, & quia remotior non dēt eē melioris condōnis. Allegat etiam Cynum post Nic. de Mattar. in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. unde arguendo de exclusione statuti ad exclusionem testatoris, ut facit Bal. in l. maximum uitium, C. de lib. præteri. dēt excludi neptis ex filio, & prout latius per Pau. de Ca. in d. consi. Et in his consistit summa rōnum suarum, quæ præcipue hēnt locum, ut dixi quando substitutus est agnatus. Quibus tamen non obstantib. contrarium de iure arbitror ve-
6 rius, nam ut tactum est, † in condōne illa, si decesserit sine filiis positæ ēt intelliguntur filiæ ex natura uerborum, & ſm iuris interpretationem, ut in iurib. præallegatis, & iō per superexistentiam earum excludi dēt substitutus, si de contraria mente testatoris non appareat auus, de conditionib. & demonstrationib. & l. cum acutissimi. C. de fideic. iūcta. d. l. 1. C. de cond. inser. Quia ergo intentio filiarum ipsius Bal. est fundata, sola uis est in rn̄dendo ad contraria, & ex rn̄sionib. ēt clarius apparebit de ueritate. Non ob igitur primo, ꝙ sicut testator exclusit filias proprias magis dilectas fauore substituti, ꝙ uerisimiliter magis uoluerit excludere neptes ex filio minus dilectas. quia ubi filiæ ex forma statuti excluduntur a filiis, & prout arbitror extare statutum, non excluduntur a patruo. ad argumentum rn̄detur, ꝙ testator filias exclusit ab instōne, quia etiam ab intestato excluduntur a successione patris ex forma statuti, quod, ut dixi, illas excludit filiis extantibus & easdem etiam exclusit a substōne, postquam sunt exclusæ, quia similiter postquā sūt exclusæ per existentiam masculorum ex forma statuti perpetuo remanent exclusæ, ſm Bar. Bar. in l. fi. in prin. ad Tertu. & Bal. in aut. sed & si quis. & in l. in quibus C. de secundis nup. & in c. 1. §. cum esset, in tit. episc. uel abb. Vnde testator in dubio instituendo & substituendo uidetur se uoluisse conformare cū dispositione statuti, ut probatur ex no. per Bar. in l. ut iuiurā. §. si liberi. de ope. lib. & Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. cum concordantib. de quib. ibi per Mod. & in l. Gallus. §. j. de libe. & posth. sed neptes ex filio non exclusit, sed eas in condōne posuit, & sic tacite uoluit, ꝙ succedant patri ab intestato, & per consequens, ꝙ bona etiam sua quę peruenerunt ad patrē earum, consequatur. ut no. per gl. & Doct. in l. Lucius. de hær. insti. & hoc quia a successiōne patris non excluduntur ex forma statuti per superexistentiā patrui substituti, sed de iure cōmuni, a quo tunc non est recessum, dictæ filiæ excludunt ab intestato patruum, & cum quo uidetur testator hoc casu se uoluisse conformare ea rōne, qua in casu præcedenti censetur habuisse respectum ad statutum ut ꝓbatur ex no. per gl. & alios in d. l. Gallus. §. 1. & expresse hoc etiam uult Bar. in l. uxorem. §. testamento. de le. 3. per no. in d. §. j. & per l. quæro. §. inter locatorem. ff. lo. Et quamuis Soc. in d. §. 1. uideatur dicere, ꝙ facilius præsumitur quis se conformare cum statuto propriæ ciuitatis, quam iure communi, contrarium tamen directo uult Bar. in d. §. testamento. cum quo transeunt alii in l. Caius. sol. mat. ubi uult, ꝙ quando pater stipulatur dotem sibi, & filiæ copulatiue, uel alternatiue, ꝙ intelligitur stipulatus ſm dispositionem iuris communis, cum quo uidetur se uoluisse conformare, de quo non facit mentionem Soc. & idem probatur ex no. per gl. in l. cum ita §. in fideicommisso. de le. 2. dum vult, ꝙ in relicto facto familiæ, ad quod admittuntur illi de familia, ꝓ ut quisque est proximior ut ibi, admittitur nepos ex fratre præmortuo cum patruo, quia eo modo etiam succedūt ab intestato de iure communi, auth. cessante, C. de legit. hær. & cū quo, ſm lm. ibi, ex intentione glo. testator intelligitur in dubio uoluisse se conformare, & illa glos. communiter approbatur. Et quamuis per fideicōmissum, ut est dictum, succedatur testato-

ri,

ri,& non grauato.per d.§.cum filiæ.& in successione testoris substitutus,quia est filius,excludat neptem ex alio filio ab intestato ex forma statuti, quia tamen per mediam personam grauati succedit fideicommissarius testori,eiusdem intentio testoris fuit ponẽdo filios grauati in cõdõne,ꝙ eius bona remaneăt penes illos,succedendo patri ab intestato.ut no.gl. & Doct.in dicta leg.Lucius. & sic quantum ad dictos filios in conditione positos testator respectum ad successionem intestati ipsius grauati.quia ergo illa defertur ẜm ius commune filiis grauati,qui non excluduntur a patruo substituo per statutum, propterea testator tunc videtur voluisse eo casu patruum substitutum ad mitti debere, quo succederet ab intestato ipsi grauato de iure communi,& sic filiis & filiab.non extantib. Vnde ex præmissis patet manifeste,ꝙ rõ quare filiæ primi gradus excludantur ex instõne & substõne per testatorem,nõ hẽt locum in nepte ex filio præmortuo.non enim conqueri possunt filiæ,quia si pater non fecisset testamentum,omnino ab intestato fuissent exclusæ perpetuo per superexistentiam filiorum masculorum ab intestato,& sic nullam patiuntur iniuriam, sed vbi testator non substituisset,vel testamentum non fecisset,neptis ex filio mortuo postquam successit patri,nõ fuisset exclusa a bonis aui,sed succedendo patri ab intestato nullis filiis masculis extantib.potuisset consequi bona aui unita cum reliquo patrimonio suo, & a quo non excluditur a patruo, iõ neptis intelligitur posita in cõdõne ad exclusionem illius, quia alias conqueri posset,& iniuriam testõr nepti faceret.In his ergo terminis,in quib.institutus ab intestato excludit filias,& substitutus neptes ex filio,

8 † potest eẽ uera opi.Pa.de Ca.& aliorum,prout etiam vr̃ eẽ de mente illius in d.cõsi.79.qui ad statutum exclusiuum fœminarum ab intestato uidetur habere respectum.& ita illum intelligit Ale.in consi.38.uol.6.& Corne.in consi.55.1.uol.circa fi.& Soc.in consi.51.col.1.uer.octauo,&c.quarto uol.& probatur per rõnem prædictam,sed ubi institutus ab intestato excludit neptes ex filio a successione patris, ut in casu nostro, tunc dictę neptes intelliguntur positæ in cõdõne ad exclusionẽ substituti,ẽt agnati,quia cessat rõ, quæ hẽt locum in alio casu.Et hoc ultra p̃dicta confirmatur ex no.per Bald.in l.uenia.C.de in ius uocan.vbi uult, ꝙ si ex forma statuti excluditur filia per existẽtiam filiis masculi,ꝙ nepti ex filio pręmortuo non intelligitur exclusa, quia ex quo statutum ex parte fœminarum est odiosum,nõ dẽt extendi de filiab.ad neptem,& quia neptis repræsentat patrem,qui non excluderetur.Et dicit Ale.ibi,ꝙ nõ meminit hoc alibi legisse,& ꝙ cum Bal.transit etiam Pe.de Anch.in c.canonum statuta de cõsti.in versi.his igitur quinq; mẽbris,&c.nec ꝯrium dicit Bald.in d.l. de quib.de legib.quicquid dicat Pau.in d.consi.Et quamuis Fulg.uideatur ibi contrarium uelle,arg.d.l.si uiua matre.nihilo minus illa lex non obstat, q̃a procedit,quando persona remotior coniũgitur defuncto p personam exclusam,& † ideo statutum excludens filiam,censetur

9 etiam excludere neptem ex filia de qua statutum non loquitur secundum Bald.in d.l.uenia,& Barto.in l.liberorum,de uerb.sign. quia illa neptis est coniuncta defuncto mediante persona filiæ exclusæ,igitur exclusa radice intelliguntur exclusę aliæ personæ,quæ ex illa descendunt,ut etiam uoluit Barto.in l.2.§.uidendum. ad Tertul. sed ubi persona,de qua non fit mentio in statuto,non cõiungitur defuncto per personam expresse exclusam a statuto,sed per alium,in casu prædicto in quo neptis ex filio non coniungitur defuncto per personam filiæ exclusæ,sed per filium,qui non est exclusus,& tunc ad exclusionem proximioris non sequitur exclusio remotioris.Et ita etiã declarat in l.illam,C.de colla.& quantum ad hoc cum eo concordat Alexand.ibi.Non obst.etiam alia ratio Alexand. in d.l.venia.contra Bald.dicentis, quod aut neptis uult succedere ex persona sua,& non potest,cum sit in secundo gradu, & filius in primo,qui tanquam proximior debet præferri.leg.2.§.j. de suis & legi. Aut vult venire ex persona patris, & similiter non potest,quia qualitas masculinitatis ponderata a statuto,& quæ est in patre non est in illa, ideo non potest uenire ex persona patris,& qua ratione,secundum eum,utitur etiam Barto. in d.l.liberorum.uersi.pone retento,&c.cum seq.Item, secundum Ale.pro hoc facit ratio agnationis, quę fuit ratio statuti,ẜm Cy.in l.1.C.de adult.cum concor.Nam ad hoc tenendo opin.Bal.facile respondetur,ꝙ neptis subintrat in gradum patris, & sic incipit tenere primum locum sicut filius, & succedit auo simul cum alio filio ex persona propria,& non ex persona p̃ris l.2.C.d̃ libe.præte.& ibi no.Bar.& alij.& l.1.§.si sit.& ibi Bar de col.dot.& per eum in l.1.§.si filius.de coniung.cum emanc lib. Nec qualitas masculinitatis est in consideratione in nepte, nisi quantum ad effectum excludendi, & sic solum quoad neptem,quando vult excludere fœminam ex dispositione statuti, propterea neptis ex filio non potest filiam excludere, quamuis successerit in gradum patris, quia in ea non reperitur qualitas masculinitatis, propter quam conceditur patri licentia excludendi,& tali casu loquitur Barto.in d.l.liberorum,sed isto casu neptis non intendit excludere,sed uult non excludi, & quæ etiam neptis ex filio non excluditur a patre suo ex forma statuti,quia sit masculus,sed excluditur de iure communi alia ratione,scilicet,quia pater illam præcedit in gradu,& ideo neptis etiam ex filia excluditur ab illa. Quia ergo filius non excludit neptem ex eo uigore statuti, sed de iure communi, qualitas masculinitatis frustra hoc casu ponderatur in filio,quia secundum ius commune illa non est in consideratione, quia tunc neptis non succedit ex persona patris, sed ex persona propria. Nec obstat ratio agnationis ponderata per Alexand. quia fauore dictæ agnationis uoluit statutum solum excludere personam in statuto nominatam, puta filiam,non autem aliam personam,quæ non sit coniuncta defuncto per illam,puta neptem ex filio,ut probatur ex no. per Bart.in l.1.in §.pen.de bo.poss.ẜm tabu.vbi præsupponit,ꝙ licet mater sit exclusa per statutũ, ꝙ tamen non excludatur soror,& probatur ex no.per Bald.& alios,in d.l.venia.& tamen secus esset, si dicta ratio agnationis simpliciter esset in consideratione. Quia igitur caput exclusiuũ dicti statuti est odiosum,non extenditur ad alias personas non nominatas,quia quoad illas & in præiudicium earum nõ præsumitur statutum uoluisse agnationi prouidere. Quemadmodum ergo statutum excludens filiam non intelligitur excludere neptem ex filio,ẜm Bal.& Pet.de Anc. in locis, prædictis,& quorum opinio defenditur per prædicta, eodem modo exclusio testõris non debet trahi de filia ad neptem,quia non differt talis exclusio ab altera, ẜm Bal.in d.l.maximum uitium,& in l.

10 si defunctus.C.de suis & legi. Non† obstat ẽt, ꝙ testõr uideatur habuisse respectum potius ad sexum, quam ad personam, quia catenus testator ad sexum uidetur respectũ habuisse, quatenus statutum ad illum respexit,& non ultra.Quia igitur statutum excludit filias propter filios masculos ratione sexus, eodẽ modo testator instituit filios,& filias exclusit,sed quia non excluduntur filiæ a successione patris per superexistentiam patrui, & sic ad sexum isto casu non habuit respectum sic etiam testator uidetur uoluisse, ꝙ neptes ex filio succedant patri, & ꝙ non excludantur a patruo,quoniã,vt dictum est, tam quoad filias, quam quo ad neptes videtur testator se uoluisse conformare cum dispositione statuti, ubi extet statutum, & ubi illud cesset,cum dispositione iuris communis.Nec reputatur absur-

11 dum, † ꝙ isto casu filiæ sint deterioris conditionis quam neptes ex filio,propter diuersitatem rationis,quoniam non incõuenit,ꝙ testator uoluerit fauore filiorum excludere filias,& ꝙ tamen uoluerit neptes ex filio excludi a patruo, ex quo per statutum in hoc etiam differt filius a patruo in successione intestati,ad quam etiam testator uidetur habuisse respectum, ut superius est probatum.Et per hæc etiam sequitur,ꝙ intentio testatoris non repugnat, si appellatione filiorum positorum in conditione contineantur filiæ,sicut de iure continentur, sed quod verba deseruiant menti, & sic in effectu ad omnia,quæ in contrarium allegantur, & allegari possunt ex pręmissis responsio colligitur clara. Sed dato etiam, quod bona d. Baldi per eius

12 mortem subiacerent restitutioni fideicommissi† qd̃ nullo mõ puto concedendũ,filiæ tñ illius ex persona patris, & tanquam hæredes illius possent deducere legitimam & Trebellianicam, & sic dimidiam,iuxta no.in c.Ray.de test.& in l.quamquam.C.ad leg.Falc.& per Imo.& Ale.plene in l.in rõne.§.qd̃ vulgo.ff co.ti.Nec isto casu fructus interim percepti per Baldum debet in Trebellianicam imputari, cum sint de liberis primi gradus. l.iubemus.C.ad Treb.& quamuis Pau.de Cast.in l.qd̃ de bõis.§.fructus.ad leg.Falc.& Par.de Cast.in l.mulier.§.cum proponeretur.ad Treb.cum quo uidetur transire ibi Ale.dicat,ꝙ d.l.iubemus.quantum ad hoc locum non habeat, quando ueniunt de-

detrahendæ duæ quartæ, sed vna tm̃, nihilo minus cõtrarium præsupponit expresse Bart. in d.l.qđ de bonis.§.qđ auus.& ad hoc,§. ꝙ ẽt dicto casu fructus nõ imputentur in quartã, pōderat Ale.ibi, & refert, qđ idẽ cõsuluit Ang.& cũ prędictis trãsit, & respondet ad d.l.iubemus, quæ ponderatur in contrarium, subdens ꝙ propter authoritatẽ Bar.& Ang.durũ esset in practica obtinere cõtrariũ,& ipsimet Pa.de quo Ale.nõ facit mētionẽ in d.l.iubemus. tenet istam opinionẽ, qui ẽt ꝓ hac parte alle-
13 gat Bar.in d.§.ꝙ auus.† Sed quia d.Bal.in carcerib.existens fecit testm̃, in quo fratrẽ instituit hæredẽ uniuersalem, dotando filias & illas in dote instituẽdo vr̃,ꝙ ex persona patris, cuius nõ sunt hæredes, nõ possint legitimã patris, & Trebellianicã detrahere de bonis aui, sed ꝙ totum pertineat ad fratrem iure hæreditario. Verũ quia proponitur, ꝙ d.Bal.existẽs in carceribus ad mortẽ fuit cõdẽnatus, & ꝙ fuit decapitatus, dr̃, ꝙ si dicta condemnatio ad mortẽ præcessit testi factionẽ, ꝙ testm̃ nõ valuit, & si subsequuta fuit, ꝙ testm̃ pręcedens fuit ruptũ, quia p̃dicto mõ cõdẽnatus, factus fuit seruus pœnę, qui nõ hẽt testi factionem.l.eius qui.§.1.de test.& ibi post gl.ita ẽt determinat Bar.& alij, & Bar.in l.1.de bo.dã. Et per prædicta ad omnia, de quibus quæritur, remanet responsum. Laus Deo.

¶ Filia a patre exclusa, facta inter masculos substitione, si sine filijs decesserint, an neptis a successione patris sui censeatur exclusa, & substitutus admittatur. Et quando nepos ex fratre non dicatur patruo substitutus. Et quando per diuisionem dicatur fideicommisso renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filijs decesserit, masculos tantum quando cõprehendat. nu. 14.*
Minus dilectus ne sit melioris conditionis quam magis dilectus, euitandum, etiam uerba impropriando, nisi sit diuersa ratio. nume. 12.
2 *Testamentum sequens an recipiat declarationem a præcedenti, & a consuetudine maiorum in testando, ut clara reddatur uolũtas testantis. nu. 17.*
3 *Consuetudo unius familiæ quoad illã ita attendenda sicut unius populi quoad uniuersum. nu. 18.*
4 *Testator uocando filios, de masculis uidetur sensisse, ut se cum dispositione statuti conformet.*
5 *Verbum, sine filijs, in conditione exponitur, id est sine liberis.*
6 *Superfluum non dicitur, cum implicite dictum magis explicite exprimitur.*
7 *Filij filiorum in conditione positi quando censeantur etiam in dispositione positi.*
8 *Testator instituendo filios, & filiorum filios substituendo, censetur unicuique filio proprium filium substituisse, & in eius portione non patrui.*
9 *Verba dubia testamenti interpretantur contra illum, qui in eis se fundat, & secundum id, quod est magis uerisimile.*
10 *Fideicommissarius, etiam si sit de liberis, non transmittit fideicõmissum conditionale.*
11 *Filiorum appellatione ueniunt fœminæ in substitutionib. etiam filijs conditionaliter uocatis.*
13 *Testator in dubio uidetur se uelle conformare cum iure communi, ubi cessat statutum.*
15 *Filiæ a patre grauato per fideicommissum institutæ, quando substitutum excludant.*
16 *Testator in dubio uidetur potius uelle, fideicommissum ab eo relictum regulari secundum ordinem, quo filio grauato succeditur, quam pro sibi testatori.*
19 *Per diuisionem quando fideicommisso renunciatum dicatur.*
20 *Alienatio si permittitur, comprehenditur etiam hæredis institutio.*

CONSILIVM CXLIIII.

PROPONITVR in facto, quod Ioan. de Branca de Eugubio in suo testamento instituit Matthæum & Franciscum eius filios uniuersales hæredes, & si aliquis uel unus ex prædictis suis filijs decesserit quã docunque ante alium, sine filijs legitimis & naturalibus, deueniat portio illius, & accrescat in superuiuentẽ. Et intelligatur tam in filiis quam in nepotib. usque in infinitum, &c. & dicitur etiam, ꝙ dictus testator reliquit filiab. suis iam dotatis certam modicam quantitatem iure institutionis, & ꝙ d. Matthæus vnus ex filiis testõris decessit superstitib. ex eo sex filiab. quas hæredes instituit, & duob. nepotib. masculis ex Francisco eius fratre præmortuo. Quæritur ergo, utrum dicti nepotes Matthæi & filii d. Francisci dicantur ex testamento aui paterni uocati ad partem d.Matthæi, & an euenerit casus dicti fideicommissi. Et uidetur dicendum, ꝙ omnes dicantur uocati ꝑ fideicommissum ex testamento prædicto, maximẽ per illa uerba, & intelligatur tam in filis, quam in nepotibus usque in infinitũ. Ex quibus uerbis manifeste dicitur apparere, ꝙ ex substitutione proxime præcedenti uoluit uocari nedum filios institutos, sed etiam nepotes, & similiter videtur, ꝙ euenerit casus fideicõ
1 missi, ex quo Matthæus decessit sine filiis masculis † quia quãuis fuerit grauatus, si decesserit sine filiis, tamen intellexit testator de masculis & non de fœminis. quod colligitur ex eo, ꝙ ꝓprias filias exclusit testõr ab vniuersali sua successione. Si enim filias proprias exclusit magis dilectas, tum quia proximiores, quia erãt natę, uidetur magis uoluisse excludere neptes minus dilectas, cum essent remotiores, & adhuc forte nõ natæ, ut notatur in l. qui filiab. in prin. de leg. 1. quoniam absurdum est, ꝙ minus dilectus sit melioris cõdõnis, q̃ magis dilectus. l. Publius. §. fi. de condi. & dem. l. si uiua matre. C. de bonis mater. & ꝙ ꝓ euitãdo dicto absurdo recedatur a ꝓpria signatione uerborũ, & impropriẽtur uerba, in pulchra qõne vult ẽt Bart. in l. Gall⁹. §. quidã recte. de libe. & posth. post Richar. Malũ. in quadã disputatione, & in alia qõne idẽ uult Bart. in l. quidã relegatus. §. fi. de reb. dub. & Ale. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uocan. & probatur ex no. per gl. in l. si mater. §. 1. de vul. & pup. ex qua colligitur, saluãdo eã, ut ibi facit subtiliter Bar. ꝙ substõ vulgaris, quæ solet extẽdi de casu ad casũ, iuxta d. l. Gallus. §. & q̃d si tm̃ cũ ibi notatis plene per Bar. & alios, ad aliũ casũ nõ porrigitur, qñ mediãte tali extẽsiõe sequeretur absurdũ ꝙ minus dilectus sit melioris cõdõnis, quã magis dilectus. Et per istã rõnẽ Pa. in terminis nostris in cõs. 79. inci. Casus iste frequẽter ꝑtingit, &c. vult, ꝙ filij masculi tm̃ dicãtur in cõdõne positi, & ꝙ filiæ fœminæ non faciãt deficere cõdõnẽ fideicõmissi. Et hoc maxime dicit eẽ uerũ, qñ testõr substituit agnatos masculos, q̃a ex hoc ꝙ ꝓprias filias exclusit, & filios masculos instituit, & illis quãdocunq. decedentib. sine filijs substituit dictos agnatos, ut repe ritur factũ ĩ casu nostro, colligitur, ꝙ intẽtio testõris fuit, bona sua in agnatione conseruare, sicut est eadẽ intẽtio statuti, quando excludit fœminas extãtib. masculis, ſm Io. And. in addi. Spe. in rub. de succes. ab intest. & Cyn. in l. j. C. de adulte. & Bal. in l. maximum uitiũ. C. de libe. ꝑte. & in l. ꝙ uero. de legi. cũ cõcor. & ad cuius statuti similitudinẽ videtur testõr ordinasse suã dispositionẽ, & uoluisse, ꝙ bona sua conseruarentur in agnatiõe, & ꝯñr uidetur in illa cõdõne, si decesserit sine filijs, sensisse solũ de masculis. Et idem tenuit etiam Fulg. in l. 1. C. de cond. infer. & in consi. 18. Solamutia, &c. & in cõsi. 38. In proposita qõne, &c. mouetur prædicta rõne, uidelicet, quia esset absurdũ, ꝙ neptis testõris minus dilecta sit melioris cõdõnis quã filia testõris magis dilecta. d. l. si uiua matre. & quia masculinũ non concipit fœmininũ ex propria, sed ex impropria significatione, & ex mẽte interpretata, ſm Bar. in l. 1. de uerbo. signifi. Si ergo a propria uer. signi. recedimus ex tacita mente testõris. l. non aliter. in pri. de leg. 3. quanto magis standum est propriæ significationi, ſm quã, ut dixi, masculinũ non concipit fœmininum ex coniectura ta & uerisimili mente defuncti, & quia testõr filios instituit vniuersaliter & filias in reb. certis. Sicut igitur in institutione masculos separauit & dispari censuit iudicio, ita quoq; in ipsa substitutione credendum est, testatorem neptes a neptibus ex vtroque filiorum dispariter & non pariter uocasse. l. j. C. de impube. & aliis substitu. & l. quoties. cum sequenti, ad Tre. & pro ista opinione consuluerunt etiam aliàs Doc. Papienses, & do. Aret. ut refert Soc. in l. cum auus. de cond. & demon. col. 44. cũ pluribus sequentibus uers. tertio quæro. de qõne ualde solẽni, ubi latissime examinat hanc quæstionem, & tandem concludit cum Pa. de Ca. in d. consi. 79. quod stante hoc, ꝙ filiæ a testatore sint exclusę, ꝙ aut filio decedẽti sine filiis substituti sũt agnati testatoris, & admittitur substitutus, tanquam filij masculi tan

tum sint in cōdōne positi nō solū ea rōne, quia filias proprias, & magis dilectas testōr excluserit, sed ēt, q̃a tā ex institutione quam ex substitutione apparet, ꝙ intentio testatoris fuit bona in agnatione conseruare. Et etiam isto casu Arc. idem tenuit in d. cōsilio per hanc ultimam rationem, & pro qua allegauit Io. And. in Spec. in rubric. de testa. uers. sub hoc titulo generali. Si uero substitutus fuisset extraneus, & tunc neptis ex filio graua to excluderet substitutum, quia cessat tunc dicta ratio agnatio nis, ad q̃ testōr nō habuit respectū, ex quo substituit extraneū.
2 Et† in casu isto præsertim ista opinio uidetur tenenda, quia p̃supponitur, ꝙ idem testator prius fecerat aliud testamētum, in quo filios institutos grauauit, si decessérint sine filijs masculis restituere hæreditatem suis nepotib. Vnde ex illo priori testō declarantur uerba ambigua ultimi testamenti, in quo filii filiorum simpliciter sunt positi in cōditione, ut s. presumatur de ma sculis tantum sensisse, & etiam qualitas masculinitatis apposita in primo testamento intelligitur in secundo repetita, quia mutatio uoluntatis non præsumitur, ut uidetur expressum in l. cū tacitum. de probatio. ubi habetur, ꝙ tacitum fideicommissum relictum incapaci ab hærede in primo testamento, intelligitur repetitum ab eodem in sequenti testō, quia mutatio uoluntatis non præsumitur. Accedit etiam, quia, ut dicitur, reperiuntur extare plura testā ascendentium testatoris, & de domo testōris de la Branca, ex quib. apparet, ꝙ mos fuit, & consuetudo antiquorum in testando fauore agnationis pro conseruatione do-
3 mus, & cippi, † & quæ consuetudo unius familiæ quoad illam debet attendi, sicut consuetudo populi quo ad uniuersum, ſm Io. And. in Spec. de instru. editio. §. compendiosæ, uer. sed nunquid de consuetudine. cum sequen. in additio. incipiente. Interposuit. quæ decisio non reperitur alibi, ſm Ang. & Imo. in l. 3. de testa. & ideo sicut quælibet dispositio recipit interpretationē a consuetudine generali, etiam si non sit expressa, ſm Inn. in c. olim. in prin. de uerb. signi. cum concor. de quib. per Fel. in c. cū M. quarto notabili, de constitutio ita etiam dispositio testatoris recipit interpretationem, & declarationem a consuetudine suæ domus & familiæ, & qua ratione uidetur testator uoluisse se conformare cum dispositione statuti. ſm Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. cum concor. de quib. ibi per Ale. Ita etiā uidetur uoluisse se conformare cum dicta consuetudine, & tan
4 to magis quia ex forma statuti† in loco masculi excludunt fœminas, & ad qđ statutum testator etiam, ut dixi, præsumitur ha buisse respectum, & per consequens uidetur sensisse de mascu lis, ut probatur etiam ex no. per Pe. de Anch. in l. tres fratres. de pac. ubi concludit, ꝙ si testator instituit filios, ꝙ masculi tunc intelliguntur instituti stante statuto, ꝙ fœminæ non succedāt extantibus masculis, quia censetur se cum statuto conformasse, per no. per Bal. ibi in 1. no. cum quo transit etiam Ale. in consi. 125. uiso testamento, 1. uol. Et quamuis in casu nostro masculi transuersales non excludant fœminas a successione patris, sed solum descendentes. masculi, tamen in casu nostro non uidetur agi de successione filii grauati, a cuius successione non excluditur eius filia ab intestato per nepotes ex fratre grauati substitutos, sed dicitur agi de hæreditate ipsius testatoris, & sic ascendē tis, quia per fideicommissum succeditur testatori, & non graua to. l. cohæredi. §. cum filiæ, de uul. & pu. & per consequens cum fœminæ ab hæreditate ascendentis excludantur per filios masculos, ac etiam per nepotes masculos ex dictis filiis, testator, de cuius hæreditate dicitur agi uidetur habuisse respectū ad illud statutum. Sed prædictis non obstantibus contrarium arbitror uerius. & primo uidendum est, nunquid Matthæo intelligantur substituti nepotes ex fratre. Secundo posito, ꝙ dicerentur substituti, an dicantur exclusi ex defectu conditionis, uel alio capi te. Quoad primum dico, ꝙ dicti nepotes ex fratre non censent substituti patruo. Nam testator Matthęum & Frācisc um filios suos instituit hæredes uniuersales ęquis portionibus, & si aliqs uel unus ex dictis suis filiis decesserit quandocunq. ante alium sine filiis legitimis, & naturalibus deueniat & accrescat in sup uiuentem, & intelligatur tam in filiis, quam in nepotibus usque in infinitum. Nam per ista ultima uerba, s. & intelligatur tam ī filiis, quam in nepotibus in infinitum, &c. secundum intentio nem patris aduersæ filii, & nepotes Francisci dicuntur etiā sub stituti alteri filio testatoris decedenti sine filiis quasi, ꝙ sensus dictorum uerborū sit, ꝙ uno p̃moriēte sine filijs alter sup̃stes,

& illius filij & nepotes succedāt in infinitū, qui sensus, iudicio meo, nō pōt eē uerus, quia uerbis nullo mō vr̃ posse cōuenire, qm̃ dictū fuit, ꝙ si aliquis uel unus ex dictis filijs decesserit qñ cunq. añ aliū sine filiis, deueniat & accrescat, s. portio illius ī su ꝑuiuētē, &c. Istud ergo uerbū, deueniat, & accrescat, dispōnē, & ꝑ qđ dr̃ substō, nō pōt referri ad illa uerba sequētia, uidelicet, ꝙ intelligatur tam in filijs quam in nepotibus ī infinitum, nec illi possunt aliquo modo adaptari, & conuenire, ut patet ad sensum, sed aptius & melius possunt ista uerba conditionalia, & ad ampliationem, & declarationem illorum intelligi. Cū enim dictum esset, ꝙ si aliquis, uel unus decederet sine filijs, testator subiunxit, ꝙ intelligatur. s. dicta cōditio tam in filiis quā in nepotibus in infinitum, & sic testator uoluit declarare, ꝙ in conditione intelliguntur positi non solum filij primi gradus, sed alii descendentes, prout dicta uerba sic etiam interpretantur & declarantur ſm dispositionem iuris communis, vt est ex
5 pressum in l. Lucius. de hęr. inst. ubi† illa uerba, sine filijs, posita in conditione, exponuntur, id est, sine liberis, ut colligitur ex il lo textu in fine, & quorum liberorum appellatione ueniunt ēt alii descendentes. l. liberorum. de uer. sig. nec inconuenit, ꝙ testator istud expresserit ad abundantem cautelam. l. testamentū. C. de testa. & l. reprehendenda. in fi. C. de insti. & substi. Nec ob stat, si dicatur, ꝙ ſm hanc interpretationem prędicta uerba essent superflua, & nihil operarentur, contra. l. si quando. in prin. de leg. 1. & ca. si Papa. de priuile. in 6. & per Bal. in rub. C. de con
6 trahen. empti. † quia quamuis illa uerba conditionalia, scilicet, sine filijs, includant, etiam si non exprimantur, nepotes, tamen illi sub dictis uerbis comprehenduntur improprie, & implicitē, secundum Bar. in d. l. liberorum. & Doctores in d. l. Gallus. §. instituens. quod ergo erat expressum implicite, testator uoluit explicite exprimere, nec expressio tunc reputatur sup̃flua, & dicto casu superfluitas cōceditur, & toleratur, ſm Domi. in c. 1. col. pen. de sum. Trinita. in 6. per gl. ibi in uers. & filio. ꝑ quā dicit, ꝙ non conuenit, ꝙ illud, qđ prius fuit expressum implicite, exprimatur ēt postea explicite. Et idem uult in c. erit aūt. ad fi. 4. distinct. possunt etiam dicta uerba habere alium sensum, uidelicet, quod sicut decedenti sine filiis fuit alter superstes sub stitutus, ita etiam intelligatur tam in filiis, quam in nepotib. in infinitū, id est, ꝙ ubi extant filii, quod filii & nepotes præmor
7 tuorum intelligantur substituti. Nam cum testator† prius posuisset filios filiorum tantum in cōdōne, in qua non intelligebātur uocati ex testō, secundum glo. communiter approbatā in d. l. Lucius, de hær. insti. in sequenti parte testī, & per illa uer ba, s. intelligatur tam in filiis quam in nepotibus, & declarare uoluit testator, ꝙ intentio sua fuit, ꝙ filii filiorum & nepotes eorum in infinitum non solū essent positi in cōdōne, sed etiā in dispōne, & ſm hunc sensum, etiam si testator de masculis tā tum sensisset, filii masculi Francisci non intelligerentur substituti Matthæo decedenti sine filiis masculis, quia quando testa tor instituit filios, & illis substituit filios filiorum, intelligitur cuilibet filio proprios filios substituisse, ita ꝙ filius unius dicitur solum substitutus patri suo, & in portione illius tm̃, nō aūt
8 † patruo, neq; in portione patrui, ut ꝓbatur ex nota. per Bart. in l. si mihi & Titio. de uerb. obli. & per Bal. in l. cum acutissimi C. de fideicom. & in l. unica. §. in primo. C. de cadu. tollen. & Salice. in l. j. in 24. q. C. de iure emph. & Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uersi. 78. cum sequen. ubi concludunt prædicti, ꝙ si qui sint inuesti pro se, & eorum filiis, dicta uerba non importāt, ꝙ uno ex illis decedente sine filiis, ad portionem suam uideantur uocati filii alterius fratris, sed significant, ꝙ filij sint uocati tantum ad portionem proprii parentis. Et idem uult Ale. in cō sil. 204. in c. Consideratis uerbis &c. in j. co. 2. uol. & probatur in c. i. de duob. fra. a capita. inuesti. Si ergo hoc importat ꝓpria significatio uerborum, idem erit, qñ filiis institutis substituit filios filiorum, ut. s. nepotes ex quolibet filio intelligantur substituti proprio parenti in portione sua, & non in portione alterius filij testatoris decedentis etiam sine filiis. Et prædicta con firmantur, nam negari non potest, quin uerba prædicta sint dubia, & ꝙ non possint interpretari eo modo, quo dictum est contra partem aduersam, & non minus quam pro ea. In dubio ergo cum sint multipliciter intelligibilia, debet sumi illa interpretatio, quæ facit contra illum, qui se fundat in uerbis. l. ueteribus. cum materia, de pac. & quia quando in testamento ambi

guē,

gue,uel perperam scriptum est,benigna capi debet interpreta
tio,& ſm id,quod credibile est cogitatum, credendū est, ut di
cit textus in l.cum in testamento.de reb.dub.& in regula,inspi
cimus.de re.iur.in 6. Est ergo credibile,& magis verisimile, ꝙ
per prędicta verba ambigua voluerit potius testator filios filio
rum substituere propriis parentibus,quam filios vnius in por
tione alterius. Et primo,quia testator cogitur necessitate qua
dam causatiua filio substituere nepotē ex eo vulgariter,ne pte
ritione nepotis possit testm̄ rūpi eo casu,quo filius viuo patre
tolleretur de medio d.l.Gallus.in prin.& per totā legem.Quia
ergo hmōi interpretatio magis tendit ad validitatem testamen
ti,tanquam benignior sumi dēt.l.ubi uerborum.& d.l.cum in
testamento.de reb.dub.& ibi notant Doctores,maxime Soci.
Secundò dicta interpretatio est benignior & magis uerisimilis
quia intentio testatoris fuit,ꝙ bona conseruarentur perpetuo
in agnatione,vt satis demonstratur,& declaratur ex illo uerbo
in perpetuum,expressum a testatore.quod de facili contingere
non posset,si nepotes ex filiis dicerentur tm̄ positi in condōne
respectu portionis proprii parentis qm̄ existentib. illis tempo
re mortis patris,expiraret subitō facta de fratre, & filiis fratrū.
l.ex facto.§.pen.ad Tre.& illa portio posset postmodum tran-
sire extra familiam,tam ex testō,quam ab intestato,puta ad de
scendentes ex fœminis. Si aūt filii & nepotes ex filiis institutis
dicantur substituti propriis parentib. non poterit modo præ-
dicto sua portio exire extra familiam testatoris,& sic per istum
modum hæreditas conseruabitur in agnatione, secundum te-
statoris intentionem. Et quod ista fuerit intentio testatoris,
uerisimiliter probatur ēt ex alio,nam certum est,ꝙ magis dile-
xit nepotes ex filio præmortuo in portione sui patris,quam al
terum filium,uel nepotem ex illo in eademportione, ut est ex-
pressum in d.l.cum auus.& ideo præsumendum est,ꝙ per dicta
verba ambigua uoluerit magis substituere nepotes ex filio præ
mortuo,quam nepotes ex altero filio, aliàs melioris esset con-
ditionis dictus nepos ex altero filio in hac portione præmor-
tui,quia non posset ab ea excludi per patruum grauatum, & ta
men excludere posset filium, qui non diceretur uocatus ex te-
stō,neq; suo patri substitututus,licet esset in condōne positus,
ut notatur in d.le.Lucius. Vnde ex omnibus prædictis uidetur
concludendum,ꝙ nepotes testatoris ex Francisco non sint pa
truo substituti,& ꝙ ad portionem patrui non possint admitti
ex iure proprio,nec ex persona patris eorū,uel iure trasmissio-
10 nis† quia secundum communem opinionem, fideicommissa-
rius etiam si sit liberis,nō transmittit fideicommissum ad suos
descendentes, si moriatur pendente conditione.l.unica.§.pro
secundo.& ibi notat Bal.C.de cadu.toll.l.si in personam.C.de
fideicom.& no.glo.in l.1.C.de his,qui ante aper. tabu. & in le.
hæredes mei.§.cum ita,ad Treb.cum concor.de quibus ibi per
Alexā. Circa secundum, an s. filii Francisci casu,quo ex testa-
mento sint uocati,dicantur exclusi.Et dico,quòd sic,quia facta
fuit substitutio inter filios institutos, si alter eorum decesserit
11 sine filiis,& quæ† conditio etiam subintelligeretur, si expressa
non fuisset,ut isto casu expressè dicitur in d.l.cum auus.& leg.
cum acutissimi.& ibi etiam per Bal.C.de fideicom.& quæ con
ditio per superexistentiam filię Matthæi defecit, quia appella-
tione filiorum ueniunt etiam fœminæ.l.si quis ita. in princ. de
testa.tute.& leg.si ita sit scriptum.in princ.de leg.2.quod etiam
procedit,non solum quando de filiis fit mentio dispositiue, ut
in dictis iurib.sed etiam conditionaliter,secundum Ioan.Andr.
& Anton.de But.in c.Raynal. de test. Nec obstant allegata in
contrarium. Et primo,quòd ex quo proprias filias magis dile
12 ctas excludūt,ꝙ† multo magis censetur testator excludere uo
luisse neptes ex filiis minus dilectas,ne sequatur absurdum, ꝙ
magis dilectus sit deterioris conditionis quam minus dilectus.
l.Publius.§.fi.de cond.& demon.& d.l.si uiua matre. C. de bo.
mater.quia isto casu ratio,quare filiæ fuerunt exclusæ,cessat in
neptibus ex filio.Nam ideo testator filias exclusit in testamen-
to,quia ex forma statuti erant exclusæ ab intestato extantibus
filiis masculis,cum quo statuto testator se conformauit,& con
formare uoluit,iuxta no.per Bar.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.
ad Trebel.& faciunt not. per Bart. in leg. ut iusiurandi. §. si li-
beri.de oper. liber.& Bal. in leg. liberti,libertæque.C. de ope.
libe.& pro hoc facit text.in d.leg.Gallus.§.quidam recte.secun
dum unam lecturam,cum concord.de quib. etiam ibi per Ale-
xān.in fin.& in d.§.cum ita.neptem autem ideo non exclusit,
quia a successione patris eorum grauati non excluduntur ab
intestato a patruo,nec a filiis patrui substitutis,& ideo ex quo
cessat statuti exclusio,quo ad illas voluit testōr & uoluisse præ
sumitur se conformare cum dispositione iuris cōmunis, a quo
13 † dispositio quælibet hominis recipit interpretationē.d.l.Gal
lus.§.quidam recte.ſm prædictam lecturam,& l.quæro.§.inter
locatorem.ff.loc.& not.Bart.in l.uxorem.§.testō.de lega.3. &
sic censetur testator uoluisse prædictos substitutos admitti ex
testamento eo casu,quo fuissent successuri ab intestato, & sic
in defectū filiorum masculorum & fœminarum ipsius graua-
ti.Et bene facit,quod notat glo.communiter approbata in l.cū
ita.§.in fideicommisso.de le.2.quæ uult,ꝙ licet quando plures
sunt substituti per nomen collectiuum,illi uideantur uocati or
dine successiuo,& prout quisq; est proximior,ut ibi in textu,
tamen secundum glo.si patruus concurrat cum nepote ex alio
fratre suo,admitteretur dictus nepotes simul cum patruo,& ꝑ
ut ab intestato concurrunt,quamuis patruus sit proximior. Et
hoc,secundum Imo.ibi,quia testator uoluisse uidetur,ꝙ præ
dicti ueniant ex fideicommisso eo ordine, quo ex dispositio-
ne legis uenire debuissent ab intestato, tanquam in hoc te-
stōr intelligatur se uoluisse cōformare cū iure cōmuni. Et sic
ratio, quare filiæ primi gradus fuerint exclusæ, nedum cessat
quoad neptes ex filio, sed ēt quoad eas locū hēt contraria rō,
qm̄,vt est dictū,filiæ fuerunt ex testamento exclusæ,quia per
masculos institutos excludebantur ab intestato per statutum,
sed neptes ex filio ponuntur in conditione, & patruo,ac filijs
tacite præferuntur per testatorem,quia etiam ab intestato præ
dictos substitutos exclusissent.Vnde sicut primo casu testator
quoad filias,& quantum ad exclusionem earum conformauit
se cum statuto,ita etiam quoad neptes, & quantum ad earum
inclusionem & prelationem uoluit se conformare cum dispo
sitione iuris communis, a quo nō est ab intestato recessū isto
casu per statutū.Et per hæc responsio colligitur ad no. ꝑ Pau.
14 de Ca.in d.cōsi.78.† quia ipse loquitur,& decisio sua procedit
quando substitutus,puta patruus,vel eius filij ab intestato ex-
clusissent filias grauati a successione eius,quia tunc haberet lo
cum prædicta ratio in contrariū allegata.Et ita etiam in specie
determinat & concludit Ale.in cons.37.inci.Perfectis his,&c.
6.uol.ubi concludit,ꝙ aut substitutus non est de agnatis,& fi-
lia grauati censetur posita in conditione ad exclusionem dicti
substituti,aut fuit agnatus substitutus,& idem quando ex for-
ma statuti non exclusisset ab intestato filiam grauati. Si uero
ab intestato illam excludere potuisset, tunc filia non censere-
tur posita in conditione,nec illius superexistentia substitutum
excluderet,per no.Pau.de Castr.in d.consi.qui isto casu loqui
15 tur,secundum eum. Et ibi etiam filiæ † Matthæi ab intestato
fuissent exclusę per substitutos a successione patris, adhuc tñ
censerentur positę isto casu in conditione,& excluderent sub-
stitutos.Nam dicuntur filię excludere agnatos substitutos,qui
ab intestato erant successuri ipsi grauato exclusis eius filiabus
quando grauatus fideicommisso decessisset ab intestato,& isto
casu procedit,& l cum hebet decisio Pau.de Cas.in d.consi.Sed
ubi grauatus filias instituit,ut in casu nostro,tūc excludūt di-
ctos substitutos,a quibus fuissent ab intestato exclusæ a succes
sione paterna. Et ratio diuersitatis est, quia licet filia excluda-
tur per statutum a successione, patris non tamen intelligitur
excludi ex testamento, sed ab intestato, quia non debent filia
esse deterioris conditionis,quam quilibet extraneus,qui insti-
tui potuit,secundum Ang.& Imo.in d. leg. Gallus.§.& quid si
tm̄.de lib.& posth. Sicut etiam potest institui filia, quæ ex pro
pria renunciatione iurata erat exclusa a successione paterna,
secundum Bar.in l.stipulatio hoc modo concepta.de uer.obli.
cum concor.de quibus ibi per Ale. Filiæ ergo Matthæi institu
tæ a patre, ad cuius successionem uocantur tam de iure com-
muni,quam ex forma statuti, seu saltem per statutum non ex-
cluderentur,quamuis ab intestato agnati substitui præferri il
lis debuissent. Sicut ergo quādo sunt institutæ neptes omni iu
re præferuntur substitutis in hæreditate patris, & idē ēt testa-
tor isto casu censentur uoluisse, quia non minus isto casu uř
testator uoluisse se conformare cum iure communi, a quo nō
est recessum per statutum, q̃ videatur voluisse se conformare
cum dispositione statuti, si grauatus decessisset ab intestato,

& filiæ fuissent ab hæreditate eius per agnatos masculos exclusæ. & sic rō, quæ isto casu allegatur pro dictis substitutis ad effectum, ut per filias non excludantur a fideicommisso habet locum contra eos, quando filiæ grauati ab ipso fuerunt institutę. Et ita in terminis concludit Soc. per rationem prędictam in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. in ult. col. & in consi. 181. Licet filia fœmina, &c. 2. col. uers. postremo & quarto, &c. ubi ẽt dicit, ꝙ nullus de hoc dubitaret. Nam, ꝭm eum filiæ non excluduntur statutum ex testamento, vt dictum est. Vnde statuentiũ fuit, ꝙ patre decedente cum testō, & filiam instituente, ꝙ filia succedat, ergo eadem fuit intentio testatoris in deferendo fideicommissum, vt licet ab intestato non faceret deficere conditionem, quia non succedit, tamen ex testō succedendo faceret fideicommissum deficere, quia succedebat, & sic, ꝭm Soc. in d. cō si. erit in ptāte filij grauati facere, ꝙ fideicommissum deficiat instituendo filiam, sicut ẽt alias, vt in casu. l. Titius. ad Tre. & ĩ auth. contra rogatus. C. eo. ti. & vult ẽt fortius Soc. in dictis locis, ꝙ ẽt si filius grauatus extraneum instituisset, & filiam ex testō exclusisset, quæ ẽt ab intestato fuisset a substō exclusa, nihilo minus per superexistentiam filiæ exclusæ per patrem ex testō & per statutum ab intestato substitutus tunc excluderetur inducendo hoc ut per Bar. in l. filiusfamilias. §. cum quis. de l. j. Et prædictis ẽt non obst. dum dicebatur ꝙ isto casu agebatur de successione primi testōris, cui succeditur per fideicommissum. d. l. cohæred. §. cum filiæ. de vul. & pu. quia cum filiæ a grauato fuerint institutæ, non excluduntur per statutum ab istis bonis olim dicti testōris peruentis ad Matthæum filium suum sed vbi decessisset Matthæus ab intestato, in illis filiæ successissent exclusis omnibus substitutis, quia illa bona facta fuerant patrimonium Matthæi, & quantum ad hoc desierũt esse in patrimonio patris sui. l. sed si plures. §. filio. de vul. & pup. & plenè notatur in l. 1. §. veteres. de acqu. pos. Quia ergo filiæ a patre sunt institutæ, etiam quo ad auum non est in consideratione statutum isto casu, quoniam auus testator isto casu ad statutũ non videtur habuisse respectum per ea quæ voluit Soc. in locis proximè allegatis, & etiam vbi Matthæus decessisset ab intestato, adhuc deberet solum attendi, an neptes sint exclusæ a successione patris, quia ex quo portio in qua Matthæus fuit institutus, facta est de patrimonio eius, & ad illum semel per-
16 uenit, † testōr relinquendo fideicommissum ab illo, censetur voluisse, ꝙ potius reguletur secundum ordinem, ꝭm quem succeditur filio grauato, quam secundũ modum & ordinem, quo succeditur ipsi testatori, vt probatur ex his, quæ voluit Soc. in l. si cognatis. de reb. dub. circa fi. ubi concludit, ꝙ si plures per fideicommissum sint vocati ordine successiuo, quo casu admittuntur, prout quisq; est proximior. d. l. cum ita. §. in fideicō. de l. 2. & reperiatur vnus, qui sit proximior testatori, & alter qui sit ꝓximior ipsi grauato, ꝙ ille dẽt præferri, qui est proximior grauato, cuius contrarium esset dicendum, si attenderetur, ꝙ per fideicommissum succeditur testōri, & non grauato. Et idẽ ẽt vult Soc. qui latius hoc prosequitur in cons. 259. col. 13. uerba circa secundam difficultatem, &c. per plura, de quib. ibi per eum. & hoc non alia ratione, quia sicut testator filium in portione, in qua illum instituit, magis dilexit, ita etiam vr̃ magis dilexisse illos in eadem portione, qui fuissent filios successuri ab intestato. Et bñ pro hoc facit not. in l. cum acutissimi. quæ rō
17 etiam locum hẽt in fauorem filiarum in casu nostro. ¶ † Non ob. etiam dum dicebatur, ꝙ ex quo testator in præcedẽti testō posuit in condōne solum masculos, ꝙ ista qualitas masculinitatis censetur repetita in secundo testamento, quia non pręsumitur in dubio mutatio voluntatis. leg. cum tacitum. de probat. quia istud non est verum, & contrarium probatur ex notab. per Dyn. & Barto. in leg. Statius Florus. in princ. de iure fisci. vbi quærunt, quid si testator legauit in primo testamento vni fundum cum hoc, quod non alienetur extra familiam, & in secundo testamento legauit eundem fundum simpliciter, an in secundo testamento dicatur repetitum, quod in primo fuit expressum, videlicet ne alienetur. Et arguit ꝙ sic, per illum text. Sed contrarium determinat, quia primum testamentum est reuocatum, allegat Bartol. leg. si iure. de leg. 3. Nec obstat illa lex, quæ concordat cum dict. leg. cum tacitum. de probation. quia illud est in odium hæredis, secundum eum. Istud etiam confirmatur per notabile per Alexandr. in consilio 80. in 2. vol. vbi vult, ꝙ si pater in primo testamento reliquit filię iure institutionis, & in secundo simpliciter relinquat, ꝙ non intelligitur vltimo loco relictum iure instōnis, & sic ꝭm testm̃ est nullũ, quia licet una pars testamenti declaret aliam. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. 1. ex uno tamẽ testō non declaratur aliud, sed a primo quo ad oĩa intelligitur recessum, allegat ea, quæ no. in l. auia. de cond. & demō. Quinimo ex hoc ꝙ in primo testō facta fuit mentio de masculis, apparet ꝙ in secundo, in quo facta est mentio de filiis simpliciter, testōr sensit etiam de fœminis, quia si de masculis tm̃ intellexisset, hoc expressisset, sicut fecit in primo. l. vnica. §. sin aũt ad deficiẽtis. C. de cadu. tol. & c. inter corporalia, de transl. præl. Et in terminis nostris ita etiam concludit Alex. per prædictam rationẽ in d. consi. 38. vol. 6. Nam in casu suo testator in una substitutione filios masculos posuit in conditione, & in alia filios simpliciter, vnde hoc vltimo casu etiam filiæ censentur in conditione positæ, etiam si a statuto sint exclusæ per substitutum, ꝙ est fortius. & quamuis ẽt testator proprias filias excluserit. Nec isto casu, ꝭm eum, habet locum decisio Pau. de Ca. in d. consi. 79. Casus iste frequẽter cōtingit, &c. & de quo supra est mentio pro cōtraria parte, quia ꝭm eum, qñ testator uoluit facere differentiam inter sexum masculinũ & sexum fœmininum, hoc expressè dixit. Et ad hoc ẽt allegat Pet. de Anch. in consi. 118. inci. Pro clariori decisione. vbi vult in fi. ꝙ si in una substitutione sit facta mẽtio de filiis masculis, & in alia de filiis simpliciter, ꝙ hæc vltima comprehendit ẽt filias per rationem prædictã. Et idẽ di-
18 cit Io. de Ana. in consi. 22. Ad probandum, &c. Et † per prædicta datur ẽt respōsio ad aliud, uidelicet dum dicitur, ꝙ alii antecessores testatoris consueuerunt bona in agnatione masculorum testando conseruare, quia illi de masculis expresè disposuerunt, & mentionem fecerunt. Si ergo iste testator idem uoluisset, de masculis mentionem fecisset, prout alij consueti erant facere, tunc, enim consuedo dictæ familiæ ad propositũ posset allegari, quando inter illos de dicta domo fuisset consuetum, ꝙ appellatione filiorum simpliciter uenirent masculi tantum, & nō fœminæ. Nã tũc dici posset, ꝙ si unus de illa familia de filijs loqueretur, ꝙ de masculis senserit, sed quãdo alij consueuerunt de masculis expresse loqui, quando uolũt fœminas excludere, ex hoc nō sequitur, ꝙ idẽ uoluerit alius, quãdo filios simpliciter in cōditione posuit, immo uidetur recessisse ab eo, qđ alij consueuerunt facere, quia mos & consuetudo illorum non est, ut hoc casu excludantur filiæ. sed alio casu, scilicet qñ de masculis fit mentio expressa. Et per ista ad omnia alle
19 gata in contrarium remanet responsum. Secundo † principaliter dicti filij Francisci, ẽt si ex fideicommisso sunt uocati ab illo sunt exclusi, uidelicet ex diuisione facta inter Matthæum, & dictum Franciscũ, in qua unus remisit alteri oẽ ius, quod habet, uel habere posset in dictis rebus quocunque iure, uel cã, ac remiserunt unus alteri omne ius, oẽmq; actionem, petitionem realem & personalem, & omnem aliam, qui hñt, uel possent in dictis rebus diuisis, &c. per quæ uerba fratres diuidentes renunciasse uĩr fideicōmisso, si de illo habuerunt scientiã, & notitiam, ꝭm Bar. cum quo alij transeunt in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerb. obl. Et quamuis dicatur hoc uerũ, qñ dicta uerba non possunt referri ad aliud ius, quam fideicōmissi, quia tunc de illo censẽt facta spãlis mentio, l. 2. de lib. & posth. Secus si referri possent ad aliud ius competiturum in futurum ex alia causa de præsenti, tamẽ eo ipso, ꝙ allegatur, dictos fratres non sperare aliud ius ex alia causa, ad quod dicta uerba possint referri, est fundata intentio allegantis, & onus probandi contrarium transfertur in aduersarium, ut probatur ex no. per gl. in l. cum de lege. de proba. & Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. de iure codi. & in l. si constante. in prin. ff. sol. mat. & in l. decem. de verb. obl. & in rub. de ope. no. nunc. & dicit ibi Alexan. quòd ista est communis opin. Et dato etiam ꝙ non constaret, prædictos habuisse scientiam fideicommissi, nihilo minus adhuc dicto fideicommisso intelligeretur renunciatum, qm̃ vnus constituit alterum procuratorẽ tanꝗ in rem suã, & in locum posuit, ut amodo, & princeps quilibet propriis nominibus de prædictis, & pro prædictis rebus ipsis, & cuilibet eorum in partem obuenris possit agere, petere, expellere, &c. Et omnia alia facere, gerere, & exercere, quæ quilibet verus dominus de re sua propria facere, & exercere pōt, & quę ipsi & quilibet ipsorum

ſorum facere,gerere,& exercere poterat ante pręſentem cötra ctum,&c.Quod autem uirtute dictorum verborum dicatur re nunciatum fideicommiſſo, ēt inter ignorantes ſi ſit ſequuta alienatio,uult Bar.in d.§.duo fratres.in 8.q.cum quo tranſeunt alii.& Ale.conſi.8.5.uol.Et quæ alienatio,antequam eueniret caſus fideicommisſi,reperitur facta per Matthæum, ex quo fi-
20 lias inſtituit hæredes,quia ubi de alienatione † fit mentio permisſiue,comprehēdit ēt inſtõnem.l.ſi quis prioris.§.cæterum. C.de ſec.nup.& no.Bar.& alii ī l.ſi ita quis.§.ea lege.de uer.ob. Et ita in ſpē concludit Ale.in conſ.80.Viſo & mature diſcuſſo &c.in 2.vol.col.4.cum prin.ſeq.ubi approbat dictum Bar.in d. 8.q. & etiā uult, per inſtõnem hęredis dicatur facta alienatio, & quod dicatur receſsum a fideicommiſſo.& bene facit,quod no.Bar.in l.a filia.in prin.ad Tre.& quod no.Bal.in auth.cötra rogatus.co.ti.Et quamuis Bar.in loco prędicto dubitet,vtrū dicatur renuncians ſibi præiudicaſſe in p̄cio,tamen iſta dubitatio põt locū hēre, qñ alienatio facta fuit ex cā oneroſa, & ex qua precium peruenerit in alienātē,ſed qñ ex cauſa lucratiua fit alienatio,ut in caſu noſtro,ceſſat illa dubitatio. Præterea Bart. ibi nihil decidit de precio,ſed remittit ſe ad no. per eum in le.ſi fundum per fideicommiſſum.in princ.de leg.1.& ex no.ibi per eum.Et dum rñdet ad l.ſi mater.C.de rei uend.apparet,ꝙ etiā in precio ſibi præiudicabit,quia vult per illam.l. ꝙ ſi quis rem meam uendat tāquam ſuam me cōnſentiente,ꝙ indiſtinctè mihi præiudico,& prout contingit in caſu iſto,in quo Matthæus de iſtis bonis diſpoſuit ut de proprijs conſentiente Franciſco, qui dedit illi licentiam diſponēdi de dictis reb.ut quilibet uerus dominus facere poſſet.Ex quib.omnib.cōcluditur, ꝙ filii dicti Franciſci ab iſtis bonis ſint excluſi. Laus Deo.

¶Filia an faciat deficere fideicommiſſum relictum ſub illa conditione,ſi ſine filiis deceſſerit.

ADDITIO.

In hac eadem cauſa conſuluit etiam Curt.iun.conſilio 163.ſed contra Deci.conſi.515.ubi uide quod annot. Hier.Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in conditione poſitorum ueniunt filiæ ad excluſionem ſubſtituti,ſi ſine filijs deceſſerit, niſi mēs teſtantis contrarietur.nu.8.*
2 *Filij tantum in conditione poſiti non cenſentur uocati.*
3 *Fideicōmiſſum conditionale non tranſmittitur, niſi alia ſit mēs teſtantis.nu.6.*
4 *Filij ſubſtitutorum quando cenſeantur poſiti in conditione, et in diſpoſitione,& ideo uocati.*
5 *Primus fideicommiſſarius ſi mortuus eſt pendente cōditione admittitur ſecundus ea purificata,niſi conditio fuerit defecta.*
7 *Propter æqualitatem inter partes ſeruandam ſæpe ampliantur, uel reſtringuntur diſpoſitiones.*

CONSILIVM CXLV.

IDETVR prima facie dicendū,ꝙ Thomas Forliueſii ex alio capite admitti nō poſſit ex teſtō Gaſparis de Mezamicis de Imola,qui ſuis filiis inſtitutis ſubſtituit,ſi decederent ſine filiis. Cum ergo filiab.ſuperſtitib.dicantur deceſſiſſe,cōdō ſubſtō-
1 nis defecit,qa appellatione filiorum poſitorum in condōne veniunt ēt filiæ.l.ſi ita.in prin.ff.de teſt.tu.& l.ſi ita ſit ſcriptū. in prin.de l.2.& tanto magis iſto caſu, in quo ubi dicta condō nō fuiſſet expreſſa,tacitē ſubintelligeretur conditio,ſi filijs deceſſiſſent ſine filiis maſculis vel fœminis.l. cum auus.de cond.& de. & l.cum acutisſimi.C.de fideic. ergo ſic etiam eſt interpretanda illa conditio expreſſe,uidelicet,ſi deceſſerit ſine filiis,ut filiæ quoque in ea intelligantur poſitę,per rõnem,de qua in d.le.cū acutisſimi.& ſic d.Thomas poteſt dici excluſus ex defectu conditionis,& ex alio etiam capite,videlicet qa non inuenitur uocatus:qm̃ teſtator filiis decedentib. ſine filiis ſubſtituit Forliueſium,& eius fratres nepotes teſtatoris ex fratre,& ubi prædicti omnes decederent ſine filiis ſubſtituit alios. filii ergo Forliueſii,& ſic Thomas,& aliorum filii, qui ſunt tantum in condōne
2 poſiti,non dicūtur† per hoc uocati,ſm gl.communiter approbatam in l.Lucius.ff.de hær.inſt.Nec ēt poteſt d.Thomas ueni-
3 re iure tranſmisſionis,quia† eius pater mortuus eſt uiuentibus [illegible] filiis teſtatoris, quibus erat ſubſtitutus, & ſic pendente conditione.leg.hæres meus.in princ.& l.quibus diebus.§. quidam Titio.de condit.& demonſt. ideo fideicommiſſum conditionale non potuit fideicommiſſarius tranſmittere. lege unica.§.pro ſecundo.C.de cad.toll. l.ſi in perſonam. C. de fideicō. & l.hæredes mei.§.cū ita. & ibi no. ad Treb. Sed præmisſis non ob.contrarium puto uerius,& in primis præſuppono,quòd di-
4 ctus Thomas uocatur ex dicto teſtamēto. Nam teſtator † prædictis ſuis filiis, ſi deceſſerint ſine filiis, ſubſtituit dictum Forliueſium,& eius fratres nepotes teſtatoris,& Eugenium, & Bartholomæū fratres, & filios olim Ludouici de Mezamicis æquis portionib.& ſi ex p̄dictis aliq̄s deceſſerit, ſine filiis alios ſuperuiuentes filios ſubſtituit, in ſtirpes, & non in capita. Si ergo hæc verba.ſ.alios ſuperuiuentes filios,capimus ut ſonant,& ſimpliciter prout iacent, ſenſus eſt, ꝙ filij ſuperuiuentes ſuccedant, & cum non exprimat teſtator de filiis quorum loquatur, debent intelligi verba de filiis prædictorum ſubſtitorum, quia de filiis filiorum teſtatoris non poſſunt intelligi, cum dicta ſubſtitutio cum alia præcedenti ſit concepta caſu, quo filia teſtatoris ſine filiis deceſſerint, & ſic quando non ſuperſint ex eis, & per conſequens ſm hanc interpretationē Thomas non ſolum inuenitur poſitus in conditione, ſed etiam in diſpoſitione. Et idem ſi intelligimus dicta uerba alio,& ſecundo modo,videlicet ꝙ referatur ad alios ſuperuiuens ſubſtitutos,& ſuperius nominatos & ad filios eorum, ita ꝙ inter verbum illud ſuperuiuentes, & uerbum,filios,debeat eſſe pūctus,qui habetur loco copulæ,quaſi quòd ſit una oratio ſoluta,ut l.triplici.de ver.ſig.& no.in l.precia rerum. ad legem Falcid.& ſic perinde ſit, ac ſi ſcriptum eſſet, alios ſuperuiuētes & filios,quo caſu ſubaudiretur,ſ.ſuperuiuentium,quia de filiis aliorum,ut iam dictum eſt, intelligi non põt, ſicut etiam in prima ſubſtitutione facta inter ipſoſmet filios ſic ordinauit teſtator, dum dixit, ꝙ ſi alter ipſorum quandocunq; deceſſerit ſine filiis,alterū,& eius filios ſubſtituit,& ex qua parte præcedenti ipſius teſtamenti declaratur alia pars ſubſequens. l.qui filiabus. in princ.& in l.ſi ſeruus plurium. §.fina.de lega.1. & in qua ſequenti ſubſtitutione,per quam dicimus vocari ſuperuiuentes,& eius filios,ſed ordine ſucceſſiuo,quòd ſatis oſtenditur per illa uerba,in ſtirpes,& non in capita,quia hoc modo ſuccedi ſolet,quando filij patre præmortuo uolunt admitti.§.ſin autem.in authen.de hære. ab inteſt.& ideo in caſu noſtro ex tacita mente defuncti dictus ordo debet attendi, qui non ſeruaretur, ſi aliter de mente non apparere, vt plenè habetur per ſcribentes in l.Gallus.§.1. de lib.& poſthu. Et hunc ſenſum ad dicta uerba puto amplectendum & menti & intentioni teſtatoris conuenire: quoniam uerba, de quibus ſupra non poſſunt adaptari ad ſuperuiuētes tm̃ ſuperius nominatos, quia ad omnes illud verbū, filios,iunctum huic uerbo præcedenti.ſ.alios ſuperuiuentes,nō adaptatur omnibus ſuperius nominatis; quia ad maiorem partē eorum nominauit prius tanquam nepotes, & non tanquam filios alicuius,& ſic ſub alia demonſtratione,& quia ſubiunxit,in ſtirpes,& non in capita,veriſimile eſt,ꝙ prædictos prius nominatos uoluerit dicto modo ſuccedere.ſ. dictū Forliueſiū, & eius fratres filios unius fratris teſtatoris ad dimidiam,& ad aliam dimidiam filios Ludouici; quia ſicut omnes prædictos in proxima; præcedenti ſubſtitutione facta de prædictis filiis teſtatoris, non uocauit illos in ſtirpes modo prædicto, ſed æquis portionibus,& ſic in capita.l.interdum.in princ.de hæred.inſtituen.ita non conſonat,ꝙ ſequētem reciprocam factam inter ipſos feciſſet in ſtirpes,& non in capita.d.l.qui filiabus. & in d.§.fi. & propterea interpretandum eſt, ꝙ uno ex prænominatis ſubſtitutis præmoriente ſine filiis,ꝙ uoluerit ſuperuiuentes, & eorum filios admitti in ſtirpes & non in capita,hoc eſt, filios oēs ex altero prædictorum loco præmortui parentis, cum quolibet alio ſuperuiuente,iuxta.§.ſi autem.in auth. de hær.ab inteſt. Nec ēt ur̃ rationabilis & uериſimilis prima interpretatio. ſ. ꝙ filios tātum aliorum ſuperuiuentium,& nō parētes eorū ſuperuiuentes uocauerit teſtõr, quia dicti parentes ſunt magis dilecti, tum quia magis propinqui ipſi teſtatori, & quia in præcedenti ſubſtõne ſoli ſunt uocati,ideo non eſt facienda interpretatio,quod in ſequenti ſint excluſi & eorum filii uocati,ar.l.Publius.§.fi.de condi.& de. quia quos dilexit in præcedenti ſubſtõne, pręſumit ēt in ſequenti magis dilexiſſe.leg. cohæredi. §. qui diſcretas. & ibi

per oēs de uul.& pu.& per Bar.in l.fi.ff.ad Tre.& hoc ēt signat illud uerbū,alios,ar.no.in l.si fugitiui.C. de ser. fug. Cum ergo ex oīb.præmisis,ꝙ filijs institutis casu, quo decedant filiis primo loco compēdiosè fuit substitutus Forliuesius & fratres nominatim, & Eugenius,& Bartholomæus fratres & filii Ludouici,& quod secundo loco alteri ex prædictis decedenti sine filiis testōr compēdiosè substituit alios superuiuentes filios .i.alios superuiuentes,& filios cuiuslibet præmortui in stirpes & nō capita. Cum ergo d.Forliuesius & omnes alii primo substituti filiis testatoris sint præmortui,illis adhuc uiuentib.& sic substō compendiosa de illis fcā expirauerit.d.l.unica.§.sin autē sub conditione. ac demum filii testatoris sint mortui sine filiis masculis,hæreditas uenit restituenda d.Thomę filio Forliuesii qui erat substitutus patruis & filiis Ludo.casu quo omnes, uel alter eorum decederet sine filiis masculis,& quæ condō euenit

5 quia ubi primus fideicommissarius mortuus † est pēdente conditione,secundus admittitur purificata conditione.sub qua primus & secundus inuenitur uocatus.d.§.secundo.& no.Barto. & alii,in l.quādin.l'ultima.de acq.hær.ergo Thomas compendiosè substitutus,& sic ē per fideicommissum patruis & dictis filiis Ludo.primo loco compendiosè substituti filiis testatoris & hæredib.debet ad portiones oīum pdictorū pmortuorum pendente condōne admitti post mortē filiorum testōris decedentium sine filiis masculis,& sic postquam condō primæ & sequētis substōnis reperitur purificata, & adimpleta. Sed quo ad portionem Forliuesii vr̄ magis in dubio,quia Thomas patri nō est substitutus,sed quo ad eum & portionem illius est tm̄ in cōdōne positus,vt no.in d.l.Lucius.& quia cōdō, sub qua substō fcā fuit Forliuesio.s.si decesserit sine filiis defecit,ex quo Thomam filium superuiuente reliquit.l.ex facto.§.pe.ad Treb.quo casu secūdus fideicōmissarius excluditur, etiam si primus pendente cōditione sit mortuus,cum non sit purificata sed defecta condō,sub qua vocatur vltimus.s̄m gl. in l.qui habebat.de vul. & pup.& Alc.in cōsi.1.in 1.vol.Sed tn̄ alia ratione Thomas ad

6 partē patris pōt venire.s.iure transmissionis.&† quāuis regulariter fideicōmissum conditionale non transmittatur,vt dictum est, tn̄ ex mente testōris expressè vel tacitè pōt hr̄e dicto casu locum transmissio,secūdum Bal.in leg.vnica.C.de his qui ante aper.tabu.& in l.1.C.vt actio.ab hær.& contra hær.& in l.si pater.C.de inst.& subst.in 4.q.& Soci. pulchre in l.hæredes mei. §.cum ita.ad Treb.in 4.col.vbi declarat,quādo dicatur de mente constare per plura exempla, & de qua ēt in casu nostro constat ex manifestis indiciis & cōiecturis.Et primo quia filiis post mortem eorum substituit nedum Forliuesium, & fratres eius nepotes testōris.s.filios Ludouici prædefuncti similiter nepotis eiusdem.Quemadmodum ergo voluit,ꝙ filii vnius nepotis Ludouici iam mortui admittātur post mortem filiorum,verisimile est etiam, ꝙ voluit filios cuiuslibet alterius nepotis admitti casu,quo alter eorū præmoriatur,antequam dies fideicommissi cedat, & sic quod ille præmories transmittat, cum alio iure uenire non possint, quia ex quo omnes filii dictorum nepotum sunt in pari gradu,intepretandū est in dubio, ꝙ voluerit inter eos seruare æqualitatem,ar.l.fi.C.com.vtr.iud.vbi proba

7 tur,ꝙ pp†inæqualitatem inter partes euitandam sæpe ampliat & restringitur dispositio.& facit l.cum pater.§. euictis.de lega. 2.& l.illud.C.de coll.& pulchrè declarat Are.in consi.1. col.vlti.& tanto magis sic est dicendum in casu nostro, cum filii sint etiam in condōne positi,ꝙ etiam semper in proposito ponderat Soc.in d.§.cum ita.adest etiam alia euidens coniectura, ꝗa si testōr filium Forliuesii admitti uoluit ad partem aliorum fratrum eius & filiorum Ludouici,illis vel aliquo eorum decedentib. vel decedente sine filiis vt superius probatum est,dicēdum est multo magis,ꝙ voluerit eos admitti ad portionem patris pmorientis, antequam fideicommissi dies cederet,& per consequens quòd habeat locum transmissio. Et cōfirmatur ēt ex eo, quia fecit testator plures gradus substitutionis, in quibus semper uocauit agnatos,& quidē masculos ergo uerisimile est,qd̄ uoluerit per superexistentiam Thomæ excludi filias filiorum, quas etiam exclusit propter alios de agnatione remotiores, & minus dilectos.d.l.Publius.§ fin.de cond.& dem.& facit,quod uoluit Pet.de Anch.in consi.26.incip. Non seruato ordine dubiorum. & ex hac ultima coniectura ac etiam ex prima potest etiam rationabiliter concludi,quod Thomas iure transmissionis consequi debeat id, ad qd̄ oēs prædicti sunt uocati, licet sit tm̄ positus in cōditione,& nullo casu in dispositione,quia si Forliuesius fuit vltimus,qui decessit, capit partem patris dicto iure transmissionis,& partes aliorū per ius accrescendi,qd̄ ad hr̄des transmittitur.l.si ex plurib.de suis & leg.& ubi oēs,uel aliqui su peruixissent Forliuesio, eorum portiones capere potest per trāsmissionem,si sit hæres eorum: quia,ut dixi,secundum Bal. in locis præalleg. ex coniecturata mente fit transmissio ad hæredes

8 dicto casu. Nec ob.dum dicebatur, † ꝙ per superexistentiam filiæ fœminæ defecit illa conditio substitutionis factę filiis.s.si decesserint sine filiis,quia dicitur,quod intelligitur de masculis tātum ex interpretata mente defuncti,de qua constat et hoc,quia fauore agnatorum masculorum exclusit proprias filias, ergo multo magis uidetur voluisse excludere neptes ex filiis remotiores,& minus dilectas.d.l.Publius.§.fin.& propterea credendum est,quòd testator senserit de filiis masculis tantum ipsorum filiorum,& non de fœminis.& ita per istam rationem,quando testator substituit illos de agnatione,uult etiam & declarat Pa.de Ca. in consi.79.inci. Casus iste frequenter contingit, &c. & ita etiā decisiuè consuluit in ciuitate Camerini,ut refert & sequitur Socin.in repeti. l.cum auus. de cond.& demon.colum.44.uersicu. tertio quæro de quæstione, &c. ubi transcribit ad contextum dictum consi. Pau. de Cast. & refert quòd ita aliàs consuluit do. Franc.Are.do.And.Sic. & omnes Doc.Pap. per rationes, quas ibi late ponit,ad quem me refero. Et propterea concludo,quòd Thomas est admittendus. Laus Deo.

¶ Filia an excludat substitutum sub conditione,si institutus sine filiis decesserit.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione veniunt fœminæ ad exclusionem substituti, etiam si in conditione de liberis sit facta mentio, maximè quando in aliqua parte testamenti de masculis fuit dictum, etiā si extaret statutum excludens fęminas propter masculos,vel ipse testator proprias filias exclusisset,nisi de contraria mente testantis constet. nu.7.*

2 *Vbi in una parte testamenti fit mentio de masculis,& in alia simpliciter de filijs, an ueniant fœminæ. nu.8.*

3 *Filiæ fęminæ non excludunt substitutum, quando constat testatorem velle bona ad masculos pertinere pro conseruatione agnationis & domus.*

4 *Statutum excludens matrem existentibus agnatis, intelligitur de masculis.*

5 *Coniecturæ quibus testator uideatur voluisse bona in agnatione conseruare exclusis fœminis.*

6 *Testator si in substitutione de masculis dixit, etiam præcedentia de masculis debent intelligi.*

9 *Intellectus.l.vnicæ.§.sin autem. C. de cad.toll.*

CONSILIVM CXLVI.

MELCHIOR Seraphini in testamento hæredem vniuersalem instituit Seraphinū filium suū masculū. Et si dictus eius filius decederet in pupillari ætate,vel postea qñcunq; sine liberis legitimis, & naturalib.substituit Benedictum eius patruum, uel eius liberos descendentes masculos,& sic cippū domus manutenendæ per masculos,&c. Mortuo testatore decessit Seraphinus,superstite filia tantum,& superstite filio masculo ex d. Benedicto præmortuo, & substituto. Quæritur ergo, utrum substitutus admittatur, an uero per dictam filiam Seraphini excludatur. Et prima facie uidetur dicendum, quòd substitutus sit exclusus, quia illa conditio, sub qua Seraphinus fuit grauatus, uidelicet si decesserit sine liberis, defecit per superexistentiam filiæ suæ, quæ continetur appellatione liberorum ipsius Seraphini. l. 1. C.de condi.inser. & l. cognoscere.§.liberorum. de uerb.signifi. & hoc est ue-

1 rum etiam † si de liberis,uel de filiis sit facta mentio in conditione,s̄m Ioan.And.& alios,in c.Raynaldus.de test.& Alex.in consi.55.in fin. 3.uolum. & in alio consi. statim allegando. Et istud etiam in terminis velle uidetur Pau.de Ca.in cons.79.Casus iste frequenter contingit, &c. Nam quando filius a testatore grauatur si decesserit sine filiis,uel liberis, ad hoc, ut uerbum illud, sine

sine liberis, restringatur ad masculos, dicit duo esse necessaria.
Primum, ꝙ testator proprias filias excluserit in institutione &
substitutione, & ꝙ illis filios, & descendentes masculos prætu
lerit. Aliud est, ꝙ substitutus sit talis, qui ex forma statuti exclu
dat neptem ex filio grauato. his. n. duobus concurrentib. colli-
gitur, ꝙ testator filios masculos grauati posuit in conditione,
& non fœminas, ne sequatur absurdum, ꝙ filiæ testatoris ma-
gis dilectę sint deterioris conditionis, quam neptes illius mi-
nus dilectæ, arg. l. Publius. §. fi. de cond. & l. si uiua matre. C. de
bo. ma. per no. ꝑ Bar. in l. Gallus. §. etiã si parẽte. de lib. & posth.
Et quia stãte dicto statuto præsumitur, ꝙ testator uoluerit bo
na in agnatione conseruare, & ad illius conseruationem testa-
torem habuisse respectum, & ubi prędicta non concurrerent,
sed vtrunque cessaret, uel alterum ex prædictis, tunc neptes ex
filio grauato dicerentur in conditione positæ, & substitutum
excluderent, secundum Pau. de Cast. Si ergo filij Benedicti, qui
fuerunt substituti, non excludunt filiam Seraphini a successio-
ne paterna ex forma statuti, cessat vnum ex illis duob. necessa-
rijs. non enim sufficit, quòd substitutus sit agnatus, sed requiri
tur, quod sit talis, qui ex forma statuti excludere posset filiam
grauati sub dicta conditione ab intestato a successione testato
ris, & prout contingit in casu Pau. de Cast. in quo alius filius te
statoris fuerat substitutus uni ex filiis præmortuo relicta filia
fœmina, & quæ a successione aui testatoris excludebatur per a-
lium filium eiusdem substitutum ab intestato, quia per Italiã
statuta sunt cõmuniter, ꝙ extantib. masculis filiæ fœminæ non
succedant, & per quod intelliguntur etiam neptes ex filio exclu
sæ, licet de illis nulla sit facta mentio, sed de filiabus tantum, iu
xta no. per Barto. in l. liberorum. de uerb. sign. sed forte in casu
nostro filii Benedicti, qui non sunt de descendentib. masculis te
statoris, sed transuersalibus, & in quarto gradu non excludunt
filiam Seraphini a successione Melchioris aui materni ex dispo
sitione statuti. Et similiter in casu nostro aliud necessarium, de
quo per Pau. de Cast. in d. consi. non concurrit, quia Melchior
testator non exclusit filias suas fauore masculorum, quoniam
filias aliquas non habuit, sed solum Seraphinũ filium. Et ideo
quia cessat hæc coniectura, quæ oritur per exclusionem filia-
rum, etiam si filii Benedicti excludere potuissent filiam Seraphi
ni a successione aui ab intestato ex forma statuti, istud nõ suffi
ceret ad inducendum præsumptionem, quod testator solum
senserit de filiis masculis Seraphini, quia ad inducendum talem
præsumptionem utrunq. est necessarium, secundum Pa. de Ca.
Et pro hac parte scilicet pro filia Seraphini, quod substitutum
exclusat, consuluit Alex. in consi. 38. Perspectis his, &c. 6. vol. al
legat dictũ consi. Pa. de Ca. deducendo vt supra contra substi-
tutum & in fauorem filię ipsius grauati, & in d. consil. conclu-
dit Alc. ꝙ aut ibi substituti non sunt de agnatis masculis testa-
toris, & apparet, ꝙ nulla subest rõ vrgens, propter quam non
debeant intelligi dicta verba de filijs masculis, & etiam de fœ-
minis, prout de iure communi intelligitur, vt in iurib. pręalleg.
l. si ita fuerit. de test. tut. & l. si ita sit scriptum. in princ. de leg. 2.
& tunc substitutus excluditur, vt etiam dicit Pau. de Cast. in d.
consi. Aut substituti erant de agnatis masculis, & tunc aut erãt
tales, ꝙ ex forma statutorum loci non excludebant filiam gra-
uati ab intestato. & idem, allegat no. per Bár. in l. hæredes mei.
§. cum ita Trebe. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. liber. Aut
erãt tales agnati, qui ex forma statuti exclusissent dictam filiam
& tunc sentit Alex. ꝙ in casu suo, in quo testator etiam ꝓprias
filias excluserat, substituti admittuntur. & sic etiam Alex. deci-
dit casum nostrum in fauorem filiæ ipsius Seraphini, maxime
si ex forma statuti filii Benedicti illam non exclusissent ab inte
tato. Et alia ratione uidet, ꝙ dicti substituti in casu nostro sint
exclusi indistinctè. & sic etiam casu quo filiæ testatoris fuissent
exclusæ ex testamento, & dato etiam qđ agnati substituti essẽt
tales, qui potuissent ab intestato excludere filias Seraphini, qa
2 isto casu † quando testator de masculis sensit, de illis speciali-
ter mentionem facit. quod patet, quia Seraphino decedenti si-
ne liberis substituit Benedictum eius patruum, uel eius libe-
ros, & descendentes masculos. Si ergo in conditione illa, si fi-
lius decesserit sine filiis Melchior de masculis tantum sensisset,
uerisimiliter hoc expressisset, sicut in alia parte de masculis
mentionem fecit, argument. leg. unicæ. §. sin autem ad defi-
cientis. C. de cad. tollen. & ita proprie in terminis per istam ra-
tionem uult Alexand. in d. consil. 38. dicens; quando in una
parte testamenti facta fuit mentio de masculis, quod sub præ-
dicta conditione includuntur tam fœminæ quam masculi indi
stinctè, per c. inter corporalia. de transla. præl. ibi, unde si de trãs
latione idem fieri uoluisset, qđ de cessione dixerat, & de trans-,
latione poterat expressisse. uñ ꝺm Alex. apparet hoc casu, ꝙ te
stator quo ad dictam substitutionem uoluit se conformare cũ
intellectu iuris cõmunis, & naturæ, quæ pariter uocat liberos
utriusq; sexus. l. maximum uitium. C. de lib. præt. & dicit, ꝙ per
istam rationẽ, ita in effectu concludit Pet. de Anch. in cõsi. 129.
Pro clariori decisione, &c. in fi. & tanto magis hoc etiam habet
locum in casu nostro, in quo subintelligitur illa conditio, si de-
cesserit filius, sine filiis masculis & fœminis, etiam si nõ fuisset
expressa. l. cum auus. de cond. & dem. l. cum acutissimi. C. de fi-
deic. ideo debet præsumi, ꝙ uoluerit se conformare cum dispo-
sitione iuris cõis. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. lo. & no. Bar. in l.
uxorem. §. testõ. de leg. 3. & ꝙ ubi in una parte testamenti facta
fuit mentio de filiis masculis, & in alia de filiis simpliciter, intel
ligatur ẽt de fœminis, uoluit ẽt Io. de Ana. in consi. 22. Ad pro
bandam, &c. per c. nonne. de præsumpt. & in l. cum prætor. in
prin. de iud. Sed prædictis non ob. contrarium indubitãter pu
to uerius. Nam, ut dictum est, testator instituit Seraphinum fi
lium suum hæredem, & si decederet quandocunq; sine liberis,
substituit Benedictũ patruum suũ uel eius liberos & descenden
tes masculos, & sic cippũ domus manutenẽdæ ꝑ masculos, &c.
Ex his ergo ultimis uerbis manifestè constat, quod uoluit bo-
3 na † ad masculos peruenire pro consernatione cippi domus. i.
agnationis. l. j. in prin. ad Silla. & no. Bart. & Bald. in l. fin. C. de
uer. sig. & Ang. & Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb.
Quia ergo expressè cõstat, ꝙ testator uoluit bona sua ad agna-
tos masculos peruenire pro conseruatione agnationis, ex hoc
sequitur, ꝙ illa conditio, si filius decesserit sine filiis, sub qua uo
cantur agnati masculi, debet restringi ad filios masculos, & sic
ꝙ filij masculi tantum Seraphini intelliguntur in conditione
positi, ut probat primo ex no. per Ioan. And. in addi. Spec. in ru
br. de test. circa fin. uer. sub hoc tit. generali, &c. ubi refert quæ
stionem Richar. Malumb. quæ talis est: Titius habens duos fi-
lios Seium & Mæuium, Seium hæredem uniuersalem instituit,
& quẽ rogauit, si decederet sine liberis, ut hæreditatẽ restitue-
ret Mæuio fratri suo, uel hæredibus suis masculis, quæritur er-
go, an mortuo Seio, sine liberis admittatur nepos ex filia Mæ-
uij præmortui, & determinat ꝙ non, ea ratione in proposito
nostro, quia uoluit bona inter agnatos remanere, & ideo quã-
uis dictus nepos sit descendens masculus Mæuij, qui fuerant
substituti, non dẽnt admitti, quia cum sit nepos ex filia, non est
agnatus, & sic uerba ratione prædicta restringuntur ad descen
dentes masculos Mæuij per lineam masculinam, & per istã de-
cisionem ꝙ in casu nostro masculi tantum dicantur in condõ-
ne positi, qñ agnati masculi sunt substituti, uoluit Are. in quodã
consi. inci. Stomachatus sum, &c. qđ nõ est impressum, & pro-
ut refert etiam Soc. in l. cum auus. de cond. & dem. col. 50. & lo
quitur, quando agnati masculi fuerunt substituti etiam absque
eo, ꝙ in testõ testator expresserit uelle, ꝙ bona cõseruentur in
agnatione, quasi quod fauore agnationis dicatur sic factum ex
hoc solo, ꝙ de agnatis masculis fuit facta mentio, & prout ẽt
præsupponit Io. An. in loco præal. multo ergo magis in casu no
stro ita est etiam dicendum, ex quo testator dixit, quod substi-
tuebat descendentes masculos patrui, & sic cippum domus ma
nutenendæ per masculos. Et sic sumus in casu certo, quod te-
stator uoluit prouidere agnationi, & non per coniecturas, &
4 præsumptiones, ut in casu Ioan. And. Secundo quòd † agnati
substituti debeant admitti probatur ex his, quæ uoluit Bald. in
consi. incip. Martinus de Florentia, inter consi. Ange. nu. 270.
& cum eo transit Ange. in consi. sequen. ubi concludit, quòd
si statutum excludit matrem extantibus agnatis, ꝙ intelligitur
de masculis, quoniam secundũ eum intentio statuti fuit cõser-
uare bona in agnatione, & quãuis de tali intentione non appa
reret expresse ex statuto Florẽtino, conatur tamẽ Bal. per con-
iecturas probare, & per præsumptiones, ꝙ talis fuerit mens sta
tuti. Ex tali ergo præsumpta, & coniecturata mente statuti
uerba eiusdem agnatis debent restringi ad masculos agnatos,
per quos agnatio conseruatur, & perpetuatur, & ideo secun-
dũ eum amita quamuis sit agnata non excludit matrem defun

cti. Pari ergo ratione & multo magis in casu nostro conditio il la, si decesserit sine liberis, dēt restringi ad masculos, cum ex ipso testō appareat, ꝙ testōr substituit agnatos masculos fauore agnationis, & pro conseruatione illius, & sic ꝙ de mente illius q̃tum ad hoc constat ex verbis, & non per coniecturas uel præsumptiones, & ēt eo magis, quia ex proprietate uerborum filiæ non includuntur ex propria significatione liberorum, quia masculinum ex interpretatione, & non propriè concipit fœmininum, ſm Bar. in l. 1. de uer. sig. & quia numerus pluralis ex proprietate sermonis non uerificatur in uno. l. fin. ad Treb. Si ergo ex mente ēt tacita uerba conditionum improprijantur. l. in conditionibus. in prin. de cōd. & de. multo magis ex mente defuncti uerba condōnis debent capi propriè, & prout etiam regulariter capiuntur strictè. l. qui hær. in prin. & l. Mæuius. co. ti. Ter
5 tio prædicta† comprobantur: Nā Benedictus patruus & Melchior eius nepos ex fratre præmortuo uno contextu, hoc est eodem loco & tempore, & coram eisdem testib. fecerunt testm̃, & alter altero præsente, & intelligente, & Benedictus prædictus casu, quo filius suus hæres institutus decederet, seu post mortē illius, substituit Melchiorem uel eius liberos masculos, & dicto casu reliquit filiab. suis florenos 20. pro augmēto dotis, & sic filias suas exclusit nedum ab institutione fauore filiorum suorū masculorū, sed a substōne excepta dicta modica q̃titate fauore masculorum agnatorum trāsuersalium. Ex hoc ergo arguitur præsumptiue, ꝙ si Melchior filias habuisset, quod illas exclusisset a substitutione facta filio de patruo, & de liberis illius masculis, quia ex modo testandi. s. simul & eodem contextu, & ut supra & etiam ex dispositione & ordinatione dictorum testatorum satis clare colligitur, ꝙ in testando, & in disponendo uolebant inter se æqualitatem seruare, & ꝙ intentionis eorum & cuiuslibet eorum erat, ꝙ unus ex testō alterius & ecōuerso æqualiter oneraretur, & commodum caperet, quia ergo patruus fauore nepotis, & liberorum suorum masculorum exclusit filias & filiabus prædictos agnatos prætulit, uerisimiliter fecisset idē nepos fauore patrui, & suorum liberorum masculorum, si filias habuisset. Et quod ita facturus fuisset, clare constat ex substitutione facta de eippo domus cōseruandæ per masculos, ex qua declaratur, quod intentio sua fuit, quod bona sua conseruarentur in agnatione masculina. Melchior ergo filias non exclusit, quia illas non habuit, quas uerisimiliter exclusisset, si habuisset tempore testi. quantum ergo ad præsumendum, ꝙ sub illa conditione, si filius decesserit sine liberis, senserit Melchior de masculis tantum, satis est, ꝙ ex coniecturis appareat, ꝙ filias exclusisset fauore agnatorum masculorum si illas habuisset. & quantum ad hunc effectum perinde est, ac filias habuisset, & eas exclusisset, & similiter constat ex dicta substitutione facta de cippo domus conseruandæ per masculos, ꝙ intētio sua fuit, quod bona sua conseruarentur in agnatione, & ꝙ substitutio de dictis agnatis fuit fcā fauore agnationis. His ergo duob. cōcurrētib. probatur præsumptiue, ꝙ in dicta condōne, si decesserit sine liberis, sunt positi tantum masculi, & non fœminæ, secundū Pa. de Ca. in d. consi. 79. cuius opi. est a Mod. communiter approbata, & de qua latissime per Soci. in d. l. cū auus. col. 44. cū plu. seq. uer. 3. quæro. &c. Nec refert, ꝙ ipse loquitur casu, quo masculi substituti excludunt ab intestato filias grauati ex forma statuti, quia hoc adducit & ponderat, tanquam iste sit unus modus ad oñdendum, ꝙ testator habuisse præsumatur respectu ad agnationem, & ꝙ studuit illam conseruare per diuitias, sed per hoc non excluditur alius modus probandi dictam intentionem, nec negat, & negare pōt, qui sufficiat aliter & alio mō, seu per alias præsumptiones oñdere dictam intentionē erga agnationem, & prout de illa cōstat aperte ex testō, & ex ipsa substōne fcā in illo, & ex qua magis probatur in hoc uoluntas testōris, quam ex solo statuto, quia tunc de illa apparet præsumptiue sed isto casu uere ex uerbis expresis in ipso testamento.
6 Quarto & ult. ad cōfirmationē pdictorum facit, quoniā† testator in substōne fecit mētionē de liberis masculis patrui. Vnde licet in cōdōne, sub qua notantur, sint positi simpliciter liberi filii grauati, dēt intelligi de masculis, quia ex sequenti parte testamenti declaratur alia pars præcedens, & econuerso. leg. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiab. in prin. de leg. 1. Et ita etiam determinat Abb. in cons. 36. Videtur primo. in ult. col. ubi uult, ꝙ si in una parte testamenti sit facta mētio de filiis masculis, et in aliis de filiis simpliciter, ꝙ intelligitur semper testator de masculis, quia uerba dubia capiūt intellectū ex præcedētib. & ecōtra per dicta iura, & per l. fi. §. cui dulcia. de vi. triti. ole. leg. Et ultra eum illud melius probatur ex no. per Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. ubi dicit, ꝙ si facta sit mentio in una parte testamenti de filiis naturalib. & in alia parte fiat mētio de filiis simplr, ꝙ intelligitur de naturalib. ēt eo casu, quo appellatione filiorū nō ueniūt naturales, pillā rōnē, quia una pars testamēti declarat aliā, p dicta iura. Nec ob. allegata in ꝯrium, &
7 primo illud, qđ uult Pa. de Ca. in d. cōsi. 79. quia † non loquit, qñ ex testō expresè apparebat, quòd testōr uoluerit prouidere agnationi masculinæ, & bona sua in illa conseruari, sed qñ hoc erat dubium. Ad hoc ergo, ut in casu dubio præsumatur hoc uoluisse, & per consequēs ꝙ masculi tm̃ dicantur positi in cōditione, requirit duo. s. ꝙ fauore masculorum excluserit proprias fœminas filias, & quòd masculus substitutus sit agnatus, & talis, qui ex forma statuti excluderet filias grauati ab intestato a successione testatoris. Sed quando expressum est in testamento, ꝙ est dispositum in fauorem agnationis, & quia uoluit testator per masculos agnationem conseruari, tunc aliæ coniecturæ ad illud probandum non sunt necessariæ, quia in incertis, & non certis locus est coniecturis. l. cōtinuus. §. cum ita. de uer. obl. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. de le. 3. Cū igitur constet, ꝙ habuit testōr respectū ad agnatione, & ꝙ in fauorē illius disposuit in conditione intelliguntur masculi positi, & non fœminæ, per quas non conseruantur bona in agnatione, ſm Ioā. And. in d. rub. de test. & Bald. in d. consi. Martinus Florentia, &c. Præterea ēt in casu nostro concurrunt illa duo, ex quibus Pa. de Ca. uult, ꝙ cōdō intelligatur de masculis, & non de fœminis, per ea quæ dicta sunt supra, in 3. fundamēto pista parte. Et per hoc patet responsio ad aliud consi. Ale. 39. in 6. uol.
8 Non obstat etiam † ꝙ testōr fecit mētionē de masculis, qñ de illis sensit, & ꝙ ubi fecit mentionē de filiis simpliciter, si đ masculis sensisset, hoc expressisset. d. c. inter corporalia. de transl. prædl. ſm Alexan. in d. consi. & in d. l. unica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. quia immo ex hoc, ꝙ de masculis in una parte testī est fcā mētio, de masculis etiam sensit testōr, qñ de filiis simpliciter loquitur ī alia parte testī, q̃ declaratur paliā partem, ſm Ab. in d. consi. & Bar. in d. §. si quis rogatus. & cuius authoritas præualet, præsertim quia cum illo transeunt oēs, & de quo nō faciunt mentionem, qui in proposito aliter dicunt. Nec ob. iura, quæ allegātur in ꝯrium, quia loquuntur, qñ agitur de interpretatione extensiua, quæ in casu omisso nō ha-
9 bet † locū, & ea rōne de qua in illis iurib. quia si disponēs hoc uoluisset, id expressisset, sed hic agitur de interpretatione declaratiua. i. qūo uerbū, filiis, positū in conditione, qđ pōt intelligi de masculis & fœminis ex interpretatione iuris, & pōt ēt in masculis tm̃ uerificari, & hoc ex ppria significatione, ſm Bar. in d. l. 1. de uer. sig. debeat declarari, & isto casu pro declaratione verbi ambigui debemus recurrere ad præcedentia, uel sequentia, ut in dictis iuribus, & in l. hæredes palam. §. si quid post. de test. vbi probatur dicta distinctio. Ex his concludendum puto, & sine dubio, ꝙ purificata sit conditio, sub qua per fideicommissum sunt uocati filij Benedicti ex testamento Melchioris. Et, ut uerum fatear, in his terminis iste casus apud me nullam, uel modicam habet dubitationem. Laus Deo.

¶ Filia fœmina, an faciat deficere conditionem fideicommissi si a grauato fuit institutus, maximè stante prohibitione alienationis facta per testatorem. Et an per diuisionem fideicommisso renunciatum dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in conditione positorum ueniunt fœminæ etiam legitimatæ ad exclusionem substituti.*
2 *Alienatione prohibita per testatorem, an simplex fideicommissum inducatur.*
3 *Clausula in fine posita non refertur ad omnia præcedentia, quando venit aliquam dispositionem qualificandam. nu. 8.*
4 *Prohibita alienatione non tollitur successio ab intestato.*
5 *Succedens ab intestato non obstante alienationis prohibitione potest etiam institui a prohibito. nu. 10. & 16.*

Per

6 *Per diuisionem, an, & quando fideicommisso dicatur renunciatum. nu. 15.*

7 *Filiorum appellatione non ueniunt fœminæ ad exclusionem substituti, si de linea masculina testator sensit.*

9 *Confessio hæredis declarat dubiam testatoris dispositionem, præiudicatque confitenti.*

11 *Alienationis prohibitio in rem, comprehendit etiam alienationem legalem, secus si in personam. nu. 12.*

Prohibitio alienationis, quando dicatur in rem.

12 *Dictio, omnino, & similes quid operentur in prohibitione alienationis.*

13 *Alienatio etiam necessaria censetur prohibita, quando testator expressit bona continuò debere stare pro hæredibus.*

14 *Alienatio etiam legalis censetur prohibita, quando duplex est testatoris prohibitio.*

Intellectus. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2.

CONSILIVM CXLVII.

EX pluribus prima facie dicendum uidetur, quod Nicolaus Albertus filius Ioan. Iacobi non possit ad partem Francisci eius patrui admitti ex testamento aui, qui instituit dictum Franciscum, & Io. Iacobum eius filios hæredes, & si alter ipsorũ eius hæredũ quãdocumque sine filiis decesserit, superuiuentem instituit, & substituit, & præmortui, seu præmortuorum liberos in stirpes, & non in capita uulgariter, pupillariter, & per fideicommissũ, &c. Ex hac igitur parte non pôt dici vocatus d. Nicolaus ex Io. Iacobo p̃mortuo, quia Francisc. de cuius portione agitur, decessit cum filia fœmina hærede instituta, quæ † venit appellatione filiorũ positorũ in cõditione. l. si ita sit scriptũ. in prin. de leg. 3. & l. si quis ita. in princ. de test. tut. & facit l. 1. C. de cond. inser. Nec refert, quod dicta filia fuerit spuria, quia ex quo fuit legitimata uenit appellatione filiorũ, sicut legitima & naturalis, quia filia dicitur propriè sm Bar. in l. si is qui pro emptore, de usucap. in 3. q. prin. ver. item quæritur, &c. & probatur ex no. p eũ in l. maritus. §. legis. de adult. & idem vult Bald. in auth. nuper. C. de nat. lib. & p pea filius legitimatus intelligitur in illa cõditione, si decesserit sine filiis, positus ad exclusionem substituti, non minus quã filius legitimè natus, ut traditur in l. ex facto, in princ. de uulg. & pup. & in l. Gallus. §. si eius. de libe. & posthu. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substit. cum concord. de quibus per omnes Mod. in dictis locis, & præsertim quando legitimati fuit facta mentio de substitutione, & ille habebat potestatẽ legitimãdi, etiã non citatis illis, quorum interest. Nam tũc non obstat, quod uult Pet. de Anch. in consi. 48. & Alexan. consilio 67. & consi. 94. 1. vol. Nec etiam præmissis obstare videtur, quod etiam in eodem testamento testator prohibuerit alienationem bonorum quibusdam exceptis, quia uoluit, & uult dicta bona de uno in unum prædictorum, & in posteros liberos eorum mares, & ex masculina linea ex prædictis in perpetuum descendentes peruenire, &c. Quoniã testator dicit duplicem substitutionem fideicommissariam fecisse. Et primo casu, quo alter ex filiis institutis decesserit sine filijs, & de ista agitur, quæ dicitur defecisse per superexistentiam filiæ legitimatæ, alia vero fuit facta eo casu, quo sequeretur alienatio contra dictã prohibitionem. Nam ubi prohibetur alienatio,
8 quia vult testator bona † in descendentes suos mares peruenire, non dicitur simplex fideicommissum, hoc est siue sequatur alienatio siue non, sed tantummodo intelligitur factum, si fiat contra prohibitionem, sm Ale. qui ita declarat in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. oblig. per no. per Bar. in l. pater. §. filiam. de lega. 3. & illa clausula, quia uoluit & uult, &c. in qua fit mẽtio de descendentibus maribus, est expressa ad determinationem ultimæ substitutionis, quæ resultat ex prohibitione alienationis, & ad illius ualiditatem, quia prohibitio fuisset nulla, si non fuisset expressa dicta causa vel altera similis. leg. filiusfamiliàs. §. diui. & ibi plenè not. de leg. 1. Ex quo sequitur, quòd talis clausula non refertur ad primam substitutionem, de qua supra, & ex qua vult dict. Nicolaus venire, vt not. declarat Bar-
8 to. in leg. fina. de rebus dub. dicens quòd clausula † in fine posita tunc refertur ad omnia præcedentia. leg. tertia, §. filius. de lib. & posth. & l. talis scriptura, de lega. 1. quando stat per se pricipaliter, sed quando uenit ad aliquam dispositionem qualificandam, puta quia in ultimo legato apponatur conditio, tunc ad aliud non refertur, nisi ad illud vltimum. leg. filium. cum ibi nota. quando dies lega. ced. & idem in pulchra quæstione uult in effectu Bal. in l. 1. in fi. C. de legit. hęr. Et iste est casus noster, vt ex præmissis colligitur. Et ideo licet ex ultima substõne facta in casu alienationis masculi tñ dicantur uocati, & per fœminas non possint excludi, tñ ex prima fœminæ pñt substitutum excludere. Nec ẽt uidetur dici posse, quod Nicolaus Maria prædictus ueniat ex hac vltima substõne, tanquã dicatur fecisse Frã. contra p̃hibitionem, instituendo filiam fœminam. l. peto. §. fratre. de leg. 2. & traditur in l. si ita quis. §. ea lege. de uer. obl. & in l. ea lege. C. de cond. ob cau. quia quamuis prohibita dicatur a-
5 lienatio † extra masculos descendentes, non tamen prohibetur ab intestato succedere fœminæ, uel descendentes per fœminã, nec prohibitio talis comprehendit uolentem uenire ab intestato, licet non sit de illis, quorum fauore facta sit prohibitio. l. cũ pater. §. cum inter. de leg. 2. & ibi per Bar. & per eum in d. §. fratre. & in d. §. ea lege. & per Alexã. in d. §. cohæredes. & est communis opin. Sicut ergo filia potuit patri ab intestato succedere, & masculos excludere, non obstante prohibitione, ita etiam potuit institui a patre, secundum gl. in l. pater. §. Iulius Agrippa. de leg. 3. quæ est ad hoc singularis, secundum Imol. in d. §. ea lege. & in d. §. fratre. & Ale. in consi. 56. 1. uol. & probatur ex no. per Bar. in l. 3. in fin. de leg. j. dato, quod præmissis non obstantib. dici possit, quòd in hunc euentum d. Nicolaus Albertus fuerit uocatus per fideicommissum, nihilo minus uidetur exclusus ex diuisione paterna facta cum Franc. eius fratre, maximè dum in ea dicitur, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid dictis fratribus perpetuo placuerit faciendum, &c. Nam per
6 † huiusmodi uerba uidentur fratres diuidentes sibi adinuicem dedisse licentiam alienandi, sicut per illa uerba, qđ procurator possit facere, quicquid uoluerit, dicitur concessum mandatum cum libera. l. creditor. § Lucius. ff. mãd. & ideo potest alienare, l. procurator cui libera. de procu. & no. in leg. procurator totorum. eo. tit. Vnde facta institutione de filia, quæ dicitur alienatio, ut per Bar. in d. §. ea lege. fideicommissum in hunc casũ intelligitur esse remissum, secundum Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. de uer. ob. cum quo transeunt alij. ubi concludit, quod si in diuisione fit dictum, quod facit unus alterum, & econuerso, p̃curatorem tanquã in rem suam, ita ut amodo possit de p̃dictis reb. agere & se tueri, & omnia facere, quæ ipse dominus facere posset, &c. uel fuit dictum, quod concesserunt inuicẽ dictas res ad habendũ, uẽdendum & alienandũ, quicquid iuris, &c. Si quidem alienatio sit sequuta, non poterit emptor inquietari iure fideicommissi, siue fratres diuidẽtes fuerint scientes, siue ignorantes. l. si mandato Titij. ff. manda. & l. si fundum per fideicommissum. de l. 1. Idem ergo & in casu nostro, in quo uerba expressa æquipollent prædictis. Et ex alio quoque uidetur renunciatum per dictos fratres fideicommisso, quoniam promiserunt adinuicẽ litem, causam uel controuersiam aliquam, in, uel de reb. prædictis diuisis ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, &c. & etiam cum iuramẽto dictam diuisionẽ, & omnia & singula in diuisione contẽta firmam, ratam & gratam, ac firma, rata, & grata perpetuo habere, tenere, & nunquã contrafacere, uel uenire aliqua, rõne uel cã, &c. Cum ergo dicti fratres tempore diuisionis habuerint notitiam testi paterni & contẽtorum in illo, quod probatur ex dicta diuisione inquantũ certam rẽ reliquerunt indiuisam ea rõne, quia eorum matri fuerat per patrem relicta, ut probatur ex no. per Bart. ĩ d. §. duo fratres. in 3. q. intelligitur inter illos ex clausulis prædictis fideicommissum fuisse remissum, ut probatur in d. §. duo fratres. secundum opi. Rug. qui dicit illo casu fuisse bene iudicatum, cũ quo ẽt trãsit Dy. Bal. & Alb. de Ro. ibi, qui dicit ita tenuisse Iac. de Are. & Iac. de Raue. & idem tenet Gul. in l. qui cum tutoribus. de trãsa. & Ang. in d. §. duo fratres. qñ fideicõmissũ est reciprocũ, & p oĩa coæqueuum, ut esse reperitur in casu nostro, p multa, de quib. ibi p eum. Et idem uult Ang. in cõs. Magnificus miles dñs Antonius, &c. & etiam Io. An. in add. Spe. in ti. de tes. §. in primis, super uersi. quid si duobus, &c. sequitur istã opi. qñ fuit dictum, quod partes promittebant stare diuisioni, & quod de reb. diuisis in perpetuũ aliter ab altero non peteret aliqua ratione, uel iure, uel cã, quæ dici uel excogitari posset, &c. &. p̃ut in effectu uĩ fuisse dictum & actũ in casu nostro. & istã opi. quando uer-

uerba fuerunt dicto mō cōcepta, uidetur ēt sequi Alex. in d. §. duo fratres. Sed præmissis nō obstantib. cōtrarium arbitror ue rius, & ꝙ d. Nicolaus ad portionem patrui dicatur iure fideicōmissi uocatus, quia nō tm̄ filios testōris substituit adinuicē, sed ēt præmortui filios, si alter ex institutis decesserit sine filijs. Cū ergo decesserit Franc. sine filijs masculis dicitur adimpleta conditio, sub qua dictus Nic. reperitur uocatus, quia filios tātū masculos filiorū, & nō filias intelligitur testōr in condōne posuisse, & de masculis solū sensisse. Quod probatur primò ex eo
7 † ꝙ premortui liberos dicto casu simpliciter substituit, & tamē de liberis masculis sensit, & non de fœminis, quamuis appellatione liberorum cōtineantur. d. l. 1. C. de cond. inser. Et ꝙ ita sē serit testator, ex sequentibus declaratur, dum alienationē prohibuit, quia bona uoluit in posteros liberorum mares, & ex masculina linea descendētes in perpetuum peruenire, &c. Ex hoc igitur, ꝙ in sequentib. alio casu liberos mares filiorum uocauit præsumitur, ꝙ etiam in præcedenti substōne liberos mares tantum uoluerit uenire, ar. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de le. 1. Et illud ēt uult Abb. in cons. 36. Videtur primò. in ult. col. dicens ꝙ si testōr in una parte testamēti de filijs simpliciter loquitur, ꝙ intelligitur de masculis, quando in alia parte de filiis masculis fecit mentionem, arg. dictorū iurium, & quamuis Io. de Ana. uideatur aliter dicere in consi. 22. Ad probandam. &c. tñ primū est uerius, per no. per Bart. cum quo alii transeunt in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Tre. ubi dicit, ꝙ si testōr fecit in testō mentionem de filio naturali, & in alio simpliciter de filio, ꝙ intelligitur ēt de naturali eo ēt casu, quo appellatione filiorum non contineretur naturalis per iura prædicta & præcipue hoc est uerum in casu nostro, quia intentio testōris fuit, ꝙ bona cōseruarentur in suos descendentes masculos, ut ēt patet per sequentia, per no. per Io. And. in add. Spe. in rub. de test. uer. sub hoc ti. generali. dum uult, ꝙ in substōne facta de hæredib. masculis non uenit nepos ex filia, quia cum de masculo sit fcā mentio, uoluit testōr agnationi fauere. idem ergo in casu nostro eadē ratione. Si ergo ī prima substitutione, in qua uocantur simpliciter liberi filij præmortui, sensit testator de masculis tm̄ per rationes prædictas, quamuis uerba uideantur aliter sonare, dicendum est ēt, ꝙ in conditione illa si decesserit sine filijs, sub qua dicta substitutio fuit concepta, ꝙ masculi tm̄ dicantur positi, qui sunt de liberis, cum sint nepotes testatoris. l. liberorum. de uer. sig. per easdem rōnes, uidelicet quia de liberis ac ēt de filiis masculis inferius est facta mentio, & quia per inferiora constat, ꝙ testōr uoluit bona inter masculos solū cōseruari. Et pro hoc bene facit, quod uult Pa. de Cast. in cōs. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. ubi cōcludit, ꝙ sub dicta cōdōne. s. si decesserit filius sine filiis, cōtinētur duntaxat masculi, quando testator proprias filias exclusit, & agnatum masculum substituit, quia filias suas fauore agnationis uidetur exclusisse, ergo multo magis neptes ex filio minus dilectas, arg. d. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. & alii quamplures idem consuluerunt, ut refert ad longum Soc. & sequitur in l. cum auus. de cōdi. & de. colu. 44. uer. tertio quæro de quęstione ualde solenni &c. licet ergo in casu nostro non sint filiæ testatoris exclusæ: quia tamen in sequentib. de liberis masculis est facta mentio, & expressit testator, quòd uolebat ad dictos masculos bona in perpetuum peruenire, non minus est pręsumendum, ꝙ in conditione masculi tantum sint positi, quàm in casu Pa. de Cast. & aliorum: quia magis de mente apparet isto casu quàm in illo. Et hanc sine dubio puto fuisse intentionem testatoris, quam se qui debemus ex quo uerba patiuntur dictam intrepretationē & restrictionem, secundùm Bart. in l. in ambiguo. de reb. du. dum respondet ad l. non aliter. in prin. de l. 1. & Alc. in l. 3. C. de
8 lib. præt. ¶ Nec ob. ꝙ clausula apposita ad qualificandum † unū capitulum non referatur ad aliud, fm̄ Bar. in d. l. fi. de reb. dub. quia illud est uerum per modū repetitionis, uel relationis, sed bene operatur multum ad declarandum uerba ambigua alterius capituli, secundum Are. in l. 3. §. filius. de lib. & posth. per l. utrum. cum ibi not. per Bal. & Ang. de pet. hær. cum quo trāsit Soc. in d. l. fi. qui etiam pro hac adducit no. per Ang. & Imo. in leg. si quis cum aliter. de uerbor. oblig. ubi dicunt, quod licet dicta in præcedentibus non, intelligantur repetita in sequentibus ex interuallo, tamen ex illis præsumitur declaratio sequentium. Sic igitur, & in casu nostro, per sequentia possunt, & debent præcedentia declarari, quāuis dicta clausula non possit ad præcedentia referri. Et ultra præmissa ꝙ intellexerit testator solum de masculis, probatur ex confessione Fran
9 cisci, bis facta in præsentia Io. Iaco. qui † in quadam uenditione & in ratificatione petita a fratre de dicta uenditione dixit, & cōfessus fuit, ꝙ pater eorū dictos suo masculos filios adinuicem substituit, si alter decesserit sine filiis masculis, & per quā cōfessionem apparet, ꝙ Franciscus declarat intentionē patris sui fuisse, ꝙ solū masculi dicātur positi in conditione, & quæ cōfessio non pōt dici erronea, nec dr̄ de errore eius apparere ex ipso testamento, ad quod fit relatio, quia licet de filiis in illo simpliciter sit facta mentio solum, tamen filij masculi possunt comprehēdi sub illis uerbis, & ex ꝑpria ēt cōtinētur significatione. fm̄ Bar. in l. 1. de uerb. sig. dū uult, ꝙ masculinū cōcipiat fœmininū ex interpretatione, & ex propria significatione, & ꝑpea cū uerba testī possint in masculis uerificari, & ex præsumpta mente defuncti, ex illis non dicitur probari error confitentis, & maximè cū ēt ex dicto testō satis constet de dicta mente, & quæ ubi ēt posset dici dubia, declaratur ex dicta confessione, quæ præiudicat confitēti, & eius successori. l. Publia. §. fi. ff. depos. & l. j. C. de confes. & per hoc ēt videtur, quòd iste casus reddatur clarus. Et per prædicta rn̄detur ad aliud, uidelicet dū dicit, ꝙ Franc. in
10 stituendo † filiam successuram sibi ab intestato, non dicitur fecisse contra prohibitionem, per no. in l. pater. §. Iul. Agrippa. de lega. 3. qm̄, ut dixi, substō fideicommissaria est duplex. s. si quis decesserit sine filiis. Item si aliquis contra prohibitionem bona alienauerit, licet ergo ex hoc ultimo capite non possit habere locum substō tanquam non dicatur factum contra prohibitionem, per allegata in contrarium, locum tamē hēt ex capite ꝑcedenti quia Franc. decessit sine filiis masculis, & non tantum ex dicto capite pōt substō locum habere, sed etiam dico, ꝙ d. Nicolaus est uocatus ex substitutione, quæ resultat ex prohibitione alienationis, & ex qua descendentes masculi, & per lineam masculinam tantum sunt uocati, nam per successionem ab intestato non dicitur fieri contra prohibitam alienationem, qa prohibitio intelligitur de alienatione hominis, & non de alienatione legis, prout est dicta successio. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. secundum Aretin. qui ita declarat in l. Pantonius. §. rei perduellionis. de acq. hær. per no. per Bal. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. & ante eum idem uoluit Anto. de Butr. in consil. 36. vbi dicit, quod prohibitio alienationis facta a statuto uel a testatore, non comprehendit alienationem legalem, sed hominis tantum, per no. in d. l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. obl. Et adhuc dicitur alienatio legalis, quādo instituit ille, qui erat successurus ab intestato, fm̄ Bar. & Doc. in l. 3. §. fi. de leg. 2. Sub dicta autem prohibitione uerum est, ꝙ non comprehenditur alienatio legalis, qn̄ prohibitio est in personam, sed quando est
11 † in rem intelligitur prohibitio etiam de alienatione legali, & per consequens isto casu dicendum est, ꝙ non hēt locū text. in d. §. cum inter. cum ibi no. ut declarat Pe. de Anch. in cons. 382. inci. In themate præmisso, &c. & Pau. de Cast. in consi. 61. qui loquitur in his terminis, in 1. & 2. parte nouorum consi. per notata, per Bar. in d. l. peto. §. fratre. de leg. 2. dum opponit, de leg. cum pater. §. quindecim. eo. tit. Quod autem in casu isto prohibitio sit in rem, probatur ex illis uerbis testamēti, uidelicet prohibens & vetans dictus testōr omnimodo, & in perpetuū bonorum suorum immobilium alienationem, uēditionem, distractionem, & longi tpis locationem, & concessionem, & omnes alios contractus, ex quib. sequeretur alienatio, &c. quæ uerba ad actum alienationis referuntur, & sic ad rem, & non ad personam. Nec ob. illa uerba sequentia, uel qui in fraudem alienationis præsumerentur fieri, uel præsumi possent fieri posse, uel debere quoquo modo per suprascriptos suos hæredes, & cæteros eorum filios masculos, &c. quia prohibitio continet duo, scilicet alienationem, & quantum ad hoc est in rem. Item & alium actum, qui non sit alienatio sui natura, si modo præsumatur factus in fraudem alienationis, & quātum ad illum, de quo non agitur, quia fraus non allegatur, prohibitio potest dici in personam. Et ultra prædicta, quòd dicta successio ab intestato dicatur esse prohibita, probatur etiam ex aliis uerbis prohibitionis, dum dicitur, ꝙ prohibens, & uetans ipse testōr omnino, & in perpetuū. nam primo ponderanda est illa dictio, oī-
12 no, quæ † idē importat, ꝙ verbum, sine distinctione, fm̄ glos. & Bar.

& Bar.in l.fi.cum exceptione.§.sed quatenus. quod met. ea. & probatur in c.iudex.io fi.de off.dele.in.6.& in c.si beneficia.de præb.eo.li.& ibi per Arc.& Io.An.& Arc.in l.1.in 1.col.de le. 1.Si ergo sine distinctione, & totaliter est prohibita alienatio, dicitur ꝓhiberi tam legis quã hominis alienatio. Et probatur hoc ex no.per Bar.in l.uentre.de acq.hær.uer.tertius casus.ubi præsupponit,ꝙ forensis ꝓhibitus acquirere bona immobilia ĩ certo loco,quocũq; ti. non possit ẽt mediãte successione ab in testõ,tanquã proximior defuncti dicta bona acquirere, qđ uidebatur esse contra.d.§.cũ inter.sed rñdet ad hoc Are.ibi, ꝙ in casu Bar.non habet locum ille tex.propter illud uerbum,quocũq. ti.geminatum.& idem dicit Are.in l.Pantonius.§. 1.eo. ti. per no.per Bar.in d.l.uentre. Idem ergo est dicendum,quando alienatio est prohibita omnino,quia uerbum illud, omnino, non minus importat,quam uerbum illud,quocũq;. Et ẽt põderandum aliud uerbum istius prohibitionis.s.in perpetuum,positum in ipsa prohibitione, & repetitũ postea ẽt in cã prohibitionis,ꝑꝑ qđ uidetur etiam successio ab intestõ prohibita ei. qui non sit de descendentib.masculis,& per lineam masculinã, quia aliter illud verbũ uerificari nõ põt,qm̃ si fœminæ per successionẽ ab intestato masculos possent excludere,in perpetuũ non possent bona ad dictos descendentes transire sed postquã fœmina successisset, ad alios possent peruenire. Et ita etiam in terminis vult Soci. in quodam consi. inserto inter consi. Curt. nu.40.inci.Cum in præsentiarum,&c.circa fi.ubi ad hoc ponderat dictam dictionem,in perpetuum,positam in prohibitione, & in causa prohibitionis. Et ultra eum idem aperte sentit Alex.in consi.59.incip. Attentis uerbis testamenti,&c. colum. 2.in 3.vol.uer.& confirmari potest.ubi loquitur de eo,qui prohibuit alienationem,quia voluit,quod bona perpetuo remanerent in familia. Nam,dicit ipse,ratio prohibitionis ampliat, & declarat ipsam prohibitionem,ſm Bar.in l.pater.§.fundum.de leg.3.cum uult,ꝙ extendantur extra tempus expressum prohibitione propter rationem,quæ respicit omne tempus.Pari ergo rõne dẽt in casu nostro ꝑꝑ illud verbum extendi prohibitio ad alium casum,id est,ad alienationem legis,quia aliter eius verba non possunt uerificari. Et quamuis Alex.inferius in eodem consi.col.fin.videatur ab hac opin.recedere, & uelle quod immo existens extra familiam possit ab intestato succedere, nihilo minus non recedit simpliciter a dicta ratione,per eũ prius in contrarium allegata, & non negat illam simpliciter esse ueram,sed in casu suo dicit,eam non procedere ea ratione,quia ad superiora se retulit testator, per quam relationem restrinxit generalem rationem prohibitionis,ideo non potest operari generaliter,unde fateri videtur,quod si dicta ratio non fuisset restricta mediante tali relatione,ꝙ habuisset locum ratio contraria. Et istud etiam confirmatur per ea,quæ voluit idem Alex.in
13 consi.23.1.uol.col.pe.vbi vult† ꝙ licet regulariter sub simplici prohibitione alienationis non comprehendatur alienatio necessaria.l.pe.to.§.prædium.de leg.2.si tamen uoluit testator,qđ res continuo staret pro hæredibus, & eorum filiis,&c. sub tali prohibitione continetur etiam alienatio necessaria, propter uerbum,continuo,quod importat, ut dicta res ad alium nunquam perueniat.c.cum uenissent. de institu.& ideo quia illud uerbum aliter uerificari non posset ex mente testatoris, ſcđm eum,colligitur manifeste,quod fieri non possit,& non debeat alienatio,etiam necessaria.Idem ergo eadem ratione est dicendum in casu nostro,& tãto magis,ex quo dictio,omnino,& dictio,in perpetuum,fuit expressa,quia geminatio solet plurimũ operari,ut no.Bar.in l.cum scimus.C.de agric.& censi. lib. 11. cum concor.Et pro ista opin.soleo allegare text.ubi uidetur esse casus in authen. ut spõ. larg.§. si quando.ex quo est extracta authen.sed in ea.C.ad leg.Falc.ubi dicitur,quod si testator aliquam rem immobilem suæ familiæ reliquerit, uel alteri cuicunque personę, & specialiter dixerit hanc rem nullo tempore alienari,sed aut apud hæredes,aut apud successores illius permanere, quod in tali legato non habebit locum Falcid. quia prohibita est alienatio.Nam secundum gloss.diceretur legatarius alienare,si permitteret hæredem Falcid. detrahere.& idem dicit glos. in d.auth. sed in ea. & tamen talis detractio Falcidiæ non est alienatio hominis, sed legis,quę ipso iure resecat. leg. Plautius. & le. linea margaritarum. ad leg. Falcid. Est ergo ibi casus iuncta gloss. quod sub prohibitione alienationis continetur alienatio tã legis quam hominis,& hoc alia rõne nõ põt contingere,nisi quia testator dixit,nolo rem alienari ullo tempore,per quod ultimum uerbum ostendit testator,ꝙ uult perpetuo rem remanere in familia,aliàs contradiceret tex.in d.§. cum inter. Et hoc etiam in casu nostro cõprobatur optima rõ
14 ne.nam testõr inter filios fecit† substõnẽ specialẽ,si alter decesserit sine filiis,ex qua uel propter quam illi sunt tacite prohibiti alienare auth.res quæ. C. communia de leg.deinde eisdẽ etiam filiis prohibuit expresse testator alienationem bonorũ immobilium,quo igitur ad hmõi bona in persona filiorum cõcurrit duplex prohibitio,s.tacita,& expressa,propter quam duplicem prohibitionem continetur etiam illa alienatio, puta legalis.& seu successio ab intestato, quæ aliàs non contineretur sub una tantum prohibitione,arg.§.sanctissimas,in auth.de nõ alie.vbi probatur,ꝙ ubi concurrit duplex prohibitio,s.legis.& hominis,ꝙ intelligitur prohibita alienatio etiam illis casibus, in quib.de iure spãli fieri potuisset, si sola fuisset prohibitio legalis.Et idem probatur in l.2.C.de usucap.pro emp.ſm intellectum Bar.& aliorum in l.filiusfa.§.diui.de leg.1. & idem etiam no.glo. in c.licet mulieres.de iureiur.in 6.& in c.uerum.de cõdi.app.& Bal.in c.1.§.præterea.de cap.Corra.vbi dicit,ꝙ feudatarius expresse prohibuit alienare a domino non poterit tunc alienare,etiam in casib.aliàs permissis a iure, quia prohibitio legis dicto casu concurrit cum prohibitione hominis.Et in ꝓposito nostro etiam probatur ex alio.Nam licet ualeat irreuocabiliter alienatio rei subiectæ restõni fideicommissi si fiat ab ignorante ignoranti.l.fi.§.fi.de leg.2. si tamen hæres grauatus sit etiam expresse prohibitus alienare, nõ ualebit dicto casu alienatio,ſm Ale.in l.Marcellus.§.res quæ.ad Tre. & in l. quidã testamento.§.fi.eo.ti.ubi assignat dictam rõnem.s.quia tũc cõcurrit simul duplex prohibitio,& propterea eadem rõne dicẽdum est,ꝙ in casu nostro sit prohibita successio ab intestato,q̃ dicitur legalis alienatio,ut dixi superius.& sic d.§.cum inter habet locum,quando aliqui fuerunt prohibiti alienare, & aliter non fuerunt per fideicommissum conditionale grauati. Et isto casu loquitur proprie,sed quando sunt adinuicem substituti, ut in casu nostro,& est illis etiam expresse prohibita alienatio non procedit ille tex.nec eius determinatio per rationem prædictam.Et ex præmissis colligitur responsio ad unum, de quo quæritur. uidelicet utrum dicatur prohibita Trebellianica ex prohibitione alienationis,& dicitur ꝙ sic,quia,ut dixi,intelligitur Falcidia prohibita.d.auth.sed in ea.& in corpore,unde sumitur & dicit ibi Bal. ꝙ eodem modo Trebellianica dicitur eẽ prohibita.Non ob.etiam dum dicebatur,ꝙ per diuisionem, in qua sunt clausulæ, de quib.supra erat renunciatum fideicom-
15 misso,quia primo † non est verum,ꝙ per clausulã de non cõtraueniendo cum dependentib.ab illa sit fideicommisso renunciatum,ut probatur in d.§.duo fratres.tenendo ꝙ male fuerit iudicatum prout communiter tenetur,& Bar.ibi in 2.q.ꝑ plura tenet,ꝙ isto casu non dicatur a fideicommisso recessum, cũ quo transeũt Imo.Raph.Pa.& Ale.qui dicunt opi. Bar. eẽ cõmunem, & per eos respondetur ad omnia, quæ allegantur in contrarium,quos aliter non refero breuitatis cã, & refert Alc. ꝙ Bal.in consi.inci.Vannes Procardi,&c.quęrit,quid si fratres inuicem grauati diuiserunt bona,& fecerunt finem ac quietationem de parte alteri obueniente in partem, & promiserunt litem,uel controuersiam de dictis rebus nullo tempore inferre,& rata habere, & non contrauenire aliqua rõne vel cã sub pœna,& cum iuramento,& arguit ad partes,& finaliter cõcludit,ꝙ fideicommissum non dicatur eẽ remissum. Et iste est ꝓprie casus noster,& cum Bar.transit etiam Bal.in l.qui cum tutorib.de transac.& in l.cum pater.§.hæreditatem.de leg. 2. etiã si esset promissum in perpetuum non uenire contra diuisionẽ per rationem,de qua ibi per eum.Et idem uoluit in c. 1. quando imper.Lotha.etiam si inter diuidentes interuenit refutatio generalis hincinde,per gl.ibi,& per alia per eum allegata.Et ꝑ prædicta uidetur,ꝙ etiam opinio Io.And. in contrarium allegata non sit uera.Pręterea ipse loquitur,quando expressa fuerunt illa uerba magis specifica, ꝙ de rebus diuisis alter ab altero non peteret in perpetuũ aliqua ratione uel cã, quæ dici,vel cogitari posset,&c.quæ in casu nostro non interuenerunt,sed ut dixi,etiam in casu Ioan. Andr.contrarium est uerius per rõnes,quæ in prędictis locis allegantur plenius.Et similiter non di-

dicitur fideicommissum remissum per illam clausulam, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid prædictis fratrib. deinceps placuerit faciedum, &c. nam ex uerbis prædictis non dicitur concessa specialiter & expresse facultas uendendi & alienadi, sicut concessa fuit in casu Bar. de quo in d. §. duo fratres. in 8. q. qui allegatur in contrarium. nec etiam verba prędicta important mandatum cum libera, quia uerbum illud placuerit, importat arbitrium boni uiri, & non liberam uoluntatem l. Thais. §. sororem. de fideic. liber. & per Barto. in l. si sic. in prin. de leg. 1. & in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. qui dicit ꝙ ille tex. non loquitur isto casu, sed quando verba mandati importabant liberam uoluntatem. puta facias uti uis, uel prout uolueris, sed per uerbum, placuerit, non dicitur concessum liberum arbitrium, sed prout conuenit bono uiro. l. fideicommissa. §. quamquam de leg. 2. & ideo per uerba huiusmodi non dicitur data licentia in euersionem fideicommissi, ut bene probatur in d. §. quamquam. & similiter isto casu non loquitur Bar. in d. q. 8. in alio exemplo, uidelicet, qñ dicitur, ꝙ unus facit alium procuratorem in rem suam, ut a modo possit se tueri, & facere quicquid ip se dominus posset, quia talia uerba important liberam uoluntatem, & per illa dicitur concessum mandatum cum libera, & per consequens dicitur data licentia alienandi, ẜm Bart. Bal. Ang. & Salic. & Ale. in l. si procurator. C. de procura. ꝑ tex. iuncta gl. magna in l. j. de offi. procur. Cæsar. cum aliis concor. de quib. ibi per Ale. ꝙ non est in casu nostro, vt dixi. Et ꝙ ꝑ talem diuisionem partes non habuerint animum remittendi fideicommissum, ultra prædicta probatur clare ex plurib. instrumentis, postea factis, in quibus prædicti fratres fatentur bona paterna subiacere inter eos restõni fideicommi. & per quam probatur animus tempore diuisionis. s. ꝙ suæ non fuit intentionis renunciare fideicommisso, ut probatur ex no. per gl. in l. Fulcinus. §. sed si is. de bon. autho. iud. poss. in uerbo, animus & in l. apud Celsum. in prin. in gl. 2. de doli excep. Et dato ẽt ꝙ diceretur in diuisione data licẽtia alienandi, non tamen ꝑ hoc paratur aliquod præiudicium, nisi sequatur alienatio, ẜm Bar. in d. 8. q. per l. sicut §. superuacuum. & §. si uoluntate. quib. modis pigno. uel l. hyp. sol. unde si filia Francisci patri successisset ab intestato, non diceretur per illum facta alienatio, quia licen
16 tia de alienando sibi in diuisione cõcessa, cum † sit in ꝑsonã, intelligitur de alienatione hominis & non legis, sicut dictũ est econuerso, qñ est prohibita alienatio, quamuis ergo sit instituta, tamen instõ talis isto casu non dicitur alienatio hominis, sed potius legis, perinde ac si habuisset locum successio ab intestato, tanquam per talem instõnem dicatur expressum, quod inerat, & sic nihil operatur, ut clare probatur ex no. per Bart. cum quo transeunt alii, in l. 3. circa fi. de leg. 1. ubi concludit, ꝙ si cõtracta sit societas, ut si qua iusta uel legitima hæreditas obueniat, sit cõmunis, & sic de hæreditate, quæ defertur ab intestato q̃ dicitur iusta uel legitima l. 3. §. de illo. ꝑ soc. & unus ex sociis instituatur ab illo, cui erat successurus ab intestato, ꝙ talis hæreditas erit communicanda tanquam iusta, quia ꝑ instõnẽ est expressum, quod inerat, ideo nihil operatur ibi, & quia inter tacitum & expressum non est differentia. l. cum quid. si cer. pet. & hac rõne prohibita alienatione extra familiam, cum ab intestato non prohibeatur successio per existẽtem extra familiam non dicitur etiam prohibita instõ facta de illo, ẜm glo. in §. Iulius Agrippa. quia talis expressio nihil debet operari, & q̃uis hoc locum non habeat in prohibitione facta a testõre in casu nostro, quia etiam ab intestato est prohibita successio per ea quæ superius sunt dicta, tamen per talem instõnem nõ dicitur sequuta alienatio ex concessione de alienando, si qua facta esset in diuisione, sed est perinde, ac si filia patri successisset ab intestato, & quantum ad dictam legitimam habetur pro nõ fcã dicta instõ, quoniam, ut dixi, ad talem alienationem non porrigitur legitima, & ẽt alia rõne, quia per talia uerba importantia mandatum cum libera non uidetur data licentia donandi, uel alio simili titulo alienandi. l. filiusfam. in prin. de do. & l. cõtra iuris. §. fin. de pact. & not. Bald. Salic. & Moder. in d. l. si procurator. ergo nec legandi, nec in dictis bonis alium instituendi hæredem, quia titulus institutionis est lucratiuus. l. 1. C. de impub. luc. descrip. libro. 11. & leg. inter stipulantem. §. si rem. de uerbor. oblig. etiam si descendens succedat ascendenti, secundum Alex. ibi per not. in l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. & in l. si duo. de acqui. hære. & præsertim isto casu, in quo si res fuisset uendita, alius, qui consensit, & mandatum dedit, nõ piudicasset sibi in precio cõtra uendentẽ, vel eius heredes, ẜm Bar. in l. si fundum per fideicommissum. in fi. prin. de leg. 1. per no. in l. si a substituto. in prin. eo. ti. & prout sentit Bar. in d. q. 6. dum se remittit ad ea, quæ dixit in d. leg. fundum. Et propterea sub verbis prædictis non debet includi facultas alienandi tit. lucratiuo, per quam ab omni iure suo posset excludi. l. cum de indebito. de prob. & l. si cum aurum. de sol. Minus etiam dici potest, ꝙ renunciatũ sit fideicommisso ex instrumento transactionis, q̃ uerba absolutionis primo specialiter referũtur ad superius narrata in dicto instrumento, quæ sunt penitus diuersa, & alia verba generalia sunt prę sentis, uel præteriti temporis, & referuntur ad id, quo alter alteri vsq; in præsentem diem ab hinc retro esset creditor, & sic restringunt ad debitum de præsenti, iõ non comprehendunt fideicommissum, uel aliud debitum conditionale. l. si ita scripsisset. de leg. 2. & l. si stipulatus fuero. §. 1. & l. si a colono. de uer. ob. & hoc non hẽt dubiũ. Vñ ex præmissis cõcluditur, ꝙ Nicolaus Albertus est uocatus ad portionẽ Francisci patrui, & ꝙ Trebellianica non debet detrahi, & in legitima bona alienata debent imputari, vt no. in l. Marcellus. §. res quę. ad Treb. & in auth. res quæ. C. eo. tit. Laus Deo.

¶ Filij si sint in conditione positi, an ueniant filiæ ad exclusionem substituti.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus semel exclusus per superexistentiam filiorum perpetuo remanet exclusus, licet postea filij sine filijs decedant.*
2 *In restitutione fideicommissi non ueniunt, quæ non iudicio testatoris habentur, aliàs secus. nu. 10.*
3 *Filiorum appellatione non ueniunt fœminæ, ubi coniecturata mens testantis de masculis sentit, ne sequatur absurdum, quod minus dilectus preferatur magis dilecto. & nu. 5.*
4 *Hæredis appellatione non uenit omnis extraneus, ne sequatur dictum absurdum, sicut nec uulgaris substitutio continet utrunq. caput.*
5 *Masculinum concipit fœmininum ex interpretatione.*
5 *Fœminæ filiorum appellatione non ueniunt, quando uerba testatoris diriguntur ad conseruationem agnationis.*
7 *Testator excludens filias, quas dotauit, an uideatur excludere ẽt neptes dotatas.*
8 *Frater dotem relinquens nepti ex fratre, uidetur fratri eam donare, non autem filiæ.*
6 *Debitum creditori legatum a non debitore, censetur contemplatione debitoris tantum relictum.*
10 *Mens testatoris præualet etiam propria significationi.*

CONSILIVM. CXLVIII.

VIDETVR prima facie, ꝙ filius Iacobi admitti non possit in totum, vel pro parte ex substitutione facta in testamento do. Ludouici de Isolanis. certum. n. est, ꝙ ad partem Nicolai non uocatur, quia fratres illius superstites ex substitutione reciproca inter illos facta, & Ludouicum eius filium excluserunt. Et similiter in portione Ludouici succedere non potest, quia ille mortuus est superstite filio masculo, per cuius superexistentiam expirauit omnis substitutio illi facta sub illa conditione si decesserit sine filijs, & iõ cũ per eius superexistẽtiã substituti se
1 mel fuerint exclusi, † adhuc remanent exclusi quantumcunque ille filius Ludouici decesserit sine filiis, ut probatur l. ex facto. §. pen. ad Treb. & ita etiam concludit Oldr. in consi. 21. incip. Thema tale est, testor, &c. & in consi. 141. Thema tale est, dñs G. & Io. And. in add. Spec. in tit. de testa. §. in primis. in fi. & Pa. de Cast. consi. 182. incip. Ne improprijs utat uocabulis, &c. & comprobantur ex not. per Bal. in c. 1. §. cum esset, in tit. epi. vel abba. ubi dicit, quod illa conditio, si decesserit sine filijs, extinguit perpetuo per superexistentiam filius grauati, licet uixerit per momentum. Et ex illo tex. etiam infert, ꝙ fœmina semel exclusa ex forma statuti per superexistentiam masculi perpetuo remanet exclusa, adeo, ꝙ mors masculi deĩde superueniẽs sibi non patrocinatur. Et idem tenet Bal. in auth. sed & si quis, & in l. in

l.in quib.C.de secun.nup.& idem et vult Bart.in l.fi.ff.ad Ter-
tul.Quantum uero ad partem Petri ultimo decedẽtis similiter
uidetur,ꝙ uenire non possit dictus filius Iacobi iure substõnis
qui uocatus fuit,si oẽs filij Augustini dcesserint sine filijs.Quo
rum filiorum appellatione hoc casu ueniunt fœminæ.l.si quis
ita.in prin.de test.tut.& l.si ita scriptum.in prin.de leg.2. Vnde
si decessit Petrus cum filia, dicitur defecta condõ, sub qua fuit
grauatus.Et ubi etiam filij masculi tm̃ intelligerentur in condõ
ne positi,adhuc prædicta cõdõ,s. si oẽs filij Augustini decesse-
rint sine filijs,diceretur defecta,ex quo Iulianus unus ex dictis
filiis decessit cum filio masculo. Vnde rerum est dicere, ꝙ oẽs
non decesserunt sine filijs masculis l.si is qui ducenta.§.utrum.
de reb.dubijs,& leg.si seruus.§.si pluri um.si quis cautio.& casu
quo et portio Petri subiaceret restitutioni fideicommissi,nihi
2 lo minus in restitutione fideicommissi non† ueniret illud, qd
ad eum peruenit de portione Iuliani, quia id non habuit iudi-
cio testatoris,hoc est iure substitutionis, quæ in persona Iulia-
ni decendentis cum filio masculo defecit, ut dixi, sed quia filio
Iuliani successit ab intestato,& sic ex legis dispositione.l.3.§.de
illo.ff.pro so.& ex tacita uoluntate dicti filii Petri,qui intesta-
tus decessit.l.conficiuntur.in prin.& l.si quis cum nullum.de iu
re cod ci.& propterea id,quod hoc modo capitur,& consequi
tur grauatus in restitutione non debet uenire, ut probatur in
l.eum qui nouissimus.cum ibi no.per Doc,ad Treb.& hoc etiã
uoluit Ioan.de Imo. in l.hæredes mei. §. cum ita.ad Trebellia.
cum quo in hoc transit ibi Alex.in ulti.char.Sed prędictis non
obstantibus puto aliter concludendum. Et dico, quod immo
portio Petri,qui cum filia decessit, iure fideicommissi pertinet
ad filium Iacobi,qui uocatus reperitur a testatore casu,quo om
3 nes filii Iuliani decesserint sine filijs.Quamuis† igitur appella-
tione filiorum ueniant etiam filiæ, per allegata in contrarium,
tamen in casu nostro ex coniecturata mente defuncti intelligi
tur de masculis solum.Nam testator instituit filios masculos tã
tum fratrum suorum tam natos, quam nascituros exclusis filia
bus eorum.quib.reliquit certam quantitatem nomine dotis,&
casu quo omnes filij alterius decederent sine filiis,substituit fi-
lios alterius,aut filios filiorum,& sic adueniente casu,ꝙ omnes
filii Augustini decederent sine filiis,substituti filios Ioannis,&
illis non extantibus filios filiorum,& sic filium Iacobi.Si ergo ĩ
hunc casum & euentum filium Iacobi prætulit filiab.d. Augu-
stini fratris testatoris ab eo magis dilectis,qui erant proximio-
res,multo magis uidetur uoluisse fauore eiusdem filii Iacobi ex
cludere fœminas remotiores minus dilectas,hoc est,neptes di
ctorum fratrum,& per consequens filia d. Petri nõ intelligitur
ad exclusionem dicti filij Iacobi posita in conditione, & sic ne
sequatur absurdum,ꝙ minus dilectus præferatur & magis dile
ctus non, restringuntur dicta uerba. de quibus in conditione,
ad filios masculos,arg.l.Publius.§.fi.de condi.& demons.& l.si
4 uiua matre.† & ut probatur ex no.per Bar.in l.Gallus.§.etiam
si parente.de lib.& posthum.ubi uult, ꝙ quando testator gra-
uat filium institutum,si decesserit sine liberis,restituere hęredi
tatem Titio & hæredibus Titii,ꝙ dicto casu appellatione hære
dum Titij ueniunt tantum liberi, & non hæredes extranei, ex
tacita mente defuncti,quia nõ est uerisimile, ꝙ magis dilexerit
hæredes extraneos Titii, quam hęredes extraneos filii, immo
uerisimiliter erant magis dilecti,sicut magis dilexit filiũ quã Ti
tium.Et iõ ne sequatur dictum absurdum,licet hæres extraneus
aliàs ueniret appellatione hæredis.l.sciendum.de uer.sig.& l.in
annalibus.C. de leg.tamen dicto casu non uenit, sed restringi-
tur significatio uerbi ad liberos Titii,arg. d.l.Publius.§.fina. &
ideo probatur ex not. per gl.secundum ꝙ saluat eam subtiliter
Bar.in l.si mater.§.j.de uul.& pu.ubi uult,ꝙ illa uerba substõ-
nis uulgaris,scilicet si hæres non erit, quæ solent caput uolun-
tatis & impotentiæ continere.l.cum proponas.C.de hæred. in
stitu.restringuntur ad caput uoluntatis, quando aliàs sequere-
tur absurdum,ꝙ minus dilectus præferretur magis dilecto. Et
similiter quãuis caput uoluntatis trahatur ad caput impotẽtiæ
& econtra.l.Gallus.§.& quid si tantũ.de lib.& posth.tñ nõ tra
hitur ad aliud caput ratione dicti absurdi euitandi. Confirma
tur hoc & tertio ex not.per Barto.in l.quidam relegatus.§. fin.
de rebus dubiis,ubi quærit, quid si testator dixit, si talis deces-
serit sine filiis, hæreditas in Titium, & Caium, uel eorum
filios, &c. & unus decedat relictis pluribus filiis, an quili-
bet eorum dẽat habere tm̃ quantũ alius superuiuens. Et uĩ ꝙ
sic per illum tex.tamẽ determinat, ꝙ illi omnes simul nõ dẽnt
plus habere quam alius superuiuens ex tacita mente defuncti,q a
testõr plus dilexit patrem defunctum,quam filios eius. Sed si
ille uiueret,plus non haberet,quam alter, ergo nec illo mortuo
debent filii eius minus dilecti plus consequi,arg.d.l.Publius.§.
5 fi.Rursus pro eadem opinione facit alia ratio.† Nam masculi-
num non concipit fœmininum ex propria significatione, sed
ex interpretatione,ſm Bar.in l.1.de uer.sign. Si ergo vbi con-
stat de mente recedimus a propria uerborum significatione.l.
non aliter.io prin.de leg.3.multo magis tũc a proprietate uer
borum non est recedendum, & cõsequenter in casu nostro ap
pellatione filiorum positorum in condõne filiæ non continen
tur ex tacita mente defuncti,de qua constat ex duob.Et primo
quia sicut in instõne separauit filios masculos fratrũ quos uni
uersaliter instituit,a filiab.eorum, quas exclusit ab uniuersali
successione. Ita credendum, ꝙ in substõne uoluerit masculos
fœminas excludere,arg.l.j.C.de instit.& subst.Et quia,ut supe
rius tactum est,uerisimile nõ est, ꝙ neptes ex filio fratris plus
dilexerit quam filias fratris proximiores. Et ita per hanc rõnẽ
consuluit Fulg.in consi.18.in incip.Solomutia fecit testamẽtũ
&c.& in consi.25.incip. In proposita qõne portio,&c.& in l.
1.C.de condi.inser. vbi etiam refert ita consuluisse,& ibi et Pa.
de Cast.dicit,ꝙ idem consuluit consilium Florentinum & om
nes aduocati curiæ Romanæ,& de isto consi.Pau.de Ca. quod
non est impressum,mentionem facit Soc. & illud late refert in
repetitionẽ.l.cum auus.de cond.& dem.col.44.ver.3. quærit
6 de qõne ualde solenni,&c.† Et in casu nostro præsertim pdi-
cta opinio est vera,quia intentio testõris dirigitur ad conserua
tionem agnationis,prout ex ordinatione testamenti colligitur
qui primo filios fratris masculos instituit filiab.eorũ exclusis,
& casu quo omnes filii alterius fratris,puta Augustini,decede-
rent sine filiis,substituit filios Ioannis alterius fratris, & ipsis
seu aliquo ipsorum non existentibus substituit omnes & quos
cunq; dictorum filiorum d. Ioannis & cuiuslibet seu alicuius
eorum filios masculos legitimos & naturales tunc superuiuen
tes, &c. Cum ergo tam in instõne quam in substõne agnatos
suos masculos testõr uocauerit, ex hoc declaratur ꝙ intentio
sua fuit,bona in agnatione conseruare,& propterea neptes ex
filiis fratrum non intelliguntur in cõdõne positæ, per quas in
agnatione bona non conseruarentur sed filii masculi tantum ip
sorum censentur in condõne positi. Et ita concludit isto casu
Pau.de Cast.in consi.79.incip.Casus iste frequenter cõtingit,
&c.ubi facit differentiam ,utrum testõr substituerit agnatum
masculum sub condõne,si filius decesserit sine filiis.& tunc fi-
liæ illum non excludunt:quia ex qualitate personę instituti ap
paret,ꝙ intentio testatoris fuit, ut bona conseruarentur in a-
gnatione.Aut substituit extraneum, & tunc licet aliàs idem cõ
suluerit in fauorem piæ cãæ substitutæ,tamẽ dicit, ꝙ propter
consilia contraria noluit amplius pro extraneo substituto con
sulere,& ꝙ isto casu opinio contraria potest esse vera,quia ces
sat rõ superius allegata.Et idem consuluerunt Doct.Papiẽses,
& Are.ut refert Soc.in d.l.cum auus,col.50. & ut etiam refert
Aret.in d.consi allegat not. p Ioan.And.in add.Spec.in rubr.
de test.uersi.sub hoc titulo generali,&c.ubi quęrit,quid si testa
tor duos filios instituit,& si alter decesserit sine filiis,superuiuẽ
tem & eius hæredes masculos substituit, an nepos ex filio ad-
mittatur ad partem alterius decedentis sine filiis.Et duplici rõ-
ne concludit ꝙ non.Et primo,quia testator uocando hæredes
masculos,& excludendo filiam propriam, quæ erat ꝓximior
testatori & agnata,multo magis uidetur exclusisse filiũ ex re-
motiori fœmina,& quia uocãdo masculos,mẽs testatoris fuit
ꝙ bona remanerent in familia. Quę rõnes locum hẽnt in casu
nostro & in istis terminis hanc opinionem sequitur etiam So.
in loco præallegato.In contrarium tamen unum uidetur præ-
cipue obstare,quia in casu nostro testator filiabus fratrum cer
7 tam quantitatem reliquit nomine dotis,† neptib. uero fratrũ
ex filiis eorum nihil reliquit, unde non uidetur, ꝙ eadem rõ
habeat locum in exclusione dictarum neptum,quia ex quo fi-
liæ fratrum fuerũt honoratæ titulo legati, facilius exclusæ fue
runt,& excludi debuerunt propter masculos successione uni
uersali quam dictæ neptes,quibus nihil relictum fuit. Et quã
uis Pau.de Ca.in d. consi. non impresso ad hoc conetur respõ
dere,

dere,tamen in casu nostro dictæ responsiones non uiſr locum habere,in quo filiab.fratrum testōr uoluntarie dotem reliqt. Sed tñ ad istud rñderi pōt congrue.Et primo ꝙ ex eo ꝙ testōr filiab.fratrum reliquit,ex hoc etiam apparet,ꝙ fuerunt magis dilectæ quam fœminæ ulteriores,quib.nihil relictum fuit. Vñ minus debent substitutum excludere quam filiæ prædictæ. Et ista responsio est de mente Raph.in consilio præallegato. Vel secundo & melius ac clarius responderi potest,quod relictum dotis factum dictis filiabus fratrum, in dubio non intelligitur factum earum contemplatione,sed contemplatione potius fratrum dicti testōris,ut subleuentur ab onere dotandi,ad quod erant obligati.l.qui liberos.de ritu nup. & sic dicitur potius le

8 gatum dictis fratrib.quam filiab.l.† sed si plures.§.in arrogato de uul.& pup.& ita etiam tenet Pau.de Cast.in consi.120.inc. Si dicta Cornelia,&c.dicens,ꝙ si frater dotauit filiã fratris quã uis ꝑsumatur hoc fecisse aīo donandi, tamen ꝑsumitur potius uoluisse donare fratri,qui dotare tenebatur,quam eius filiæ.l. dedit dotem.de colla.bo.& quia cum frater sit proximior uidetur magis affectione eum prosequi quam neptem,quæ erat remotior,ideo magis fratri præsumitur uoluisse donare.l.fi.C.de uer.sig.& l.cum ita.§.in fideicommiſ.de leg.2.& no.in l.Gallus §.1.de lib.& posth.Ex quo infert idem Pau.de Cast.ꝙ talis dos censetur profectitia,& ꝙ debet imputari in legitimam, quæ si debetur in bonis patris.Et cum illo transit etiam Ale.in cōsi. 179.in 1.col.5.vol.Et hoc confirmatur rōne,nã pater officio iudicis tenetur filiam dotare.d.l.qui liberos.de ritu nup.& l.fi. C. de dot. ꝓmiſ.& sic pater saltē largo mō dicitur debitor sibi

9 filiæ,ut no.in l.si seruum.§.fi.de uer.ob.† Qñ aũt legatur creditori debitum,ēt a non debitore, sed a tertio,in dubio intelligitur factum legatum cōtēplatione potius debitoris quã creditoris.l.fideicommissa.§.interdum.de leg.3.Et ex quo text.no. Iac.de Are.& Bar.ꝙ in dubio intelligitur legatũ factũ cōtemplatione eius,cuius magis interest,& quem tex.ad hoc ēt allegat Bar.& Doc.in l.si cui.§.fi.de leg.1.& ibi etiã idem ꝓbatur iuncta tertia solutione glo.communiter approbata.Ergo eodē mō legatum noīe dotis factũ filię alicuius, q̃ dicitur creditrix dotis sui patris,videtur in dubio factũ cōtēplatione patris debitoris & obligati ad dictã dotem.Et hoc ēt voluit Ale. in l.in quartam.ad leg.Falc.col.pe.dum q̄rit,an dos ꝑ auum data nepti imputetur filio in lītimam debitam sibi in bonis patris dotatis.Et cōcludit ꝙ sic,ꝑ no.ꝑ Cy. in l.scimus.in pri.in 5.q.C.de inof.test.ꝙ est uerum,ſm Ale.qñ filius tenebatur filiã dotare, & non auus, puta quia filius est diues,ſm Bal.in auth.res quæ C.cō.de leg. & sic uult Ale.ꝙ isto casu, quo filius tenet̄ filiam propriam dotare,ꝙ dos data ꝑ auum nepti ex dicto filio,intelligatur in dubio data potius cōtemplatione filii, qui dotare tenebatur,quã ipsius neptis.q̃ eratdotãda a patre,adeo ꝙ filio in lītimam imputatur.Et ꝑpea in casu nr̄o legatum dotis factum filiab.fratrũ,nō dr̄ illis factũ,sed fratrib.qui filias dotare tenebātur.Et ꝑ ɔ̄ñs cessat obiectio,& locũ hēt ꝑsũptio, de qua supra.s.ꝙ uerisile nō est,ꝙ uoluerit testōr ꝑ fœminas ulterioris minus dilectas excludere substitutũ,quē prætulit fœminis ꝓximiorib.magis dilectis.Ex quo sequitur,ꝙ filiæ Petri non intelligitur in cōdōne positæ,sed filii eius masculi tm̄,ꝑ ꝓdicta. Et iō quamuis ille decesserit cũ filia fœmina,purificata est cōdō,sub qua fuit grauatus restituere filio Iacobi & in restōne fideicōmisſi nō tm̄ uenit portio,in qua fuit institutus,sed etiam

10 illud,qđ ad eũ ꝑuenit ex parte Nicolai fratris sui, † qui decessit sine filiis mediante substōne compendiosa inter dictos fratres facta,prout notat Bar.& alii in l.Marcellus.§.quidã liberis ad Tre.cũ concord.de quib.ibi.Licet ergo Petrus a patre Nicolai ab initio excluserit Iacobum & eius filium,tanquam primo loco vocatus,ut dictum fuit supra in principio, tñ mortuo demum Petro sine filiis masculis ī restōne venit,ēt qđ ad illũ ꝑuenit iure substōnis de parte dicti Nicolai,ut hr̄ in d.§.quidã liberis.Et ꝑ hęc ad ea q̃ primo loco in ɔ̄riũ allegātur,clara rñsio colligitur.Nō ob.postremo,dũ dicitur,ꝙ Iulianus decesſit cũ filio masculo,& sic ꝙ non est adimpleta illa cōdō,& si omnes decesserint sine filiis, quia uerum est inspecta propria uerborum signific. sed in portione Petri ultimi decedentis sine filiis masculis adimpleta est conditio ex tacita mēte testatoris,quia qua ratione uoluit testator,quod substitutus succederet in totum omnib.decedentib.sine filiis masculis,eadem ratione uoluisse uidetur,ꝙ consequatur partem ultimi decedentis absque

11 dictis filiis,& quæ mens præualet† & propriæ significationi ꝑfertur,ut est casus in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb.Nam,& ibi si testator substituit adinuicem filios institutos, & si omnes decesserint sine filiis,substituit neptem in tota hæreditate,& tamen licet primus decesserit cum filio,admittitur neptis ad partem ultimi decedentis sine filiis contra propriam significationem uerborum. Quia uerum est, quod ambo non decesserũt sine filiis, quia mens repugnat ea ratione,de qua supra, ut ibi in textu dicitur.Et propterea concluditur, ut ex præmissis colligitur. Laus Deo.

¶Fœmina an excludatur ab agnato transuersali, si testator substituit filio decedenti quoscunque de familia sua, & prosapia,tam ex masculina linea,quam fœminina ultimo loco,ut perpetuo in ea remaneat hæreditas.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione tantum positi grauari non possunt, cum non dicantur uocati.*
Fideicommißum in dubio censetur relictum ab eo,qui reperitur uocatus.
2 *Substituti sub nomine collectiuo censentur ordine succeßiuo uocati.*
3 *Fœminæ exclusæ propter filios masculos, non censentur tamen propter alios transuersales exclusæ.*
4 *Testator excludendo filias proprias magis dilectas propter masculos, quando non censeatur exclusiße neptes minus dilectas.*
5 *Dictio,siue,quando disiungat tantum uerba, & non personas, uel pro copulatiua habeatur.*
Dictio,siue,non dicitur simpliciter alternatiua, sed habet misturam cum copulatiua.
6 *De linea testatoris illi dicuntur, qui sunt descendentes directe a testatore,non autem transuersales.*
7 *Genitiuus iunctus cum dictione,ex, significat originem, & causam efficientem.*
8 *Agnatus masculus transuersalis testatori, quando præferatur fœminæ,quæ sit de descendentibus ex linea directa.*
9 *Vna substitutio alteram declarat.*
10 *Testator si uocat quoscunque de familia,ueniunt tam transuersales,quam descendentes.*
Dictio uniuersalis ea includit,quæ alias non includerentur.
11 *Lineę masculinæ appellatione quando ueniant etiam transuersales testatoris.*
Vna pars testamenti alteram declarat.
12 *Fœminæ quando censeantur uocatæ ordine succeßiuo in defectũ masculorum.*
13 *Dictio,siue,quando dicatur alternatiua, & disiungat tã sensum quam uerba.*

CONSILIVM CXLIX.

PRO decisione eius,de quo quæritur,primo præmittitur,ꝙ hæreditas Ioannis antiquioris in totum peruenit ad Hieronymum eius nepotem ex filio Stephano,& tam ex testamēto d.Ioãnis,quã Antonij instituti a d. Ioanne auo paterno simul cum Ioanne & Hieronymo fratrib.suis, & quos inuicem substituit,si alter eorum decesserit sine filijs masculis,& sic portio d.Ioannis decedentis sine filijs peruenit ad fratres suos ex dicta substitutione.Alia uero portio d.Antonij eodem iure substōnis etiam deuenit ad d.Hieronymum, quia quamuis Antonius decesserit cum filiis masculis,quia tamen eius filii postmodum decesserunt sine filijs, Hieronymus debuit admitti ex testamento dicti primi Ioannis,in quo inter cætera etiam disposuit,ꝙ si aliqui ex eis institutis,seu,& eorum descendentes usq. in infinitum masculi decederent quandocunq. sine descendentibus masculis,tunc relinquos superuiuentes masculos, seu & iam præmortuorum descendentes masculos etiamsi unicus,& solus esset,hæredes & hęredem substituit uulgariter,pupillariter & ꝑ fideicommissum,&c. Ex quibus uerbis apparet, qđ Hieronymus,qui solus superuixit,reperitur uocatus non solum si Antonius

nius decederet sine filiis masculis, sed et si eius filij masculi similiter decederet sine descendentib. masculis, qui casus euenit. Et quamuis posset in dubium reuocari, utrum dicti filii masculi ipsius Antonij, qui non reperiuntur honorati, sed tm in cōdō
2 nec positi, iuxta no. per gl. cōiter approbatá in l. Lucius. in fi. de hære. insti. potuerint grauari. & uidebatur quod non, per l. ab eo. C. de fideic. & in l. 1. §. sciendum. de le. 3. & prout uolunt cōiter Doc. contra Bar. in l. centurio. de vul. & pup. nihilo minus dubiū solū procederet, qñ onus & grauamē fuisset expresse iniunctum filijs d. Antonii, sed in dubio cēsetur fideicommissū relictū ab ipso Antonio sub duplici cōdōne, s. si ipse decesserit sine filijs masculis, uel filii eius sine filiis masculis. & prout etiā determinat idem Bart. in d. l. centurio. uers. ulterius quæro, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine liberis, &c. & in l. si sic. de le. 3 cum quo transeunt omnes alij. Quia capi debet interpretatio, sm quam actus ualeat, quam pereat. l. quoties. de reb. dub. Et ubi portio d. Antonii peruenire non potuisset ad dictum Hieronymum ex testamento aui, ad illum tamen pertinere debuit ex testamento Antonii, qui substituit Hieronymū fratrem suum casu, quo eius filii instituti quandocunq. decederent sine filiis masculis, & qui casus euenit. His igitur sic præmissis, quia d. Hieronymus postmodum etiam decessit sine aliquib. descendentibus, queritur, utrum Franciscus eius agnatus transuersalis in hunc casum sit uocatus ex testamento d. Ioannis antiquioris, an uero excludatur per neptem d. Ioannis ex Stephano eius filio uel per pronepotes eiusdem ex d. Antonio eius nepote. Et certum est, quod iure communi ab intestato dicta filia Stephani, quæ est soror Hieronymi, dēt succedere in dimidia, & in alia dimidia filiæ Antonii fratris sui prædefuncti quæ succedunt in locum patris, ex quo agitur de successione patrui & concurrunt cum sororibus eiusdem, ut in aut. cessante. C. de legiti. hære. Sed quia d. Ioannes antiquior fecit codicillos, in quibus hæredib. suis ultimo loco institutis & substitutis & decedentibus quandocunq. sine descendentibus legitimis & naturalib. & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, sine ingredientibus monasterium uel religionem aliquam, substituit. & substitutos esse uoluit & reliquit quoscunq; de familia dicti magistri Ioan. codicillantis, & prosapia tam ex linea masculina quam fœminina ultimo loco, & sic perpetualiter remaneat in ea, quā ultimo loco substituit. Et si ultimus ex linea masculina quandocunq. ingrederetur religionem, succedāt eidē ex dicta familia & prosapia codicillantis, tam masculi quā fœminini sexus, sm qd tunc temporis extabunt, ad hoc ut hæreditas sua ꝑpetualiter remaneat in familia sua tam masculina quā fœminina, &c. Ex huiusmodi codicillis potest probabiliter dubitari, an d. Franciscus agnatus transuersalis excludatur a dictis mulieribus uel illas excludat. Et prima facie uidetur dicendum, quod ipse excludatur quia testator substituit in hunc casum quoscunque de familia dicti magistri Ioannis & prosapia tam ex linea masculina quam fœminina, &c. & sic substitutos uocauit per nomen col-
2 lectiuum, & † qui ex hoc intelligūtur uocati ordine successiuo, & prout quisq; est proximior. l. cum ita. §. in fideicommis. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. l. fi. C. de uer. signi. & per Bar. & alios, in l. Gallus. §. quidā rectè. de lib. & posth. & per cōsequens dictæ mulieres tanquā ꝓximiores debent præferri, & quæ licet sint fœminæ, dñr tamē ex linea masculina ipsius testōris ex quo natæ sunt ex suis descendentib. masculis, sm Alex. in terminis in d. l. Gallus. §. nunc de lege. per. no. per gl. ibi, quæ uult, quod appellatione descēdentium virilis sexus seu per uirilem sexum non ueniat nepos ex filia, sed bene comprehenditur neptis ex filio. Et ideo dicit Alex. consuluisse, quod si testator institutis filijs dixit velle, quod sua hæreditas uadat ad suos descendentes ex linea masculina, & unus ex filiis decedat relicta filia, quod illa dicitur descendens ex linea masculina ipsius testatoris, & debet præferri fratribus defuncti substitutis. Et dicit etiam Alex. quod talis neptis dr esse agnata, p l. 2. §. 1. de suis & legiti. & sic uerificantur illa uerba codicillorum, in quib. substituūtur illi de familia & prosapia eius tā ex linea masculina quam fœminina, quia dictæ mulieres sunt de familia & progenie, & ex linea masculina dicti testatoris, per prædicta, etiam si sint nuptæ. l. uoluntas. C. de fideic. inducendo ut ibi per Bal. Sal. & alios. Et propterea frustra quæritur, vtrū linea fœminina dicatur uocari solum in defectum masculinæ, quia quamuis prius essent uocati omnes de linea masculina, & post omnes extinctos alii de linea fœminina, tñ dictæ mulieres computantur, licet sint fœminæ, inter illos de linea masculina, sm Alex. in loco pallegato, & quia præcedunt in gradu omnes de dicta linea. dēnt oib. præferri, vt in iurib. præallegatis. Nec ēt obstat, si forte dicatur, quod testōr sensit d masculis, ut colligitur ex serie testamēti, in quo masculos prætulit super fœminis, arg. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. quia sic ordinauit testator inter descenden
3 tes, † & fauore descendentium solum fœminas exclusit, sed nō reperiuntur exclusæ fœminæ, maxime descendentes ex masculis, quando concurrunt & contendunt cum agnatis transuersalibus qui sunt remotiores in gradu quam sint descendentes, & quib. hæreditas defuncti non est ita debita. l. scripto. unde lib. & l. cum rō. de bon. damn. Et sic ex hoc, quod descendentes masculi ex testamento præferantur fœminis, non pōt inferri, neque præsumi, quod uoluerit testōr præferre transuersales masculos suis descendentib. fœminis, immo potius credēdum est cōtrarium. l. cum acutissimi. C. de fideic. & l. cum auus. de cond. & dem. Et quia testōr prætulit masculos descendentes, ut cōformaret se cum dispositione statuti excludentis fœminas extantibus descendentibus masculis, & quæ p quoscunq; agnatos trāsuersales non excluduntur per statuta, si bene inspiciātur recte intelligantur. Et sic constat, quod inter prædictos casus militat diuersa rō. Et quod de mēte testōris non fuerit excludere dictas fœminas isto casu, probatur ex alio, videlicet dum vltimo ex institutis, & substitutis decedenti sine descēdentibus substituit, &c. & sic non restrinxit se testōr ad descēdentes masculos, sed simpliciter posuit in condōne descendentes, quorum appellatione ueniunt tam masculi quam fœminæ, in auth. de hæred. ab in
4 testat. in prin. & in l. fi. C. de suis & legi. Nec ob. † quod testō filias proprias exclusit, & quod ex hoc videatur magis exclusisse fœminas remotiores, ne sequatur absurdū, quod fœminæ minus dilectæ sint melioris cōdōnis, quam magis dilectæ. l. Publius. §. fi. de cōdi. & dem. & p Pa. de Ca. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. Quoniam dictæ filiæ testatoris fuerunt exclusæ fauore descendentium masculorum, & non fauore transuersalium, & si nunc viuerent, possent admitti ex substōne facta in codicillis, & ꝓferri agnatis transuersalib. remotioribus quia & ipsæ sunt agnatæ, quamuis etiam eēnt nuptæ. d. l. uoluntas. C. de fideic. Et dato etiam quod dictæ mulieres essent de linea fœminina dicta testōris, adhuc tamen esset idem, quia linea fœminina nō uocatur post masculinam lineam, sed simul cum illa & eodem tempore, ex quo ambæ lineæ copulantur & copulatiue uocantur, vt probatur ex illis verbis, tam ex linea masculina quam fœminina, & prout concludunt Doct. communiter contra Bart. in d. l. Gallus. §. quidam. præsertim per c. Ray. & c. Raynald. de test. & quamuis subiiciantur illa verba, ad hoc vt hæreditas totaliter remaneat in familia sua siue masculina siue fœminina, &c. & illa dictio, siue, posiit esse alternatiua, quæ sui natura denotat ordinem. l. cum pater. §. pen. de lega. 2. & l. hæredes mei. §. pen. ad Tre. & no. Bar. & Doc. in d. §. quidam recte. nihilo mi
5 nus hoc loco † dicta dictio, siue, disiungit solum uerba, sed nō personas, sicut & aliàs non disiungit sensum, ut in illo exemplo Alex. siue Paris, ut no. in l. ad protegendum. C. de in litem dam. tuto. & no. Bar. in l. si quis ita. de aur. & argē. leg. & in l. si is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. uel stat copulatiue, sicut & hoc modo aliàs capitur, ut no. glo. in verbo, siue, in auth. de trien. & semis. §. consideremus. Et quod primo mō uel alio dēat capi in casu nostro, probatur tam ex præcedentibus quam ex sequentibus in quib. testōr loquitur copulatiue, & ex quib. declaratur alia pars, in qua posita est dictio, siue. d. l. qui filiab. in prin. & d. l. si seruus plurius. Et est magis conueniens ista interpretatio, quam quod econuerso aliæ partes, in quibus loquitur testōr copulatiue declarantur p alternatiuam, quia ista est sola, & aliæ sūt plures, & geminatio plus operatur, iuxta not. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. & quia dictio, siue, non est simpliciter alternatiua, sed habet quandam misturam cum copulatiua per no. in dictis locis, & per Cy. Sali. & Rapha. in l. cum quidā, de uer. sign. & iō facilius capitur pro coniuncta quam simplex alternatiua, quæ disiungit tam sensum quam uerba Et ita vult & ad propositum declarat Cor. in consi. 196. In proposita cōsultatione. col. ul. in 3. uol. Nam in casu suo statutum præferebat masculos proximiores in domib. paternis ipsius decedentis

tis natos,seu de linea masculina patris nati essent.Et uult,ꝗ il la dictio,seu,capiatur illo casu copulatiue per rōnē præceden ti similem.Et plus etiam dici potest,ꝗ sub uerbis codicillorum de quib.supra non includantur agnati transuersales, quia licet sint agnati, tamen testator non uocauit simpliciter agnatos, nec familiam & prosapiam suā,sed illos de familia & prosapia,
6 qui sint ex linea masculina & fœminina dicti testōris. † Et illi non dn̄r esse de linea Ioannis codicillantis, qui illi attinent ex transuerso,sed solum illi qui attinent ꝑ directam lineā,ut sunt descendentes. Nam illi dn̄r de linea alicuius, cuius ipse est caput,ẜm Bar.in consi.Gualtherius Petri.& in consi.inc. In q̄ōne prædicta licet aliàs consuluerim,&c.nam,ẜm eum,transuer sales cōiūgūtur per duas lineas,ut patet ad oculum ex arbore. & probatur in l.stemmata.cum ibi not.de gradi.& melius probatur ultra eū in c.1.de grad.succes.in feu.Et sic vnus ex collateralib.est in una linea, & alius in alia,& non in una & eadem lineā.Et dicta consi.Bar.ad hoc etiam alleg.Cor.in consi.præallegato,& transit cum Bar.& ultra eum idem uult Bal.in cōs. 331.Testō cauetur, &c.vbi testator vocauerat proximiores de linea patris sui Francisci,& quærit Bal. qui dicantur esse de linea d.Francisci,& respondet,ꝗ duplex est linea, directa.s.& inflexa trāsuersalium,& qn̄ fit mētio de linea, in dubio intelligit̄ de recta.s.descēdētium vel ascēdētium, & nō de inflexa.l.qui liberis.§.hęc verba de vul.& pup.Et hoc ēt, ẜm eū cōuenit verbis testi dum dr̄,ex linea Francisci. Alij.n.transuersales attinentes Francisco,non cōtinentur in illis verbis,ex linea Francisci.
7 † quia iste genitiuus Francisci, sign̄at originem iunctus cū dictione ex,arg.l.1.§.nunc uideamus.ff.de coniung.cū emā.libe. & q rō formaliter locum habet in casu nostro,ubi genitiuus.s. magistri Ioānis,cōiūgitur cū dictione,ex.Et cōfirmatur, quia genitiuus sign̄at cām efficientem,ut probatur ex no.ꝑ glo.in l. quoties.de uer.ob.dum ponit exemplum de libro Aristotelis, & uult hoc ēt Sal.in ꝓœmio Codicis & Ale.in rub.de ope.no. nun.Nec refert ẜm Bal.in d.consi.utrum descendēs sit masculus vel fœmina,dummodo sit descēdēs,& de recta linea Francisci.l.1.C.de cōdō.inser.& l.tres fratres.de pac.& cōprobantur ꝑdicta ex notatis per Nellū in trac.banni.in j. parte 1.tēp.q.9. ubi dicit,ꝗ cōiūcti nobis ex latere nō sūt ex nostra linea.l.1.de gra.& in stit.eo.in princ.licet sint ex linea aui vel ꝓaui. l. ēt.C. de bon.mat.Et refert ita dicere Bar.in consi.inci. Quia factum &c.& subdit etiam Nellus,ꝗ dicta uerba,puta, ex linea Titij, uel similia pn̄t,intelligi duob.mod.Et primo,i.de illa linea, in qua est Titius,& ẜm hoc uenirent collaterales Titij. Alio mō possessiue,hoc est,de linea,quam fecit Titius,ut in casu nostro ex linea Ioannis,i.quę habuit initium ab illo, & includuntur solum,qui ab illo descendūt. Et ita etiam ad propositum concludit Bal.in cōsi.334.in 3.uol.In q̄ōne,q̄ uertitur.ẜm ultimā impressionē Papiēsem, & qđ cōsilium attribuitur Bar. de Sal. ubi concludit,ꝗ illa uerba,ex ꝓle,uel ex lineā patris,pn̄t intelligi duob.mod.Et primo actiue,i.genitis a patre.& ita exponit Vgutio,ẜm eū. Scđo possunt intelligi passiue,i.ex ꝓle, ex qua pater est genitus,& gn̄re & agnatione patris. Et ẜm eū primus sensus magis amicatur ꝓprio significatiui uerborū & cōi usui loquendi,iō dicit illum tenere pro meliori,ẜm quē in casu nostro solum non dicuntur uocati descendentes Ioānis. Et dicit ēt Bal.in consi.incip.Quærēti utrum,&c.ꝗ linea patris pōt sumi effectiue.Et ẜm hoc intelligitur de liberis & descēdētib.patris,& non de trāsuersalib.q̄a non sūt de linea patris. Et ita ēt cōcludit Soc.in cons.9.consi.33.3.uol.& in d.l.Gallus.§.nunc de lege. unde in casu nostro uocātur oēs descēdētes ex masculis,& tā masculi,quā fœminæ,qui sūt de linea masculina d.Ioānis.Et ideo si filij Antonij uiuerēt,ex hac substōne uocarētur, quia prius nō reperiūtur uocati, sed solū in cōdōne positi.Itē uocantur descendentes ex filiab.Ioannis,q̄ sunt caput lineæ fęmininæ ipsius Ioānis,ut declarat Pa.de Cast.in l.maritus.C.de procu.nō āt uocātur trāsuersales d. Ioānis ex quo uerba substōnis uerificari possunt in eius descēdētib. ut probatur ex ꝑmissis.Ex alio etiā dictus agnatus nō pōt admitti,ēt si eēt uocatus quia testōr hæredib.suis ultimo loco institutis & substitutis, & decedētib.quandocūq; sine descēdētibus substituit,&c. Ad hoc ergo vt hēat locum substitutio ista facta plurib.sub sermone indefinito qui æquipollet uniuersali.l.si plurib.in princ.de leg.2.fuit necesse,ꝗ in ꝑsona omnium condō fuisset impleta, & sic & omnes decessissent sine descendentib.qđ non euenit, quia Antonius decessit superstitib.filijs tam masculi quam fœminis,nec sufficit, ꝗ ultimus decesserit sine descendentibus ex quo extant alij descendentes testatoris, qui ex uerisimili mente defuncti excludūt agnatū transuersalem.l. pen. C. de instit.sub cond.fact.& ibi per omnes.& ꝑ Bart.& alios,in l.hr̄des mei.§. cū ita.ad Treb.& ꝑ consequens quāuis istæ mulieres descēdētes non essent isto casu uocatæ ex substōne earū, tamen superexistentia facit deficere cōdōnē,sub qua agnatus dicitur esse uocātus,& tanquam hæredes Hieronymi ab intestato debent admitti. Sed præmissis non ob.arbitror, ꝗ agnatus masculus trans-
8 uersalis præferatur.† Nam,ut sæpe dictū est,Ioannes hæredib. suis ultimo loco institutis & substitutis decedentib.sine descendentibus substituit quoscunq; de familia d.Ioannis & prosapia tex linea masculina quam fęminina, &c. & sic substitutio est facta sine dubio,etiam casu quo omnes prædicti decessissent sine descendentibus,& quo casu dicī non potest, ꝗ substituerit suos descendentes,quia eo casu, quo nulli eius descendentes extent,facta reperitur.Est ergo necesse dicere, ꝗ tunc transuersales d.Ioannis sint substituti,quia ad alios non potest substitutio referri.Vnde perinde est ac si de agnatis transuersalibus esset facta specialis mētio.l.2.de liber.& post.& l.fundus qui locatus. de fundo instruc.& non solum in hunc casum prædicta substō fuit facta,sed etiam si ultimus ex linea masculina decessisset sine descendentibus,ut colligitur ex seq.per quæ declarātur præcedentia.d.l.qui filiab.in prin.& d.l.si seruus plurium.§.fi.de le. 1.nam inferius dicitur,& si ultimus ex linea masculina quandocunq. ingrederetur religionē,succedant eidem dicti de familia, & prosapia codicillantis tam masculini quam fœminini sexus, ẜm ꝗ tunc temporis extabunt.Ad hoc ut hæreditas sua ꝑpetualiter remaneat in familia sua tam masculina quam fœminina, &c.Nam hoc loco loquitur de ultimo ex linea masculina descēdentium, & non ēt transuersaliū, & agnatorū omnium,ꝗ patet, quia huic substituit illos de familia tam masculini quam fœminini sexus, & ad hoc ut hæreditas remaneat in familia tam masculina quam fœminina,&c. Cum ergo substituat masculos de familia,& velit, ꝗ hæreditas perueniat etiam ad lineā masculinā,sequitur necessario,ꝗ fuit facta ultimo ex linea masculina descendentium,quia masculi de familia,i. agnatione nō potuissent substitui,si etiam ultimo ex eis facta fuisset.Sicut er
9 go substituit,quando† vltimus de linea masculina ingrederetur religionem,& sic post mortem eius ciuilem, ita etiam uerisimiliter huic superius substituit post mortem eius naturalem, uel saltem ad istū casum extenditur substitutio ultima facta ingresso religionē,quia illa cōdō,si ingrederetur religionem,dicitur adimpleri qui æquippollens,ꝗ sufficit,cū sit eiusdē effectus,& quē effectū testōr considerauit.l.mulier.in prin.ad Treb.& l.si mater.C.de inst.& subst.& ꝑ Bar.& alios,in d.l.Gallus.§.& q̄d si tm̄.& isto ēt casu,quo dicitur facta substitutio vltimo decedenti ex linea masculina, dici non potest,ꝗ substituti dicantur alii descendentes masculi d.Ioannis,quia si substitutio est facta ultimo decedenti ex linea eius,pręsupponitur, ꝗ alius masculus descendens non superstit.Et sic manifeste constat,ꝗ omnib. casib.quib.facta fuit substitutio,ꝗ agnati transuersales sunt vocati,quia nō potest uerificari in masculis descendentibus d.Ioānis,quæ facta reperitur solum in defectum rectæ lineæ descen
10 dentium suorum.Et prædicta ēt cōfirmātur,† quia uocauit testōr quoscūq; de familia & prosapia,&c.sub quib.uerbis continentur omnes agnati,& non solū descendentes,sed ēt transuersales & quidam alii,l.fi.C.de verb.sig. & in auth.de resti.fideic.§. codicillū.cū.§.seq.d.l.cū ita.§.in fideic.& ibi no. & in l.peto.§. fratre.de le.2.& tanto magis, quia testator est usus illo uerbo, quoscūq;, sub quo continentur personæ,quæ non continerētur sub sermone simplici,ẜm Bal.in c.imperialem.in prin.de ꝓhib.feu.alien.per Fede.& in l.1.de rerum diuisio.in 34.q.ubi cōcludit, ꝗ licet materia feudali appellatione hæredum ueniant filij & non extranei,per no.per Bar.in d.l.Gallus.§.etiam si parente.si tamen recepit quis feudum pro se, & quibuscunq; hæredib.ueniunt ēt extranei.Cum quo transit Alex. in d.§.ēt si parente.& in l.si patroni.in prin.ad Treb.Et ex hoc infert Soc.in l.quidam relegatus,ꝗ quamuis ex simplici potestate legitimandi non possint legitimari infantes,iuxta ea quæ habētur in l.iubemus.C.de eman.liber.poterant tamen legitimari, si data sit facul-

facultas legitimandi quoscunq. illegitime natos. Et ita dicit consuluisse, & quod etiam idem consuluit do. Ale. & facit quod notat Bar. in l. generali. §. uxori. de usufr. leg. qui uult, quod uerba uniuersalia prolata ab homine non recipiunt restrictioné.
11 † Superest ergo nunc deuenire ad interpretationem sequentium uerborum, s. tam ex linea masculina quam fæminina. Et dico, quod uerbum, ex linea masculina, debet exponi, id est masculini sexus, & uerbum, ex linea fæminina, exponitur. fæminini sexus. & est sensus, quod substituit quoscunq. de agnatione d. magistri Ioãnis tam masculini sexus quã fæminini, & quæ expositio probatur ex sequentib. ex quibus ut dixi, præcedentia declarantur. Quoniam paulo post codicillans ultimo ex linea masculina ingredienti religionem substituit dictos de familia, & prosapia codicillantis tam masculini quam fæminini sexus. Ex quibus ultimis uerbis apparet, quod capit lineam masculinam, de qua supra, pro uirili sexu, & fæmininam pro sexu fæminino. Et pro hoc facit, quod notat Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellia. ubi uult, quod si in una parte testamenti sit facta mentio de filiis naturalib. quod appellatione filiorum, de quibus fit mentio simpliciter in alia parte testamenti, ueniunt naturales etiam illis casibus in quibus alias non uenirent, per d. l. qui filiab. in princ. Sic ergo, & in casu nostro dicta uerba, tam linea masculina quam fœminina, recipiunt interpretationem & declarationem a uerbis illis seq. s. tam masculini quam fæminini sexus, quæ sunt apposita loco illorum uerborum, tã ex linea masculina quam fæminina, vt ex lectura ipsorũ codicillorum clare apparet. Et confirmatur hoc ex no. per Pau. de Cast. in d. l. maritus. C. de pcur. circa fi. ubi dicit, quod si quis recepit emphyteusim pro se, & liberis suis per lineam masculinam descendentib. quod illa verba ex tacita mente contrahentium debent exponi, i. liberis masculis & descendentibus ex masculis, &c. Igitur & in casu nostro debẽt intelligi uerba prædicta de quibuscũq; de familia, & prosapia masculini & fæminini sexus. Et hoc puto uerissimum. Sed quo
12 ordine uocantur adhuc est videndum. Et puto, † masculi sint præferendi, & quod sint vocatæ fęminæ in defectum masculorũ. Et primo per illa uerba ad hoc ut hæreditas totaliter remaneat in familia sua siue masculina siue fæminina ultimo loco, & sic perpetualiter remaneat in ea, quã ultimo loco substituit, &c. nam illud uerbum, ultimo loco, determinat solum uerbũ illud proximum & immediate antecedens, s. siue fæminina, quod exponitur, ut dixi, siue fæminini sexus. & sic est sensus, quod hæreditas remaneat ultimo loco apud fæminas & descẽdẽtes ex eis. Quid aũt uerbũ illud, ultimo loco, referatur ad proxima tantum, probatur ex uerisimili mente testatoris, cuius intentio fuit, quod hæreditas sua non exiret de familia, & quod diutius in ea conseruaretur quam fieri posset, ut patet ex illo verbo, perpetualiter, & ex ordinatione testamenti & omnium codicillorum & prohibitione alienationis repetita, quæ omnia tendunt ad hoc, ut bona exeant de familia, si præferantur omnes agnati masculi, qui proprie sunt de familia, & agnatione testatoris, quam si fæminæ pximiores, & ẽt agnatæ præferantur, quia post illas bona transirent ad suos descendentes, qui sunt de aliena familia, & agnatione. instit. de leg. agnã. tut. §. 1. & l. cum legitime de statu homi. Ne ergo hoc contingat contra mentẽ & propositum testõris, illud verbũ, ultimo loco dẽt referri solum ad pxima. l. 1. C. de lib. præter. Quod ẽt probatur clarius ex alijs uerbis seq. s. & sic perpetualiter remaneat in ea. s. familia. quã ultimo loco substituit, &c. Quæ fuit familia fæminina, i. sexus fæminini, & sic testator asserit, quod ultimo loco substituit prædictã familiam fæmininam. Et ita cessantib. ẽt præmissis esset in dubio interpretandum, quoniã, ut est dictũ, intentio testatoris, de qua cõstat, fuit conseruare hæreditatem in familia omni meliori mõ, ideo debent substituti admitti ſm ordinem scripturæ, per notata per Pet. de Anch. in cons. 26. Non seruato ordine dubiorũ. & c. vbi determinat, quod testator substituendo duos antiquiores de domo, dicatur intellexisse non quidem de primis, sed de duob. antiquiorib. in infinitum & ordine successiuo, quia testõr habuit respectum ad domum & ad familiam, per d. l. cũ ita. §. in fideic. de leg. 2. immo ex tacita mente etiam præferendi, etiam si, ſm uerba omnes simul uocarẽtur, ut determinat Bald. in l. testõ. in 6. & 7. q. C. de test. mili. ibi uult, quod in casibus, de quibus ibi, ex substitutione, ex qua ſm uerba uocãtur tam masculi quam fęminæ, masculi pferantur, & quod fæminæ in defectum masculorũ uocãtur ex cõiecturata mẽte defuncti, quod colligitur ex ordinatione illius facta in testõ, & quod etiam in casu colligitur p aliũ modum. Et ultra eũ istud probatur in l. cohæredi. §. qui discretas de uul. & pu. ubi ex substõne, ex qua ſm pprietatẽ verborum uocantur tam coniuncti quam disiuncti, habet locum ordo successiuus quia admittuntur prius coniuncti, & illis nõ agnoscentibus disiuncti, & hoc tacita & uerisimili mente defuncti, quod præsumitur prædilexisse cõiunctos in substitutione, quo prætulit in instõne. Idem ergo & in casu nostro, in quo aliter, & alio modo non constat de uoluntate defuncti. Et confirmãtur etiam prædicta ex illis uerbis, ex linea masculina siue fœmi
13 na. † nam illa dictio siue, est alternatiua, & isto casu sine dubio disiungit tam sensum quam uerba, quia ponitur inter diuersa penitus, & est eiusdem naturę hoc casu, cuius est alternatiua, aut, & uel, & secundum Bar. in d. l. si quis ita. de auro & arg. le. & in d. l. si is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. Et iõ denotat ordinem successiuum, l. cũ pater. §. pe. de leg. 1. & l. hæredes mei. §. pen. ad Tre. & no. Bar. & alii in d. l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. Et eo magis ordo hic datur, quia post illa verba, videlicet, masculina siue fœminina, subiicitur immediate, ultimo loco, & sic perpetualiter remaneat in ea, quam ultimo loco substituit, & c. Ex quib. uerbis etiam posteriorib. declaratur quod linea fœminina, i. sexus fœminini. uocatus p posterius. Et propterea per hanc partem codicillorum congruentius declarantur tam præcedentia, quam sequentia concurrentib. simul oib. pdictis, quam quod ista pars recipiat interpretationem & declarõnem a prædictis, quia istud menti testõris magis congruit, quæ ante omnia dẽt inspici. l. 3. C. de lib. præte. & l. sẽper in stipulationib. de reg. iur. Nam & aliàs uocati per copulam admittuntur ordine successiuo ex tacita & coniecturata mẽte defuncti, ut colligitur ex no. p Bal. in l. liberti, libertæq;. C. eo. cum aliis concor. de quib. p Ale. in d. §. quidam recte, in fi. Vñ non incõuenit, quod in casu nostro copula posita in aliis partibus dictorũ codicillorum importet ordinem, & quod ordo scripturæ debeat seruari stantib. his, de quib. supra. Et ex quib. colligitur clara responsio quasi ad omnia allegata in contrarium. Nam dum primo dicitur, quod dẽnt illi de familia admitti ſm ordinem proximitatis, istud non conceditur simpliciter, sed masculi agnati debẽt admitti per prius, & fœminæ ac descendentes ab illis per posterius, & inter illos ordo est seruandus. Nec obst quod istæ mulieres sint de linea masculina & agnatæ, quia isto casu linea masculina capitur pro illis agnatis, qui sunt masculini sexus, & sic sub illa non continentur fęminæ, & quia substõ est facta in defectum. descendentium masculorum, non põt linea, de qua in substõne, capi proprie & pro recta linea descendentium, sed capitur de necessitate pro linea masculina. i. sexus masculini trãsuersalium, ut hæc probantur ex prædictis. Non ob. etiam dum dicitur, quod substõ facta sit oib. hæredib. institutis, & quod ex quo Antonius decessit cum descendentib. qui ẽt extant, non potest admitti substitutus, ex quo superest persona, quæ ex uerisimili mente defuncti excludit substitutum. l. pe. C. de impub. & aliis subst. cum ibi no. per Doc. & in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Tre. quia etiam facta soli ultimo decedenti ex linea masculina, & quamuis etiam iste casus non fuisset expressus, tamen substõ facta ultimo ingredienti monasterium extenderetur ad istum casum, ut superius est probatum. Et ex isto capite admittitur agnatus masculus. Nec isto casu, quo facta est substõ uni tm, hẽt locum contrarium, sed quando plurib. quia in persona omnium dẽt adimpleri cõdõ, quando superest psona, quæ ex uerisimili mente defuncti excludit substitutum. Et per hoc non ob. aliud, dẽ quo supra non est facta mentio, uidelicet quod dictis hæredib. institutis decedentib. quandocunq; sine descendentibus facta fuit substõ, & quod extant descendentes, quia satis est, quod ex Hieronymo ultimo ex linea masculina non extent descẽdentes, & cui soli facta fuit substõ, ut dixi, & apud quem reperitur tota hæreditas Ioannis, & quæ tota uenit in restõne fidei commissi, ex quo ad illum tota peruenit tam ex instõne quam ex substõne, per no. per Doct. in l. Marcellus. §. quidam liberis ad Tre. & in l. cum uirum. C. de fideic. & si dicatur, quod illud uerbum, sine descendentib. positum in conditione refertur ad testatorem, & quod intelligitur de descendentibus illius & non hæredum quib. est facta substõ, argu. not. per Bar. in l. ex facto. in prin. ad Tre. & in l. cum in testamento. de aur. & arg. leg. Istud est

est somnium & manifeste contra tenorẽ illorum uerborũ, decedentib. qñcunq; sine descendentib. nã hoc vltimum, sine descendentib. determinat illud participiũ, decedentibus, qđ participium refertur ad uerbum, hæredib. institutis & substitutis, & per consequens hoc totum, uidelicet decedentib. sine descẽdentib. &c. hẽt relationem ad hæredes institutos & substitutos, & sic descendentes hæredum & non solius testatoris sunt positi in cõdõne, & aliter dicere est ineptum & risibile. Coucluditur ergo pro transuersali agnato masculo. Laus Deo.

¶ Filiorum appellatione an ueniant fęminæ ad exclusionẽ substituti. Et an sub prohibitione alienationis, in qua de descendẽtib. fit mentio, ueniant tã fœminæ quam masculi. Et an bona alienari ꝓhibita saltem possint ad fœminas pertinere ex successione ab intestato.

S V M M A R I V M.

1 *Fœminæ appellatione descendentium ueniunt in dispositione facta secundum Galli consilium tam ex mente quam ex uerbis, nisi alia mens sit testatoris. nu. 6.*

2 *Filiorum appellatione ueniunt fœminæ ad exclusionem substituti, nisi sequeretur absurdum, quod filia magis dilecta esset deterioris conditionis, quam aliæ fœminæ minus dilectæ. num. 11.*

Substitutus semel exclusus, perpetuo remanet exclusus.

3 *Prohibitio alienationis non trahitur ad successionem ab intestato.*

4 *Vocati per nomen collectiuum censentur uocati, prout quisque est proximior defuncto grauato.*

5 *Testator filios instituẽdo exclusis fœminis uidetur uoluisse agnationi fauere etiam in substitutionibus. nu. 12.*

7 *Filiæ si sunt exclusæ, multo magis neptes.*

8 *Absurdum, quod magis dilectus sit deterioris conditionis minus dilecto, euitandum, etiam uerba impropriando, licet sequeretur annullatio actus.*

9 *Interpretatio, per quam excluditur odium uel absurdum, etiam actum annullando, dicitur fauorabilis.*

10 *Aequalitas inter descendentes seruanda, etiam actum annullando.*

13 *Mens testatoris sequenda, etiam uerba impropriando.*

14 *Filiorum appellatione quando non ueniunt fæminæ in prohibitione alienationis.*

15 *Verbum, quibuscunque, masculos & fęminas comprehendit, nisi contraria sit mens testatoris.*

16 *Filiæ fæminæ bona prohibita alienari non retinent mediante successione ab intestato, quando testator masculos prætulit.*

Hæredis institutio, quando ueniat sub prohibitione alienationis.

17 *Dictio, omnino, præcisa idem significans, quod indistincte uel totaliter.*

18 *Ratio prohibitionis alienationis ampliat prohibitionem, nisi per testatorem fuerit restricta.*

19 *Alienationis prohibitio duplex ubi concurrit, quid operetur.*

26 *Vna determinatio respiciens plures personas, eas æqualiter debet determinare, etiam si quo ad omnes non sit eadem ratio.*

CONSILIVM CL.

ISO testõ ser Michaelis de Serbatis & eius tenore diligẽter põderato, necnõ matura cõsiderõne præmissa sup his, q̃ ꝫ eum allegãtur in cõsilio decisiuo ꝑ clarissimum dñm ꝯsultorẽ. Prima facie dđm vr̃, ꝙ ser Benedictus testõris filius nõ sit ex d. testõ vocatus ad portionẽ Veronesij fratris & cohæredis sui q cũ plurib. filiis masculis & fœminis decessit, q̃uis deinde filii ei⁹ masculi sine filiis masculis sint mortui superstitib. sororib. & matre. Nã testõr ĩstituit Veronesiũ, & Benedictũ filios suos ltĩmos & naturales, & eis seu altero eorũ præmortuo, præmortuis descẽdẽtes suos sibi hæredes vl̃es ĩstituit & eẽ uoluit, &c. Velleiæ, & casu quo ambo, uel aliqs eorũ uiuo testõre ꝑmoreret̃, & ad finẽ & effectũ ut præteritione nepotis uel alterius descẽdẽtis non rũpat̃ testm̃, uel testõr intestatus decedat, vt not.
gl. & Doc. in l. Gallus. §. 1. de lib. & post. per talem ergo substõ
nẽ uocantur nedũ descendentes masculi ex dictis filiis instituti
1 sed ẽt fœminæ, † quia, & ipsæ appellatione descendentium de
quib. in substitutione, ueniunt. d. l. Gallus. §. institués. & l. 1. C.
de cõd. inser. & in auth. de hære. ab intesta. in prin. cum uulg. &
sic ex uerbis vocantur, atq; ex mente, quia ex quo uoluit me-
diante tali substitutione prouidere aduersus rupturã testĩ. d. l.
Gallus. per totam legẽ, fœminæ sicut masculi de necessitate de
buerũt substitui, quia aliàs ex earũ præteritione testamẽtũ po
tuisset rumpi. d. l. Gallus. in prin. & in §. idẽ credendum. iuncta
gl. in uer. ꝓnepos. cũ in loco nõ sit statutum, per ꝙ excludãtur
fęminæ per masculos, & quia ubi filij excluderent filias ex for-
ma statuti fuit possibile, ꝙ extarẽt fæminæ tm̃ sine masculis &
sic ꝙ cessaret statuti exclusio. Et qa ex hac prima substõne Bñ-
dictus nõ uocat̃ ex illa, nõ admittat̃. Deĩde ĩmediate subdit te
stõr. Et eos qñcũq. decedẽtes sine filiis legitimis substituit uul
gariter exꝑsse & ꝑ fideicõmissũ exꝑsse. Nec ẽt ex hmõi substõ
ne Bñdictus uenire põt. qa cũ Veronesius decesserit cũ filiis tã
masculis quã fæminis, defecit cõditio, sub qua Benedictus fuit
uocatus hoc loco, & sic fuit exclusus, quamuis filii masculi d.
Veronesij decessierint postmodum sine filijs, quia adhuc sup-
2 sunt filiæ fœminæ, q̃ sunt† ẽt in cõdõne positę, & quæ ueniunt
filiorum appellatione. l. si quis ita. in prin. de test. tu. l. si ita scri-
ptum. in prin. de leg. 2. Et ubi ẽt filiæ in conditione non essent
positæ, adhuc tamen per sola superexistentiam masculorũ con
dõ defecit, quamuis post in rerũ natura desierint, vt probatur
in l. ex facto. §. si quis aũt. ad Treb. & per Old. in cons. 21. & cõs.
141. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de test. §. in primis ad fi. & pro
batur ex no. per Bal. in c. 1. §. cum esset. in tit. epis. uel abba. dein
de in cod. testamento dicitur, prohibẽs & omnino vetãs prædi
ctis Veronesio & Bñdicto, & quibuscũq; eorũ hæredib. & de-
scẽdẽtib. in infinitũ alienõnẽ, distractionẽ, & omnẽ cõtractum
de bonis suis immobilib. quibuscunq; qm̃ intentio sua est ut ip
sæ res, & bona de descendentib. in descendentes in infinitũ ꝑ-
ueniãt, &c. vnde nec ex isto capite uidetur Benedictus hoc casu
admitti posse, quia ex tali prohibitione alienationis & ex causa
prohibitionis expressa nõ inducitur fideicommissum simplex,
sed in casu tantũ, quo sit factũ contra ꝓhibitionẽ. & sic in casu
alienõnis, ut probatur ex no. ꝑ Bar. in l. pater. §. filiam. de leg. 3.
& per Alex. in l. qui Romæ. §. cohęredes. de uer. obl. Nec ex hoc
3 † ꝙ hæc bona peueniant ad matrem & sorores filiorum Vero-
nesij ab intestato dicitur fieri cõtra prohibitionem, ẽt si testõr
prohibitionẽ alienationis fecisset fauore masculorum descẽdẽ
tium tãtũ. Quia nõ ꝓhiberetur ꝑ ꝑ hoc succedere ab intestato
uni ex descendentib. masculis alius, qui non sit de illis, ut proba
tur in l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. & ibi Bar. & per Bar. in
l. peto. §. fratre. eo. ti. & in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. &
Alex. in d. §. cohęredes. Et est rõ, quia prohibitio testõris intelli
gitur de alienatione hominis, & nõ de alienõne legis, prout est
successio ab intestato, quæ a lege prouenit immediate. l. 3. §. de
illo. & ibi Bar. ff. ꝓ soc. Et hanc rationẽ assignat ẽt Bal. in auth.
contra rogatus. C. ad Treb. & Aret. in l. Pantonius. §. 1. de acq.
hær. immo uidetur, ꝙ ex quo prohibitio alienõnis est simplex,
& non extra certum genus personarum, ꝙ hæredis instõ, etiã
de extraneo, qui non esset successurus ab intestato, nõ dicatur
alienõ, & sic ꝙ per hoc non dicatur facta contra ꝓhibitionẽ,
ſm Bar. in d. §. fratre. & in d. §. ea lege. & Alex. in cons. 155. qui
dicit hoc ꝓcedere, ẽt si facta esset simplex prohibitio per uerba
geminata, & prægnãtia, puta ꝙ nõ alienaretur quoquo tit. &c.
Et tãto minus dicitur factum cõtra prohibitionem, quia soro
res mortui & filiæ Benedicti sunt de descẽdentib. testõris, quo
rũ fauore facta fuit ꝓhibitio, & quæ ẽt includuntur in substõ-
ne, quæ inducitur ex dicta prohibitione, & ꝑpea ubi ẽt fideicõ
missum esset simplex, hoc est factũ, siue alienatio sequatur, siue
nõ, tamẽ dictæ fœminæ tanq̃ ꝓximiores defuncto grauato de
berent admitti. Nam quia per nomen illud descendentes, vocan
4 tur† ꝙ est collectiuũ, intelliguntur uocati, prout quisq. est ꝓ
ximior. l. cum ita. §. in fideic. de le. 2. & l. fi. C. de uer. sig. & in ꝓ
posito hoc etiam uoluit Ang. in cons. & Are. & Ale. in d. l. Gal-
lus. §. 1. de li. & pos. & ille, qui proximior est defuncto grauato
prout sunt dictæ fœminæ, debet præferri alteri, quamuis ille sit
proximior testatori, ut consuluit Pa. de Ca. in quodam cons. fa
cto in ciuitate Camerini, ꝙ non est impressum, & quod refert

Soci.

Soc.in l.si cognatis.ad fi.ver.sexta cōclusio,&c.de reb.dub.ubi et allegat ad hoc Pa.de Ca.in d.§.cum ita.& text.in c.1.de natu. succes.feu.& ibi no.per And.de Iser.& plura alia,& de quo latius ꝑ eum in consi. 249. Sed præmissis non obstantib.cōtrarium rōnabiliter iudicio meo est dicendum ſm testōris mentē & iuris dispōnem.In primis namque considerandum est,ꝙ cū testōr filios masculos & filias hēret,masculos tm̄ hæredes universales instituit,s.Veronesium & Benedictū,& tres filias instituit in certa modica q̄titate,quæ tamē ab intestato a successione pr̄is exclusæ non erāt ex forma statuti,vt narratur in prædicto cōsilio decisiuo†hoc āt factū ꝑ partē alia rōne dici nō pōt,
5 nisi fauore masculorum,& agnationis,sicut aliàs hac rōne statutum dicit,fœminas excludere extātib.masculis,ſm Io. And. in add.Spe.in rub.de suc.ab intest.& Cy.ī l.j.C.de adul.& Bal. in l.maximū vitiū.C.de lib.præt.& in l.ꝙ uerò.de legi.cum cōcor.Et quāuis de masculis,vel de sexu masculino expresse nō si facta mētio in testō,quia tamē re ipsa soli masculi sunt instituti,nō minus ex hoc apparet sic factum fuisse gratia masculorū, quā si de masculis expresse fuisset facta mentio.l.Paulus respōdit nō tm̄ ver.ff.rem ra.ha.Quia ergo in instōne masculos prædilexit,& filias fęminas exclusit,dicēdum est,similiter sensit de masculis descēdentib.quādo descēdētes simpliciter post instōnem substituit ſm cōsilium Galli vel legis Velleiæ.nā Benedictū & Veronesium filios suos instituit,& eius,seu altero eorū præmortuo seu præmortuis descendētes suos sibi hæredes vniuersales instituit & esse uoluit,&c.† quāuis ergo appellatione
6 descēdentium veniant ēt fœminæ,ut est dictum,hoc tamē loco de masculis tātum descēdētib.sensit testator,ut ex pluribus colligitur. Et primo,quia inter primam instōnē & sequentem de dictis descendētib.factam ponitur alternatiua,aut. Quia igitur ex prima parte alternatiuæ uocantur solū masculi, videtur ꝙ ēt in sequēti parte de masculis senserit, quia una pars alternatiuæ alteram partē dubiam declarat.l.1.ff.de reb. dub. Nā testōr filios institutos in hęreditate plus dilexit solū ex qualitate sexus,& non ratione sanguinis vel ꝓximitatis, quia filiæ fœminæ in hoc a masculis non differunt.l. maximum uitium.C.de libe.præte.qua ergo rōne ad qualitatem masculinam habuit respectum in instōne posita in prima parte alternatiuæ, eadem rōne ad eandem qualitatem uerisimiliter respectum habuit ēt in alia instōne posita in sequenti ꝑte alternatiuæ facta de nepotib.incipientib.tenere primum gradum uiuo testatore,& quia una pars testi alteram declarat.l.qui filiab.in prin. & l.si seruus plurium.§.fi.de l.1. & ꝙ ista uerisimiliter fuerit intentio testatoris,demonstratur. Nam ubi uiuo † adhuc testatore filii ma-
7 sculi instituti fuissent de medio sublati,& in quem euētum sūt dicti descēdētes substituti,si quidem extarēt tantum filiæ ex dictis filiis præmortuis & fœminæ ēt ex substōne prædicta intelligerentur uocatæ,sequeretur,ꝙ neptes ex filijs præmortuis viuo testōre inuenirentur uniuersaliter institutæ,& filiæ testatoris exclusæ.quod non est credēdum,testōrem facere uoluisse, quia cum filiæ ipsius sint proximiores,& per ꝯsequēs magis dilectæ,non præsumitur voluisse neptes remotiores & minus dilectas esse melioris condōnis quam filias proprias.l.Publius.§. fi.de cond.& dem.l.si uiua matre.C.de bo.ma.Non.n.in sensū alicuius uiri sēsati cadere debet, ꝙ testator dicto casu uoluerit neptes esse hæredes suas uniuersales, & filias remanere exclusas. Nam sicut ubi tēpore testamēti masculi fuissent de medio sublati & præmortui superstitibus neptib.ex eis,uerisimile nō est nec credibile,ꝙ testōr filiab.suis prætulisset neptes, & ꝙ illas uniuersales hæredes instituisset, & filias successione priuasset alia cā non subsistente.d.l. Publius.§.fi.ita præsumendū est, ꝙ filiis mortuis post testamētū eo adhuc uiuo noluerit filias excludere & neptes instituere,quia hoc esset irrationabile, sicut in casu præcedenti,cum sint paria instituere neptes tenētes primum locum viuo testōre, uel cōferre instōnē earum in dictum tps.l.in tps.in prin.de hær.inst. & iō quia utroq; casu si testōr interrogatus fuisset, uerisimiliter neptes filiab.suis non præposuisset.d.§.fi.Sic etiam in dubio credēdum est, ꝙ dictas neptes admitti noluerit ex substōne prædicta,quā mediante dictis filiab. præferantur,& præferri possint,per no. in l.tale pactū.§.fi.de pac.Sequeretur ēt,ꝙ si ex dictis filiis præmortuis di uo adhuc testōre suꝑstitib.nepotib.masculis & neptibus ex dictis filiis ꝙ cum dictis nepotib.masculis concurrerent neptes prædictę,si in substitutione de descēdētib.dicto casu facta esset comprehensæ,& ꝙ filiæ testōris ꝓximiores remanerent exclusæ, qđ a verisimiliter in totū est alienū , quia qua ratione filias testōr dicto casu exclusit fauore nepotum masculorum ex filiis,eadem ratione voluisse videtur,ꝙ neptes non admittantur illis extantib. Sicut ēt dicimus ꝙ exclusis filiab. ꝑ superexistētiā masculorum ex forma statuti,ꝙ intelliguntur etiā neptes ex filio masculo exclusæ,ſm Fulg.& Ale.in l.uenia.C.de in ius uoc. per d.l.si uiua matre.& quia fauor agnationis,in quo fundatur statutum,ita hēt locum contra neptē,sicut contra filiā. Nec est verū , ut dr̄ in consilio decisiuo , ꝙ in hac substōne veniant filiæ testatoris casu , quo nepotes , & neptes ex filijs non extarēt,quia quāuis testōr substituerit descendētes suos,tamē intelligitur de illis, qui descendūt ex filiis institutis, inter quos non sunt filiæ testōris,quia ut dixi præsumitur,ꝙ uoluerit sequi cōsiliū Galli,& legis Velleiæ,ut no.gl.& Doc.in d.l.Gallus. §.1.q. de prædictis loquūtur. aliàs si filiæ testatoris includerētur,uenirēt ēt pariter & simul cū nepotib.& neptib.ex filio,& nō solū in defectū eorū,qđ negatur in d.cōsi. Et prædicta ꝯfirmant,
8 q̄a semꝑ cap ēda † est interpretatio,ne sequatur absurdū,ꝙ minus dilectus sit melioris cōdōnis quā magis dilectus,ut ꝓbatur ex iurib.prædictis,& ex no.ꝑ Bar.cū quo Doc.cōiter transeūt, in l.Gallus.§.ēt si parēte.de lib.& posth.dū cōcludit,ꝙ in casu, de quo ibi ꝑ eū,appōne hæredis ꝗ ꝓpriā significationē veniat filius tm̄,& nō hr̄s extraneus,quādo ex hoc sequeretur dictum absurdū,ꝙ minus dilectus melioris eēt cōdōnis,quā magis dilectus.& sīr Bar.in l.quidā relegatus.in fi.de re.du.uult in pulchra quæstione,ꝙ pro dicto absurdo euitando uerba restringātur contra propriam significationem,alleg.d.l.Publius.in fi. & idem probatur ex no.per gl.in l si mater.§.1.de vul.& pup.quæ vult ſm,ꝙ eam subtiliter ibi saluat Bar. ꝙ licet substitutio vulgaris extendatur de casu ad casum.d.l. Gallus.§. & quid si tantū.tamen cessat extensio,quando tali extensione mediante,ille qui est magis dilectus,efficeretur deterioris conditionis.Sic ergo & in casu nostro substō prædicta facta de descēdentib.filiorum dēt restringi ex uerisimili mente defuncti ad descendentes masculos,ne sequatur dictum absurdū,ꝙ fœminæ remotiores præferantur proximiorib. & ꝙ per nepotes excludantur filiæ testatoris,& ꝙ a dictis nepotib.non possint neptes excludi,sicut ēt ēconuerso, vt absurdū prædictum euitetur, uerba ultra significationē propriam amplientur,ut probatur ex no. ꝑ Ale. in l.sed si hac.§.liberos.de in ius uocā. de quo inferius loco suo mentionem faciam.& faciunt ēt,q̄ dicentur statim circa sequētem substōnē reciprocā inter filios institutos factā. Et non obstat quod pro parte contraria dicebatur, ꝙ si in hac prima substōne facta ſm consilium Galli & legis Velleię non comprehenderētur ēt descendentes fœminæ,ꝙ earum præteritione testm̄ rumperetur,ꝙ non creditur testatorē voluisse.l.quoties. de re. du. & l.3.de test.mil.Quia hoc procedere posset,si de contraria voluntate per alias coniecturas non appareret, & prout de mēte cōtraria ī casu isto dicitur apparere ꝑ prædicta. Nā ꝙ neptes, q̄ primū locū inceperunt tenere adhuc uiuo testōre,etiā si solę existant,excludāt filias testōris,& ꝙ cū masculis admittantur,
9 iniquū est & absurdū,ut probatur ꝑ prædicta:† iō ne id sequatur,est euitandū,ēt si ex hoc sequatur actus annullatio,arg.l.2. de lib.& posth.ex qua no.ibi Are.ꝙ illa interpretatio,per quā excluditur odiū,etiā cū annullatione actus dicitur fauorabilis. Pariter ergo est idem, qn̄ excluditur absurdū, de quo sup. & ēt fortius in casu nostro,q̄a ꝑ hāc interpretationē nō poterat indistinctē,& simpl'r seq̄ annullatio actus,sed tm̄ qn̄ neptes uiuo patre cępissēt primū locū tenere,sed illis nō extātibus nepotes extantes ex testō admitti potuissent; atq; ēt tanto magis sic est præsumendū,quia eo casu,quo neptes solę extarent sublatis filiis de medio uiuo adhuc testatore , de iure communi in stirpē admitti debuissent cū filiabus defuncti ad eius successionē ab intestato iō præsumendū nō est alia cā nō subsistēte, ꝙ inæqualitatem voluerit testōr inter dictas fœminas seruare.l. cum pr.
10 §.euictis.de leg. 2.†& quam lex inter descendentes detestatur. l.illud.C.de collat.iō quo ad effectum inter eos ut æqualitas locum hēat,dispō sæpe limitatur uel ampliatur.d.§.euictis.& l.fi. C.cōm.utr.iud.declarat no.Are.in consi.1.uersus fin.ubi rōne æqualitatis seruandæ inter filios uult,ꝙ repetitio locū habeat, q̄ aliàs locum non hēret,ut ibi latius ꝑ eum . Et ꝓpterea ēt in casu

casu dēt restrinxit dicta substō facta descendētib.ad masculos tātū,vt inter dictas fœminas seruetur æqualitas,ēt si sequi possit annullatio actus,quia ubi testm̄ remansisset nullum,ab intestato omnes successissent dicto casu æqualiter, & inter masculos & fœminas non seruauerit testator dictam æqualitatē,hoc ex cā & rōnabiliter fecit.s.gratia agnationis cōseruādæ.¶ Et ex
11 præmissis ēt infertur,† ꝙ in sequēti substōne,quā testator eos .s.filios institutos quandocunq; decedētes sine filijs inuicem substituit uulgariter expresse, & ꝑ fideicommissum,expresse, intelliguntur solum filii masculi filiorum in condōne positi,& non filiæ,quamuis & ipsę aliàs ueniant regulariter filiorū appellatione,per allegata in ꝯriū,quia si filias ꝓprias testōr exclusit fauore masculorum institutorum & gratia agnationis,vt dictum est,multo magis ꝑsumēdum est,ꝙ uoluerit excludere neptes ex filiis minus dilectas fauore eorundē filiorum adinuicē substitutorū sub condōne illa,si alter decesserit sine filijs,& sic fieri dēt restrictio ad filios masculos,ut euitetur id,quod reputatur absurdum.s.ꝙ filiæ magis dilectæ inueniantur deterioris condōnis quam neptes minus dilectæ,tum quia erāt remotiores,tum quia tēpore testī adhuc non erant natæ,& filiæ sic,ar. no.in l.qui filiab.in prin.de leg.1.& prout declarat Bal.in l.Lucius.de hær.inst.d.l.Publius.§.fi.& per alia præallegata,& prout in specie hoc casu præcipue per hanc rōnē nolit Pa. de Ca. in cons.79.inc.Casus iste frequēter contingit,&c. & hoc quando decedēti sic sine filiis est substitutus alius descēdēs & agna-
12 tus masculus testatoris,ut factum reperitur in casu nrō,† quia per exclusionē filiarum ab instōne facta fauore masculorum, & ex qualitate substituti comprehenditur,ꝙ intentio testatoris tunc dirigitur ad conseruationem agnatione, quæ per masculos tm̄,& non per fœminas conseruatur. Et idem tenet Pa. de Ca.in alio cōsi.nō impresso inc.Visis & diligenter examinatis,&c.quem ad literā refert Soc.in rep.l.cum auus.de cond.& dem.col.44.uers.tertio quęro.Et tandem in his terminis trāsit cum eo,& refert,ꝙ idem cōsuluit Raph.& Doc.Papięses ac d. Fran.Are.& do.An.Sic.& cuius cōsilium est inter cōalia Alex. in 4.vol.cōsi.52.per plures rōnes,quas ibi plene refert,ac etiā ad omnia ꝯria rñdet.Et idē ēt late tenet Soc.in cōsi.Burtii inc. Cum in pręsentiarū,&c.Et ista est cōis op.mod.pro qua etiam cōsului,& sæpius per alios cōsultum uidi.Nec est curādum, ut dixi.ꝙ de masculis in testō nō sit facta mentio,quia satis est,ꝙ re ipsa masculi tm̄ ex instōne & ex hac substōne, de qua nunc loquimur,sint uocati, & hoc ēt procedit,quamuis neptes ex filio præmortuo non excluderentur ex forma statuti a successione patris ab intestato per patruum substitutum . Quia licet tali statuto extante esset magis certum,ꝙ dictæ neptes non intelligerentur in dicta condōne positæ, tanq̄ uerisimiliter testator uoluerit se cum dispōne statuti cōformare,per no.per Bar. in l.ut iurisiurandi.§.si liberi.de ope.lib.& in l.hr̄des mei.§. cū ita.ad Treb. cum conc. nihilo minus ēt cessante dicto statuto idem pręsumi pōt ex alio , uidelicet quādo testator instituit filios & filias exclusi,& quādo filio decedenti sine filiis filiū aliū substituit,q2 his concurrentibus oritur etiam præsumptio,ꝙ in condōne,si decesserit sine filiis,masculos uoluerit & non fęminas ponere s̄m prædictos,qui ēt hoc casu loquuntur , licet aliter in d.consilio dicatur,& non bene. Nec prædictis ob.ꝙ a uerbis non est recedendum,& ꝙ non attenditur uoluntas,quæ non transiuit in dispositionem.l.quidam cum filium,de hæ.in sti.quia uerū est hoc,quando nullo modo uerba deseruire pos
13 sunt intentioni proprie uel improprie.† Sed quando secundum significationem saltem impropriam uerborū potest mens seruari,tunc sequi debemus mentem impropriando etiam uerba ut colligitur ex not.per Bart.in l.ambiguo.de reb.dub.dum respondet ad l.non aliter.de lega.3.Et ita etiam ibi expressius declarat Pau.de Ca.& Alex.in l.3.in fi.C.de lib.præte.fortius ergo in casu nostro in conditione intelligi debent masculi tantum positi ex coniecturata mente defuncti, cum appellatione filiorum positorum in condōne ueniant ex propria significatione masculi tantum, & fœminę ex interpretatione, secundum Bar.in l.1.de uer.sig.quia si,vt dictum est,a propria significatione receditur, ut mens saluetur,multo magis ad hunc effectum non est a propria significatione recedendum.Nec est etiam uerū,ꝙ filiæ testatoris sint substitutæ filiis institutis in prima substitutione, per quam uocat suos descendentes, ut dixi in præcedentib.& similiter non ob.dum dicitur,ꝙ testator magis dilexit neptes ex filio in portione filio relicta , quā ꝓprias filias, quia sunt ꝓximiores filio grauato,ꝑ ea,q̄ dicūtur ꝑ Soc.in d.l. si cognatis.in pe.col.& in cōsilio superius alle.q2 ubi certū eēt, ꝙ filiæ & neptes essent uocatæ post mortē filii admitti posset, ꝙ tunc neptes tanquā proximior patri suo grauato deberet pręferri filiæ testatoris,& hoc casu loquuntur prædicti,& nō quidem, quia neptes præsumātur magis dilectæ quā filiæ,sed quia præsumitur,ꝙ fuerint uocatæ eo ordine, quo ab intestato fuissent successuræ ipsi grauato,s̄m Imo.in l.cum ita.§.in fideicommisso.& ibi etiam per Pau.de Castr. de lega.2. & per eundē,in l.fi.C.de uerb.sig. Sed in dubio, & eo casu, quo dubitari potest utrum sint uocatæ uel non, dicendum est concurrentib.prædictis,ꝙ de neptib.non sensit . Et quamuis ex aliqua prædictarū substōnum admitti nō possit aliquis ex substitutis , q2 defecit conditio,sub qua fuerūt uocati, nihilo minus necessarium fuit ostendere,ꝙ testōr in illis tm̄ sensit de masculis,& non de fœminis, pro declaratione & interpretatione sequentis substitutionis,& prohibitionis alienationis , in qua dicitur,ꝙ similiter testator ēt solū sensit de masculis , & nō de fœminis,sicut sensisse dicitur in præcedentib. Subiunxit ergo testatur post prædictas substōnes hæc uerba formalia,uidelicet prohibens,& omnino uetans prædictis Veronesio, & Benedicto & Berto filiis suis , & quibuscunq; eorum hæredib. & descendentib.in infinitum alienationem,& omnem contractū,q in fraudem alienationis præsumi posset de bonis & rebus immobilib. quibuscunq; hæreditatis ipsius testōris: qm̄ intentio sua est,ut ipsæ res,& bona de descendentib. in descendentes in infinitū perueniant,&c. Hic ergo de reb. principaliter est uidendum.Et primo , an sub dicta prohibitione & sub cā prohibitionis , in qua fit mentio de descendentib.includantur tā masculi quā fœminæ. Secūdo, an bona prohibita alienari possint saltem peruenire ad fœminas descendentes mediante successione ab intestato cum effectu retentionis , casu quo dictæ fœminæ appellatione descen-
14 dentium isto casu non dicantur uenire . Circa primū dr̄, † ꝙ descendentes masculi tm̄ dicūtur prohibiti alienare , & ꝙ uoluit testōr ad masculos descendentes tantum bona peruenire, saltem casu quo factū sit contra prohibitionem. iuxta l. peto. §.fratre.de le.2.& l.pater.§.filium.cum ibi no.per Bar.de l.3.& per Ale.in l.qui Romæ.§.cohæredes.de uerb.ob. Quod aūt in hac parte de masculis tm̄ testator senserit, probatur etiam ex prædictis,quia si testator ꝓprias filias exclusit ab instōne fauore masculorū ꝯ dispōnem iuris cōis.l.maximū uitium.C.de lib. præte.quę ēt dr̄ in loco seruari,& hoc fauore agnationis,ad q̄ testator respexit,ut in præcedentib.plene deductum & probatum fuit,multo magis fœminas ulteriores minus dilectas tanquam remotiores & incognitas,quia adhuc natæ nō erant.ut no.Bal.in l.Lucius.de hær. inst. & dixi etiā in præcedentib. ex eadem cā,hoc est agnationis gratia præsumitur excludere uoluisse.d.l.Publius.§.fi.de cond.& dem.Et iō ne sequatur absurdum , ꝙ minus dilectus sit melioris cōditionis quā magis dilectus, uerba quæ sunt apta sui natura ēt fœminas cōprehēdere, dēnt restringi ad masculos tm̄, per no.per Bart.in d.l.Gallus.§. ēt si parente.& in l.quidam relegatus.in fi.de reb.dub.& ꝑ no. ꝑ glo.s̄m eam soluat Bart.in l.si mater.j.de vul.& pu.& ex alio. ēt probatur . Nā in præcedenti substōne facta inter filios institutos decedētes sine filiis,filii masculi tantum intelliguntur positi in conditione ratione ibi proxime allegata , prout uoluit Pau.de Cast.in d.consi.79.& Soc.& alii, in locis præall.Si ergo nepos ēt ex filiis in portione, in qua pater earum fuerat institutus,exclusit testator,& hoc fauore masculorum & agnationis, multo magis præsumitur uoluisse remotiores fœminas fauore masculorum excludere per prædicta . ¶ Rursus & istud tertio confirmatur. Pone enim quod unus ex filiis testatoris, qui fuit prohibitus alienare, contra prohibitionem alienasset altero filio superstite, quo casu ultima substitutio de descendentib. in hūc euentū facta locum haberet.Si ergo appellatione descendentium ēt fœminæ includerentur dicto casu,ad bona alienata contra prohibitionem admitti debuissent filiæ fœminæ testatoris institutæ in re certa simul cum alio filio eiusdē vīr instituto. qđ falsum & contra intentionē testatoris esse puto,ex infrascriptis. Et primo, quia sicut filiū masculū in instōne prædilexit filiæ fœminæ,ita ꝑsumitur illū prædilexisse in hac substōne.l.cohæredi.

hæredi.

hæred.§.qui discretas.de vul.& pup.& ibi no.Doc.Secundò in terminis istud probatur ex no.per Bar.in l.fi.ad Treb.dicẽs,ꝙ si testator suos filios masculos instituit hæredes vniuersales & filiam in re certa,ac altero præcedẽte sine filijs substituit sup uiuentes,ꝙ licet sub illo verbo supuiuẽtes, ex proprietate sermonis comprehẽdi possit ẽt filia fęmina,ut ibi probatur,& in l.tres fratres,de pac.tñ verbum illud restringitur ad masculos: quia sicut illos prædilexit in instõne, ita præsumitur eos in fideicommisso ṗdilexisse,& hoc quando erant plures supstites, in quib.sermo pluralis possit adimpleri.& idẽ quando in actu non fuissent plures,sed esse poterant,vt quia institui uentrem ex quo plures nasci potuissent,secus vero,ẜm eum si nec actu, nec habitu fuissent plures,sed vnus tantum,sicut qñ duo tantũ masculi fuissent nominatim instituti,& altero decedẽte sine filijs substituisset superstites, quia tũc fœmina contineretur,q̃a sermo pluralis dicto casu in uno solo masculo salua rõne recti sermonis uerificari non posset. Sic igitur & in casu nostro, ex quo filios prædilexit in substõne, ita in fideicommisso relicto in casu alienationis vr̃ testator filium masculum prętulisse filiabus fęminis institutis in re certa, & iõ ad masculos tantum restringuntur verba d.fideicommissi,sicut & in casu Bar. Et licet dicto casu proponatur, ꝙ vnus solus filius testatoris superesset,quia tñ pluralis locutio aptitudine põt plures comprehẽdere,quia uocati sunt descendentes in infinitum salua rõne recti sermonis,saluatur ẽt in uno filio testatoris,qui per accidẽs solus tunc uocatur,cum sit proximior.l.cum ita.§.in fideicõmisso.& l.peto.§.fratre.de leg.2.Si ergo ꝑ hanc ultimam substõnẽ non dẽnt admitti filiæ testatoris cum vno filio instituto,quando ꝑ alterum fit factum contra prohibitionẽ, ut ex præmissis ꝓbatur euidenter ex hoc apparet, ꝙ ẽt dicta prohibitio est facta fauore masculorum, & ꝙ multo minus fœminæ remotiores pñt ex ea cum masculis venire,ne sint melioris condõnis q̃ filiæ testatoris magis dilectæ ꝑ ea,q̃ sæpius dicta sunt. Et istud adhuc quarto comprobatur. Demus.n.ꝙ vnus ex filijs institutis alienauit cõtra prohibitionem superstitibus filiabus fœminis tm̃,& superstite suo cohærede uniuersali,certe si sub hac ultima substõne facta de descendẽtib. in casu alienationis fœminæ comprehenderẽtur,ad bona alienata prius, & ante omnes dictæ filiæ alienantis admitterẽtur,quia intelligũtur descẽdentes uocati,prout quisq; est proximior.d.§.in fideicommisso,& attẽditur proximitas respectu grauati,& non respectu testatoris,vt etiam in præcedentib.dixi.Et tamẽ istud est ẽt falsum,q̃a cum in præcedẽti substõne reciproca inter filios institutos decedẽtes sine filijs,fœminæ non faciant deficere condõnem, q̃a non intelligũtur in ea positæ,vt ẽt dictum est,& sic cum ea mediante excludantur a portione patris ꝑ patruum,& in hoc ille sit prædilectus,præsumiẽ ẽt prædilectus in sequẽti, ꝑ quam in casu alienationis vocantur descẽdentes, ꝑ allegata supra proxime;& ꝑ consequẽs in casu præmisso ad bona alienata admitti dẽret alius filius testatoris exclusis filiabus fratris alienantis,& ꝑpea si filiæ testatoris & neptes dictis casibus admitti non possunt ex hac ultima substitutione masculis extantibus multo minus uocatæ intelliguntur filiæ fœminæ remotiores. Præterea si uerbum illud descendentes,verificatur solum in masculis dictis casib.& fœminas comprehẽdere non põt,dicendum est,ꝙ indistincte de masculis intelligatur, quia vnum & idem uerbũ non dẽt diuerso iure censeri.l.eum qui ædes. de vsuc. & l.iam

15 hoc iure.de vul.& pup. † Nec ob.ꝙ prohibita sit alienatio quibuscunq; hæredib.& descendentib.& ꝙ sub illo uerbo,quibuscunq; vniuersali comprehẽdantur ẽt fœminæ, ꝑ no.ꝑ Bar. in l.gñali.§.vxori.de vsuf.leg.& ꝑ Bal.in c.Imperialem. in princ. de proh.feu.alie.ꝑ Fede.& in l.1.in 34.q.de rer.diu.Quia prædicta procedere possent,si de contraria mente non appareret. Sed in casu nostro ex his,quæ dicta sunt,constat,ꝙ testator de fœminis non sensit,sed solum de masculis,iõ sermo etiam uniuersalis ad illos restringitur. Nam,ut dicit ẽt Bar.in d.§.uxori. verba vniuersalia non recipiunt restrictionem,nisi illa,quã fecit testõr;nec refert,an restringãtur expsse,ut ibi,uel tacite, ut hic.l.cum quid.si cer.pet.a uerbis.n.receditur,qñ de ꝯria voluntate ẽt ꝑ cõiecturas apparere põt.l.non põt.l.nõ aliter, in pri. de l.3.l.in cõditionib.primũ locum.in prin.de cõd.& dem.De quibuscunq; ergo descẽdentib.dixit testõr, nõ quia senserit de fęminis,sed ut cõprehẽderet nascituros etiã post testamentum & post mortem suã,qui non intelligerentur aliàs comprehensi.d.l.cũ ita.§.in fideicommisso.de leg.2. & l.si cognatis.de reb.

16 dub.& ibi per Bar.& hæc quantũ ad primũ. † Quantũ uero ad ẜm,videlicet vtrum ad minus possint fęminæ descendentes retinere bona prohibita alienari mediante successione ab intestato.Et similiter dico,ꝙ non.Et præmitto,ꝙ ista non est simplex ꝓhibitio alienationis, sed dicitur ꝓhibita alienatio extra certũ gñs personarũ,videlicet extra descendentes,quia vt ex rõne assignata per testõrem constat, facta fuit contemplatione descendentiũ,& vt bona inter eos remanerent, & est perinde ac si facta fuisset extra descẽdẽtes,iux.no.in l.si ita quis.§.ea l.de ver. obl.& in l.peto.§.fratre.de leg.2.Et ibi ẽt Bar.dicit,ꝙ prohibitio simplex alienationis,sub qua hæredis instõ nõ comprehẽditur,vt ipse declarat in dictis locis,non cadit in actu testandi,q̃a esset sine causa,& nõ valeret.l.filiusfam.hæs.§.diui.de leg.1. Sed cadere põt in actu ꝯhendi,& in dispositione legis.Et dato,ꝙ ẽt in actu testãdi fieri posset simplex ꝓhibitio,hoc cõtingere posset,qñ in casu alienationis alius vocaretur, in cuius fauorẽ alienatio nõ esset prohibita,sed solũ in odiũ,& in pœnã alienãtis, quo casu ẽt valet in vltima volũtate,vt no.gl.in d.§.diui.& Bar. in l.quoties. C.de fideic.& sub ea tunc ẽt hæredis institutio nõ includeretur,ẜm Ang.qui isto casu loquitur ĩ cõs.67.Dña Andrea, &c. nihilo minus in casu nr̃o nõ põt dici prohibita simplex alienatio,quia facta fuit prohibitio fauore eorũ.s.descendentiũ, qui uocantur in casu alienationis, & ideo principaliter uocari dicuntur eorũ fauorẽ,& non principaliter in pęnã eius, qui alienauit,ꝑpea intelligitur facta extra certũ genus personarum,sicut si prohibita fuisset alienatio extra descendentes, uel extra familiã,ut per Bar. in dictis locis, ex quo sequitur,ꝙ per instõnẽ hæredis extranei diceretur factũ ꝯ prohibitionem.d.§. fratre.& ibi per Bar.& per eũ,in d.§.ea lege. Et ꝯsequens sub prohibitione uenit oĩs alienatio hoĩs,facta extra descendentes

17 masculos.Dico ẽt,ꝙ isto casu aliquis,qui nõ sit de descendentib.masculis,nõ põt mediante successione ab intestato retinere bona prohibita alienari, sed isto casu masculi descẽdentes perinde uocãtur,ac si alio quolibet modo inter uiuos,uel in vltima uoluntate alienatio facta fuisset cõtra prohibitionẽ.Nã licet regulariter non prohibeatur extraneus ab intestato succedere in bonis alienari prohibitis.l.cũ pater.§.cũ inter. de lega.2.& per Bar. in locis præall. in casu tñ nostro talis alienatio intelligitur prohibita, qđ ex plurib.ꝓbatur. Et primo,quia testator dixit, ꝓhibens & oĩno uetans,&c. Nam illa dictio,oĩno,est præcisa, & uniuersalis,& significat indistinctẽ,& totaliter, ut no.glo.& Bar.in l.si cũ exceptione.§.quatenus.qđ met.cau. & probatur, in l.Græce.§.illud.iuncta gl.de fideiuſ.& in c.iudex.in si.de off. deleg.in 6.& in c.si beneficia.de præben.eo.lib.& ibi per Arch. & Io. An. Et ideo ex hoc intelligitur prohibita ẽt alienatio per successionẽ ab intestato extra descendentes masculos, ut probatur ex no. per Bart.in l.uentre. de acq.hær.in tertio casu.qui vult, ꝙ prohibita alienatione quocunque titulo extra certum gñs personarum,admitti non possit legitimus hæres. Quem ad hoc ponderat Are.dicens hoc esse ꝑꝑ illa uerba geminata,quo cunque titulo,& sic isto casu,ẜm eum,non habet locũ.d.§.cum inter. & idem uult Are.in l.Pantonius.§.1.eo.ti.per no.ꝑ Bar. in d.l.uentre. Idem ergo dicendũ est in casu nostro ꝑꝑ illam dictionẽ oĩno,quã,ut dixi,significat indistincte & totaliter. Secũdo probatur hoc alia rõne. nam, ut probatũ est, in hac ultima substitutione masculi tm̃ descendentes intelliguntur esse uocati, & consequenter prohibitio alienationis facta dicitur gratia agnationis,& ut bona cõseruentur in agnatione,iõ dicendũ ẽ, ꝙ fœminæ mediante successione ab intestato nõ possint talia bona retinere, quia ad filios eorũ, & hæredes existentes extra agnationẽ testatoris postmodũ transirẽt, & sic,ꝙ prohibita sit nedum alienatio hominis,sed ẽt legis, ꝑ quã possent bona exire de agnatione.Sicut hac ratione dicimus, ꝙ si filiæ sint exclusæ extantibus masculis ex forma statuti, ꝙ exclusio porrigiẽ ẽt ad neptes,nedum ex filia, sed etiam ex filio, secundum Doc.in l.uenia.C.de in ius uoc.cũ concor. de quib.ibi per Alex. Tertio cõprobatur hoc, nã testator descendentib.in infinitum prohibuit alienationem,quia uoluit, ꝙ bona de descendentib.ad descendentes in infinitũ pertinerent. Sic ergo intelligitur de descendentibus masculis, ut probatũ est in præcedenti articulo, & voluit, ꝙ ad eos in infinitum bona pertinerẽt, ergo prohibitum

bitum est, ꝙ ad fœminas ab intestato succedentes pertineat, q̃a si ad illas pertinere possent, ad masculos in infinitum spectare non possent, ut voluit testator. Et istud ẽt uoluit Soc. in consi. 40. inter consilia Curtij in fi. dicens, ꝙ ubi est prohibita alienatio per testatorem, quia voluit, ꝙ bona in perpetuũ ptineret ad masculos, ꝙ tali casu alienatio extra masculos, quæ fit p̃ successionẽ ab intestato, intelligitur ꝓhibita, quia alias verbum illud, in ꝑpetuum, verificari non posset. Idẽ ergo & in casu n͡ro ꝑp verbum illud, in infinitũ, quod idẽ signat. Et idẽ ẽt uult Alc. cons. 58. Attentis uerbis testi, col. 2. in 3. uol. uer. & confirmari possũt, &c. ubi loquitur, quãdo prohibita fuit alienatio, ut bo-
18 na ꝑpetuò in familia remanerẽt † quia, s̃m eum, rõ alienõnis ampliat prohibitionẽ, s̃m Bar. in l. pr̃. §. fundum. de l. 3. & ideo isto casu operatur, vt sub prohibitione alienatio ẽt legis contineatur, cum aliter generalitas rõnis verificari non posit. Et licet Alc. in eodem consilio uideatur inferius ab hac opinione recedere, non tamen recedit simpliciter a p̃dicta rõne, sed in casu suo dictę, illam locum nõ h̃re, quia p̃ relationem ad superiora restrinxit generalitatẽ dictę rõnis, & ꝑp hoc nõ põt operari generaliter. Et sic ubi dicta restrictio nõ fuisset facta, cõcedit Alc. ꝙ argumẽtum prædictũ h̃ret locum. & idem sentit in cõs. 23. col. pen. i. uol. ubi uult, ꝙ si fit prohibita alienatio, ut res stare dẽat continuo pro hæredib. & eorum filiis, ꝙ ꝑp illud uerbũ, cõtinuò, intelligitur prohibita ẽt alienatio necessaria, quæ non cõtinetur sub simplici prohibitione alienationis. l. peto. §. prædium. de l. 3. Eadem ergo rõne isto casu contineri dẽt alienatio legalis sub prohibitione: aliàs ẽt in istis bonis succederet mater defuncti ab intestato cum sororibus suis, & in totum ubi sola fuisset, aut. defuncto. C. ad Ter. & sic exirent bona, & exire possent ẽt extra descendentes, tam masculos quam fęminas, & sic in infinitũ non remanerent apud illos, ut uoluit testator. Quartò hoc ẽt probatur alia rõne, nam testator inter filios institutos decedentes sine filijs fecit substõnẽ, ꝑp quã sunt tacite prohibiti alienare bona subiecta fideicommisso. auth. res quæ. C. cõm. de leg. & deinde sunt prohibiti expressè alienare. Et sic in persona dictorum filiorum cõcurrit duplex prohibitio alienationis, ꝑpea sub prohibitione cõtinetur omnis alienatio, & sic ẽt illa quæ non comprehenderetur sub una sola prohibitione, ar. §. sanctissimas. i auth. de nõ alien. & l. 2. C. de usuc. pro emp. s̃m intellectum Bar. & Doc. in d. l. filiusfamiliàs. §. diui. de lega. 1. & per not. in c. licet mulieres. de iurei. lib. 6. & in c. uerum. de cond. app. & per Bal. in c. 1. §. præterea. de capit. Cõra. in quib. locis dicitur, ꝙ ubi concurrit duplex prohibitio alienationis, s. legis & hominis, ꝙ intelligitur alienatio prohibita in illis casibus spãlibus, in quibus alienatio ualerẽ poterat, non obstante sola legis ꝓhibitione, & hinc est, ꝙ si res subiecta restõni fideicommisi prohibeatur expresse alienari, nõ poterit alienari eo casu, quo ualere potuisset alienatio, si facta non fuisset expressa prohibitio, secundum Ale. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Tre. & in l. quidam testamento §. fi. eo. ti. ubi dicit hoc esse propter concursum duplicis prohibitionis, tacitæ scilicet & expressæ. Sic ergo & isto casu propter tacitam & expressam prohibitionem factam dictis filiis, dicendum est, quòd illis dicatur prohibita dicta alienatio legis extra descendentes masculos, quæ prouenit ex successione ab intestato. Si igitur ita est quò ad dictos filios, idem est dicendum quò ad alios descendentes, quamuis illi semel tantum sint prohibiti: quia illi semel cum filiis sub eodem uerbo, descendentes, uocantur in casu alienationis, unde quò ad omnes æqualis esse debet determinatio. le. iam hoc iure. de uulg. quod procedit, secundum Alexan. ibi, etiam si quo ad omnes non sit eadem ratio, per illum tex. & idem dicit in le. in testamento. C. de testa. mili. & quia non est uerisimile, quod testator filios institutos magis dilectos uoluerit magis prohibere, & in hoc plus grauare, quam alios descendentes ulteriores. d. l. Publius. §. fi. Ex omnib. igitur præmissis concluditur, quod portio Veronesij deficientibus omnibus eius descendentibus masculis, pertinet ad eius fratrem. Et ad omnia in contrarium allegata & in cõsilio deducta per prædicta est r̃nsum. Nec isto casu potest Falcidia detrahi, quæ intelligitur esse prohibita per prohibitionem alienationis, ut in §, si quando. in auth. ut spon. larg. & in auth. sed in ea. C. ad l. Falc. nam fideicommissum hoc est particulare. Laus Deo.

¶ Testator si filio substituit masculos & fœminas, an fœminę simul cum masculis admittantur, vel ordine successiuo.

SVMMARIVM.

1 *Testator magis uidetur diligere quoslibet filij descẽdentes in portione illius, quàm descendentes alterius, uel alterum filium, nisi alia colligatur mens. nu. 7. & 11.*

2 *Filiorum filij in conditione positorum appellatione uenit etiam nepos. num. 12.*

3 *In substitutione fideicommissaria plures nomine collectiuo vocati ordine successiuo censentur vocati, illeque præfertur, qui grauato est proximior. nu. 13.*

4 *Statutum disponens, quòd stante filio masculo fœmina non succedat, quo tempore debeat extare masculus. nu. 16.*

5 *In Remedio. l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. quis dicatur legitimus contradictor.*

Tres patrueles in quo gradu dicantur de iure ciuili, vel canonico. num. 12.

6 *Statutum excludens filias, dicitur etiam neptes ex eis excludere.*

8 *Testator in dubio videtur se cum dispositione statuti conformare.*

Stante statuto, quòd existentibus masculis fœminæ non succedant, si testator masculos & fęminas vocat, videtur illas ordine successiuo vocare.

9 *Fratres si a testatore vocantur, primò videntur vtrinque cõiuncti, & successiuè ex vno latere tantum vocati.*

10 *Testator excludendo filium filiæ iam natum, fauore filiorũ, multo magis videtur filios neptis non adhuc natos fauore agnatorum excludere.*

Magis dilectus non debet esse deterioris conditionis, quam minus dilectus.

15 *Proximior ille in gradu dicitur, qui ea forma statuti in successione præfertur, licet aliàs esset imparitas.*

Filia exclusa propter filium, iudicatur in secundo gradu, filius in primo.

CONSILIVM CLI.

IN causa illorum de Lignamine cum illis de Pizacominis est in primis videndum, qui sunt & dicuntur primo vocati ex fideicommisso vniuersali, de quo in testamento ser Danielis a Lignamine. Et prima videtur consideratione dicendum, ꝙ prædicti de Pizacominis, & mulieres de Minis præferantur in portione, de qua agitur, quæ iure institutionis peruenit domino Blasio filio testatoris, a quo prædicti descenderunt, cum sint nepotes & neptes ex filia domini Blasij. Quia testator non tantum descendentes masculos, sed etiam fœminas vocauit per fideicommissum: Et sic voluisse videtur vocare ad portionem cuiuslibet filii instituti descendentes cuiuslibet, tam masculos, quàm fœminas, non autem uoluisse intelligitur, quòd donec ex altero ex filiis extent eius descendentes, quòd ad illius partem admittantur descendentes ex alio filio etiam masculi. Et consequenter est dicẽdum, quòd extantibus dictis nepotibus Blasij ex filia, quòd uocari nõ possint prædicti a Lignamine descendentes masculi ex d. Hiero-
1 nymo filio do. Danielis testatoris. † Qm̃ verisimile est, ꝙ testator magis dilexerit descendentes filij in portione illius, quã descẽdentes alterius filiis, & magis quã aliũ propriũ filiũ. l. cũ acutissimi. C. de fideic. & est casus in l. cum auus. de cond. & demõ. Præterea, ꝙ hæc fuerit intentio testatoris, ex eius testõ uidetur colligi manifestè, nã vbi alter ex filiis suis institutis decederet sine filiis masculis, & fœminis, substituit aliũ siue alios eorũ descendentes. Et sic filias alterius filii prætulit aliis suis filiis superstitibus & eorum descendẽtibus etiam masculis, ex quo superexistentia filiæ fœminæ positæ in cõdõne facit deficere cõditionẽ substõnis factæ de aliis filiis testatoris & descẽdentib. illorũ. l. Lucius. cũ ibi not. de hær. inst. Qua igr̃ rõne testator uoluit, ꝙ filia Blasij excludat alios filios testatoris & suos descẽdẽtes, & ꝙ illis præferat, eadẽ rõne voluisse vr̃, ꝙ nepotes & neptes Blasij ex dicta filia prædictis præferãtur, ar. d. l. cũ acutissimi, cũ ibi no. Et propterea in substõne sequenti facta de descendentibus masculis & fœminis filiorũ institutorũ voluisse uidetur, ꝙ in portione Blasij primo vocẽtur & præferãtur eius filij, & filiæ

liæ & ad descendentes ex filio vel filia oīb. alijs suis filijs, & descendētib. ēt masculis eorum. Secundo & fortius prædicta con
2 clusio confirmat:† nā Blasius est grauatus restituere fratribus suis & eorum descendentibus, si decesserit sine filijs & filiabus sed ēt sine nepotibus & neptib. tam ex filio quam filia, quia appellatione filij uel filiæ positi uel positæ in condōne uenit etiā nepos & neptis ex filio uel ex filia, ut est casus in d. l. Lucius. de hær. inst. & declarat Bar. in l. liberorum. de uerb. sign. cum quo transeunt omnes quantum ad casum nostrum in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. Si ergo appellatione filiorum positorum in condōne ueniunt ēt nepotes ex eis, ergo patet, ꝙ dicti nepotes ex filia exclusissent substitutos, ubi illis solis superstitibus Blasius decessisset. Sicut igitur testator illos prætulit si cum illis tantum decessisset Blasius, ergo præferri debēt etiam in casu nostro, in quo reperiuntur extare tēpore domini Francisci filij d. Blasij, quia subest eadē ratio. Et ideo uerisimile est, ꝙ testator ita statuisset, si de hoc interrogatus fuisset, propterea haberi dēt pro expresso, etiā si fuisset omissum. l. Titius. §. Lucius. de hær. inst. & no. gl. in l. tale pactū. §. fi. de pac. Tertio pro prædicta conclusione facit, nam testator suos descendētes uocauit per fideicōmissum, & sub nomine collectiuo, ut habetur in d. l. Gallus. §. quidam recte. & ut dixi, tam masculos, quam fœminas quo casu. s. quando plures sub dicto nomine collectiuo uo
3 cantur, intelliguntur uocati ordine successiuo. l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. & l. fi. C. de uerb. sign. Et ille prius admittitur, qui est proximior grauato, seu præfertur ille, qui proximior ultimi admissi, & grauati aliis proximioribus testatoris grauantis, ut satis probatur in d. §. in fideicommisso. Et est ibi de mente gl. in 2. expositio. & in uerbo gradu. cum qua transit Imo. & alii mod. & est de mente Bal. etiam ibi in secundo not. & Pau. de Cast. in 3. q. de feudo & emphyteusi recepta, &c. de hoc uidetur etiam tex. in c. 1. de nat. success. feud. ubi habetur, ꝙ feudum paternum, quod defertur ex prouisione primi inuestiti, pertinet ad illum, qui reperitur proximior primi inuestiti. Ita ergo est dicendum in fideicommisso relicto descēdentibus testatoris. & ita ibi expressè sentit Iac. de Beluis. dum allegat. d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ac etiam in terminis nostris ita consuluit Pau. de Cast. decisiuè in ciuitate Camerini, quod consilium non est impressum, quem referunt & sequuntur moderni Senenses in l. si cognatis. in pen. col. de rebus du. & ibi attestantur, quod etiam idem semel consuluit do. Alexan. ac etiam, quod pro eadem opin. consuluerunt Doct. Perusini & Senenses, & quod sic fuit iudicatum Florentiæ per doctissimum uirum. In proposito igitur cum dicti nepotes, & neptes ex filia Blasij, & sorore domini Francisci sint proximiores dicti do. Francisci ultimi admissi, & grauati, quia sunt in tertio gradu, cum sint filii sororis. leg. iurisconf. §. tertio gradu. de gradibus, & dicti agnati sint remotiores: quia sunt fratres patrueles, & sic in quarto gradu d. do. Francisci. §. quarto gradu. ead. leg. Ideo dicti filii sororis uel sororū domini Francisci sunt præferendi in hoc fideicommisso, quamuis quo ad ser Danielem testatorem sint remotiores, & in gradu remotiori, ut ex prædictis clare colligitur. Nec dictis nepotibus obstare uidetur statutum positum sub rubrica de successio. mulierum, &c. in quo disponitur, † quod filia, uel alia mulier descendens
4 aut masculus ex fœmina succedere non posit, ex testamento, uel ab intestato, alicui descendenti per lineam paternam uel maternam, extante filio, aut descendente masculo per lineam masculinam, & cætera. Quia loquitur statutum, quando tempore mortis testatoris & tempore, quo defertur eius successio aliquis masculus extaret, quia superexistentia illius dicto tempore, prædictos tūc excludit, sed descendentes masculi qui nūc agunt, & ad fideicommissum admitti uolunt, non erant in rerum natura tempore testamenti, nec tempore mortis testatoris, ergo isti non excludunt dictas neptes, & nepotes ex testamento ser Danielis. Quod autem intelligatur de masculo extante tempore mortis testatoris, patet ex illo uerbo, non succedat, & sic oportet, quod extet tempore successionis, quia qualitas adiecta uerbo determinatur secundum tempus uerbi. l. c. in delictis. §. si extraneus. de nox. & maxime cum statutum dicat masculo ueniente, qui ablatiui faciunt conditionem. leg. a testatore, de condition. & demonstra. & sic perinde sit, ac si dixisset, si masculi uenient, scilicet ad successionem. Et hoc etiam in terminis videtur Bal. velle in l. 2. C. de iure emph. vbi dixit, ꝙ si quis recipit fundum in emphyteusim cū hoc, ꝙ transeat ad suum primogenitū, ꝙ intelligitur de illo, qui tpe mortis recipientis superuiueret, & erat tunc primogenitus; q̃a successio hēt relationem ad tps mortis, iō inspicitur prioritas, q̃ illo tpe erat. allegat. l. ex facto. §. pe. ad Treb. quem ēt ibi refert & sequitur Alex. in primo notabili. Præterea dictum statutum vult, ꝙ fœminis & descendentib. ex eis tm̄ posit relinqui, quā tum ab intestato capere potuissent, sed si tempore mortis ser Danielis extitisset nepotes masculi ex filio, & pronepotes, uel proneptes ex neptib. de iure cōi oēs eidem successissent ab intestato in stirpes, eo quia pronepotes ex nepote succedunt in locum patris, & sic sunt in priori gradu cum nepotib. ex filio. §. cum filius. de inst. de hær. quæ ab intest. & in auth. de hær. ab intest. in prin. Et consequēter in casu nostro uenirent solū ex fideicommisso dicti nepotes ex filio pro tertia parte, & pro aliis duab. partib. nepotes & neptes ex duab. neptib. dicti testatoris. Ista sunt in effectu, q̃ rē videntur dubiam reddere cōtra dictos de Lignamine, q̃ referre uolui, vt posit dominus iudex animaduertere, ꝙ inconsultè ad hanc rem non accesserim. Sed p̄missis non obstantib. contrariā snīam arbitror ueriorē, & mēti te
5 statoris magis conformē.† Et in primis præmitto, quòd hic non pōt dubitari, vtrum isti de Lignamine legitime contradicant parti aduersæ, quæ prius petiit immitti in possessionem intentando remedium. l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. Qm̄ illa disputatio procedit, & locum hēt, quādo qs solū cōtradicit agēti, & p uiā exceptionis vult eū repellere. Sed quādo alius agit eodem remedio, & dicit hæreditatē ad se spectare, & prius immittēdum esse, sicut factum fuit in casu nostro; tunc antequam aliq̃s immittatur, de iure utriusque summatim cognoscitur, & ille pfertur, q̃ hēt iura potiora, ſm Bar. in d. l. fi. in antepen. col. allegat. l. 1. eo. ti. immo plus dico, quòd si iā declaratum esset, partem aduersam in possessionē esse mittendā, & alius ante exequutionē superueniens peteret eodem iure se immitti in possessionem, esset in executione supersedendum, donec de iure illius esset cognitum, & ubi meliora iura hēret, illa exequutio impediret, & ille tertius in possessionē mitteretur, ſm Inn. in c. ueniens. de testi. quē refert & sequitur Bar. in l. pe. de peti. & hær. & in l. ita tñ. §. quoties, ad Treb. & in l. a diuo Pio. §. si super rebus. de re iud. & cum eo alii transeunt, vbi concludunt, quòd si petatur exequutio in re petita, quæ a nemine posidetur, puta dicunt ipsi in terminis. l. fi. C. de edic. diui. Ad. tol. & superueniat tertius, qui dicat, hr̄ditatem ad se spectare, & prius in possessionē mittendum esse impedietur exequutio; q̃a ubi primus in possessionē mitteretur, condō alterius deterior efficeretur: quia possessor rē difficilius consequi posset, & ppea isto casu impediretur exequutio, donec de iure alterius fuerit cognitū. Secundò præmitto, quod ubi fideicommissum cessaret. & do. Franciscus ab intestato mortuus fuisset quod prædicti de Lignamine sui fratres patrueles ei successissēt ab intestato, exclusis nepotibus & neptibus ex sorore eiusdem, & hoc uigore statuti positi sub d. rubr. de succe. mulie. quod incipit. Cum satis honestum, &c. circa fin. uersi. si verò defuncto uel defunctæ superesset una uel plures coniuncta, &c. vbi vult, quod extantibus agnatis transuersalibus existentib. in secundo gradu de iure canonico, excludatur mulier coniuncta in secundo gradu transuersali ſm ius canonicū. Cum ergo dicti fratres patrueles domini Francisci essent in secundo gradu ſm ius canonicū, & in eodem sint gradu dicti nepotes ex sororibus eodem iure canonico, ut declarat Ioan. And. in arbore affinitatis, dicti agnati ab intestato exclusissent in totum dictas neptes, & nepotes ab hæreditate dicti Domini Francisci vigore dicti statuti, nec dictæ neptes dotari debuissent ex dictis bonis, ex quo possunt aliunde dotari, ut ibi disponitur in statuto. Et quamuis uideatur statutum excludere solum mulierem existētem in dicto gradu, & sic non uideantur per hoc excludi nepotes masculi ex sorore, tamen idem est de eis dicendum ex sequenti parte statuti in versi. aliæ vero personæ. ubi disponitur, ꝙ aliæ psonæ, exceptis supra venientes per lineam cognatorum excludātur ab intestato a successione defuncti extantib. agnatis masculis vsque ad tertiū gradū. Et aduertēdū est ad statutū ibi, p lineā agnatorū, &c. q̃a est corruptū, & vult dicere p lineā cognatorū, ut expsse patet ex uerbis sequentib. vbi agnati nō excludūtur, sed in-

cludantur & vocantur. Præterea sorores dñi Francisci exclusæ fuissent ab istis agnatis excepta tertia parte, vt patet ex eodem statuto in versi. proxime præcedēti. Si ergo mater dictorum ne potum erat exclusa a statuto, ergo & ipsi le. si viua matre. C. de
6 bon. mater. & patet † quia statutum excludens filiam intelligit ēt excludere nepotes ēt masculos ex ea, ſm Bar. in l. liberorum. in pen. col. de verb. sig. Nec dicatur, ꝙ mater non excluditur in totum, sed pro duab. partib. ex trib. quia, vt dixi, in totum isti ne potes excluduntur ex alia parte statuti, & colligitur ēt ex præce dentib. ubi statutū circa principium disponit, ꝙ filia defuncti succedat tātum in dimidia extante fratre defuncti uel filio fratris, & tamē extantib. dictis agnatis filij filiæ, & sic nepotes ex filia succedūt solum in quarta parte, nec fit isto casu differētia, utrum sit nepos masculus uel fœmina. Et sic patet, ꝙ sunt deterioris condōnis quam mater. Sic ergo isto casu nepotes ex sorore defuncti sunt deterioris cōdōnis quā mater, quia excludū tur in totū, & tamē eorū mater cū agnatis successisset pro tertia parte, sicut in totū excluditur neptis ex sorore, q̄a sicut, ut di xi, statutū superius differentiam non facit inter masculos & fœminas descendentes ex filia agnato trāsuersali extāte, sic ēt non dēt esse differentia inter nepotes masculos & fœminas ex sorore, quia utroq; casu militat idem fauor agnationis conseruādę quæ mouit statuētes, ſm Io. An. in add. Spe. in rub. de succes. ab intest. cum suis concor. Et quia hæc rō explicite exprimitur in
7 principio statuti, &c. Est & tertiò aduertendum, ꝙ † ser Daniel testator plures fecit substōnes. Primo namq; altero ex filiis præmoriente substituit alios filios superstites, & eorum filios, & descendentes in infinitum. Secundo descendentes ex filiis institutis substituit ordine successiuo usq; in infinitum propriis parentib. & sic dictis filiis testatoris, & inter se, & hoc fatetur pars aduersa, quæ tāquam descendens Blasii uult iure fideicommissi admitti ad partem, q̄ d. Blasio obuenit. Item & tertio prædicti descendentes ex filiis institutis sunt reciproce substituti, & non tantum qui ex uno descendunt, sed ēt ex altero descendentes substituti sunt descendentib. ex altero, & econtra. & forte pars aduersa non concederet, sed hoc manifeste colligitur ex illa parte testī, in qua sic dicitur, substituens dictus testōr dictos suos filios, & eorum descendenter unum alteri seu aliis. nam illa uerba, substituens unum alteri seu aliis, prolata in eadem oratione referuntur nedum ad filios, sed ēt ad eorum descendentes. l. talis scriptura. in fi. de leg. 1. & melius per Bart. in l. doli. in prin. de ser. corup. & per Ale. declarantem Bar. in proposito in in consi. 48. in 1. uol. Et sic ex dictis uerbis constat clare, ꝙ descē dentes suos natos ēt ex diuersis filiis testatoris promiscue substituit. Et hoc ēt patet apertius ex ultima clausula substōis ibi, & uult & ordinat dictam suam hæreditatē iri, & transire de hærede in hæredem in infinitum, &c. id est de descendente in descendentem in infinitum, quia sic exponi debent dicta verba, de hęrede in hęredem, &c. ut non includant hæredes extraneos, sed descendentes tantum, ex quo filiis institutis substituit, si decesserint sine filiis, ut declarat Bar. in d. l. Gallus. §. ēt si parante. dum refert disputationem Rich. Malum. per rōnem, de qua ibi per eum. Si uult igitur, ꝙ in infinitum sua hæreditas transeat de descendente in descendentem, ergo necesse est dicere, ꝙ non tātum descendentes ex uno filio sint adinuicem substituti, sed ēt, quod sint substituti descēdētib. ex altero filio testatoris, & ecōtra, quia aliàs uerba dictæ substōnis uerificari non possent. & hoc iudicio meo dubium non hēt. His igitur stantibus uidelicet, quod descendentes ex uno dicantur substituti descendentibus ex altero filio testatoris, & quod isti de Lignamine fratres patrueles d. do. Francisci ab intestato exclusissent ab hæreditate d. do. Francisci nepotes, & neptes illius ex sororibus ex forma statuti, ut supra proxime dixi, infero, quod mortuo d. domino Francisco sine aliquib. descendentib. qđ eius fratres patrueles dicuntur hoc casu fideicommissum uocati, & quod dicti nepotib. ex dicto fideicommisso testō ser Danielis debent præferri. Quia quamuis uideatur substituisse masculos & fœminas filios & filiorum, ac liberos & libertas eorum, intelligitur tamen uoluisse masculos & fęminas non simul uocari, sed ordine successiuo, ſm quod successuri erant ab intestato ex forma statuti,
8 † cū quo testōr i dubio uidetur uoluisse se cōformare, ſm Bar. no. in l. heredes mei. §. cum ita. in 2. col. ad Tre. dū uult, quod testōr præsumatur uoluisse illō ex testō præferri, q̄ ab intestato ex forma statuti succedere debuisset. Et idem tenet Pet. de Anch. in l. tres fratres. de pact. vbi vult, ꝙ licet appellatione fratris veniat soror, ut ibi in tex. cum gl. tñ vbi extaret statutū, ꝙ extātib. filijs masculis filia non succedat, si pater institueret filios, intelligeretur de masculis, & non de fœminis; quia videretur voluisse masculos ex testō præferri, sicut ab intestato erant successuri ex forma statuti, cum quo testōr præsumitur se voluisse cōcordare. Et hoc approbat & latius prosequitur Alex. in d. §. cū ita. post Ang. & Raph. Cum. & in consi. 127. vol. 1. Et confirmantur prædicta ex no. per Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. ubi concludit, ꝙ si pater recipiat emphyteusim pro se & filijs suis masculis & fœminis, ꝙ ex propria significatione verborum masculi & fœminę intelliguntur simul vocati. Subdit tñ, ꝙ si statutum vellet, ꝙ masculi ab intestato excluderent fœminas, ꝙ tunc videtur recipisse emphyteusim pro masculis fœminis non simul, sed ordine successiuo, id est, prius pro masculis, & illis deficientibus pro fœminis; quia in ipso contractu videtur habuisse respectum pater ad statutum loquens de successione ab intestato, & ſm ordinē statuti voluisse filiis & filiabus prouidere. Et idē tenet idē Bar. in cons. incip. Dño Amate. & in cons. inci. Qō ista hēt duo dubia. cū quo transit Imo. in c. potuit. in fi. de loc. & Pet. de Anc. in cle. 2. de iure pat. & Alex. in dictis locis. Sic ergo formaliter in casu nostro, quāuis filios & filias, liberos & liberas uocauerit testōr, vł tñ voluisse, ꝙ cum masculis succedant eo casu, quo a masculis ab intestato excludi potuissent, sed voluisse, ꝙ dicto casu masculi tm̄ admittatur, & illis deficientib. fœminæ, sicut ab intestato fuisset ex forma statuti obseruatum. Et ꝓpea ad propositum moderni Senenses in d. l. Gallus. §. 1. col. 6. ex prædictis concludunt, ꝙ si substō esset facta de fratre & filiis eius, ꝙ filii primò admitterentur & filiæ postea & ordine successiuo stante d. statuto, quòd masculi excludant fœminas. Et pro prædictis etiam bene facit, qđ no. di-
9 xit Pau. de Ca. in l. fi. C. de uer. sig. vbi vult, † ꝙ si testator legat suis fratrib. & contingat illū habere fratres utrinq; cōiunctos, & alios ex parte matris tm̄, ꝙ quāuis ex proprietate uerborum oēs simul dicātur vocati, nihilo minus cōiuncti vtrinq; admittuntur prius, & illis non extantib. intelliguntur vocati cōiūcti tm̄ ex parte matris; q̄a illos præsumitur voluisse admitti, prout ab intestato de iure fuissent successuri per illum tex. & idem ꝓbatur ex no. per Bar. in l. re cōiuncti. char. ul. ver. tertio q̄ro, &c. de leg. 3. ubi quærit, quid si testator aliquis habeat filios ex prima uxore, & ex secunda alios hēat, & eos instituat & inuicem substituat, ac contingat vnum in pupillari ætate decedere, an ex pupillari admittuntur omnes fratres pupilli defuncti, & cōcludit, ꝙ non, sed prius vocabuntur fratres d. pupilli ex vtroq; parente coniuncti, & illis non extantibus coniuncti ex parte patris tantū: quia substō hmōi intelligitur facta ſm ordinem succedendi ab intestato, & ad illum videtur testōr habuisse respectum. Sic ergo idem in casu nostro, in quo testōr plures personas tam masculos quā fœminas promiscue substituit, dicendum est, m̄ illas admitti & uocari voluerit, prout ex forma statuti erant successuri ab intestato ipso grauato & ultimo admisso defuncto; quia, vt dixi superius, attendi debet in hac substitutione fideicommissaria, qualiter erat succedendum ab intestato ipsi ultimo admisso & grauato, non autem qualiter succedi debuisset ipsi testatori, nec debet attendi, quis fuisset illi proximior, sed quis esset proximior dicto grauato allegando plene not. per mod. Senenses in l. si cognatis. in pen. col. de rebus dubijs. Et quòd talis fuerit intentio testatoris ultra prædicta ostēditur ēt euidenter, nam testator substituit filios & filias liberos & liberas filiorum suorum. Demus ergo, quòd vnus ex filiis testatoris decessisset cum filijs & filiabus, diceremus ne, quòd ex fideicommisso ad portionem patris præmortui deberent admitti filiæ simul cum filijs? certè non: immō per superius allegata masculi tantum ex fideicommisso uenirent, ex quo filias ab intestato excludunt ex forma statuti. Sic ergo in certis casibus videtur testator se voluisse cum statuto conformare, & ſm illius ordinem ab intestato reliquos suos descēdentes admitti voluisse, ex quo omnes sunt positi sub eadem determinatione. Ergo quantum ad hoc debet omnes pariter determinari, & sic quò ad omnes ordo statuti attendi & obseruari debet. l. iā hoc iure. de vulg. & pup. Qua enim ratione filius excluderet filiam præmortui, eadem ratione agnatus transuersalis do. Francisci

debet

dēt excludere fœminas & descēdētes ab eis transuarsales eiusdē,ex quo agnatus masculus ex forma statuti præfertur ab intestato dictis fœminis & suis descēdentibus. Et inter vnum casum & alterum non pcipit, ꝙ assignari possit congrua diuersitatis rō. Et si dicatur,ꝙ dictæ fœminæ descendunt ab illo filio testatoris,idest, Blasio a quo ēt descēdit d. Franciscus,sed dicti agnati ab alio filio,dico,ꝙ ista est fragilis consideratio,quia nō dēt hēri respectus ad alium quam ultimum mortuum,cū substō sit fideicommissaria. vt superius dixi. Et iō dictæ fœminæ sunt transuersales domino Francisco non minus quam dicti agnati masculi,& sunt remotiores in succedendo ex forma statuti ab intestato,& sic reputantur in gradu magis distare quā agnati,ideo illi uelut proximiores ex dispositione statuti sunt prȩferendi. Præterea,vt dixi supra in vltimo euidentiali,substituti sunt reciprocè descēdētes ex vno filio testātis etiā alijs filij eiusdē,ut ex verbis testi clare probatur,& ēt hoc ē psumēdum, ꝗa fieri dēt interpretatio,ꝙ cum statuto loquente de successione intestati uoluerit testator se conformare,& sic,ꝙ ēt dicto casu voluerit substituere, ex quo dicta successio ab intestato potuisset ēt locum hr̄e.Confirmantur ēt prædicta.Nam testōr nepotem ex propria filia exclusit relinquendo ei certam rem.Si ergo noluit illum admitti fauore filiorum & descendentiū suorum, multo magis est dicendum,ꝙ extantib. agnatis masculis noluerit admitti filios ex nepte pro ut sunt illi, qui contendūt cum dictis agnatis. Nam certum est,ꝙ testōr filiū filiæ tanquā proxi-
10 miorē,† & quia iā natus erat, magis dilexit quam filios neptis remotiores & nondum natos,ad quos nō præsumitur habuisse affectionem.l.qui filiab.in prin.cum ibi no.de leg.1.Si ergo filiū filiæ magis dilectum exclusit fauore agnatorum,multo magis est dicēdum, ꝙ exclusurit filium neptis minus dilectū,aliàs sequeretur,ꝙ magis dilectus esset deterioris cōdōnis quam minus dilectus,ꝙ est absurdum.l.Publius.§.fi.de cond.& dem. Et iō,ut dictū absurdum euitetur,capienda est interpretatio,ꝙ testōr uoluerit se conformare cum dispōne statuti,& sic, ꝙ suos descendentes uoluerit uocari eo iure,eoq; ordine, quo ab intestato ex forma statuti fuissent successuri, sicut & aliàs ꝓ dicto absurdo euitando recedimus a proprietate verborum,ut no.declarat Rich.Malum. in quadam sua disputatione, quem refert Bar.in d.l.Gallus.§.etiam si parente.& alii in locis ibi allegatis per mod.vbi cōcludit,quòd licet appellatione hæredū veniant extranei,eo tamē casu,quo sequeretur dictū absurdū, non ueniēt,sed filii tm̄.Et in simili qōne hoc ēt voluit Raph.in l.generaliter.§.cum aūt.C.de inst.& subst.sub ꝓd.fac.& in l.i.C.de cōdi.inser.quem ēt refert & sequitur Ale.in d.§.ēt si parente.in fi. Et idem tenet Pa.de Ca.in cons.79.incip.Casus iste frequenter cōtingit,&c.vbi concludit, qđ si testōr instituit filiū uīr & filiā in recerta,& grauauit filium,si decesserit sine filiis,quod intelligitur,si decesserit sine filiis masculis: quia ex quo proprias filias magis dilectas exclusit,multo magis uīr uoluisse excludere neptes ex filio,quas dilexit minus,arg.leg.si uiua a matre.C.de bon.mater.& ꝑ alia,de quib.ibi ꝑ eum, & maxime quia filii excludunt filias ab intestato, uīr cum statuto uoluisse se conformare,de quo cū Pa.de Ca.iurisſime loquuntur moderni Senēses in rep.l.cum auus.de cond.& dem.facit ēt,quod no.gl.in l.si mīr.§.1.de uul.& pup.q̄ ꝯm quod eam subtiliter declarat Bar.ibi uult,quod substō,q̄ aliàs concepta uno casu solet trahi ad aliū d.l.Gallus.§.& quid si tantū.non trahetur,nec extendetur,quādo mediante tali extēsione sequeretur absurdum, quòd magis dilectus esset deterioris condōnis quam minus dilectus.Concludendum est ergo,quòd in casu, de quo agitur,& in aliis similib. uoluerit testōr se conformare cū statuto de successionib. ab intestato,ut euitetur absurdū ꝓdictum, uidelicet ne sequatur,quod filius filiæ testatoris magis dilectus reperiatur esse deterioris condōnis quam filius neptis minus dilectus,& per alia ēt superius allegata,&c.Postremò ad allegata in contrarium ac
11 cōmodanda est congrua rn̄sio.† Non ob.igitur in primis,quòd testator substituerit tā masculos quam fœminas, quia ꝑ hoc nō uīr eas uoluisse uocari simul cum masculis , ex quo ab intestato a masculis,excludebantur ꝑ statutum,ad quod uidetur testator habuisse respectum,& ꝯm illius ordinē prædictos admitti uoluisse,& cōsequēter ēt cessat rō. l.cum acutissimi.& l.cum auus.ex quo non erant fœminæ successuræ ab intestato, & ex forma statuti intelliguntur positæ in gradu remotiori, ut probatur ex no.per Bar.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb.& in d.l.ut iurisiurandi.§.si liberi.de ope.liber.cum concor.de quibus supra,ubi propriè loquitur,quando masculi & fȩminæ uocantur copulatiue sicut in casu nostro,& tamen uult,quod ordine successiuo,idest,post masculos admittantur. Non ob.secundo,quod grauauerit Blasium & quemlibet filium sub condōne,si decesserit sine filiis,uel filiab.& sic quod prætulerit filias Blasii aliis suis filiis & descendentib.eorum , quia hoc ideo fecit,quia filia Blasii ab intestato non excludebatur in totum a patruis,idest,ab aliis filiis testatoris, & a descendentib. masculis eorum in totum,sed pro dimidia tantum,ut in principio dicti statuti disponitur. Et propterea uoluit testator , quod isto casu haberet locum substitutio, quia , ut est dictum, uoluit sed cum dicto statuto in hac substitutione conformare , quod non fecisset, si filias filiorum exclusisset. Voluit igitur extante filia filij instituti substōnem cessare,& causam intestati locū habere , & sic dictā filiā in conditione positam ab intestato tacitè vocauit ad successionem sui patris pro illa parte, pro qua vocatur a statuto, ꝯm gl. communiter approbatam in d.l.Lucius. & aliā partē voluit ab intestato ad masculos pertinere,ꝯm ꝙ statutum disponit. Et ꝓpea ex hoc patet manifestè,ꝙ testator uoluit in sua substitutione se cum statuto conformare. Et iō ubi fȩmina in totum ꝑ masculos excludatur, sicut in casu nr̄o,non intelligitur cū masculis uocari,vel illis eā voluisse præferri, sed in eorum defectū. Non ob.ēt tertio,ꝙ illa cōditio,si filij decesserit sine filiis uel filiab.cōprehendat ēt nepotes & neptes, tam ex filia,quā ex filio filij instituti,d.l.Lucius. & per Doct.in d.l. Gallus.§.instituēs.& pr̄r in casu nr̄o faciat cōdōnē deficere,sicut ꝑ superexistētiā illius defecisset substō aliorū filiorū testō-
12 ris institutorum. † Qm̄ vt superius dixi,plures sunt & diuersæ substōnes factæ per testōrem,nā institutis filiis eos inuicē substituit, si decesserint sine filiis vel filiab & de ista nūc nō agit,& pōt cōcedi,ꝙ si Blasius decessisset sine filiis,uel filiab.sed cū nepotib.vel neptib.ex filia,sicut sunt isti, cū quib.nūc cōceditur, ꝙ substō ꝓdicta facta ab aliis fratrib. d. Blasij & filij testatoris defecisset,quia cū dicti nepotes Blasij ex filia dicto casu ab intestato in totū excludi nō potuissent a fratrib.Blasij. noluit testator ab ordine statuti recedere, quo cauetur, ꝙ descendentes ex filia succedant in quarta parte extante fratre defuncti, uel descendentibus masculis ex eo , & in aliis tribus partibus succedat frater,& propterea uoluit isto casu substōnē ꝓdictam cessare,quia ubi locum habuisset,a statuto recessisset, ꝙ facere noluit.Et sic potius voluit,ꝙ tunc successio ab intestato locum haberet, ꝯm quā Blasio prædicti nepotes successissent in quarta,& in residuo dicti fratres. Aliam deinde substitutionē testator filijs fecit suis institutis,per quā vocauit dictorū filio-
13 rum descendentes simpliciter & nulla cōditione expressa.† Et in hoc tā masculos quā fæminas substituisse intelligitur, & eo ordine,quo ab intestato succedere debuissent grauato qui ultimo fuit admissus & grauatus.l.fi.C.de ver.sign.ubi de hoc est casus,& ibi hoc declarant omnes,& moderni Senenses in d.l.si cognatis.in pen.col.& non tantum vt erant successuri de iure communi,sed etiam ex forma statuti , vt sæpe iam dictum est . Et de huiusmodi substōne nunc agitur , nā substō facta Blasio filio testatoris de fratrib.suis expirauit,quia decessit cum filio & filia, & sic substōnis conditio defecit . Mortuo autē deinde d.Francisco filio d. Blasij sine descendentib.incœpit locum habere alia substitutio ꝑ quā oēs descēdētes adinuicē substituūtur . Et propterea per eā prius intelliguntur uocati fratres patrueles domini Francisci,qui ab intestato ab eius hæreditate in totū exclusissent filios & filias sororū d.do. Francisci ex forma statuti,per ea quæ latius dicta sunt superius.Et ista est uera in-
14 terpretatio & propria testatoris intentio.† Quarto non obst. ꝙ debeat in hac substōne fideicommissaria, per quam plures uocantur ordine successiuo admitti proximior domini Francisci tunc mortui, & ꝙ nepotes ex suis sororibus sint in tertio gradu & fratres patrueles in quarto, per ea, quæ plene deducuntur per dictos Moder. in d.l.si cognatis.Quia licet ita sit de iure ciuili,tamen de iure canonico tam dicti fratres patrueles, quam dicti filii sororum sunt in scdō gradu d.do. Fräcisco, vt superius probaui,quo casu uult statutum , ꝙ fratres patrueles in totum excludant alios prædictus. Et iō ex quo dicti fratres patrueles ab intestato præferuntur ex forma statuti, cēsentur

15 esse in gradu proximiori, & prędicti sub posteriori † sicut uidemus, quod ubi filia excluditur ab intestato a filio masculo, reputatur, ꝙ filius sit in primo gradu, & filia in secundo, quia sicut se hēt nepos ad filium de iure cōi, sic se hēt filia ad filium ex forma statuti, secundum mod. in d. §. quidam recte. & quamuis nō dicant, hoc clare ēt uoluit Are. in l. uentre. col. 4. de acq. hæ. & ultra istos hoc aperte sentit Bal. in l. fratres. co. 8. uer. ultimo quæro, &c. C. de inof. tes. Cum ergo stante dicto statuto dicti fratres patrueles sint proximiores d. domini Francisci, & eiin ꝓximiori gradu, iō atteta dispōne dicti statuti, & non iuris cōmunis, a quo per statutum in hoc est recessum, debent ex substitutione admitti tanquam prius uocati. Non ob. ultimo, dū
16 dicebatur, † quod ser Daniel non erat prohibitus istis mulieribus relinquere ex forma statuti, ex quo isti masculi tempore mortis eius non erant nati uel concepti, vel, ꝙ saltem poterat eis relinquere tātum, q̄tum de iure cōi fuissent habituri. Quia dato ꝙ ser Daniel totum vel partem prædictis relinquere potuisset, tamē dicimus, ꝙ isto casu illis nihil relinquere, quia uocauit filios sororum dni Francisci, eo tamen casu quo domino Francisco ab intestato potuissent succedere, prout non potuissent dictis agnatis extantib. quos isto casu in totum substituisse cēsetur, ex quo ad eos ab intestato per statutum hęreditas deferri debuisset fideicommisso cessante, ut clare ex prædictis patet, & ꝓpea frustra disputatur, vtrum filijs dictarum sororū potuerit testor relinquere, quia quando ēt potuisset, hoc tamē casu noluit, sed masculos agnatos solum uocauit, conformando se cum dispōne statuti. Immo arbitror, ꝙ etiam prædictis non potuerit relinquere ultra illud, quod in statuto dr, quia tale statutum prohibens ex testō succedere, ualet, ſm Bal. in repe. l. 1. col. 14. C. de sacrosſ. eccl. & in l. fi. C. de pac. Et hoc præsupponit ēt clare in l. 2. C. ut in pos. l. Nec ob. ꝙ isti agnati tempore mortis testoris non essent nati, nec concepti, quia hoc posset procedere ab intestato, ut excludantur per dictos filios sororum domini Frācisci, sed quātū ad effectum, ut excludant eos ex testō domini Danielis, satis est, ꝙ sint nati tempore, quo euenit casus fideicommissi ab eo relicti, & sic tempore mortis domini Francisci, per quod fideicommissum succeditur d. ser Danieli, & non domino Francisco grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pup. Qđ aūt satis sit, ꝙ hoc tpe fideicommissi cedentis reperiatur superextare, voluit Lambertinus de Rampo. quem refert & sequitur Io. An. in rub. de success. ab intest. in add. Sp. col. 3. uer. item Lambertinus de Rampo. &c. & Alc. in cons. 22. & melius in cons. 26. 3. nol. col. pe. ꝓ multa, quæ non refero, quia de facili pnt uideri. Et ꝓpea tandem concludo, ꝙ fratres patrueles d. do. Frācisci hoc casu per fideicommissum in totum sunt uocati & ꝙ sunt præferendi filiis sororum prædicti do. Francisci. Et consequenter pronūciandum est, dictos eius agnatos tanquam habentes meliora & potiora iura in dictis bonis esse mittendos in possessionem. Laus Deo.

¶ Filiæ fœminæ an faciant deficere conditionem fideicommissi, si testator in testamento in una substitutione tantum masculos uocauit, & an per diuisionem censeatur fideicommisso renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione quando non ueniant filiæ ad exclusionem substituti.*
2 *Filiorum appellatione continentur fœminæ.*
3 *Statutum excludens filias propter masculos, intelligitur eas excludere ab intestato, non autem ex testamento.*
4 *Filia quando faciat deficere conditionem fideicommissi, dato ꝙ a patre non sit instituta.*
5 *Filij naturales tantum, uel exclusi ex dispositione legum, quando faciant deficere conditionem fideicommissi.*
6 *Filij si in una substitutione sint uocati, ueniunt etiam fœminæ, licet in alia substitutione de masculis tantum sit dictum.*
7 *Testator quando uideatur solum de masculis sensisse stante statuto propter masculos fœminas excludente.*
8 *Per diuisionem fideicommisso quando dicatur renunciatum.*
9 *Renunciatio facta in diuisione causam fideicommissi comprehendit, eaque sola fuisse præsumitur, nisi cōtrarium probetur, solaque allegatio sufficit, nec sufficeret probare, quod de præsenti hincinde aliquid deliberetur.*
10 *Verbum, quouis modo, quid in renunciatione operetur.*

CONSILIVM CLII.

PONDERATIS diligenter uerbis testī Christophori, & his omnibus, quæ in facto ꝓponuntur, prima facie dicendum vr, ꝙ mortuo Sebastiano eius filio superstite solum filia fœmina & eius hærede ex testō, ꝙ ad eius portionem sit uocatus ꝑ fideicommissum Thomas eius frater ex testamento paterno in quo instituit do. Sebastianum & Thomam æquis portionibus uno alteri succedente, si contigerit unum eorum præmori sine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio
1 procreatis, alter succedat, & sic alter alteri, &c. † Quamuis ergo sub illis uerbis, sine filiis legitimis & naturalib. conditionaliter prolatis tam fœminæ quam masculi soleant comprehendi. l. si quis ita. in prin. de tes. tut. & l. si ita sit scriptum. in princ. de leg. 2. & prout etiam de filiis in conditione positis determinat Io. An. & Ant. de Bu. in c. Raynaldus. de tes. atq; atque etiam super existentia unius ex filiis uel filię tantum faciat cōditionē deficere. l. non est sine liberis. de uerb. sig. & l. 1. C. de condi. inser. nihilo minus in casu nostro uidetur testator solum de masculis sensisse. quod ex plurib. potest apparere, & primo ex qualitate ipsius Thomæ substituti, qui ex forma statuti excludit dictam filiam Sebastiani ab intestato a successione patris. Vñ ad statutum testator censetur habuisse respectum, & uoluisse, quod eo casu, quod Thomas ab intestato successisset fratri, per fideicommissum debeat admitti, & per consequens, quod filia Sebastiani non dicatur in conditione posita, & per illam non excludatur Thomas a fideicōmisso. Et ita in terminis uidetur determinare Paul. de Castr. in consil. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. dicens, quod stante tali statuto præsumitur, ꝙ filij masculi tantum, & non fœminæ intelligantur in cōditione positi. Et istud confirmari posset per ea, quæ dicētur stati. Cum. n. testator uoluerit ius filii substituti augere, & ad illud augendum tendat fideicommissum, non debet operari diminutionem. l. si mancipia, in prin. cum gl. de fun. instr. sicut etiā econtra, inducta ad diminutionem, non operantur augmentum. l. legata inutiliter. de leg. j. Et prout prædictum fideicommissū operaretur diminutionem, si Thomas a portione fratris excluderetur per superexistentiā filię illius. Et prædicta adhuc comprobantur. Nam stante statuto prædicto, ꝙ filia sit in conditione posita ad exclusionem patrui substituti, nihil interest, quia ubi ad portionem fratris uenire non posset ex testō paterno, & ab illo excludere per superexistētiā filiæ, tamē ab intestato fratri succederet, & filiam excluderet ēt ab illa portione, ad quam fuit per fideicommissum uocatus, quia unita fuit patrimonio fratris. l. sed si plures. §. filio. de vul. & pup. subst. Cum ergo filia patri non posset ab intestato succedere, non cēsetur in conditione posita, quia per dictā cōdōnē filij nō dñr ex testō uocati, sed ab intestato tantum ad successionem patris grauati, ſm gl. cōiter approbatam in l. Lucius. de hær. inst. & ideo in illa conditione, si decesserit sine filiis, uidentur positi solum illi, qui patri grauato possent succedere ab intestato. De intentione testatoris dicitur ex alio apparere, nam idem testator d. Sebastiano & Thomæ filiis suis post mortem eorum substituit filios eorundem. In hac igitur parte testamenti, in qua filios filiorum substituit propriis parētibus uidetur sine dubio de masculis sensisse, ex quo illi a successione patris sui excludūt sorores ex dispositione statuti, per no. per Pe. de Anch. in l. tres fratres, de pact ubi dicit se consuluisse, quod si statutū excludit filias a successione patris extantibus masculis, & pater instituat filios suos, quòd non comprehenduntur filiæ, quarum natura & conditio est diuersa a masculis in successione, propter dictū statutum, & sic verba testatoris intelliguntur secundum mentem statuti. Secus dicit, si testator instituisset filios extranei, q̄a filiæ eius dicerentur institutæ. d. l. si ita sit scriptum. d. l. si quis ita, quia in tali casu, scilicet quo ad extraneum, non intelligitur statutum. Mouetur principaliter per not. per Bal. & in d. l. tres fratres. in primo not. ubi dicit, quod licet appellatione fratris cōtineatur soror, ubi habetur, & in l. Lucius. §. quæsitū. de le. 3. tñ fallit ſm Bal. nisi ex coniecturis aliud appareat. allegat. l. si quis seruum. §. inter duobus, de le. 2. Et per hoc etiam bñ facit, quod

qđ no. Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. & ꝓbatur in l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. ẜm unam lectu. cum concord. de quib. ibi per Ale. in fi. & cum Pet. de Anch. in loco præalle. trāsit etiam Ale. in consi. 127. Viso testamento, &c. 1. uol. ubi ēt dicit, ꝙ licet prædictū statutū loquatur ab intestato, tamen ēt uī uoluisse suā uoluntatē in dubio esse cōformē dispōni dicti statuti loquentis ab intestato, per not. per Bar. Ang. & Raph. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & ibi ēt de hoc per Ale. ubi facit mentionem de Pet. de Anch. in d. l. tres fratres. cum aliis cōcor. de quib. per eum. Et idem quoad omnes alios descendētes filiorum substitutos, ut s. decedentes masculi intelligantur substituti, & non fœminæ quamdiu extēt masculi, qui ab intestato præferantur fœminis ex forma statuti, ut per plura in specie determinat Soc. in consi. 51. inc. Visa facti narratione, &c. 4. uol. ubi inter alia allegat etiam Pe. de Anch. in loco præallegato, & multa alia, quæ non refero, qui proprie in terminis nostris loquntur. Sicut ergo in hac parte testamenti, in qua testōr substituit filios filiorum & aliós eorū descendentes, censetur de masculis sensisse, ut probatus ꝑ prædicta, ita ēt qñ superius filios filiorū posuit in cōdōne, præsumitur de masculis intellexisse, quia per sequentia declarātur præcedētia, & ecōtra. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 2. Et ꝙ talis fuerit intentio testatoris, colligitur etiā ex alia inferiori parte testamenti, in qua prohibuit testator filios & filiorum suorum filios alienare hæreditatem & bona hæreditatis, cum totalis intentio sit ipsius testatoris pro conseruatione generis sui & domus suæ, ꝙ tota & eius hæreditas præsens & futura permaneat, & perduret firma & stabilis ipsi Sebastiano, & Thomæ, & filijs eorum legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, &c. Inquā tum ergo prohibitio facta fuit per testatorem pro conseruatione domus suæ, perinde est, ac si dictum fuisset pro conseruatione suæ familiæ. l. 1. in prin. ad Sylla. iuncta expositione Iac. de Aret. & per cōsequens pro conseruatione suæ agnationis, quia nomen familiæ est nomen iuris, & capitur proprie pro agnatione, ẜm Bar. in l. fi. C. de uer. sig. cum quo transit Bald. per l. pronunciatio. §. familiæ. ff. eo. Et idem etiam tenet Ang. & Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. Si ergo intentio testatoris fuit, ꝙ bona in agnatione conseruarentur, sequitur, ꝙ testōr loquendo de filijs intellexit de masculis non de fœminis, ut ꝓbatur ex no. per Io. An. in add. Sp. in rubr. de test. uersi. sub hoc titulo generali. qui in pulchra quæstione hoc considerat post Rich. Malumb. in quadam disputatione, & istud magis procedit stante statuto, ꝙ masculi præferantur fœminis, cū quo testator uidetur se uoluisse conformare, ut in spē, & in terminis decidit Ant. de But. in cōsi. 9. Viso puncto, &c. ubi concludit, ꝙ si testōr ꝓhibuit alienōnē, quia uoluit, ꝙ bona sua perueniāt ad posteros & successores suos, intelliguntur masculi per fideicommissum uocati exclusis fœminis propter statutū, qđ præfert masculos fęminis, ad ꝙ testōr censetur habuisse respectū, licet uerba aliter sonent ẜm propriam significationē, ut ibi per eū latius in primo dubio, & ꝙ talis fuerit intentio testōris, colligitur ex ultima substōne facta de monte Pietatis, quem substituit decedentib. filiis suis institutis nullis extantib. filijs legitimis, & naturalib. masculis. &c. Com. n. hoc loco de filijs masculis sit facta mentio, per hoc, ꝙ masculi sunt expresse positi in conditione, filiæ dicuntur exclusæ, ẜm Bar. in l. cū auus. de cōd. & dem. arg. l. cum prætor. in prin. de iud. Vnde ex hoc apparet, ꝙ testōr uoluit agnationi consulere, ẜm Io. An. in loco præall. Et sicut dicitur de statuto præferente masculos fœminis in successione, iuxta no. per Bal. in l. uenia. C. de in ius uocan. cū concor. de quib. ibi per mod. Item ex hac parte testi, in qua de filiis masculis filiorum est facta mentio, declaratur præcedens pars testi, in qua simpliciter de filiis dictorum filiorū testōr loquitur, ut s. intelligatur de masculis, d. l. qui filiab. in prin. de leg. 1. Et ita in spē concludit Abb. in consi. 36. Videtur primo, &c. in ult. col. Et rōne cōfirmatur, quia testōr magis dilexit filium quam montem Pietatis, ꝙ patet, quia filium prætulit, & per prius substituit. l. quoties. in prin. de usufr. Si ergo neptis ex filio non excludit montem substitutum decedentibus filiis ipsius testatoris sine filijs masculis, qui mons Pietatis, ut dixi, est minus dilectus, multo minus credendum est, quod testator uoluerit Thomam filium suum magis dilectum, & substitutum alteri, si decesserit sine filijs, excludere per superexistentiam neptis ex altero filio præmortuo, & iō uerba sunt restringenda ad masculos, ne sequatur absurdum, ꝙ Thomas magis dilectus sit deterioris condōnis quam mōs Pietatis minus dilectus. ar. l. Publius, §. fi. de cond. & dem. & l. si uiua matre. C. de bon. mater. & prout etiam in pulchra qōne uult Bar. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. & in l. quidā relegatus. §. fin. de reb. du. & Ale. in l. sed si hac. §. liberos, de in ius uoc. Et ita etiam, ꝙ appellatione filiorum ueniant solum masculi, quando seq. posset dictum absurdum. s. ꝙ magis dilectus esset deterioris conditionis, quam minus dilectus, uult Pau. de Cast. in d. consi. 79. & maxime quando substitutus fuit alius filius testōris. Et idē uult Raph. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de cond. inser. & de quo late per Soc. in d. l. cum auus. de cond. & dem. col. 44. uer. tertio quæro de quæstione ualde solenni, &c. ubi refert multos alios idem tenentes, & quos ipse sequitur. Sed prædictis non obstantibus, & si uideantur plurimum uigere, contrarium uidetur de iure uerius. Nam testator institutis filiis uoluit, ꝙ unus alteri succedat, si contingat unum eorū præmori sine filiis legitimis, & naturalib. Cum ergo Sebastianus alter testatoris filius decesserit superstite filia, dicitur defecta conditio, sub qua Thomas

2 fuit substitutus, † quia appellatione filiorum, ut dictum est, cōtinentur etiam fœminæ d. l. si quis ita. in prin. de test. tut. & l. si ita sit scriptum. in prin. de leg. 2. & per Io. An. & Ant. de But. in c. Raynal. de test. Quia ergo ex hoc solo fundata est intentio filiæ & hæredis, Sebastiani, solum superest respondere ad allegata in cōtrarium, in quib. tota uis consistit. Et quia in responsionibus de iure dictę filiæ satis, & melius apparebit. Non ob. igitū dum primo dicitur, ꝙ filii solum masculi censentur in condōne positi ex uerisimili mente testōris, qui uidetur uoluisse se conformare cum dispōne statuti excludentis filiam a successione patris extante patruo substituto, per no. per Pa. de Ca. in cōsi.

3 79. Casus iste frequenter contingit, &c. † Quia ista ratio procedit solum, quando Sebastianus decessisset ab intestato, quo casu filia eius potuit excludi a successione patris ex forma dicti statuti. Vnde quia tunc statutum potuit habere locum, hoc ceso forte dici posset, ꝙ testator uoluit cū dispōne statuti se conformare, & per consequens, ꝙ filia sicut est exclusa, non dicatur posita in condōne ob exclusionem fideicommissi relicti patruo, sed in casu nostro locum non habet dicta rō, immo militat ratio contraria, quoniam licet filia per statutum excludatur a successione patris, non tamen intelligitur excludi ex testamēto, quia non dēt esse deterioris condōnis quam quilibet extraneus, qui institui potuit, secundum Ang. & Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. & sicut filia, quæ est exclusa renunciatione iurata, potest etiam institui a patre. ẜm Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. de uer. ob. cum concor. de quib. ibi per Alex. Quia ergo Sebastianus filiam suam instituit hæredem, non excluditur, sed uocatur isto casu de iure cōmuni, & ex forma statuti, uel saltem per statutum non excluditur, ideo testator etiam idem censetur uoluisse & eadem rōne, qua contrarium diceretur uelle, si Sebastianus decessisset intestatus, & quo casu filia per statutū excluderetur. Vt ita per rōnem ꝑdictam in terminis nostris formaliter uult Soc. in consi. 182. Licet filia fęmina, &c. in 2. co. uer. postremo & quarto, &c. ubi etiam dicit, ꝙ de hoc nullus dubitaret. Et loquitur expresse, quādo filia excludebatur a successione paterna per patruū. Et idem tenet Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita ad Treb. in ult. col. Nam, ẜm eum, dicta filia non excluditur ex testō, ut dicunt Doct. in locis præalleg. Vnde intentio statuentium fuit, ꝙ parte decedente cum testamento & filiam instituente, filia succederet. Ergo eadem fuit intentio testatoris in deferendo fideicommissum, ut licet ab intestato non faceret deficere cōdōnē, quiā non succedebat, tamen ex testamento succedendo faceret illud deficere quia succedebat, ꝙ sic ẜm Soc. in d. consi. erit in potestate filii grauati facere, ꝙ fideicommissum deficiat instituēdo filiam, sicut & alias. ut in aut. contra rogatus. C. ad Tre. & in l. Titius. ff. eo. ti. Et per hoc respondetur ad aliud, uidelicet dum dicitur, ꝙ filiæ non interest patruum excludi ex fideicommisso, quia omnino filia per illum excluderetur ab intestato, si nō posset patruus admitti ex fideicommisso, quia cum sit instituta a patre, si non potest patruus ex fideicommisso uenire, non excluderetur de iure communi, nec ex forma statuti a successione paterna. Et similiter non ob. ꝙ fideicommissum, ex quo uocatur

catur Thomas tendens ad augmentum induceret diminutionẽ si superexistentia filię faceret illud deficere, quia ista rō posset procedere, si Sebastianus ab intestato decessisset, uel quando filiam non instituisset, quia tunc per superexistentiam filiæ illius Thomas ex fideicommisso admitti nō posset, sed quia solũ deficit fideicommissum, qñ filia est instituta, & sic eo casu, quo per patruum non excluderetur, si ꝑ fideicommissum non uocaretur, prædicta rō contraria non potest locum habere. Quinimmo ubi filia non fuisset instituta ꝑ Sebastianum, sed extraneus, adhuc Thomas substitutus non admitteretur, quia super-

4 existentia † filiæ faceret deficere condõnem fideicõmissi, quã uis succedere non posset patri, quia ad hoc ut condõ deficiat, sufficit, ꝙ supsit, licet succedere nõ possit, ꝑ no. ꝑ Bar. & Doc. in l. filiusf. §. cũ quis. de le. 1. Ex hoc ergo, ꝙ filia sit exclusa a statuto non minus dicitur posita in cõdõne, quia cõdõ deficit nõ minus ꝑ filiam exclusam, quam per uocatam tacite ab intestato uel expresse ex testõ. Et istud ẽt uult Soc. expresse in d. cons. & in d. §. cũ ita. in pe. col. & qui etiam loquitur, quando cõdõ illa si decesserit sine filiis, non fuit expressa, sed tacite subintellecta ex iuris dispositione, iuxta l. cum auus. de cond. & dem. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & uult, ꝙ in illa tacita condõne subintellecta comprehendatur etiam filia exclusa per statutum a successione paterna ab intestato, & qui præsupponit ꝑ certo ꝙ ubi cõdõ illa fuisset expressa, ꝙ filia etiam exclusa faceret cõdõnem fideicõmissi deficere, & in d. §. cũ ita, dicit, hoc eẽ uerum sine dubio per no. ꝑ Bar. & Doc. in d. §. cum quis. & in l. 1. C. de cond. inser. Et istud etiam comprobatur, quia filia est ẽt magis cognita, etiam stante tali statuto, quã sit filius naturalis, ꝙ patet, quia filia põt institui filijs etiam extãtib. ut dictũ est supra sed naturalis capere nõ põt filiis lḡimis extãtib. ultra vnã unciam, in auth. quib. mod. natura. effi. sui. §. discretis, in prin. §. & in uer. ne igitur. & no. Sal. in auth. licet. C. de na. lib. & ab intestato excluduntur in totum extantib. filiis d. aut. licet. filia ãt ab intestato non est in totum exclusa, sed dẽt dotari, & vsq; ad legitimam, ꝑm Soc. in dictis locis. Item nõ põt naturalis venire ꝯ testm̃, ut notatur in l. j. §. j. de bo. pos. ꝯ tab. filia aũt dotẽ petit

5 l. fi. C. de do. promis. † Sed filius naturalis facit deficere cõdõnẽ fideicõmissi, nisi repugnet qualitas testõris. l. ex facto. §. si quis rogatus. cũ ibi no. ꝑ gl. & Bar. Ergo multo magis deficere dẽt per superexistentiã dictæ filiæ. Nec ob. ꝑm Soc. ꝙ filii, qui excluduntur ex dispõne legis, nõ faciãt deficere cõdõnẽ, ꝑm Bart. in d. §. cũ quis. quia loquitur in his, qui ꝑ legem penitus efficiuntur incapaces successionis, & tam ex testõ, quam ab intestato, ut sunt deportati & fratres minores, ꝓut ẽt declarat ibi Raph. & Pa. de Ca. & est de mente Ang. & Imo. in l. Lucius. de hær. insti. Filia aũt non dr̃ incapax absolute, quia põt ex testamẽto capere & ab intestato masculis nõ extantib. vel illis repudiantib. ꝑm Bar. in l. j. §. filium, de bo. pos. ꝯ tab. igitur facit fideicommissum deficere. Si ergo extraneo instituto per superexistentiam filiæ deficiat cõdõ fideicommissi, multo magis deficere dẽt, qñ filia est instituta, quia non dẽt eẽ deterioris, immo melioris cõdõnis quam extraneus, ut patet ꝑ ꝑdicta. Secũdo principaliter

6 prædicta opi. cõfirmatur. Nã testõr, quãdo † sentit de filiis masculis hoc expressit, & illos tm̃ in conditione posuit, sicut quando substituit montem Pietatis decedẽtib. Sebastiano & Thoma sine filiis masculis. Si ergo de masculis tm̃ sensisset, quãdo filios adinuicem substituit, si alter sine filijs decederet, filios simpliciter non posuisset in condõne, sed filios masculos tm̃, sicut fecit in prædicta alia substõne. c. inter corporalia. de transl. præla. ibi unde si de translatione idẽ fieri uoluisset, qđ de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse. & l. unica. §. sin autẽ ad deficientis. C. de ca. tol. Et ꝑ hãc rõnẽ istud in indiuiduo & in casu etiam fortiori uult Ale. ĩ cõs. 58. inci. Perspectis his, quæ in themate narrantur, &c. 6. vol. col. pen. Nam & in casu suo in una substitutione simpliciter testator posuit filios in ꝯditione, & aliam substitutionẽ fecit, si grauatus decederet sine filiis masculis. Vnde, ꝑm eũ, indistinctẽ filiæ primo casu cẽsẽtur in conditione positæ, ẽt si a statuto sint exclusæ & ẽt si testator filias proprias exclusisset, ꝙ plus ẽ, & sic isto casu non hẽt locũ, ꝑm eum, decisio Pa. de Ca. in d. cons. 79. q̃ allegatur ĩ contrariũ, q̃a qñ testõr uoluit facere differẽtiã inter sexũ masculinũ & fœmininũ, hoc expresse dixit, ut patet ex altera institutione uel substitutione. Et ad hoc allegat ẽt Pet. de Anch. in consi. 119. inci.

Pro clariori decisione, &c. qui vult expresse in fine, ꝙ si in una substitutione sit facta mẽtio de filijs masculis, & in alia de filijs simpliciter, ꝙ in hac ultima intelligitur tã de fœminis q̃ de masculis, quia quando testator uoluit distinguere sexum fœmininum a masculino, hoc expresse dixit, quasi, quòd dicto casu, quo de filiis simpliciter mentionem fecit, iuxta intellectum. l. maximum uitium. C. de libe. præte. de filiis masculis, & fœminis senserit, quos secundum naturam lex pariter diligendos statuit. Et istud etiam in his terminis tenet Io. de Anan. in consil. 22. Ad probandam, &c. Et huic ultimo fundamento non obstat, quod ponendo masculos in conditione vltima facta de monte uideatur testator habuisse respectum ad cognationem, quia conceditur, quod hoc ultimo casu uoluerit præferre montem Pietatis neptibus ex filijs, quia montem prædictum tantum substituit casu, quo ambo filii testatoris decederent sine filiis masculis. l. pen. C. de impub. & aliis substi. & per Barto. & Doc. in d. §. cum ita. & sic in defectum descendentium masculorum, sed negatur, ꝙ vno tantum filio mortuo superstite filia illa non sit posita in conditione, & ꝙ nõ faciat cõdõnẽ fideicõmissi deficere, immo ex uerbis testamẽti probatur contrariũ, & etiam ex mente testatoris, ex quo de masculis mentionem fecit, qñ uoluit sexũ masculinum a fœminis in hoc differre, vt probatur per prædicta, & quare isto casu magis quã alio fœminæ sint in cõdõne positæ, dicetur stati. Non ob. ẽt, ꝙ si dictæ neptes non excludunt montem minus dilectum, debent minus excludere Thomam magis dilectum, quia ista ratio tollitur ꝑ Ale. in d. cons. 38. qm̃, & in casu suo testator filias proprias magis dilectas exclusit, & tamen vult, ꝙ neptes ex filio minus dilectæ faciant deficere illã cõdõnẽ, si decesserit sine filijs, sub qua eorum patruus fuerat substitutus, & sic, ꝙ illæ præferantur & succedant, & hoc, quia in alia substitutione masculi tantum in cõdõne fuerunt positi, propter ꝙ apparet aliud uoluisse alio casu, quo filios simpliciter posuit in cõdõne. Scđo ẽt rñdet. ꝙ ꝑ hoc, ꝙ filii masculi tm̃ excludant montẽ, non dicitur esse mõs minus dilectus melioris cõdõnis, quia, ut dixi, solũ uocatur in defectũ omnium masculorum, seu post mortẽ amborũ filiorũ decedentium sine filijs masculis. Quamuis ergo cõdõ, sub qua mõs vocatur, in hoc sit leuior, quia per fœminas non excludit, in alio tamẽ est durior, quia non uocatur nisi post mortẽ amborum filiorum, & Thomas post mortẽ unius tantũ uocatur pro parte, & in alia partem est institutus pure, & sic reperitur magis honoratus quã mons pietatis, qui solum sub cõdõne est substitutus. Et ista potuit ẽt esse rõ, quare quoad montem filii masculi solum sint in cõditione positi, & quoad Thomam etiã filiæ ipsius grauati, quia cum Thomas sit institutus pro parte pure, & pro alia parte primo loco substitutus post mortem unius tm̃, & sic sit magis honoratus in alio, s. respectu fœminarum suarum, cõdõ fuit durior, & condõ, sub qua mõs substitutus, fuit leuior. Et per prædicta posset ẽt responderi ad alia allegata in contrariũ, videlicet, ꝙ ex quo testõr fecit mẽtionẽ de masculis, ubi illos uoluit differre a sexu fœminino, ex hoc apparet, ꝙ alibi, & casu quo fœminæ possunt sub uerbis comprehẽdi, uoluit illas a masculis differre. Vel aliter, & magis in specie

7 ad alia põt rñderi. Non ob. igitur, ꝙ testõr † substituendo filijs suis institutis filios, & alios descendentes filiorum intellexerit de masculis propter statutũ, qđ præfert illos fœminis, per no. ꝑ Pe. de Anc. in d. l. tres fratres. & per Soc. in d. cons. 314. vol. quia ad istud in spẽ rñdet Soc. in d. cõs. 282. & in d. §. cum ita dicẽs, ꝙ aliud est, quando volumus, ꝙ aliqua persona non posita in conditione succedat & substitutum excludat, & tunc excludit, si succedat & aliter non, per no. per Nic. de Matta. Bal. & alios in l. pen. C. de impub. & alijs sub. & hoc casu procedit, qđ no. Bar. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. qui ẽt allegatur ĩ cõtrariũ. Et aliud est, an persona posita in condõne excludat si non succedat. & dicitur, ꝙ sic, per ea quæ habentur in d. §. cum quis. Itẽ ꝑm Soc. aliud est quærere, quando plures sunt uocati, quis censeatur primo inuitatus, & an simul, quia isto casu ex testõ præfertur ille, quia statuto ab intestato præponitur. & hoc casu loquitur Pe. de Anc. in d. l. tres fratres. Et aliud est, ꝙ quis per fideicommissum sit uocatus sub conditione nõ existentiũ filiorum, quia fideicommissarius excluditur ẽt per superexistẽtiam filij, qui non potest succedere, per no. in d. §. cum quis. Et sic istæ q̃ones, ꝑm eum se non contingunt. Vnde proposito differunt

ferunt et casus isti in testamento expressi,& nihil habent cõe, quia in casu,de quo nunc agitur, testtor substituit filium super uiuentẽ alteri,si decesserit sine filiis, filiæ ergo censentur in cõdõne quãuis per statutũ sint exclusæ, quia per superexistentiã illarum non minus cõdõ deficit,quam per superexistentiã masculorum,per no.in d.§.cum quis.sed in sequenti parte testi,institutis substituuntur filij,& descendentes eorum, prædicti nõ sunt in conditione positi,sed in dispositione. Et iõ isto casu ꝓferuntur masculi fœminis sicut et ex forma statuti illas excludunt,per no.per Pet.de Anc.in loco præalle.& ar.no. per Bar. in d.§.cum ita. Et idem est dicendum eadem ratione,quantum ad prohibitionem alienationis,ut s.ex fideicommisso,quod ex illa potest resultare,præferantur masculi,ut dicit Ant.de But.in d.consi.9.Et sic patet,ꝙ inter casum nostrum & alios,de quib. in testamento,est differentia,& quod ex uno potest inferri ad alium,& ꝙ non est mirum, quod filiæ in conditione, sub qua uocatur Thomas,sint positæ,& ꝙ non intelligantur aliis casibus positæ in dispositione,quia testator uidetur disponendo de filiis & descendentibus se conformare cum dispositione statuti,sed non quando filios posuit in conditione, quia in cõdõne attenditur merum factum. Et ideo hac ratione in conditione dicuntur positi filij,etiam qui ab intestato non succedũt,ut dictum est.Et reuera Pa.de Ca.in d.consi.89. solum non se fundat in statuto,sed in statuto,sed etiam in alio, videlicet quia testtor proprias filias excluserat, iõ magis creditur uoluisse excludere neptes minus dilectas.Et quia ista sola rõ, ₰m eum, non uidetur sufficiens,subiungit,ꝙ poterit operari alio concurrente,s.quando substitutus esset de agnatis,qui ex forma statuti excluderet dictas neptes.Et sic ₰m intentionem Pau.de Cas.vtrũque dẽt concurrere ad hoc, ut non presumantur filiæ positæ in conditione,& quę exclusio filiarum in casu isto non concurrit,quia testator filios non habuit. Præterea,ut etiam superius dixi,filia Sebastiani fuit a patre instituta, & quo casu non excluditur tam de iure cõmuni quam ex forma statuti, ut dicit Soci. in locis præallegatis.Nec isto casu loquitur Pau.de Cas.sed qñ dicta filia non fuisset instituta a patre, & sic quando per statu-

8 tum potuisset excludi ab intestato. Sed dato, qđ d.† Thomas non obstantibus premissis esset per fideicommissum uocatus, restat uidere, utrum ab illo sit exclusus per diuisionem factam cum fratre, & ex clausulis, de quibus in diuisione. Et omissis argumentis superfluis arbitror,quod sic. Et primo, quia dicti fratres sibi inuicem dederunt,cesserunt,transtulerunt,& mãdauerunt,ac remiserũt expresse omnia & singula iura & actiones reales & personales, & omnes alias generis cuiuscunque, quas & quæ ipsi fratres habent & habebant,aut quouis modo habere poterant in dictis bonis diuisis, &c. Quia igitur præsupponitur,ꝙ dicti fratres diuidentes habebant scientiam fideicommissi, ex uerbis prædictis intelligitur fideicommisso renũciatum,secundum Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres in 6. q.de uerb.obl.ubi concludit,si fratres de fideicommisso notitiã habentes remittunt sibi adinuicem omne ius quod habent uel habere possunt, ꝙ remissio trahitur etiam ad ius in spe ex causa de præsenti,quia uerbum,potest,cũ sit extẽsiuũ, trahitur ad futura.l.si ita quis.in prin.de l.2.Et ex hoc infertur, ꝙ si dicta uerba possunt referri ad aliud ius,ꝙ dicti fratres sperarẽt tpe diuisionis habere in futurũ ex alia cã,quã ex testõ, puta ex aliquo cõtractu,& tũc non trahũtur ad ius fideicõmissi,ꝑ l.de his. de transa.Si uero non poterant uerificari, nisi in iure fideicõmissi conditionalis,& trahuntur ad illud,perinde ac si de illo facta fuisset specialis mentio,ar.l.2.de li.& posth.Si ergo non ostenditur,ꝙ tẽpore diuisionis subesset alia cã, ex qua contrahẽtes

9 sperabant habere ius in dictis bonis,† non præsumitur,ꝙ alia cã tũc adesset,& eo ipso,ꝙ allegatur aliã cãm,quã fideicõmissi, tũc nõ superesse,dicitur ꝓbatũ,aliã cãm nõ extitisse,per no. ꝑ gl.in l.cũ de lege.de prob.& ꝑ Bar. in l.cõficiuntur. §.codicilli.de iure co.& in l.decẽ.de uer.obl.in l.si cõstante.in prin.sol. ma.& in rub.de opc.no.nun.& dicit Alex.ibi,quod ista est cõmunis opinio.Nec sufficeret probare, ꝙ de præsenti hincinde dẽretur aliquid,sed necesse est cõstare de cã, ex qua in futurũ aliquid dẽri posit,quia verba prædicta referũtur ad præsẽs,& ad futurũ,iõ de alia causa,ex qua ẽt in futurũ speretur aliquod ius,dẽt apparere,& cum Bart. ẽt alii transeunt. Cum ergo isto casu remissæ fuerint actiones, & iura cuiuscunque generis, quę dicti fratres hẽnt & hẽre poterant, intelliguntur remissa propter uerbum,poterant, iura cõpetẽtia in spe tm,& sic fideicommisso est renunciatum,si non doceatur,ꝙ ad aliã, ex qua in futurum speraretur ius competere,uerba posint referri.Et dato,ꝙ de alia causa posset constare,tamẽ isto casu adhuc sub illis ius fideicommissi includeretur ꝑꝑ illa uerba prægnantia renunciationis, uidelicet aut quouis mõ hẽre poterant. nam

10 † illud uerbum,quouis mõ,est vniuersale & geminatum,ideo sub illo includitur omne ius futurum ex cã de pręsenti,per no. in l.balista.ad Tre.& per no.in cle.ne Romani.de elec.in uersi. quouis alio mõ.& in cle.si.de sen.excom.& in cle.1.de re iud. & per no.per Bar.in l.generali.§.uxori.de usufr.le.& ꝑ Bal.in c.Imperialem.de prohi.feu.alie.per Fed.in princi.& in rub. de rer.diui.q.34.Nec isto casu,quo verba sunt cõcepta dictõ mõ, Bar.dicit contrarium in loco præallegato. Et etiam prædicta possunt procedere & locum habere,etiam si scientia & notitia fideicommissi aliter non contristaret, & hoc uirtute alterius clausulæ,per quam dicti fratres renunciauerunt cum iuramento exceptioni doli mali,&c.& alio cuicũque iuri suo legum & & statutorum auxilio sibi magis competenti uel competituro &c. Nam l.de his.de transac.per quam requiritur scientia contentorum in testamento potest renũciari cum iuramento, ₰m Imo.in c.cum contingat.in vltima char.de iureiu.& Alex.in d. §.duo fratres.& illi legi intelligitur renunciatum per illa uerba & omni alii legum auxilio,₰m Ale.in terminis in consil.11. 2. vol.per no.per Bar.in aut.matri & auiæ.quãdo mulier tut. of. fungi põt.& in l.si sub conditione.de tes.tut. Secundo,ꝙ sit renunciatum fideicommisso probatur ex sequentib.verbis eiusdem diuisionis,in qua dicitur,ꝙ prædicti fratres constituerũt se adinuicem tanquam procuratores in rem suam,ita ꝙ amodo actionib.& iurib.quibuscunque dicere facere,&c.prout & quemadmodum ipsi ambo poterant ante præsentem diuisionem,&c.Quod autem dicto casu dicatur renunciatum fideicõmisso,si sit facta alienatio,uoluit etiã Bar. in d.§. duo fratres, q.8.etiam si fratres ignorassent fideicommissum.Et cũ eo trãseunt alii.& Ale.consi.85.5.vol.Et in casu nostro, ex quo Sebastianus instituit filiam, dicitur facta alienatio quia ubi de alienatione fit mentio permissiue,uenit etiam institutio hæredis. l.si quis prioris §.cæterum.C.de sec.nup.& not.Bart.in l.si ita quis.§.eã lege.de uer.ob.Et ita proprie quo ad casum nostrũ concludit Ale.in consi.180.Viso & mature discusso,&c.2.vol. col.4.cum prin.seq.ubi approbat d.Bar.in d.8.q.& uult ꝙ per instõnem hæredis dicatur facta alienatio.Et ultra eũ istud confirmatur ex no.per Bar.in l.a filia in prin.ad Tre.ubi uult,ꝙ sicut res subiecta restitutioni fideicommissi potest alienari inter uiuos ex cã dotis,l.mulier.§.cum proponeretur.ad Tre.& aut. res quæ.C.commu.de le.multo magis hoc fieri poterit in ultimis uoluntatib.quia tunc alienatio est fauorabilior. Allegat no.in l.quidam ita.§.1.eo.ti.& de quo latius per Alex. in d.l.a filia.& idem probatur ex no.per Bal.in auth.contra rogatus. C.ad Tre.ubi uult,ꝙ sicut grauatus restituere,quicquid super erit,põt in uita bonã fideicõmisso subiecta alienare,ut ibi,ẽt poterit in ultima uoluntate & in testamento,per l.sicut.§.nen ditionis,quib.mod.pig.uel hypo.sol. Et quamuis Cu.& Alex. in l.Titius.ad Tre. quãtum ad illum casum teneant cõtrarium tamen ratio illorum cessat in casu nostro,& habet locum ratio Baldi,quam etiam extra illum casum approbat Ale. in d.l.a filia.ubi etiam in fine facit mentionem de Bal.in loco præallegato.Nec isto casu obstant illa verba,ita ꝙ, &c. quia licet sui natura stent restrictiue,& habeant uim taxationis,₰m Guliel. & Ang.in l.nulla.de legi.ar.l.Lucius.§.quæ habebat.in fi. ad Tre. & l.qui aliena.§.libertos.de neg. gest. Tamen isto casu,in quo dicta uerba prolata sunt ad augendum,non debent operari diminutionem,ut dicunt etiam prædicti in pulchra quæstione, quos etiam refert & sequitur Ale.in l.legata inutiliter,in prin. de le.1.Præterea,etiam si casu nostro haberent uim taxationis tamen non excluderetur renunciatio fideicommissi, quia in illis uerbis est inclusa,ex quo dicitur,ita ꝙ amodo actionibus facere,&c.quemadmodum poterant ipsi ambo ante præsentem diuisionem,&c.Quamuis ergo unus sine alio tunc de dictis iurib.& bonis in præiudicium alterius disponere non posset,ambo tamen,& consequenter quilibet altero consentiente hoc facere potuisset,ergo etiam & illud potuit solus post dictam di-

uisionem. Nec etiam dici potest, ꝙ fideicommissarius per talẽ renũciationem sibi nõ pͥudicauerit in pcio, & de quo Bart. in d. 7. q. dubitat & remittit se ad no. in l. si fundum per fideicommissum. in prin. de le. j. quia ex no. ibi per Bar. apparet, ꝙ etiã in precio sibi præiudicauit, respondendo ad. l. mater. C. de rei vẽd. per quam uult, ꝙ si quis rem meam uẽdat tanquã suã, me cõsentiente, ꝙ mihi indistincte pͥudico, ergo & in casu nostro idem, in quo Sebastianus de istis bonis disposuit ut de propriis cõsentiẽte fratre suo. Præterea ibi de hoc quęritur, qñ res fuit uendita, sed quando fuit alienata titulo lucratiuo, tũc cessat dubium, quia qui alienauit, precium nõ habuit. Et magis hoc pcedit ĩ casu isto, in quo remissio est facta hincinde, & sic est quodam mõ reciproca donatio, ex qua quis non patitur damnum, etiam si excludatur adueniente casu fideicommissi, ex quo ẽt potuit lucrari. l. de fideicommisso. C. de transf. & l. si pater puellæ. C. de inof. test. Accedit etiam ad confirmationem prædictorum alia pmissio pdictorum fratrũ de lite in ppetuũ non inferenda super dictis bonis diuisis, & de defendẽdo in iudicio & extra in amplissima forma, & ex qua sola promissione uoluit Io. And. in tit. de test. §. in primis. super uersi. quid si duob. & c. ꝙ fideicõmissum intelligatur remissum. Et quãuis in his terminis tm̃ de hoc posset eẽ dubium, tamen isto casu cessat dubiũ quia isti ulterius processerunt faciendo sibi finem, quittationem, remissionem, absolutionem, & pactum perpetuum de vlterius non petendo in & de ipsis reb. uolentes, iubẽtes, & mandantes oẽm scripturam tam publicam quam priuatam, in qua unus ipsorum fratrum alteri, & alter alteri appareat appareret & apparere posset obligatus p ipsis bonis, & c. quæ uerba non possent esse magis ampla, & propter quæ nescio uidere quo mõ isto casu possit dubitari de remissione fideicõmissi, de quo diuidentes hẽbat notitiam, & ad quod, licet sit condõnale, referri possunt illa uerba, s. appareret & apparere posset, quæ ad futurum trahuntur, per no. per Bar. & Doc. in l. qui Romæ. §. Augerius. de uer. ob. & in l. cum stipulamur. eo. ti. cum concor. de quib. per Ale. in dictis locis. Ex his omnib. mihi uidetur sine dubio dicendum, ꝙ fideicommissum, si quod extat, dicatur remissum, & ꝙ de hoc non sit dubitandum. Laus Deo.

¶ Filiæ an faciant deficere conditionem fideicommissi, si testator proprias filias exclusit, quia uoluit bona in agnatione & familia conseruari.

SVMMARIVM.

1 *Femina non facit deficere conditionem fideicommissi, si sequeretur absurdum, quod minus dilectus esset melioris conditionis quam magis dilectus. & nu. 9.*

2 *Extensio de persona ad personam per testatorem fieri potest, sicut de tempore ad tempus etiam cõtra proprietatem uerborũ, maxime si testator diuertit ad plures gradus cuilibet substituẽdo. & nu. 6.*

3 *Testator relinquendo familiæ, uel illis de domo, uidetur in infinitum successiue bona inter illos conseruare.*

4 *Testator permittendo hæredib. alienationem post certum tempus prius ea prohibita in minore ætate, nõ censetur recedere a tacita prohibitione legali, nisi expresse post illud tempus alienationem permittat. & nu. 14.*

5 *Substitutio facta sub conditione, si institutus sine filijs decesserit expirat illo cum filijs decedente, etiam si momento temporis uiuant, & sine filijs decedant.*

6 *Mens testatoris tunc uerbis præualet, quando uerba, saltem secũdum impropriam & largam significationem conueniunt, aliàs secus.*

7 *Substitutus pendente fideicommissi conditione mortuus nõ transmittit illud ad suos hæredes.*

8 *Fœminæ an excludantur ex eo, quod testator uoluit bona in agnatione & familia conseruari, & in una substitutione masculos tantum uocauit, & in alia filios.*

Filia nupta dicitur de agnatione & patris familia.

10 *Verba de agnatione ipsius testatoris, quomodo in dubio accipiantur.*

11 *Genitiuus coniunctus cum dictione, de, uel, ex, significat originẽ, & causam efficientem.*

12 *Verbum disponere, proprie ad ultimam uoluntatem refertur, sicut & alienationis uerbo ea comprehenditur.*

13 *Hæres grauatus de restituendo quicquid supererit, non tenetur reseruare quartam fideicommissario, si ei est data licentia testandi.*

CONSILIVM CLIII.



VISO utroq. testõ, s. do. Bertolini & do. Antonij de Coradelis, & consideratis his, quæ proponuntur in facto, uidetur prima facie, ꝙ ex quolibet testõ adhuc bona prædictorum subiaceant fideicommisso. & ꝙ casus illius euenerit per mortem do. Io. Hieronymi, qui dicitur decessisse sine filijs masculis. In priori. n. testõ do. Bartolini disponitur ĩter cætera sub hac forma, videlicet. Item uole casu adueniente che sel moresse Antonio & Iacoma suprascripti senza hæredi maschij legitimi descẽdenti de loro, uole che succeda gli suprascripti ser Nicolo, o vero soi figlioli maschij legitimi descendenti da lui per mita, & per laltra mita ser Lorenzo soi habiatici, o uero soi figlioli maschij legitimi descẽdenti di lui, ita & taliter che se tutti li suprascritti prenominati soi habiatici moresseno, ouero alcuno di loro, uole che gli altri, o uero soi figlioli maschij legitimi descẽdenti de loro succeda ęqualiter, si che la hæredità sua rimanga in la casa sua, & se tutti moresseno senza heredi maschii, eõ casu substituisce herede lo hospitale grande nouo di Bresla, & c. Quamuis igitur Antonius decesserit cum filijs duobus masculis, Ducone s. & Io. Hieronymo, quia tamen postmodum prædicti decesserant sine filiis masculis superstite solum ex d. Hieronymo d. Veronica, uidetur, ꝙ casus fideicommissi dicatur euenisse. Nam testõr ipse exclusit d. Magdalenam eius filiam a successione sua, & similiter d. Clarã eius habiaticam, relinquẽ do cuilibet earum parum quid. Si ergo mulieres ppinquiores
1 exclusit, † multo magis cẽsetur uoluisse excludere a bonis suis propriis filiam d. Ioan. Hieronymi remotiorẽ & minus dilectã quæ nõ diceretur exclusa, si non diceretur d. Ioan. Hieronymo facta fideicommissaria substitutio, quia illa potuisset patri ab intestato succedere, si intestatus decessisset, & bona do. Bartolini testatoris succedendo patri consequi. Quia ergo esset absurdum ꝙ minus dilectus sit melioris cõditionis quam magis dilectus. l. Publius. §. fi. de condi. & demon. & l. qui fundum. §. qui filios. in fi. ad le. Falc. propterea interpretandum est, ꝙ testator substituerit etiam in hunc casum. Et pro hoc facit, quod uoluit Richar. Malum. quem refert & sequitur Bart. & Bal. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. ubi in pulchra qõne rõne dicti absurdi euitandi recedunt a propria verborũ significatione, restringendo uerbũ, hæres, ut nõ includat extraneos, sed descendentes tantum, & quam rationem ponderat ẽt Ioã. An. in Spe. in rub. de tes. ult. q. & Bar. in alia qõne per dictã rõnẽ recedit a uerbis in l. quidã relegatus. §. fi. de reb. dub. & Raph. in l. 1. C. de cond. inser. & in l. cum acutissimi. C. de fideicõmissis. & Pau. de Ca. in consi. 89. Casus iste frequenter contingit, & c. ubi pro dicto absurdo euitando dicunt, ꝙ in illa condõne, si decesserit sine filiis, masculi tantum intelliguntur positi. Et per eandem rationem in simili etiam uult Ale. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uoc. & probatur ex not. per gl. in l. si mater. §. 1. de uul. & pup. intelligẽdo prout eam subtiliter saluat Bart. qui uult, ꝙ unum caput substitutionis vulgaris non extẽdatur ad aliud, contra d. l. Gallus. §. & quid si tantum. cum ibi no. plene per Bar. & alios, & in l. 1. de uul. & pup. quando mediate tali extensione sequi posset absurdum, ꝙ magis dilectus esset deterioris conditionis quam minus dilectus. Et ꝙ talis fuerit intentio testatoris, declaratur etiam ex illis uerbis, s. Si che la hæredita rimanga nella casa sua, qđ ultimum uerbum exponitur, id est, in agnatione uel familia sua, per no. per Bar. in l. pronunciatio. in fi. de uer. ob. & in l. tutelas. de cap. dimi. & in l. fin. C. de ver. sig. & per Ang. Imo. & Ale. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. Quamuis igitur sub uerbis pręcedentib. non comprehenderetur substitutio facta Ioanni Hieronymo, quia tamen hęc uerba proxime relata, & præsertim verbum illud, si che, ꝙ significat idem, ꝙ uerbum, ita, ꝙ tendunt ad augmentum vt in alia quæstione uoluit Guliel. & Ang. in l. nulla. de legi. & Alex.
2 in l. legata inutiliter. de le. 1. † operantur, ꝙ ad illum extendatur etiam substitutio, & sic dicitur facta extensio de persona ad

ad personam per ipsum testatorem,& nõ per alium.Et ad hoc faciunt no.ꝑ Bar.in l.pater.§.fundum.de leg.3.ubi vult,ꝙ si testator prohibuit alienationem in una expressa cã,quia uult, ꝙ de familia bona nunquam exeant,ꝙ extendatur et dicta prohibitio odiosa post mortem,propter illam rationem expressã, quæ respicit omne tẽpus,per l.cum pater.§.dulcissimis.de leg. 2.licet aliàs non debeat, nec possit fieri extẽsio de tempore ad tempus.l.si ita quis.& l.si plures.de vulg. & pup.Multo magis ergo in casu nostro intelligitur ex uerbis prædictis fieri extensio de persona ad personam,quia in casu Bar. uerba sunt enunciatiua,& hoc loco dispositiua & collectiua,ac significantia,ꝙ oẽs masculi de agnatione, & familia testatoris dicantur admuice substituti & uocati ordine successiuo, & prout quisq; est ꝓximior.l.cum ita.§.in fideicommisso.de le.2.& l.peto.§.fratre. eo.ti.& l.fi.C.de uer.sign.& no.Bar.& alij in d.l.Gallus.§.quidam recte.Et ꝙ ex his uerbis iunctis præcedentib.Ioanni Hieronymo dicatur iniunctum fideicommissum, uidetur et Soci. velle in cõsi.250.col.3.cum seq.& Cur.in consi.51.qui præcipue mouetur ex ratione reddita superius primo loco , videlicet,quia testõr exclusit proprias filias.Et eisdem rationibus vr, ꝙ ex testõ do.Antonij facta fuerit in hunc euentum substõ d. Ioanni Hieronymo eius filio de alijs agnatis. Et qui testõr instituit hæredes Ducone, & Ioanne Hieronymum filios suos, cum hoc tamen,ꝙ altero eorũ decedente sine filijs masculis legitimis & naturalibus,& ex suo corpore natis, & ex matrimonio procreatis , ꝙ alter superstes succedat dicto sic naturaliter decedenti,ita,ꝙ dicta bona remaneant in illis de agnatione,& familia ipsius testatoris, ne bona transeant ad extraneas personas,&c.Nam hic testator exclusit neptes ex filijs ponendo solum masculos in conditione,ẜm Bar.in l.cum auus.de cond.& demon. Ergo multo magis uidetur uoluisse excludere pronepotem ex Ioanne Hieronymo minus dilectam.d.l.Publius.§.fi. & facit.l.si uiua matre.C.de bo.mat. Et consequenter intentio
3 † testõris fuit et substituere d. Ioanni Hieronymo in hũc casũ & de qua uidetur clare cõstare,ex illis uerbis sequẽtib.videlicet ita ꝙ dicta bona remaneant in illis de agnatione & familia ipsius testõris,ut bona nõ transeant ad extraneas personas , &c. quoniã et hmõi uerba apposita sũt ad augmentum fideicõmissi,& significant,ꝙ omnes de familia & agnatione testõris intelligantur uocati ordine successiuo,per prædicta,& per ea q̃ uoluit Pe.de Anc.in cõs.26.Nõ seruato ordine dubiorum,&c.vbi vult, ꝙ relictum factum duob.antiquiorib.de domo non restringatur ad primos duos proximiores, sed ꝙ illis exclusis alij admittantur,& sic successiue in infinitum , quia ex quo testõr illos proprio nomine non uocauit,& de domo mentionem fecit, uid tur ad domum , & agnationem potius habuisse respectum quã ad certas personas,ideo dicti duo antiquiores ordine successiuo intelliguntur vocati,quãuis ubi de affectione ad agnationem non appareret,intelligi posset de duob.primis antiquiorib.l.boues.§.hoc sermone.de uer.sig.Et sic extendit Pe. de Anc.substitutionem ad alias personas cõtra propriã naturã uerborũ,quando apparet,ꝙ testõr habuit respectum ad agnationẽ,& prout magis in casu nostro cõstat ex uerbis prædictis quam in suo.Nec prędictis obstare uidetur,si forte dicatur,ꝙ d.d.Ant.dedit licentiam filijs suis post ætatem 25. ann. disponendi de bonis hereditarijs,prout illis placuerit,& d. Io. Hier. testatus est,& de illis disposuit,& sic,ꝙ in hunc euentũ in quo reperitur de dictis bonis dispositum per d. Io. Hiero. non dẽt habere locum fideicommissum relictum ab eius patre,quia ad
4 hoc uidetur † responderi posse , ꝙ cum testator prius prohibuerit alienationem filiis suis durante minori ętate,& illam ꝑmiserit post minorem ætatem, propter hoc non intelligitur recessisse etiam post dictum tempus a tacita prohibitione legali, per quam bona subiecta restõni fideicommissi cõdõnalis intelliguntur prohibita alienari,auth.res,quæ.C.commu. de legi. Sed tendit dicta alienandi licentia ad alium effectum , & finẽ. Nam cum prohibuerit testator expresse alienationẽ intra minorem ætatẽ,operatur expressa prohibitio,ꝙ alienatio statim est nulla,ut not. glo.in l.cum pater,§.libertis.de le.2.& in hoc ẜm glos. differt a tacita prohibitione alienationis facta per legem de bonis subiectis fideicommisso conditionali,quia tunc alienatio facta non annullatur statim , sed resoluitur demum purificata conditione.l.fi.§.sed quia.C.commu.de leg. Testõr permittẽdo alienationem post minorem ætatem , intelligitur hoc uoluisse casu,quo eueniat casus fideicommissi,& quando fideicommissum non posset habere locum, sed ubi eueniat casus,in quo fuit relictum, resoluitur alienatio uirtute prohibitionis legalis.d.aut.res quæ,& a qua tũc non intelligitur recessum per licentiam de alienando datam a testõre post minorem ætatem,quoniam,ut dixi, hæc licentia debet intelligi concessa non eueniente casu fideicommissi,quia alias testõr fuisset contrarius disponendo ꝙ bona remaneant in illis de familia ipsius testõris , & ut non transeant ad extraneas personas, & ꝙ per grauatos possent absolute alienari , & intentionem testatoris eludere & frustrare. Et ita uidetur in terminis concludere, & mentẽ testatoris hoc casu interpretari Pa. de Ca.in consi.263. inc.Circa primum quæsitum,&c. in 1.& 2.parte nouorũ consiliorum.Nam & in casu suo post factum fideicommissũ prohibuit testõr alienationem filiis & hęredib.intra tempus minoris ætatis. Vnde post illud tempus uidetur illam permisisse et ẜm eum,l.Imperator.de post.& tamen determinat, ꝙ non intelligatur recessum post dictã minorem ætatem a prohibitione legali,quia prohibitio testõris fuit facta fauore minoris grauati.l.2.C.de usuca.pro emp.& in casu nostro ita dixit testator expresse,& prohibitio legalis fit fauore fideicommissarii.unde cum sint diuersæ, & tendant ad effectum diuersum altera per alteram non tollitur.l.Papinianus.de mino. nec etiam tollitur legalis prohibitio post minorem ætatem per licentiam de alienando,quia,ẜm eum,debet intelligi concessa casu fideicommissi non adueniente,quia, ut dictum est, testõr aliàs in effectu videretur contrarius,ut ibi per eum latius.Sed in his omnib.non obstantib.contrarium iudicio meo est concludendum.Et incipiendo a testamento priori.d.Bart. dicitur ꝙ fideicommissum ab eo relictum expirauit. Quoniam decedente Antonio & Ia
5 cobo sine filiis masculis alios uocauit.Quia ergo† decessit Antonius cum duobus filiis masculis , expirauit fideicommissum ab eo relictum,quia omnino conditio,sub qua grauatur, defecit,quia ad hunc effectum satis est, ꝙ post mortem Antonij superuixerit per momentum aliquis eius filius, ut est expressum in l.ex facto.§.pe.ad Tre. & quia qualitas adiecta uerbo determinatur secundum tempus uerbi.l.in delictis. §. si extraneus. de nox.l.& l.Titius.in prin.de test.mili.& hoc procedit,quamuis filij d.Antonij decesserint postea sine filiis. Et ita determinat Oldradus expresse,in consi.21.incip.Thema tale est,testator,&c.& in consi.141.incip.Thema tale est,do.G.&c. & Io. And.in Specu.in titu.de test.§.in primis.ad fin.& Pau.de Cast. in consi.172.Ne improprijs utar uocabulis,&c.Et idem etiam in effectu vult Bal.in cap.1.§.cum esset.in ti epi.uel abb. vbi determinat , quod substitutio facta alicui,si decesserit sine filijs , expirat relicto filio , etiam si tantum superuixerit momento. Et ita etiam concludit Alex.in consi.139. Circa primũ dubiũ, &c.in 5.uol.allegat simpliciter textum,in d.l.ex facto,§.pe. de prædictis nõ faciẽs mentionẽ.Et per illũ in d.cons.138.ꝓprie deciditur casus noster et in fortiorib.terminis.Nam in casu illo testõr exclusit sorores proprias,& instituit Isachinum, & Antonium agnatos suos , & uoluit , ut si decederent sine hærede masculo, ꝙ bona sua remanere deberent in propinquioribus ipsius testõris, qui essent de eius parẽtela , & sic semper de gradu in gradum,& ꝙ dicta eius bona nunquam recederẽt de eius parentela, donec aliqui masculi sint in ipsa.Quia ergo Antonius decessit cum filiis,ẜm Ale.expirauit substõ facta de propinquiorib.ipsius testõris,quamuis etiam filii d. Antonii decesserint sine filiis,per d.§.pen. Et substõ sequens,quæ denotatur per illa uerba, & sic semper sequendo de gradu in gradum , ꝙ dicta eius bona non recedant de eius parentela , donec aliqui masculi sint in ipsa , &c. intelligitur facta in casu quo eueniat conditio primæ substõnis,per quam uocantur illi,qui tunc essent propinquiores,nam post illos admissos uult testator illis deficientib.vocari sequentes , quos uoluit esse substitutos illis primis propinquioribus primo substitutis,& si deficiat condõ quo ad primos,quia non fit eis aperta uia, non est locus sequenti substitutioni.l.si mater.§.1.& l.qui habebat.de uul.& pup.& d.l.qui fundum.§.qui filios.in fi.ad le.Fal.& traditur per Old. in cons.177.inc.Testator in suo ultimo testamento,&c. & per Io.An.in Spe.de tes.§.1.in add.inc.Huic qõni,&c.& Ang.in le. 3.de uul.& pu. & in l.quãdiu. de acq.hær.Vnde ꝑ hæc colligitur,

tur,in casu nostro responsio ad illa uerba.s. Si che la heredita sua rimanga in la casa sua, &c. Ex quibus dicebatur, ꝙ omnes de familia uel de agnatione erant uocati ordine successiuo, ꝗa illud est uerum,ſm Ale. quando substõ prima facta Iacobo & Antonio habuisset effectum,sed quia defecit,quia Antonius cũ filijs masculis decessit,non põt aliqua sequens substõ effectum sortiri. Non ob.ẽt dum dicebatur,ꝙ debet fieri extensio de p-sona ad personam,& sic ꝙ uideatur ẽt filio Antonii facta substõ,si decesserit sine filijs,ne sequatur absurdum,ꝙ filia, & habiatica testõris magis dilecta sit deterioris conditionis ulterio-

6 re & remotiore fœmina minus dilecta † quia ad hoc ẽt rñdet Ale.in d.consi.dicens,ꝙ mens demum præualet,quando uerba possunt menti conuenire, saltẽ ſm significationem impropriã & largam, sed ubi non possunt uerba menti deseruire proprie uel improprie tunc non est a uerbis recedendũ,ẽt si ex aliquibus coniecturis appareret de contraria mente testatoris,ut colligitur ex no.ꝑ Bar.in l.in ambiguo.de reb.dub.dum rñdet ad. l.non aliter.de leg.3.& hoc ẽt clarius per Pau.de Cast.ibi,& in consi.351.Præsens dubium uidetur formari,&c.Et idem tenet ẽt Ale.in l.2.C.de libe.præte. & est de mente gl.in l.cum uirũ. C.de fideicom.quam ad hoc ẽt Sali.no.& bene facit,qđ no.gl. in l. Labeo.§ 1.in uerbo,ex communi.de supellecti.le.& ibi ẽt per Bar.facit ẽt.l.quidam cum filium.de hęr.insti.per quam dicit ibi Bal. ꝙ non attenditur uoluntas testatoris, nisi trãsiuerit in dispositionẽ,quia non sufficit uelle, nisi disponat. Et ꝓpea constat,ꝙ ista ratio,in qua se fundat præcipue Curt. in d.cõsi. 5. in his terminis , vbi uerba omnino deficiunt,non procedit. Et in casu suo etiam ex alijs poterat substitutio locum habere, ut quia testator diuerterat ad diuersos gradus substituẽdo cuilibet,si decesserit sine filiis,& constabat clare,ꝙ volebat bona sua de uno ad alium deuenire. Et ita etiam fuit in casu Soci. in consilio in contrarium allegato,in quo nedum existentibus in eodem & primo gradu,sed etiam ulterius expresse testõr substituit,iõ vult, ꝙ ẽt posteriori sub eadem cõdõne dicatur substitutio facta,& conatur etiam ostendere, ꝙ uerba ad hoc põt conuenire.Sed in casu nostro verba deficiunt,ſm Ale. clare in d.consi.& licet substõ sit facta plurib.omnes tamẽ erant habiatici,& in eodem gradu positi,& omnes honorati, sed Ioannes Hieronymus erat in diuerso gradu,& non uocatur expresse.Ex his igitur constat,ꝙ ex testõ priori do.Bartolini non põt habere locum fideicommissum, non obstantib.allegatis in contrarium,quib.per prædicta est responsum . Et idẽ ẽt est dicẽdum quoad testamentum d. Antonij, ut s. ex illo non possit aliquis admitti ex fideicommissum. Filios.n. Duconem uidelicet, & Antonium suos hæredes instituit,& eos inuicem substituit, si alter decesserit sine filiis,ex qua substitutione fuit admissus Antonius Ducone præmoriente sine filijs sed moriente postmodum Antonio sine filijs masculis substitutio illi facta de fratre

7 non potuit effectum habere,quia mortuus est† pendente conditione fideicommissi,ꝙ non transmisit ad hæredes.l. unica. §. sin aũt sub conditione.C.de cad.tol.& no.gl.in l.1.C.de his qui ante aper.tabul.& in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb.cum cõcor.de quib.ibi per Moder, quicquid dicat gl.in l.is qui.de act. & oblig. Remanet ergo solum dubium utrum ex uerbis sequẽtibus alii agnati proximiores dicantur uocati,dum subiũgitur.

8 †ita ꝙ dicta bona remaneant in illis de agnatione & familia ipsius testatoris,ut bona nõ transeant ad extraneas personas.Sed est dicendum,ꝙ non , & hic etiam potest accommodari rñsio facta per Ale.in d.consi.qui loquitur eo casu , quo similia uerba & idem importantia fuerunt expressa,ut s.dicantur per dictam clausulam alii agnati uocati casu , quo substitutio prima facta Ant.de Ducone fratre suo habuisset effectum,quæ,ut dictum est,expirauit illo præmoriente per allegata superius.Vel secundo resp. potest, ꝙ ista secunda substitutio de aliis agnatis,quæ dicitur causari ex prædictis uerbis,ĩtelligitur facta sub tacita conditione, si decesserit Ioan. Hieronymus sine filiis. l. cum acutissimi. C.de fideicom.& l.cum auus.de cond.& demõ. iõ defecit dicta conditio per superexistentiam d. Veronicæ filiæ d.Anto. Quamuis.n. prima substitutio reciproca inter fratres facta fuerit sub conditione, si decesserit sine filijs masculis,& illa non expirasset per superexistentiam filiæ,ſm Bart.in d.l.cum auus.de hac tamen non agitur,sed de alia facta de aliis de familia,quæ facta fuit simpliciter, & cui sine dubio inest tacita conditio,ut in dictis iuribus, & sub qua ex dispositione legis comprehenditur etiam filia, & a qua hoc casu nõ reperitur recessum pe rprouisionem hominis,propterea remanet firma dispõ legis. Et ita in terminis uult Ioan.de Ana.in consi.21.in ci. Ad probandum & roborandum cõclusionẽ,&c.ubi dicit esse multum ponderandum, ꝙ testõr in duab. substõnib.expsſit de masculis, in tertia uero , quam fecit Antonio nunquam expressit de masculis,sed simpliciter dixit filiis, certe ex hoc ꝑcipitur. ꝙ sensit ẽt de fœminis , quia si illas excludere uoluisset, de masculis ẽt in hac tertia mentionem fecisset , sicut in aliis.l. unica.§.sin autem ad deficientis.C.de cad. tol.Et præsertim in casu nostro hoc procedit,quia ẽ diuersa ratio in prima, in qua filii adinuicẽ sunt substituti , quib.testator uerisimiliter magis uoluit fauere,quam trãsuersalibus,secũdo loco substitutis, ar. l.scripto.unde libe.l.isti quidem.in si.ff.ꝙ me.cau. & pręsertim si substitutus primo loco exclusisset fœminam ex forma statuti a successiõne testõris,& alius substitutus non,quia testõr videretur uoluisse se conformare cum dispositione statuti, ꝑ no. per Bart.in l.ut iussu.§.si liberi.de oper.liberto. & in l.hæredes mei.§.cum ita fuerat scriptum.ad Tre.Item non ob.ꝙ cũ testator excluserit ꝓprias filias,multo magis uideatur uoluisse excludere neptes ex filio,& quo casu solet dici , ꝙ in conditione illa tacita,de qua in l.cum acutissimi , intelliguntur masculi tñ positi,ut per Pa.de Ca.in d.consi.78.Casus iste frequenter con-

9 tingit,&c.& late Soc.in d.l.cum auus.† Quia quamuis illa opinio sit uera,contra quem multi tenent, illa tamen procedit qñ filia est exclusa per substõnẽ,de qua agitur,ꝗa tunc habet locũ rõ prędicta,sed in casu isto licet sit exclusa ab institutione, & a prima substõne reciproca facta inter filios eorum fauore,non tamẽ excluditur ex illa substõne, quæ dicitur facta de aliis agnatis,sed immo dicitur uocari ex ea sicut & alii,quia illa uerba,ita ꝙ bona prædicta remaneant in illis de agnatione & familia ipsius testatoris,&c.includunt etiam filiam testatoris,ubi extaret quia ẽt si sit nupta extra familiã,dicitur de agnatione, & familia patris.l.uolunta.C.de fideicom.& ibi per omnes. Et ubi nõ esset nupta,de hoc non est dubiũ,ſm eos.Et per hæc etiam dici potest,ꝙ do.Veronica filia d.Ioannis Hieronymi dicatur nedum posita in conditione quoad ultimam substitutionem, sed etiam in dispositione , & sic ꝙ dicatur uocata ex illa substõne, quia cum sit neptis ex filio,dicitur de agnatione , & familia ipsius testatoris,institu.de legit.agna.tut.in prin.& de legi.agna. successio.in princ. Et sic quod sibi euenerit casus ipsius substitutionis fideicommissariæ , illa tanquam de agnatione debeat præferri alijs,cum ipsa sit proximior Ioanni Hieronymo Petri suo grauato,& quæ proximitas respectu grauati dẽt magis attendi,quam proximitas respectu testatoris, ut per plura concludit Soc.in l.si cognatis.in vlt.col.de reb.dub.& latius in consi.249.co.13.Nec ex eo ꝙ dicatur, ꝙ bona non deueniant ad extraneos, dicuntur dictæ fœminæ excludi a dicta substitutione,quia testator appellat extraneos illos, qui non sunt agnati. Quia ergo dictæ fœminæ sunt agnatæ,si admittantur . non dicentur bona peruenire ad extraneos,& post mortem earum ẽt illi de agnatione admittentur & non alii, & sic conseruabũtur in agnatione. Tertiò ẽt põt responderi,& rectè,ꝙ ubi ꝑ prædictam clausulam diceretur solum uocati agnati masculi,& ꝙ filia Ioannis Hieronymi non diceretur ad illorum exclusionem posita in conditione subintellecta, ꝙ adhuc non intelliguntur uocati agnati transuersales ipsius d. Antonii testatoris , sed so-

10 lum eius descendentes masculi. Quoniam illa† verba,ita quod dicta bona remaneant in illis de agnatione ipsius testatoris, &c.possunt dupliciter intelligi.primò effectiue, seu actiuè, & tunc est sensus, ꝙ bona remaneant in illis de agnatione ipsius testatoris,id est, quæ habuit originem a testatore,& cuius fuit testator causa efficiens , & secundum hunc sensum agnati descendentes ab ipso testatore solum intelliguntur uocati. Secundo modo possunt intelligi uerba de agnatione ipsius testatoris s.contentiue,hoc est, ꝙ bona remaneãt in illis de agnatione testatoris,id est,qua continetur ipse testator, & secundum hanc interpretationem diceretur etiam comprehendi agnati transuersales testõris,quia omnes continentur sub eadem agnatione.Sicut etiam uidemus, ꝙ ubi fit mentio de coniuncto ex linea patris,hæc uerba possunt exponi dupliciter,hoc est, effectiue,& tunc solum ueniunt descendentes a patre, qui fuit cã effi

ciens prædictorum. Secundo contentiue, & importat & includunt etiam coniunctos transuersales ipsius patris, quia & illi continentur sub eadem linea cum dicto patre, ut declarat Sali. in quodam consilio inserto inter consilia Pe. de Anch. nu. 84. inci. In quæstione, quæ uertitur in ciuitate, &c. Et primus sensus, secundum eum, debet in dubio capi, quia est magis secundum propriam significationem uerborum, & secundum communem usum loquendi. Et ita ēt in effectu declarat Nellus de S. Gem. in tra. banni. in prima parte primi temporis. q. 9. & dicit Bal. in consi. inci. quærimus utrum &c. ꝙ linea patris pōt sumi effectiue, & ꝟm hanc includuntur liberi & descendentes patris, collaterales autem non, quia non sunt de linea patris. vnde non excludunt matrem, quæ excluditur a proximiorib. a linea patris, ꝟm eum, quem etiam refert Soc. in d. l. Gallus. §. nūc de lege. in 2. col. Vnde & in casu nostro uerba illa, de agnatione ipsius patris, in dubio dēnt eadem rōne capi effectiue, & sic ꝟm sensum, ex quo descendentes tantum ipsius testatoris sint uocati. Et ita ēt decidit per Bal. in cōsi. 321. inci. Testamento cauetur, &c. 1. uolu. ubi vult, ꝙ si ex testamento sint uocati propinquiores ex linea Francisci, ꝙ intelligātur tantum uocati descē-
11 dentes ipsius Francisci, quia † genitiuus significat originē coniunctus cum dictione, ex, argum. l. 1. §. nunc uideamus. de coniung. cum emanc. lib. Et eodem modo in casu nostro ille genitiuus, s. ipsius testatoris, coniunctus cum dictione, de, dēt importare originem, & de qua proprie loquitur d. §. nunc uideamus. & ibi no. Bar. in §. emancipatus. ꝙ dictio, de, significat causam proximam, sicut dictio, ex. l. 3. §. ex incendio. de incen. rui. nauf. Et confirmatur ex no. per Sal. in proemio Codicis. ubi dicit, ꝙ genitiuus maxime quando non potest importare dominium, sicut in casu nostro, illud non significat. l. liber homo. ff. de uer. ob. ꝙ significat causam efficientem, & sequitur Alex. in rubr. de ope. nou. nunc. & ad hoc ponderat illam, in uersi. liber do. Iustiniani, id est, compositus a dom. Iustiniano. Et probatur etiam ex not. per gloss. in l. quoties. de uer. obl. dum loquitur de libro Aristotelis. Et ꝙ ita sit in casu nostro suadetur ēt ex præcedentib. in quib. testōr instituit descendentes & substituit. Vnde clausula illa adiacens, quæ sequitur immediate, ita ꝙ dicta bona, &c. debet intelligi de personis eiusdem qualitatis, argu. l. si §. cui dulcia. de vi. oleo, triticoque leg. Et hoc etiam ponderat Bal. in d. consi. qui etiam subdit, ꝙ sub uerbis illis proxime relatis continentur etiam fœminæ, per. l. 1. de cond. inser. & l. tres fratres. de pact. quod tendit ad confirmationē eorū, quæ superius dicta sunt. Quarto dicitur, ꝙ ex alio etiam dicti agnati non pōt admitti ex fideicommisso relicto a d. Antonio, ēt si ex illo essent uocati, quia testōr prohibuit alienationem filiis suis durante minore ætate, & post ætatē 25. annorum uoluit testator, ꝙ de bonis suis disponere possint & ualeant, prout eis uidebitur & placuerit. Ex hmōi autem licentia disponendi
12 de dictis bonis potuit de illis Ioan. Hieronymus testari, † quia uerbum illud, disponere, proprie ad ultimam uoluntatem pertinet, ꝟm Alb. de Rosa. in dictionario suo, in uerbo, disponere, per iura, quæ allegat. Et hoc etiam est de mente glossę in rubr. sol. mat. quam ibi ponderat Nico. de Neap. & Alex. Et quamuis Ale. dicat, quod illud uerbum adaptatur ad omnem aliam dispōnem, non tamen negat, quin ēt comprehendat dispōnem per ultimam uoluntatem, immo hoc concedit. Et probat, quia ubi est permissa facultas alienandi, & sic de alienatione & dispositione fit mentio permissiue, continetur etiam alienatio per ultimam uoluntatem. leg. si quis prioris. §. cæterum. C. de sec. nup. & no. Bar. & alij, in l. si ita quis. §. ea. l. de uer. obli. & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. Quia ergo d. Ioan. Hieronymus testatus est, & de dictis bonis disposuit per uiam institutionis & legati, quatenus de prædictis bonis disposuit, fideicommissum relictum in testamento patris non hēt locum, nec illi subiacent bona, de quibus Io. Hieronymus reperitur disposuisse. l. Titius. ad Tre. & auth. cōtra rogatus. eo. ti. ubi habetur, ꝙ rogatus restituere, quicquid supererit tpe mortis, quia p prædicta uerba intelligitur data licentia alienandi, potest grauatus irreuocabiliter alienare bona subiecta restitutioni fideicommissi, dummodo cesset fraus, quæ in dubio non præsumitur, secundum Doc. ibi. Et quamuis dubitent Doct. & maxime Cum. & Alex. in d. l. Titius. utrum illo casu possit grauatus alienare per ultimam uoluntatē, ista tamen dubitatio cessat in casu nostro, in quo uerba clare important ꝙ sic, quod est secus in casu illo. Et quamuis etiam in terminis illis teneatur hæres quartā reser-
13 uare fideicommissario, aliud tñ est in casu isto, † quia cum habeat licentiam testandi de dictis bonis, ut dixi, intelligitur data licentia disponendi de toto, quia pro parte non potest quis testari, & pro parte non. l. ius nostrū, de reg. iur. & l. 1. §. si ex fundo. de hæredibus instituen. Sed in casu dictæ auth. contra rogatus. non habet licentiam grauatus testandi, secundū Raphaelem, & Alex. in d. l. Titius. Quia igitur non constat, ꝙ habuerit licentiam disponendi de toto, lex interpretatur, & in dubio disponit, quod quartam reseruet fideicommissario, quæ interpretatio cessat, quando de toto constat, licentiam fuisse concessā, ut in casu nostro. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obli. Et sicut uidemus, ꝙ si grauetur quis, si intestatus decesserit, quod condito testamento fideicommissarius excluditur in totum. l. generaliter. C. de institu. & substitu. sub cond. fact. & l. Lucius. de hæredibus institu. Cum enim in casu nostro grauato sit data facultas testandi de bonis fideicommisso subiectis, perinde est ac si fideicommissarius esset uocatus, si hæres decesserit intestatus. Præterea quia Ioannes Hieronymus instituit illos, qui dicuntur uocari per fideicommissum in testamento patris sui, satis dicitur, illam quartam reseruasse, & ubi nollent ex dicto testamento uenire, legata tamen ex clausula codicillari remanēt salua. l. 1. cum materia, de iure codicillo. Nec potest talis licentia restringi ad casum, in quo fideicommissum non habeat locum, quia nihil operaretur, cōtra. l. si quando. in prin. de leg. 1.
14 Nec ēt ob. qđ uoluit Pa. de Cas. in consi. in contrarium † allegato, quia ipse loquitur, quando testator prohibuit alienationem intra ætatem uigintiquinq. annorum, sed post illam ætatem licentiam alienandi expresse non concessit, sicut fecit in casu nostro. Nec etiam illo casu intelligitur tacita concessa, quia cum præcederet prohibitio tacita, quæ resultat ex fideicommisso conditionali, dicta authen res quæ. C. commu. de lega. non intelligitur in dubio a tacita illa prohibitione legali recessisse. Sed, quia in casu nostro data est expressa licentia disponendi & alienandi, cessat tacita prohibitio alienationis, quæ ex dispositiōe legis resultat ex fideicommisso, quia expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. 1. de vulg. & pup. quæ ratio cessat in casu Pau. de Cast. quia, vt dixi, expressa licentia post dictam ætatem non fuit concessa, nec ex prohibitione temporali resultat tacita licentia post tempus illo casu propter tacitam prohibitionem præcedentem, quæ facit cessare præsumptionem, quod testator uideatur post tempus permisisse alienationem. Nec est aliqua repugnantia, quod bona subiaceant fideicommisso, & possint alienari, quia fideicommissum habet locum, si non sequatur alienatio, ut probatur expresse in d. l. Titius. & in dicta aut. § rogatus. & præsertim qa licentia alienandi intelligitur data, dummodo non fiat in fraudem fideicommissi, ꝟm Pau. de Cast. & alios Modernos, in d. l. Titius. & Imo. in l. pen. ad leg. Falc. Et per hęc ad omnia allegata in contrarium, remanet responsum, & concluditur, ꝙ dispo sita per Ioannem Hieronymum in suo testamento debent sortiri effectum. Laus Deo.

¶Filię fœminæ stante statuto eas excludente propter masculos & uoluntate testatoris masculos tantum admittente, si nulli extant masculi, an admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Masculi quando solum censeantur uocati feminis a testatore, & a statuto exclusis. & nu. 6.*
Verborum significatio sumpta ab initio non potest uariari. & numero 6.
2 *Magis dilectus non debet esse deterioris conditionis, quā minus dilectus. & nu. 7.*
3 *Feminæ in defectum masculorum succedunt, etiam si testator de masculis tantum senserit.*
4 *Filiorum appellatione quemadmodum uenit nepos filio non extante, quādo dispositio confertur in futurum euētum, sic etiam filia uel neptis uenire debet in filij defectum.*
5 *Statutum exclusiuum feminarum cessat, si masculi sint incapaces, ita & testatoris dispositio.*

CON-

CONSILIVM CLIIII.

CVM alteri filio præmorienti sine filiis substituerit testator alium superstitem uel eius filios, prout in facto præmittitur. Prima consideratione dicendum uidetur, quod neptis ex filio dicti testatoris prius mortuo cum filio & filia non sit per fideicommissum uocata ad portionem patrui postea mortui sine filiis, quãuis tempore eius mortis non supersit nepos, sed sola neptis. Quia cum excludatur filia a successione per superexistentiam filii masculi ex prouisio-
1 ne statuti † uidetur testator substituendo superstitem vel eius filios sensisse de filiis illius masculi, quasi, quod uoluerit testator se conformare cum dispõne statuti, prout in terminis uoluisse uidetur Pe. de Anch. in l. tres fratres. de pac. ubi dicit se alias rñdisse, quod si filia excludatur a filio ex forma statuti, & instituat testator filios, quod intelligitur de masculis tm̃, p no. p Bald. ibi. & faciunt no. per Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. cum concordan. de quib. ibi per Ale. & in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posth. Nec uidetur obstare, quod in casu nostro non extent filii masculi, quia cum uerba testoris ab initio assumpserint illam significationem, ut masculi solum comprehenderentur, & in masculis tantum uerificauerentur, non potest ex post facto uariari uerborum significatio sumpta ab initio, argumento no. in l. uerbis ciuilibus de uul. & pup. substitu. Secundo probatur, quod neptis ex dicto fideicommisso admitti non possit. Nam testator proprias filias excludit instituendo illas solum in certa quantitate,
2 ergo † multo magis uidetur uoluisse excludere neptes remotiores & minus dilectas, & propterea de filiis masculis filiorum, & non de fœminis sensisse est præsumendum, arg. l. si uiua matre. C. de bo. mat. & l. Publius. §. fi. de cond. & demon. & prout etiam per hanc rõnem uoluit Pau. de Cast. in consi. 79. inci. Casus iste frequenter contingit, &c. & in consi. 357. incip. Viso dicto testamento, &c. & Raph. in l. 1. C. de condi. inser. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & ita se hẽt communis opi. Modernorũ, prout late prosequitur, & refert Soc. in repe. l. cum auus. de cond. & demon. col. 44. uer. tertio quæritur. & ibi plene rñdetur ad omnia, quę per aliquos solent allegari in contrarium. Et pro hoc facit, quod uoluit Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. dum concludit, quòd semper facienda est interpretatio per quam magis dilectus nõ sit deterioris cõdõnis minus dilectus. & idem uult Bar. in l. si mater. §. 1. de uul. & pu. ubi saluando subtiliter gl. concludit, quod substõ, quæ solet extendi de casu ad casum, nunquam extenditur, quando mediante tali extensione sequeretur absurdum, quòd minus dilectus esset melioris conditionis quam magis dilectus. d. leg. Publius. §. fi. Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror de iure uerius. Quoniam quamuis dici posset, quòd neptis non possit uenire ex fideicommisso extante nepote masculo ex eodem fi-
3 lio, per allegata in contrarium † ex quo tamen tempore, quo cessit dies fideicommissi masculus non extabat, neptis admittitur, & in hunc casum uocata intelligitur. Quia stante dicto statuto, quod masculi excludunt fœminas ab intestato, excluduntur demum fœminæ, si masculi reperiuntur extare, & in defectum illorum uocantur fœminæ. Et sic propter statutum masculi & feminæ sic inuitantur, tanquam sint in diuerso gradu successionis. Si ergo testator substituit superstitem uel eius filios, primo uocatur filius testatoris superstes, & illo non extante filii eius masculi, & in defectum eorum eius filiæ, quemadmodum secundum prædictum ordinem succederent ab intestato, stante etiam prædicto statuto, ut dixi. Et ita reperio, quod in terminis uoluit Soc. in d. l. Gallus. §. quidam recte. col. 5. uersi. ex qua consideratione, &c. ubi concludit, quòd si institutio, seu substitutio esset facta de fratre & filiis, & esset statutum in ciuitate, quòd fœminæ non succederent extantibus masculis, censetur substitutio facta ordine successiuo, quia primo esset inuitatus frater, secundo filii masculi, tertio filiæ fœminæ, quia dicto casu nomen filiis, expressum in substitutione, est collectiuum plurium personarum existentium in diuersis gradibus successionis p p statutum. Allegat simpliciter no. p Bar. in d. l. ut iurisiurandi. §. si liberi, de ope. libe. & per Pet. de Anch. in d. l. tres fratres. Idem ẽt uoluit in consi. 208. colum. 9. ubi uult, quod licet testator, relinquendo familiæ præsumatur illo casu de masculis sensisse, tamen in defectum masculorum ueniunt ẽt fœminæ, quæ sunt de familia, quia ex propria significatione sub illo verbo continentur, quod propterea non intelligitur testator illas simpliciter uoluisse excludere, sed illis masculos præferre, allegat simpliciter Pe. de Anch. in d. l. tres fratres. dum uult per no. per Bal. ibi, quod si testator instituat filios, quod non ueniunt fœminę extantibus masculis, quando per statutum excluduntur propter masculos, & sic sõlũ masculos censeri institutos si extent. Illis ergo non extantib. non negasset filias substitutione contineri, per no. in d. §. si liberi. Sic ergo in casu nostro quia, & filij appellatione ueniunt filiæ. l. si quis ita. in prin. de testa. tut. l. si ita sit scriptum. in prin. de leg. 2. Ideo quamuis de masculis senserit testator, id tamen verum est, si extant, sed illis nõ
4 extantibus fœminæ etiam uocantur. † Et prædicta opinio etiã cõfirmatur, quoniam propter statutum prędictum sicut se habet nepos ad filium de iure communi sic se habet neptis ad filium ex forma statuti, ẽm Aret. in l. uentre. de acq. hære. super quarta fallen. Bar. col. 19. in fi. quamuis non dicat, hoc etiam expresse sentit Bal. in l. fratres. colu. ult. C. de inof. testa. uersi. octauo, & ultimo quæro, &c. ubi dicit, quod filio exhæredato excluso a querela, admittitur soror ad querelam arg. l. pater filium. & l. si is quis. ff. eod. Statutum ergo, dicit ipse, non debet intelligi, quod excludatur soror præcisè, sed ita demum si frater succedit, excluditur soror. Intentio ergo statuti est ponere ordinem prælationis, non necessitatem, &c. Prædicta igitur uerba Baldi manifestè ostendunt quod masculus uocatur per prius, & fœmina per posterius, tanquam existat, & posita sit in sequenti gradu successionis, quia sic loquuntur iura allegata per Bald. Sicut ergo appellatione filii uenit nepos, quando dispõ cõfertur in quẽdam futurum euentum, ẽm Imo. cum quo transeunt Moderni in d. l. Gallus. §. instituens. & Alex. consi. 9. 2. uol. & consi. 26. 3. vol. Et hoc ubi filius non extat, uel quando in persona filii dispositio non est sortita effectum, ẽm Bart. in l. liberorum. charta. ult. de uer. sign. Sic etiam in casu nostro, in quo substitutio, de filiis conditionalis, & collata in euentum futurum, debet filia venire, si non extat masculus, uel in masculo
5 non potest sortiri effectum dispõ. † Et hoc ẽt confirmatur, quia fœmina non excluditur per statutum prædictum, quando masculus non potest succedere, puta si sit deportatus, quia habetur pro mortuo, & pro nõ extante, ẽm Bar. in l. 1. §. pe. de bo. poss. ẽm tab. per l. si necem. §. si deportatus. de bo. poss. ẽm tabu. cũ quo concordat Bal. in auth. ingressi. in fi. C. de sacros. eccl. Et sic uolunt, quod non habeat locum exclusio statuti, quando masculus nõ extat uere vel fictè. Et idem sit extaret, & succedere nollet. l. 2. §. sed si sint sui. ad Tertul. & ibi not. Bar. cũ suis concordantibus. Quemadmodum ergo interpretatur statutum dicto modo, sic etiam interpretanda est testatoris dispõ, per no. in d. §. si liberi, & in d. l. tres fratres. Per prædicta rñsio colligitur ad
6 allegata in cõtrarium, & dum primo† dicebatur, quod uidetur testator de masculis sensisse propter statutum, cum quo videtur se conformare, quia istud est concedendum, si extent masculi, sed illis non extantib. de fœminis etiã sensisse intelligitur, quia etiã isto casu ab intestato admitterentur non obstante statuto, ẽm Bal. in d. l. fratres. & Bar. in d. §. pe. Nec obstat, quod illud verbum, filios, semel assumpserit significationẽ masculinam, quia non significat ab initio masculos precisè, sed significat masculos p prius, & filias per posterius, perinde ac si masculi & fœminę explicitè vocarentur ẽm dictum ordinem, sicut ẽt eodem ordine intelliguntur a statuto vocati masculi & fœminæ, ut dicit Bal. in loco præallegato. Et istud ẽt uoluit Bar. in d. l. ut iurisiurãdi.
7 §. si liberi. Postremo non obstat, dum dicebat, quod† testator, qui exclusit proprias filias, multo magis uidetur uoluisse excludere remotiores. Quoniam hoc solum potest allegari ad commodum masculorum, & ad effectum ut non excludantur a fœminis remotiorib. sicut nec a proximioribus quia dicta coniectura capitur causa agnationis conseruandæ, ad quam præsumitur testatorem habuisse respectum. Sed ubi non agitur de conseruatione agnationis, nec agi potest, tunc ex exclusiõe proximioris mulieris nõ sequitur uere, uel præsumptiue exclusio remotioris, ex quo uerba hoc non significat ẽm Pa. de Ca. in d. cõ. 89. & alios, de quib. per Soc. in d. l. cum auus. Et iõ cum in casu nostro non agatur de cõseruatione agnationis, quia masculi non inueniuntur extare, cessat dicta coniectura quæ, ut dictum est,

consi-

¶Filia testatoris an excludatur per substitutum datum fratri post illius mortem & dictæ filiç, mortuo fratre.

SVMMARIVM.

1 *Mala grammatica non uitiat testamentum.*
Substitutio compendiosa quando fieri dicatur.
2 *Substitutus post mortem plurium uno decedente non admittitur ad illius portionem, quando ex uerisimil mente testatoris ab alio instituto substitutus excluditur.*
3 *Intellectus.l.pe.C.de impub.cum ibi no.*
4 *Substitutus sub duplici conditione, utraque non adimpleta nõ admittitur.*
5 *Filius nominatus hæres, etiam sub conditione in testamento uel in contractu censetur institutus.*

CONSILIVM CLV.



VISO testãõ Hieronymi, & ponderatis verbis instõnis & substõnis incõgrue & ineptè prolatis, quæritur mortuo Sebastiano in infantili ætate filio & hærede ipsius testõris, vtrum hæreditas pertinere debuerit ad Ioannam testatoris filiam, an vero ad Ioannem Franciscum eius fratrẽ. Et uñ prima facie, ꝙ d. Ioãnes Franciscus succedere debuerit dicto casu. Nam testator Sebastianum filium, suum hæredem uniuersalem instituit, & a discessu d. Sebastiani & Ioannæ hæredibus suis instituit Ioãnem Franciscũ, aliàs dicto Moreto, eius fratrem, &c. Dum ergo dicitur a discessu dẽt subaudiri, s. ex hac uita uel ex hoc seculo, quasi ꝙ plus sit noncupatum, & minus scriptum, arg. l. 1. §. fin autem. de hæred. uel forte voluit dicere a decessu, & per errorem est scriptum a discessu. Et dum subijcitur Sebastiani & Ioannę heredib. suis, hoc loco est mala latinitas, & debuit dici hæredũ suorũ, quia dicta uerba referuntur ad personas prius nominatas, & non possunt referri ad Ioannem Franciscum posterius
1 nominatũ† & quæ mala grammatica non uitiat testm̃, ut ꝑ gl. & Bar. in l. Imperator. de statu hom. & per Bar. in l. Platius. in fi. de auro & argen. leg. ꝙ per Doc. in c. ad audientiam. de præscr. & sic in effectu Ioannes Franciscus frater testõris intelligitur substitutus post mortem filii uniuersalis hæredis, & per cõsequẽs dicitur uocatus ex substõne compendiosa facta ꝑ uerbum, instituit, directum, quia ubi post mortem instituti q̃s est substitutus, dicitur facta substitutio compendiosa, ut est de mẽte gl. in l. in testamento. C. de tes. mili. quem ibi ad hoc notat Rapha & Mod. Perusini, & sub qua pupillaris continetur. cap. si pater. de testa. & per gl. & omnes in le. precib. C. de impube. & aiijs subst. & in l. centurio. de uulg. & pup. & in cap. Raynutius. de test. Et quantum ad hoc omnes concordant, licet Doctores sint uarii, an facta per uerba mere directa post pubertatem trahatur ad fideicommissum, & ex qua pupillari succeditur pupillo etiam in bonis illius, & sic etiam in legitima. leg. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoffi. test. & quæ pupillaris substitutio fuit confirmata per solam existentiam suitatis ipsius filii instituti, & quamuis aliter se non immiscuerit hæreditati paternæ. l. si filius qui patri. de uul. & pup. le. filius qui se paterna. & l. Iulianus. de acq. hær. ꝙ in l. si pater. de his quæ in frau. credi. Et quamuis in dicta compendiosa contineatur etiam uulgaris ut traditur in locis superius allegatis. tamen per uulgarem comprehensam in compendiosa non tollitur suitas secundum Angel. in dict. leg. Papinianus. §. quarta. & Pau. de Cast. & Alexan. in leg. si filius a patre. in fina. de liber. & posthu. Et quamuis testamentum possit dici nullum ex præteritione dictæ filię, cui nihil fuit relictum titulo institutionis. §. aliud quoque capitulum. in authen. ut cum de appellat. cogno. tamen dicta substitutio pupillaris conseruatur per authen. ex causa. C. de libe. præter. secundum glo. Barto. & Docto. communiter in leg. 1. §. fin. de uulg. & pup. & Bart. in leg. filio præter. de iniust. rupt. & irri. testamen. & in dicta auth. ex causa. cum concordantib. de quibus in dictis locis. Sed his non obstantibus contrarium arbitror uerius. Nam Ioann. Franciscus frater testatoris substituitur a discessu, uel adecessu, hoc est post mortem Sebastiani, & Ioannæ hæredum. suorum. Et sic pupillaris, quæ per prædicta dicitur comprehensa in compendiosa. & quælibet alia substitutio, quæ contineri potest in illa, dicitur facta copulatiuè sub duplici condi.ione, videlicet post mortem Sebastiani & Ioannæ filiæ testatoris. Non potuit ergo, nec debuit admitti per solam mortem Sebastiani; quia nõ sufficit, ꝙ vna ex plurib. condõnib. fuerit purificata, sed debuit vtraque impleri antequam substitutus potuerit admitti. l. si hæ
2 redi plures. de cond. insti. Nec ob. si forte dicatur, † ꝙ immo debuit pupillo succedere post mortem illius, quamuis Ioanna superuiueret, sicut dr̃ de substõne facta post mortem pluriũ, vt admittatur substitutus vno tm̃ mortuo ad portionẽ illius. l. fi. §. filium. de le. 2. & l. Lucius. §. Caio. ad Tre. quia hoc non hẽt locum, qñ superest persona, quæ ex verisimili mente defuncti excludit substitutũ, prout contingit, qñ substõ facta est post mortem duorum filiorum, vt in casu nostro, quia si tunc vnus solus moriatur, substitutus ad partem illius non admittitur, sed frater superestes illi succedit ab intestato excluso substituto l. pe. C. de impube. & aliis substi. & ibi hoc tenent doc. cõiter &
3 in l. hæredes mei. §. cum ita ad Tre. Secundò respondetur † ꝙ sumus extra materiam. d. l. pen. & de qua plenè per oẽs in d. §. cum ita. qm̃ ea q̃ traduntur in dictis locis, procedunt & habẽt locum, quando substõ est facta plurib. si ambo uel oẽs decessérint. Nam tunc vno mortuo substitutus põt admitti ad partem illius altero superstite, si sit persona, quæ ex verisimili mẽte defuncti non excludat substitutum, quamuis verba repugnãt, & hoc ex verisimili mẽte defuncti. Quia si voluit substitutum admitti ad totum oib. morientib. eadẽ rõne vno solo mortuo uoluit illum admitti ad partẽ illius, ut dicit tex. in d. §. cum ita. ubi redditur ista rõ. Sed in casu nostro solus filius masculus fuit institutus, & filiæ fuit certa quantitas relicta, & vna sola substitutio compendiosa per verba directa, quæ facta fuit in tota hæreditate, non fuit facta filiæ: quia illa non fuit uniuersaliter instituta, sed facta fuit soli filio sub duplici conditione scilicet, si ip-
4 se & Ioanna prædecesserit. Vnde isto† casu sine dubio non debet admitti substitutus statim post mortem filij, sed debuit alterius conditionis implementum expectari d. l. si hæredi plures. quemadmodum si testator filium instituisset in totum, & post mortem filij alterius, puta Caij substituisset Sempronium. Nã nemo diceret, ꝙ per mortem solius filij substitutus posset admitti, sed tunc deberet etiam alia conditio prius adimpleri, & sic etiam Caius præmori. d. l. hẽredi. & hoc quia substitutio nõ fuit facta duobus pro parte, sed vni tm̃ sub duplici conditione. d. l. si hæredi. Et est rõ diuersitatis, quia quando fit substitutio plurib. post mortẽ oĩum, quamuis condõ sit vna, resoluitur in plures, & si sunt plures conditiones, habentur pro pluribus, quia respiciunt diuersas dispositiones & diuersos effectus, quia quot sunt personæ, quib. facta est substõ, tot cẽsentur esse substõnes l. scire dẽmus. in prin. de ver. obl. & prout etiã dicit Bar. & alii in d. §. cũ ita. & iõ una condõne impleta, & purificata, est vna substõ & una dispositio, sed quando substõ est facta vni tm̃, & sic est una sub plurib. condõnib. illæ plures condõnes reputantur pro una, ex quo respiciunt unam dispositionem tm̃, iõ non sufficit, ꝙ altera solùm adimpleatur, ꝑm Bar. qui ita declarat in d. l. scire debemus. in prin. col. 2. de uer. ob. & quia isto casu non põt habere locum rõ, quæ redditur in d. §. cum ita, uide licet ꝙ debeat admitti ad partem, ex quo vocatur omni casu ad totum, & nullo casu põt, nec dẽt admitti ad partem. & aliàs nõ esset arguere de toto ad partem, vt fit in d. §. cum ita. sed argueretur de casu ad casum, ut scilicet quemadmodum debet substitutus admitti in totum post mortem utriusque, ita etiam debeat uocari post mortum solius filii, quod non est concedẽdum, quia casus omissus habetur pro omisso. l. commodissimẽ. de lib. & posth. & quia alia conditio copulatiue expressa redderetur superflua isto casu, contra. l. si quando. in prin. de leg. 1. ꝙ non est, quando substitutio fit pluribus post mortem omnium. Et istud puto uerissimum, & non habere dubiũ. Vnde ex præmissis sequitur, ꝙ cum non eueneri casus substitutionis factæ de fratre testatoris, ꝙ ille non potest admiti ex testõ, & ꝙ soror successit & succedere debuit fratri ab intestato de iure cõi, auth. cessante. C. de leg. hær. & in auth. de hæred. ab intest. §. reliquum. Et prædicta procedunt, quando ex forma statuti soror ab intestato non excludatur a successione fratris, uel casu quo statutum non extaret tempore testamenti, quãuis ex post statutum superuenisset, quia non trah. retur ad

præterita .l.leges & constõnes.C.de leg.& in c.fi.de cõst.Et dato ꝙ dictum statutum tempore testi ab intestato filiam exclusisset,tñ adhuc filia debet præferri tanquã ex testõ sit prius substituta fratri pupillariter, qm̃ testõr a decessu Sebastiani & Ioannæ hæredum suorum instituit Ioannem Franciscum, & sic
5 testõr† noĩauit nedum filium , sed ẽt filiam Ioannam hæredẽ, vnde illã sic nominando censetur in illam supremum iudicium contulisse & illam filio compendiose,& sic vulgariter,& per fideicommissum substituisse, non autem illam simul, & eodem tempore cum filio instituisse, quia filiam prius a successione vniuersali excluserat,& filium solum instituerat. Vnde de mente testatoris constat,quòd noluit eam simul cum filio succedere,ideo copula denotat ordinem successiuum,sicut & alias, ut not.in leg.Gallus.§.1.de lib.& posth.& quia cum filia ex forma statuti excluderetur a masculo ab intestato,videtur testator voluisse se conformare cum dispositione statuti in dubio, & sic præsumitur filium per prius,& filiam per posterius instituisse, & ordine successiuo,per no. per Bar.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.de ope.lib.& Bal.in l.liberti,libertæq. C.de ope.lib.& in l. fi.C.de suis & legi.& Sal.in l.2.in 17.q.C.de iure emph.& Pe. de Anch.in clem.de iure patr.& Imo.in c.potuit.de loc.in pen. char.Et ꝙ ex dicta nominatione dicatur modo prædicto substituta filia,probatur in l.tale pactum.§.fin.de pac.per quẽ tex. dicit ibi Bar.ꝙ si testator in contractu aliquem nominat hæredem,quòd videtur illum instituisse,& ꝙ ualebit inter liberos, & inter extraneos,non ex defectu solennitatis , qui non uitiat testamentum inter liberos.l.hac consultissima.§. ex imperfecto.C.de tes.Et idem etiam probatur.in l.licet.C. de pac.& ibi Alex.approbat opin.Bar.pro qua allegat etiam.l.fin.C.fam.ercis.& Rom.etiam approbat opin.Bar.inter liberos in auth. similiter.C.de ad leg.Falc.per d.l.fin.& cum Bar.transeunt etiam moder.in d.l.tale pactũ.§.fi.Si ergo hoc est , quando in contractu filius nominatur hæres,ut dicatur institutus,multo magis idem est dicendum,quando hæres nominatur in ultima uoluntate:& propterea isto casu cessat ratio Ange.& Pau. de Cas.in d.§.fin.qui dicebant, quòd in contractu non datur hæreditas. leg.verba contraxerunt.de uerb.sig.Et sic in istis terminis non ꝯdicunt Bar.cuius opinio seruaretur in practica,ſm Rom.in d. auth.similiter. Nec obs.si dicatur,ꝙ in casu.d.§.fi.persona fratris, quem paciscens nominauit suum hæredem , fuit posita in dispositione,sed hic filia fuit posita in condõne,s.si moreretur. l.quibus dieb.§.quidam Titio.& l.hæres meus.§.1.de cond.& dem.& quæ conditio non disponit.l.si quis sub condõne.si qs omissa cã tes.Quia non refert,ꝙ in casu.d.§.fin.ille nominatus hæres fuerat positus in dispositio inter uiuos,& pactum,& nõ ultima uoluntas,& ideo ex illa dispositione & ex pacto nõ causatur instõ,quia ad hoc non ordinatur, cum non disponantur de hæreditate,sed de certa quantitate pecuniæ,sed instõ oritur ex illo uerbo enunciatiuo, per quod frater nominatur hæres. Vnde quamuis ex hoc,ꝙ filia dicatur posita in condõne, non sit ex testamento uocata.dicitur tamẽ instituta ex hoc,ꝙ est hęres nominata,quia quo ad instõnem non plus operatur dispositio in casu.d.§.fi.quam cõdõ in casu nostro.Præterea condõne etiam resultat dispositio ex tacita mente testatoris.l.denique §.interdum.de pecu.leg.& l.Proculus.de usuf.& per Bar.in le. ex hac scriptura.de dona. & propterea licet filij in conditione positi non dicantur ex testamento uocati,secundum gl.in leg. Lucius.de hær.ins.fallit tamen,si aliter appareat de tacita mente testatoris,secundum Soc.in l.cum auus,in fin.de cond. & de mon.& de qua constat in casu nostro ex hoc solo,ꝙ testator filiam nominauit hæredem suam.d.§.fin.& facit.leg.Labeo.de supellect.leg.Quod autem illa uerba,hęredum suorum,uerificari possint in filia dicto modo substituta, patet, quia si ueniret ex uulgari,diceretur hæres testatori.ins. de uulg. subst.& idem si admittatur ex pupillari adhuc, quia dicitur hæres testatoris mediante persona pupilli,ut est expressum in leg.paterfamiliàs primis tabulis.de uulg.& pup. atque etiam idem si uenisset ex fideicommissaria,quia per illam succeditur etiam testatori , & non grauato.l.cohæredi.§.cum filiæ.de uulga.& pup. & fideicommissarius etiam dicitur hæres.leg.1.§.de illo.ad Tre.iuncto prin.eiusdem legis.Concluditur ergo , quod Ioanna ex omni capite debet admitti. Laus Deo.

¶ Transmissio ad filios in uulgari substitutione, an locum habeat, si substitutus moriatur viuo testatore, nulla per eum de dictis filiis habita mentione in testamento ad exclusionem filiarum testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus vocatus sub conditione non transmittitur ius substitionis ad suos hæredes,si pendente conditione moriatur, nisi ad sit voluntas testatoris saltem coniecturata.nu.4.*

2 *Mens tacita seu præsumpta testatoris tunc attendenda, quando verba saltem impropriè possunt menti deseruire. & nu.6.*

3 *Substitutio directa,an transmittatur pendente conditione ex coniecturis,sicut etiam ex coniecturis non inducitur. & nu.4.*

5 *Voluntas testatoris ex quibus colligitur , ut transmissio locum habeat.*

CONSILIVM CLVI.

IN puncto proponitur, ꝙ Iacob. Perangeli Venantij de Spoleto in suo testamento reliquit filiabus posthumis nascituris vni uel pluribus pro dote , & dotis nomine certam quantitatem,& ultra dotes prædictas reliquit eis, & cuilibet earum florenos duos,& in his ea,vel eas hæredes instituit,atque ꝓhibuit plus petere,&c. Item ꝙ in omnibus bonis instituit hæredes eius filios masculos posthumos nascituros ex Cherubina eius uxore, & ipso testatore, & si præfati eius filij posthumi vnus, vel plures nascerentur, & decederet, vel decederent in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filiis, substituit unum alteri, & alterum alteri,& si non nascerentur, uel non superessent, instituit eius hæredem uniuersalem Augustinum eius fratrem carnalem, &c. & in facto etiã proponitur, ꝙ viuo adhuc testatore Augustinus frater testatoris decessit superstitibus pluribus filiis masculis,& ꝙ deinde decessit Iacob.testator relictis tribus filiabus ex alia uxore nomine Diana.Vnde rebus sic stantibus quæritur, an filij masculi d. Augustini succedant testatori,an uero filiæ eiusdem patri succedere debeant,& filios d.Augustini excludere.Et uidetur prima facie dicendum,ꝙ filiæ præferantur, & ꝙ patri ab intestato succedere debeant.in auth.de hær.ab intest. in prin. nam quia filii
1 Augustini non sunt ex testõ uocati, non possunt † admitti ex propria persona, nec ẽt iure trãsmissionis,quia cũ Augustinus decesserit uiuo testatore,& cõdõne pendente, nõ potuit transmittere,siue directo sit substitutus.l.si ex plurib.de suis & legi. siue per fideicõmissum.l.vnica.§.fin aũt sub conditione.& §.ꝓ secundo. C. de cad.tol. & maxime quia Augustinus non est de descendentib.testõris , & sic non sumus in casu,de quo per gl. in l.is cui.de act.& obl.& in l.1.C.de his qui ante aper.tab.& in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Treb.in quib.locis gl. in descẽdentib.uariant.Sed quãdo substitutus non est de liberis , sed extraneus,uel transuersalis,ut in casu nostro, oẽs cõcedunt,ꝙ substitutus non transmittat,si pendente cõdõ decedat,& ꝓut ẽt uult Bar.& oẽs,in l.1.de leg.1.& quãuis possit locũ habere transmissio ex tacita uoluntate testõris, ſm Bal.in d.l.1.C.de his qui ante aper.tab.& in l.1.C.vt actio.ab hær.& ꝯ hær.& Soc.in d.§.cũ ita . Et ꝙ dicatur isto casu de mente testõris tacita constare ex hoc ꝙ filias exclusit ab instõne & substitutiõe præferẽdo filios masculos & fratrem & Augustinum,& ea rõne ut bona cõseruẽtur in agnatione,& quæ rõ cum locum ẽt habeat in filiis Augustini masculis , dẽt habere locũ trãsmissio ex præsumpta uoluntate testõris. Videtur tamẽ isto casu,ꝙ dicta coniectura quo ad hoc, de quo agitur, nihil operetur,quia tunc demum tacita,
2 & præsumpta mẽs† testatoris dẽt attendi,quando uerba saltem improprie possunt menti & intentioni deseruire , sed quando nullo modo,i. proprie uel improprie possunt menti cõuenire, tũc a uerbis non est recedendum, & coniecturata mens nõ est in consideratione,ut est de mente Bar.in l.in ambiguo,de reb. dub.dũ respondet ad l. non aliter.de lega.3. Et istud ẽt uult ibi Pa.de Ca.& idem gl.& clarius Sal.in l.cum uirum.C.de fideic. & Pau.de Ca.in cons.351.præsens dubium,&c. ad fi.& Ale.in l.fi.in fi.C.de lib.præt.& facit.l.quidam cum filium de hær.insti. ex quo no.ibi Bal.ꝙ non sufficit,ꝙ testator uelit,nisi disponat. Quia ergo ex uerbis testamenti filii Aug. etiam improprie nõ sunt uocati, quia in substitutione de illis nulla est facta mẽtio, non debent ex ea admitti ex præsumpta mente testatoris, quæ dicitur

dr colligi ex cōiectura, de qua supra. Et istud ēt per prædicta vult Ale. in terminis in cons. 139.6.uol. Nam & in casu suo testtōr sororibus suis modicum quid reliquerat, & duos masculos de agnatione ēt remotiores instituit heredes uniuersales, & si prædicti decederēt sine hærede masculo, uoluit ꝙ bona sua deuenirent in proximiores de agnatione, & sic de gradu in gradum, & ꝙ bona sua nunquam exirēt de eius parentela. Quia ergo vnus ex illis decessit cum filio masculo, & qui filius postea mortuus est in pupillari ætate, q̄ritur, vtrum alius masculus ꝓximior de agnatione dēat admitti ex d. testō, & præferri matri & sororibus dicti pupilli. Et dubium faciebat, dicit Alex. cōtra matrem & sororem, quia ex uerbis prædictis apparebat, ꝙ testtōr voluit bona sua in agnatione permanere, ideo ex tacita mēte dēt agnatus masculus proximior præferri dictis fœminis, & quia testtōr proprias sorores fauore agnatorum masculorum excluserat in instōne & in substōne ergo magis uidetur uoluisse excludere matrem & sororem dicti pupilli remotiores & minus dilectas. l. Publius. §. 1. de cond. & dem. & sic contra illas cōcurrebant duæ coniecturæ. Et tamē Ale. concludit, ꝙ dictæ mulieres debeant admitti, & agnatus excludi, ex eo ꝙ dictus agnatus ex uerbis testī proprie uel improprie non erat uocatus, ut ipse declarat ibi, ꝓpea dictæ coniecturæ nihil operantur, cum verbis nullo mō deseruiant, & quæ solum attenduntur & operantur, q̄n uerba menti deseruiunt, saltē improprie, stricte, uel
3 large ꝑ superius allegata. Et alia rōne ēt† dicta coniectura isto casu non dēt attendi, & nihil dēt operari, q̄m casu quo filii nō nascerentur, uel nō superessent, s. tpe mortis testatoris, instituit eius hæredem uniuersalem Augustinum eius fratrem carnalem. Ista igitur substō non fuit fideicommissaria, sed uulgaris & directa, & cōcepta in casum impotentiæ, l. fi. C. de inst. & subst. sub cōd. fac. & l. Gallus. §. & quid si tātū. de lib. & posth. Et probatur ēt, quia testtōr substituit Augustinum per illa uerba, instituit hæredem uniuersalem, quę sunt mere directa. l. 1. in prin. de hær. inst. & per Bar. in l. centurio. uersus fi. de uulg. & pup. & etiam in dubio pręsumitur potius directa quam fideicommissaria. c. si pater. de test. in 6. & no. gl. in l. uerbis ciuilib. de uulg. & pup. Quamuis ergo ex tacita & præsumpta mente testantis possit pendente conditione fideicommissi illius habere locum transmissio, per allegata superius, quia sicut etiam ex coniecturis potest induci. l. cum proponebatur. cum uulgaribus de l. 2. tamē directa substitutus vulgaris, quæ non est trāsmissibilis, si moriatur substitutus pendente conditione, dicta l. si ex plurib. de suis & legi. non transmittitur ex coniectura tacita mēte, quemadmodum non inducitur ex cōiecturis, sed dēt cōcipi uerbis expressis. l. uel singulis. & l. potest. de uul. & pup. & l. hæredes palam. in prin. de tes. & l. iubemus. C. e. & bene ꝓbatur in l. j. si tab. tes. exta. Et dictam differētiam inter directam, & fideicommassariam substitutionem assignat ēt Pa. de Ca. in d. l. cum ꝓponebatur. & l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. & in l. pen. C. de impu. & aliis subst. & Rom. in l. si cum dotem. in prin. sol. ma. & Soc. in consi. 118. Consideratis testamēto & his &c. circa prin. Sed tamē præmissis non obs. contrarium est uerius. Et est considerandum, ꝙ si filii Augustini uellent admitti ex propria persona & ex proprio iure, & tanquam uocati taci
4 te ex testamēto† & ex pręsumpta mēte testatoris, ꝙ forte non dērent audiri, per proxime allegata. Sed si intendunt admitti iure transmissionis, ex isto capite possūnt succedere, quoniam tunc non dicuntur uenire ex proprio iure, nec ex propria persona, sed ex persona Augustini exprese substituti leg. si quis filium. §. j. de acq. hær. & ex tacita mente nō solum habet locum transmissio fideicommissariæ substitutionis pendente conditione, per no. per Bal. & alios, in locis superius allegatis. Sed ēt uulgaris & directæ, quia utroq; casu est eadem ratio, quia qđ non est sui natura transmissibile, uolente testatore tacite uel exprese fit transmissibile. l. in conditionib. §. hæc scriptura. de cond. & de. & ibi no. Imo. & Bal. in l. si pater. C. de inst. & subst. & probatur in l. qui patri. de uul. & pup. ubi ad hæredes transmittitur substitutio pupillaris contra naturam propriam, quādo unita cum iure accrescendi, & hoc ex tacita mente defuncti, qui uidetur uoluisse dictam substōnem esse transmissibilē ex hoc, quod illam coniunxit & uniuit cum iure accrescendi, quod est sui natura ad hæredes trāsmissibile. d. l. si ex pluribus, de suis & legi. secundum Alex. in d. l. qui patri. in ul. co. Et idem bene probatur in l. cohæredi. §. qui discretas. de uulg. & pupilla. Nec ob. ꝙ directa substō nō possit induci per coniecturas, quia, ut dixi, filij Augustini non ueniunt ex substitutione propria de illis facta, sed ex substitutione patris, & iure transmissionis, & sic ex illa uulgari substitutione expressa facta de patre, & nō ex tacita & præsumpta facta de ipsis filiis. d. l. si quis filium, §. j. de acq. hær. & quantum ad hanc transmissionem de substitutione prius facta exprese sufficiunt coniecturæ per prædicta, de con-
5 iecturis aūt & de præsumpta mente testatoris primo patet ex eo, ꝙ (vt dictum est) testator proprias filias exclusit ab institutione uniuersali fauore filiorum masculorū, & a substitutione facta dictis suis filiis de Augustino & agnato remotiore ipsis filiab. testōris, & fauore Augustini agnati masculi, quod non potest dici factum alia rōne, nisi quia uoluit bona in sua agnitione conseruare, ꝓm Pau. de Ca. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. uerum quia mediante transmissione ad filios & hæredes Augu. bona pariter conseruantur in agnatione testatoris, sicut si esset apud Augustinum merito ex hac cōiectura debet habere locum trāsmissio ex intentione testōris tacita. Atq; ex alia coniectura, quæ ēt me magis mouet, locū haberet dicta transmissio, quæ colligitur ex præcedenti parte testī, in qua testator filiabus suis posthumis nascituris in quantitate eis pro dote relicta, & casu quo non nascerentur, uel non superessent, substituit Aug. eius fratrem carnalem & eius filios & hæredes, & sic spāliter & exprese substituit Augustinum, & eius filios & hæredes dictis filiabus in illum casum, in quem filis masculis substituit Augustinum, scilicet casu quo dicti filij non nascerentur, uel non superessent. Quia igitur in præcedenti parte testamenti in eundem casum uocauit testator non solum Augustinum, sed etiā eius filios, & hæredes & sic ordine successiuo propter illud uerbum, hæredes, ꝓm Barto. in l. Gallus. in §. quidam recte. de lib. & posth. & per consequens cum ex dicta substitutione sint uocati filij & hæredes Augustini, ēt si Augustinus uiuo testōre decedat. Verisimile est ēt, ꝙ uoluerit ēt admitti dicto casu filios Augustini, q̄n filii non nascuntur, uel nō supersunt, & ea ratione, qua uocauit illos ex substōne facta filiabus in hunc euentum, & quamuis non possint ex hac substitutione tanquā substituti, & ex iure proprio admitti, tū ex tacita mente uenire pūt ex iure transmisso, ꝑ ea quæ dicta sunt supra, & quæ mens ex præcedentib. colligitur. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. 1. Nec ꝓdictis ob. qđ uult Ale. in d. cons. 139. in 6. uol. quia loquitur Alex. de agnato, qui admitti uolebat ex iure ꝓprio, & ex substōne ꝓpria, quo casu nō dēt audiri, ex quo ex uerbis nullo modo pōt dici uocatus, nec ēt ex iure transmisso, quia agnatus illo casu non erat hæres sub-
6 stituti, nec istud præsupponitur in casu illo. Et † similiter non ob. ꝙ mens non debeat attēdi, q̄n uerba in totū deficiunt, hoc est ꝓprie & improprie, per no. per Bart. & Pau. de Ca. in d. l. in ambiguo. quia illud procedit, quantum ad inducendum actum de nouo, & ad effectum, ut quis de iure proprio possit admitti, sed quantū ad effectū, ut actus præcedens & exprese factus trāsmittatur, & ut quis ex iure trāsmisso possit uenire, sufficiūt cōiecturæ, q̄ colliguntur ex testō, ꝓm Bal. in locis præall. Sicut ēt facilius declaratur uoluntas præcedens, quā de nouo inducatur. l. hæredes palam. §. si quid post. de test. Ex quib. concludo, & cōcludendū puto in fauorē filiorū d. Augustini. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Dec. consi. 574. Hier. Zanch.

¶ Nepos an excludat amitam substitutam a successione patrui stante statuto, ꝙ soror concurrens cum nepote in tali successione non habeat nisi quartam.

SVMMARIVM.

1 *Filia uocata an partem ultimi mortui per testatorem excluditur si extat statutum præferens illi in parte, uel in totum nepotem ex filio, cum testator uideatur se cum illo uoluisse conformare, nisi extet contraria mens præsumpta testantis. nu. 4.*

2 *Non inconuenit pluralitatem respectu unius uocati resolui in singularitates alterius aut non.*

Inæqualis determinatio admittitur, quando unum ex determinabilibus est magis fauorabile. nu. 5. 6. & 7.

3 *Substitutus simpliciter in tota, siue in omni hæreditate duobus, si ambo sine filijs decesserint, admittitur ad successionem ultimo decedentis, licet extent ex altero filij.*

4 *Filia substituta, si filij sine filijs & filiabus decesserint, ultimo sine filijs decedente admittitur, licet ex altero extet filius & filia, & extet statutum præferens illi nepotē ab intestato, ex quo per filiam non excluditur, ut æqualis sit determinatio.*

5 *Filij impuberes cum pubere uel extraneo instituti, si adinuicem sint substituti, cessat pupillaris inter impuberes.*

6 *Defensio Are. contra Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia.*

7 *Vxore relicta usufructuaria instituto filio & extraneo hæredibus, quare fiat inæqualis determinatio.*

Verbum relatum ad diuersos capitur diuersimodè, ut minus iuri communi derogetur.

8 *Præsumptio legis si ex coniecturata mente testantis cessat, non dicitur contra, sed secundum legem, quæ defuncti uoluntatem fouet.*

9 *Conditio, si sine filijs decesserit, an subintelligatur, quando filius est per fideicommissum grauatus, si filio sit datus cohæres extraneus.*

CONSILIVM CLVII.

QVANTVM ad substitutionem, de qua agitur prima facie dicēdum uidetur, ꝙ filia testōris substituta excludatur. Nam casu, quo ambo filii instituti decederent sine filiis & filiab. substituit testor ēt per fideicommissum filias ꝓprias. Ex quo igitur filius primo mortuus decessit superstite filio masculo, quāuis alius decesserit sinefiliis, uidetur, ꝙ ad portionem illius admitti non possit filia testatoris. Quia licet de iure cōi nepos ex filio prius mortuo non possit dici persona, quæ ex uerisimili mente defuncti filiam substitutā excludat, quia illam dictus nepos ab intestato non excludit a successione patrui, sed cū ea concurrit. auth. cessante. C. de leg. hæred. & sic ſm dispositionem iuris cōis possit filia substituta ad portionem vltimi ex dicta substōne uenire. l. hæredes mei. §. cū ita. ad Treb. Nihilo minus ex forma statuti est melioris conditionis ab intestato, quā dicta filia, quia illa fratri succedere potuit tm̄ in quarta parte & nepos uocatur ad residuum, & sic in alia quarta parte amitā
1 excludit. Et ꝑ pea attenta † dispositione dicti statuti, dictus nepos uidetur persona, quæ ex uerisimili mente defuncti excludat substitutum, & cum quo statuto uidetur testōr ī hoc se uoluisse cōformare, ſm Bart. in d. l. hæredes mei. §. cum ita & per cōsequēs ſm eum facit deficere condōnem, sub qua filia testatoris fuit uocata ēt ad partem ultimi mortui, sicut si nepos ab intestato debuisset ꝑferri de iure cōi. l. pe. & ibi per Doc. cōiter C. de impu. & alijs subst. & per omnes in d. §. cum ita. Nec obs. uidetur, ꝙ Bar. loquatur, quando nepos per statutum excludebat in totum neptem substitutam in terminis illius text. & isto casu solum eam excludat in parte. Quia negari non pōt, ꝙ ī casu intestati non sit nepos melioris condōnis & magis dilectus, quam sit dicta filia. Vnde tanquam ꝑdilectus ab intestato præsumitur ēt ꝙ testō condito non sit factus deterioris conditionis. Et non est uerisimile, ꝙ testator uoluerit eum excludi a fœmina, quam dictus nepos ab intestato pro parte potuisset excludere. Et sic vtroq. casu militare uidetur eadem ratio. Quia ergo cōditio isto casu defecit, dici non potest, quod locum habere possit causa testati, sicut locum non habet, quando masculus in totum ab intestato excludit fœminam, quia eius superexistentia etiam tunc facit in totum conditionem deficere, & sic cessat ratio, quam assignat Alexan. in dict. §. cum ita. quia scilicet in casu illo neptis non excludatur per superexistentiam nepotis, dum respondet ad argum. Imo, contra Bar. Præterea dicta ratio non uidetur uera, quia si nullo testamento condito Claudia in codicillis fuisset per fideicommissum uocata, si ambo filii decesserint sine filiis, sine dubio locum haberet ille text. & tamen dicto casu cessat, & locum habere non potest causa testati. Et similiter obstan. non uidetur, quod ad exclusionem filiæ testatoris sint in conditione positi filii & filiæ filiorum, quasi quod ex hoc appareat, quod habuit testator respectum ad agnationem, quæ per fœminas non conseruatur, & per consequēs ꝙ ēt non habuerit respectum ad statutum, per qđ ab intestato excluditur soror pro parte per nepotem ex alio fratre a successione fratris fauore agnationis cōseruandæ, ſm Io. And. in add. Spec. in rub. de successio. ab intesta. & Cy. in l. j. C. de adulter. & Bal. in l. maximum uitium. C.
2 liber. præte. & in l. qđ uero. de legi. cum concor. Quia illa † pluralitas, si ambo decesserint sine filiis, & filiabus, quo ad filios masculos in conditione positos non resoluitur in singularitates, & sic est necesse, ꝙ conditio impleatur in persona utriusq; grauati, d. l. pen. sed quoad filias similiter in conditione positas pluralitas resoluitur, & sic substitutus admittitur ad partem ultimi decedentis sine filiis, quamuis supersint filiæ ex alio ꝑmortuo, d. §. cum ita. & talis interpretatio sumi debet, per quā intelligitur testator, se conformare cum dispositione statuti & iuris communis, de qua in d. §. cum ita. Nec inconuenit, ꝙ dicta pluralitas quo ad aliquem resoluatur, & quo ad alium non, ut probatur ex not. per Barto. in l. Titia cum testamento. §. fin. de leg. 2. ubi uult, ꝙ si testator instituit filium & extraneum, & uxorem relinquat dominam, massariam, & usufructuariam, quòd huiusmodi uerba quātum ad filium important legatum tantum alimentorum, & sic retinent significationem quo ad eum, quam habent a consuetudine extantibus filiis institutis, iuxta not. per gloss. & Doct. in auth. hoc locum. C. si secund. nupser. mulier. sed quantum ad extraneum institutum important legatum ususfructus, & sic quo ad illum habent aliam, & diuersam significationem, scilicet iuris communis, alleg. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & l. si ita scriptum. in princ. de manumiss. test. ubi probatur, quòd ubi unum ex pluribus determinabilibus est magis fauorabile, sicut est masculus in casu nostro ex ꝓuisione statuti, quo admittitur inæqualis determinatio, ut ita no. ibi Benedic. de Plumb. & Alexan. in l. iam hoc iure. de vulg. & pup. & in l. in testō in princ. C. de testa. mili. Sed prædictis non obstantibus contrarium arbitror
3 uerius per tex. in d. §. cum ita. Nec † quantum ad hoc refert, ꝙ neptis illo casu substituta sit in tota hæreditate, quia tātum ad hunc effectum ut admittatur substitutus ad portionem filii ultimo decedentis sine filijs facilius admitti debet quis, qn̄ substituitur simpliciter, si ambo decesserint sine filiis, absque aliquo signo uniuersali. l. fin. §. filium, de lega. 2. Et hoc clare uult Bar. in l. quidam testamēto. de uul. & pup. & quoad hunc casū cū eo trāseūt oēs, licet in alio contra eum teneāt alii, s. dū uult esse secus, quando dicto casu substō est facta in tota uel in oī hæreditate, quia ſm alios contra eū est casus in d. §. cū ita. Et sic utroque casu idem est, uidelicet ꝙ admittatur substitutus ultimo sine filiis decedente ad portionem illius. Et idem uolunt
4 alij in d. §. cum ita. & in d. l. Sola igitur est difficultas † in respondendo ad allegata in contrarium. Est igitur aduertendū, ꝙ licet ab intestato iste nepos testatoris ex filio prius mortuo pro parte excludat filiam eiusdem testatoris a successione patrui ex forma statuti, & per cōsequēs ꝑꝑ hoc uideatur, ꝙ superexistētia excludat dictam filiam ex uerisīi mente defuncti uolentem admitti ex fideicommisso ad partem alterius postremo mortui sine filiis, perinde ac si per statutum ab intestato illam exclusisset in totum. d. l. penult. C. de impub. & aliis substi. & per Bar. & Doc. in d. §. cum ita. Nihilo minus in casu nr̄o ex ꝑsumpta mente defuncti aliud est dicendum. Nam duos filios suos testator instituit, scilicet Andræam, & Antonium, quos adinuicem substituit, si alter decederet sine filiis, & filiabus & si ambo quandocunque decederent sine filiis, & filiabus, substituit etiam per fideicommissum dictas filias suas, &c. Quia ergo ambo filij sunt grauati per fideicommissum, si ambo decesserint sine filijs, & filiabus si accidisset, quòd Antonius primo fuisset cum filiabus tantum & sine filiis masculis mortuus ad portionem Andreæ deinde mortui sine filijs admitti debuissent filiæ testatoris iure fideicommissi, quia filiæ Antonij non fuissent de personis, quæ ex uerisimili mēte defuncti solent substitutum excludere, cum ab intestato non præferrētur ex dispositione statuti, nec iuris cōis dictis filiab. testatoris, sed cum illis concurrerent. d. authē. cessante. prout est casus. in d. §. cum ita cum ibi no. per Bar. & omnes. Sicut ergo filiæ Antonij positæ in cōdōne, sub qua per fideicōmissum filię testōris sunt uocatę, non fecissent deficere conditionem fideicommissi quoad portionem Andrææ, ut dixi, eodē etiam modo filij masculi d.

Anto-

Antonij positi in eadē conditione simul & copulatiuè cum filiab. eiusdem, non faciunt deficere eandem cōdōnē, vt æqualis sit determinatio inter dictos filios, & filias copulatiue positas in eadem oratione. l. iam hoc iure. de vul. & pupil. & l. quāuis. & l. hæreditatem. C. de impu. & alijs subst. Et istud in simili, & quasi in terminis uoluit Are. in cons. inci. Diligenter discussis & ponderatis, &c. quod non est impressum. & quem refert Soc. in d. §. cum ita. col. 13. ver. 2. difficultas est, &c. vbi consuluit, quod si testār instituit filios & extraneum, & si omnes decederent sine filiis, substituit aliū, quod sicut superexistētia filii hæredis extranei non excludit substitutū a portione alicuius filii ultimo decedentis sine filiis, sic ēt superexistentia nepotis ex alio filio nō dēt excludere substitutum a portione dicti filii, qui postmodū decessit sine filiis. Et hoc ut inter omnes sit æqualis determinatio, per d. l. quāuis. & l. hæreditatē. & per l. si legatarius. §. 1. de le. 2. cum ibi no. per Bar. Et bene probatur ex no. per Bar. in l. Lucius. de uulg. & pup. uersi. pone quod testār, &c. ubi concludit, quod
5 si tres filii, quorum† duo erant impuberes & alter pubes, sint instituti & inuicem substituti, quod pupillaris inter impuberes nō intelligitur facta pp puberem fratrem, cui non pōt cōuenire; & hoc ut verbum, substituo, ad oēs relatum eos æqualiter determinet, per d. l. iam hoc iure. Et idē qñ cum dictis filijs impuberib. esset institutus extraneus, & inter omnes esset facta substō reciproca, ꝑm Sal. & Rom. in d. l. in testō. C. de test. mil. quicquid isto casu dicat ibi Bal. cōtra quem ēt tenet Ale. in d. l. Lucius. & Aret. in d. l. iam hoc iure. & quamuis Soc. in d. §. cum ita. uideatur inclinare ꝯ opi. Are. per no. per Bar. ī d. l. Titia. §. fi. de quo superius mentionē feci, & per iura allegata per eum, nihilo minus
6 mihi† magis placet opi. Are. & quæ est de mente ēt Bar. de quo mentionē non facit in d. §. cum ita. in solutione & rñsione data ad l. quāuis. C. de imp. & alijs subst. Nam ibi dr̄ iuncta gl. fi. quod si filium & uxorem testār instituit, & filius & uxor hæres non erit, alium substituit, quod non admittitur substitutus, nisi vtroq; repudiante, vel quolibet non existente hærede. Et hoc est secūdum Bar. quia substō fuit vulgaris, per quam non præsumitur testārem prohibere uoluisse inter cohæredes ius accrescendi, iō si vnus repudiet, ad partem eius non vocatur substitutus, sed cohæres per ius accrescendi. Sentit ergo Bar. aperte, quod si ageretur illo casu de substōne fideicommissaria, quę post mortem eorum fuisset facta, quod altero mortuo post aditam hæreditatē ab utroque admitteretur substitutus ad portionem illius superstite cohærede, quia hoc ius accrescendi non tollitur, quod locū habere nō potest inter illos hæreditate adita. l. 1. in fi. de vsuf. accres. Et sic quia cessat ratio sua, istud Bart. ur̄ ēt uelle, ex quo sequitur, quod præmortua vxore suprstite filio testatoris, quod ad eius portionem uenire posset substitutus per fideicommissum, & tamē ille est de personis, quæ ex uerisimili mente testāris excludere solent substitutum, sed iō dicto casu non excludit, quia sibi & extraneo, i. uxori testāris, cum simul & coniunctim diceretur facta substō fideicōmissaria, unde si præmortuus esset filius, ad partem eius fuisset admissus substitutus. l. fi. §. filium. de leg. 2. & l. Lucius. §. Caio. ad Treb & per oēs in d. §. cum ita. quia uxor testatoris superstes non est de illis, quæ ex uerisimili mente excludant substitutum, ut plene declarat Alc. in d. §. cum ita, in antepe. col. & præsertim, quia per hoc mater non excluditur a luctuosa filii hæreditate, iuxta. l. fin. C. de inst. & subst. nam succedit filio, sed cogitur per fideicommissum restituere, quod ad eā peruenit ex hæreditate paterna retenta ltia & ēt Trebellianica, si non sit exprese prohibita, ut no. in c. Ray. de test. & in l. quāquam. C. ad leg. Falcid. Quia ergo præmoriente filio non excluditur dicto casu substitutus ab eius parte per superexistentiam uxoris, sic etiam præmoriente uxore ab eius portione substitutus non excluditur ex persona filii superuiuentis, quamuis sit de personis, quæ ex uerisimili mente defuncti excludant substitutum regulariter. & hoc ut inter illos, quibus coniunctim, uel sub nomine collectiuo fuit facta substitutio fideicommissaria, resultet æqualis determinatio. Et sic Bar. cum quo alii cōmuniter transeunt in hac solutione uidetur uelle, ut dixi, idem quod Aret. ut scilicet propter misturam extranei cuius superexistentia non facit in parte præmorientis deficere fideicommissum factum simul, & sub eadem conceptione pluribus, non dicatur tunc filius superstes de personis, quæ ex mente uerisimili excludant substitutum: quia de contraria mente testatoris censetur apparere, qui in dubio præsumitur velle: vt æqualis sit inter omnes determinatio. d. l. iam hoc iure. Istud ēt magis explicitè ex alio sentit idem Bar. dum dicit, quod in casu. d. l. quamuis non admittitur substitutus post mortem vnius: quia non vr̄ voluisse testator ius accrescendi tollere, sed si filius in casu, de quo in dicta lege, esset de personis, quæ ex mente defuncti excludit substitutum, solutio Bar. non esset ad illum tex. simpliciter, & omni casu necessaria: quia præmortua vxore alia ratione potuisset excludi: quia filius superstes est de illis, qui ex mente defuncti excludunt. d. l. pen. quæ etiam in vulgari posset locū hr̄e, ꝑm Bal. ibi, qui vult, quod eo casu, quo vno mortuo substitutus vulgaris admitti posset quod hoc locum non hēat, qñ superest filius cohæres. Vnde intelligendo, quod ēt isto casu vera sit rō Bar. ad illum tex. vt verba eius sonant, sequitur, quòd qualitas personæ filij nihil operatur ad exclusionē substituti, & hoc pp misturam extranei, vt dixi. Idem ergo dicendum est in casu nostro, in quo ambo filij sunt grauati, si decesserint sine filijs & filiab. & ideo sicut super existentia sola filiarum ex filio prius mortuo non excluderet substitutum a portione vltimi decedētis sine filijs. d. §. cum ita. sic etiam non debet excludi per superexistentiam filij positi in eadem conditione copulatiuè, & simul, vt inter omnes personas positas in dicta cōditione, & sub eadem verborum conceptione æqualis sit determinatio. d. l. iā hoc iure. Nec ob. quod no. Bar. in d. l. Titia. §. fi. Nam consue-
¶ Substō fideicommissaria an inducta dicatur inter filios filiorum collectiue uocatos, quia uult testōr in omni euentu & casu bona deuenire ad superstites. Et an nepos cum patruo concurrat in successione fratris patruelis. Et an confessio facta in testamento præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta, si sine filijs decesserit institutus, expirat illo cū filijs decedente, licet filij postea sine filijs decedant, nisi alia fuerit mens testantis. nu. 3.*
2 *Onus fideicommissi quando filijs sub duplici conditione censeatur iniunctum.*
3 *Filij quando dicantur instituti non solum per vulgarē, sed etiam per fideicommissariam substitutionem substituti.*
4 *Fideicommissum quando intelligatur relictum ab hæredibus, uel ab eorum liberis.*
5 *Non inconuenit prius aliquem esse grauatum per fideicommissum, & deinde honoratum.*
6 *Nepos cum patruo cōcurrit in successione alterius patrui in substitutione fideicommissaria, & quando agitur de successione aui, secus si alterius transuersalis. nu. 7. & 8.*
7 *Testator in dubio videtur se velle conformare cum dispositione iuris communis, et inter uocatos per fideicommissum ordinem, quo succederent ab intestato seruare.*
9 *Nepos cum patruo quare concurrat in emphyteusi accepta pro se, filijs & nepotibus.*
10 *In fideicommisso cōditionali non transeunt ipso iure actiones de primo in secundum fideicommissarium.*
11 *Fideicommissarius quando non detrahat Trebellianicam.*
12 *Confessio facta in testamento contra testatorem, an faciat probationem, & habeat vim confessionis inter viuos.*
13 *Confessio ēt iurata facta in testamento, quando non præiudicet.*
14 *Iuramentum quare firmet donationem inter virum, et vxorem, confessionem autem de præterito non.*

CONSILIVM CLXIX.

VIDENDVM est primo, vtrum mortuo do. Hectore sine filijs locū habeat aliqua substō facta in testō aui. Et videtur quod non. Nā illa, quæ facta fuit filiis institutis, vel alteri eorū, si aliquis decesserit, sine filiis, locū habere non pōt in portione do. Gu-
1 lielmi, qui † decessit superstite d. do. Hectore, licet postmodum ille sine filijs decesserit, l. ex facto. §. pen. ad Treb. & prout uoluit Old. in consi. 21. Thema tale est, testōr, & in cons. 141. Thema tale est, dom. G. &c. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de test. §. in primis. ad fi. & licet postea in versi. præterea, &c. testator casu, quo unus ex filiis institutis decederet relictis filiis masculis, & postea liberi eius defuncti decederent qn̄cūq; sine liberis masculis, substituerit superstites, uel superstitem institutos, uel institutū, vel liberos suos masculos vulgariter, pupillariter, & per fideicōmissū, & sic videatur ēt filiis filiorum substituisse, tamē substō illis intelligitur facta eo casu, quo reperiūtur ex testō aui vocati, s. quādo pater eorum decessisset viuo testatore ꝯm consilium Galli. l. Gallus. in prin. & per totam. l. de lib. & posth. ut stati dicetur. & qui casus non euenit, quia pater domini Hectoris superuixit testatori, & hæreditatē eius adiuit. & sic dicta substō uulgaris ei facta expirauit. l. post aditam. C. de impub. & aliis subst. & p ɔsequēs filii filiorum, qui alio casu non fuerunt uocati, ē si sint in condōne positi, iuxta no. in l. Lucius. de hær. inst. non sunt grauati, nec potuerunt grauari. leg. ab eo. C. de fi
2 deicommis. & si † dicatur, quòd isto casu onus intelligitur iniunctum filiis institutis sub duplici conditione, scilicet si ipsi sine filiis decederent, & eorum filij sine filijs, ut uidetur uoluisse Barto. in l. centurio. de uul. & pup. versi. quæro, quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine filiis, &c. respondetur, quod immo in casu isto onus iniunctum uidetur filiis filiorū, quia substituit testōr uulgariter, pupillariter & per fideicōmissum. Quia ergo substitutio pupillaris non potuit fieri filiis testatoris, qui non erant pupilli, sed potuit cadere in persona nepotum, sicut ad illos refertur pupillaris, ad eos etiam referri dēt fideicōmissaria, ut æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. ff. uul. & pupil. Præterea d. Bart. procedit, quando filij filiorum aliquo casu non sint uocati, & hoc ut fideicommissum ualeat. Sed si certo casu uocati, repeuiuntur, sicut isto casu, in quo, ut dixi, fuerunt substituti, secundum consilium Galli, tunc quia onus uale re potest absq; eo, quod a filiis institutis dicatur relictum, iō intelligitur filiis filiorum iniunctum eueniente casu substōnis de illis factæ, & non dicitur in dubio impositū filiis sub duplici condōne, ꝯm Pet. de Anch. in consi. 116. Principaliter ponderandum, & Are. in cōs. 156. Nec ēt ob. aliud, qd̄ dicit Bar. in d. l. centurio. quod filii filiorū in conditione positi & grauati dicantur uocati, quia hoc esset uerum, quando alio casu dispositiue non reperirentur honorati & substituti, aliàs aūt dicuntur solū grauati in casu, in quo sunt vocati, per prædicta. Et præterea in hoc cōiter opi. Bar. non tenetur, ut ibi per Imo. & Alex. late, & per eū in plurib. consiliis, de quib. per Mod. in d. l. cēturio. Sed istis
3 nō obstātib. contrarium est uerius. Nam postquā† testator casu, quo unus ex filiis institutis decederet sine filiis masculis, & postea liberi eius defuncti decederent quandocunque sine liberis masculis superstitem, & liberos eius substituit uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, subiunxit talia verba, uidelicet uolens ipse testator bona sua in omni euentu, & casu peruenire debere ad superstites institutos, & eorum liberos, & descendentes masculos tantum exclusis matribus & cognatione materna ac descendentibus uel transuersalibus fœminis, &c. Ex quibus manifeste apparet, quod testator nedum filios institutos vocauit, sed etiam eorum liberos, & sic per nomen collectiuum, secundum Ang. in consi. 38. & sequen. & Aretin. & Moder. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. & qui liberi intelliguntur substituti post dictos filios institutos ordine successiuo, ex quo uocantur per illud nomen, liberi, quod ut

vt dixi, est collectiuum. l. cum ita. §. in fideicommisso. de le. 2. & in l. fi. C. de ver. sig. & ꝓut in specie vult Soc. in d. l. Gallus. §. quidam recte. in vl. col. vers. secundo principaliter infertur. & quãuis posset esse dubium, vtrum dicti liberi dicantur substituti liberis institutis vulgariter tantum, an uero ẽt ꝑ fideicommissũ per ea quæ tradũtur ꝑ Pa. de Ca. Are. & Soc. in d. l. quidã recte. nihilo minus in casu isto dicanturẽt sobstituti ꝑ fideicõmissum ex quo testator voluit in oĩ euentu, & casu bona sua ꝑuenire ad eos, & sic siue ꝑ filios non sit adita hæreditas, siue sit adita, quia ꝓdictos casus comprehendit verborum significatio, sicut in simili ẽt concludit Bar. in l. Centurio. de vul. & pup. vers. quęro vtrum substitutio cõpẽdiosa facta ꝑ verbum cõe, &c. Nec dici põt, ꝙ fideicommissum relictum à Gulielmo patre dñi Hectoris expirauit quo ad tres partes, de quibus potuit testari ex licentia sibi attributa a testatore, quia dicta licẽtia fuit restricta ad casum, quo careret sobole, saltẽ tpe alienationis vel testamẽti, dum dixit, ꝙ quilibet filiorum suorum carens sobole, &c. qđ verbum determinat verbum, alienare, & testari, iõ dẽt determinari ꝫm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. cum ergo haberet tũc Gulielmus sobolem, licẽtia expirauit, vel locũ nõ habuit. Vñ ex præmissis sequitur, ꝙ ad dominum Hectorẽ peruenit portio patris sui iure fideicommissi ex testõ aui, excepta ltĩa, in qua pr̃ suus nõ potuit grauari. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pup. Quia ergo fuit honoratus, potuit etiam ab auo grauari, & fuit grauatus restituere patruis, per illa uerba præcedentia, per quæ substituit superstitem, institutos vel institutum vel liberos suos masculos vulgariter, pupillariter & per fideicõmissum, casu quo vnus ex filijs institutis decederet relictis filijs masculis, & postea liberi eius defuncti decederent quandocũq; sine liberis, &c. Nam, vt † ẽt in præcedẽtib. factũ est, in hac parte testi filij filiorum fuerũt grauati, non aũt relictũ fuit fideicõmissum a filijs institutis tantum sub duplici condõne, & ꝑserti, quia cum (vt dixi,) ipsi sint substituti parentib. suis ẽt per fideicõmissũ, & in oĩ euentu & casu potuerũt grauari absolute mortuis parẽtib. iõ ab illis in dubio intelligitur fideicommissum relictum, vt ꝓbatur ex no. per Bar. in l. codicillis. ĩ prin. de vsuf. l. & in locis ĩ ꝯrium alleg. & est ẽt de mente Bar. in d. l. centurio. uers. præall. & in d. l. sed si sic. de le. 3. Nec inconuenit, ꝙ d. filii † filiorum inueniantur ꝫm ordinem scripturæ prius grauati, deinde honorati, sicut ualet substõ uulgaris, quando ꝓcedit instõnẽ. l. cũ in testõ. §. hæc uerba. de hr̃dib. inst. q̃a ꝫm Bar. & Doct. ibi non dẽt attẽdi ordo scripturæ, sed ordo intellectus, secundũ quem instõ dr̃ ꝓcedere. Quæ rõ ẽt isto casu hẽt locum, & ubi ẽt filij filiorum non dicerent honorati & sic grauari non potuissent, intelligeretur in dubio onus iniunctum filijs institutis sub duplici condõne, l. si ipsi, vel eorum liberi decessissent sine filiis masculis, per no. per Bar. in locis ꝓdictis. Nec obst. dũ dicitur, ꝙ potuit a filijs filiorum relinqui, ubi ex substõne facta in casu Galli successissent, & ꝙ in illum casum tantum vñr grauati, q̃a hoc esse non põt in casu nr̃o propter illa uerba, in oĩ euentu, & casu, q̃ important, ut dixi, ꝙ ẽt alio quocũq; casu admittantur substituti. Et ꝑ hoc ẽt rñdetur ad aliud, de quo obiicitur, uerius tamẽ est, ut dixi, ꝙ do. Hector dicatur substitutus patri, & sic, ꝙ simpliciter potuerit grauari. Secundo per ordinem est uidendum utrũ † Io. Baptista ex substõne prædicta facta domino Hectori admittatur simul cum patruis. Et uĩ, ꝙ sic, per no. per glo. in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. quæ uult, quod in casu, de quo in tex. ubi in relicto facto familiæ admittuntur ꝓximiores, ut ibi dicitur, nepos ex fratre admittatur cũ patruis per auth. cessante. C. de suis & legi. cum qua etiam transit Imol. & alij simpliciter, excepto Bal. & Cum. Et cum ea etiam transit Ale. in cons. 88. 1. uol. & in consi. 26. 3. uol. Et pro hoc facit ẽt, quod uult Ang. in d. §. quidam recte. qui uult, ꝫm ꝙ eum intelligit Ale. ꝙ si quis recipiat emphytensim pro se, filijs & nepotib. ꝙ filij ex nepotib. uiuẽtib. admittatur ordine successiuo, & ꝙ nepos ex filio prædefuncto admittatur cũ patruo, ꝑ §. cum filius. inst. de hær. q̃ ab intesta. & idem tenet Ang. in d. cõsi. 37. & Pau. de Cast. in consi. 137. Viso puncto. in fi. Et iõ quãuis testator in sequenti parte testi vocet proximiores, tñ dẽt nepos admitti cũ patruo. d. §. in fideicõmisso, cũ gl. Præterea in dicta sequenti parte nõ uocãtur proximiores descẽdentes, sed in defectũ proximiorũ sunt vocati ꝓximiores trãsuersales ipsius testatoris, & sic loquitur de alia substõne, & nõ de descendẽtib. testatoris, sed de aliis ꝑsonis substitutis. Sed hi nõ obstant non ob. ꝯrium puto uerius. Est. n. cõsiderandũ, ut prius dictũ est, ꝙ agitur † de fideicõmisso iniuncto do. Hectori, qui est frater patruelis Io. Baptistæ, & ideo vbi ageretur de succedendo ab intestato d. do. Hectori, absq; dubio eius patrui præferrẽtur tanquã proximiores dicto suo fratri patrueli, quia filius succedit loco patris ꝓdefuncti tm̃, qñ agitur de successione aui vel patrui, & secus est si agatur de successione alterius transuersalis, quia tunc patruus uelut proximior præfertur nepoti ex fratre, ꝫm Cy. Bar. & omnes in auth. post fratres. C. de legi. hær. & Io. An. qui propriè loquitur in terminis nostris in tit. de succ. ab intest. §. 1. versi. sed an filij fratris, &c. in add. inci. Secus si cum patruo, &c. versi. sed fuit alia qõ, &c. & ꝑ pea testator, qui substituit superstites uel superstitem, institutos, vel institutũ, vel liberos suos masculos, uidetur prædictos substituisse eo iure, eoq; ordine, quo fuissent ab intestato de iure successuri, quia præsumitur se cõformare voluisse cũ dicto iure cõi, per no. per Bar. in l. vxorẽ. §. testõ. de lega. 3. & ꝑ Imo. & Mod. in l. Caius. sol. mat. dum dñt, ꝙ pater, qui stipulatur sibi & filiæ, vel sibi aut filiæ reddi dotẽ, videtur stipulatus ꝫm ordinẽ iuris, & eius dispositionẽ. Et facit l. q̃ro. §. inter locatorem. ff. loca. Quia ergo patrui ab intestato exclusissent Io. Baptistã a successione, & ab hereditate d. do. Hectoris, sic ẽt intelliguntur ante eã vocati mediante dict. substõne. Et istud ẽt confirmatur ex no. per Pau. de Cast. in l. fin. C. de verb. sig. circa fin. vbi dicit, ꝙ si quis relinquat fratribus suis, & quosdam habeat fratres utrinq; cõiunctos, & alios ex uno latere tãtum, ꝙ prius admittuntur vtrinq; coniũcti, sicut ẽt ab intestato de iure debuissent præferri, & illis nõ extantib. admittuntur alij fratres ex uno latere tm̃, & sicut etiã quis videtur voluisse se conformare cũ dispõne statuti deferentis successionem ab intestato, ꝫm Barto. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de ope. liber. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. cum concor. de quibus ibi per Alex. Secundo istud deciditur ex no. per Raph. & Alexand. in l. hæredes mei. §. fina. ad Trebellia. ubi in terminis illius text. in quo dixit testator, restituas filijs meis, uel uni ex eis, uel nepotibus meis, & sic ordine successiuo, propter naturam alternatiuæ, quæ denotat dictum ordinem. l. cum pater. §. a te peto. de lega. 2. & per Bart. & Doct. in d. §. quidam recte volunt, ꝙ nepos ex fratre non concurrat cum patruo, quia ille text. loquitur indistincte, idem ergo, & in casu nostro, in quo superstites, uel superstitem, uel eius liberos testator uocauit similiter alternatiuc. Et ponderat ẽt Alex. tex. ibi, dum dicit, restituas filiis meis, uel uni ex eis. Nã propter illud uerbum, uel uni ex eis, intentio testatoris esse uidetur, ꝫm eum, ꝙ donec aliquis ex filijs extet, ꝙ nepotes, uel aliquis eorũ admitti non posset. Quæ rõ formaliter in casu nostro procedit, quia testator instituit superstites, uel superstitem, institutos, uel institutum, uel eius liberos, quia dum dixit, superstites uel superstitem, perinde est, ac si dixisset, superstites institutos, uel unum ex eis, quia ille numerus singularis, scilicet uel superstitem, refertur ad unum, & in pluribus verificatur præcedens pluralis numerus. Et ita in his terminis residet Alex. ibi. Nec præmissis obst. quod licet patruus sit proximior d. Hectori grauato, tamen quantum ad testatorem, & ad eius successionem Ioã. Bapt. est in priori gradu cum patruis insti. de hær. quæ ab intest. §. cum filius. quia si Io. Baptista non erat natus uel conceptus tpe mortis aui, non poterat ei ab intestato succedere leg. si quis filio exhæredato, in princip. de iniust. rup. & irr. test. l. Titius. ꝗ suis & legi. & quia etiã pater eius illũ ꝓcedebat tempore mortis testatoris. l. si quis posthumos. §. si filium. de lib. & posth. & d. l. si quis filio exhæredato. & ubi etiam ille primum locum tenuisset tpe mortis testatoris, adhuc tamen deberet attendi potius quis fuisset proximior domino Hectori grauato, quã ipsi testatori, ut probatur in c. 1. de natu. succes. feud. Et ita aliàs consuluit Pau. de Cast. ut refert, & sequitur Soc. in l. si cognatis. de reb. dub. col. pen. versicu. quarta cõclusio, ubi de hoc late per eum, & latius per eundem in consi. 249. col. 13. uersi. circa secundam difficultatem, ad quẽ gratia breuitatis me remitto. Tertio confirmatur prædicta opinio. Nam, vt dictũ est, testator substituit superstites, uel superstitem, institutos, vel institutum, vel liberos suos masculos, &c. quia ergo instituti fuerunt filij, & proprio nomine in instõne noiati, dñr ẽt in dicta substitutione per illa uerba, s. superstites institutos, &c. vocati noiatim, quia cum habeãt relationem ad insti-

instõnem, perinde est, ac si etiã in illa fuissent nõie proprio descripti. l. si pluribus. in prin. de verb. ob. & ibi no. Are. & probatur ex no. p Bar. in l. q. liberis. §. hæc verba. in fi. de vul. & pu. & in cons. 7. And. Martini, &c. Quia ergo filij dñi dicto casu substituti nõiatim, & eorũ liberi generaliter per nominatũ, & eo donec supest aliquis ex dictis nõiatis, alij collectiue uocati nõ dẽnt admitti, sed post omnes nõiatos extinctos, vt est càsus in d. §. in fideicommisso. & ibi per Pau. de Cast. Et ista concludit ad propositum Ang. in cons. 305. & Ale. in terminis in cons. 123. in 1. col. 1. vol. & Soc. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. in ult. co. vers. tertia conclusio, &c. Nec ob. allegata in contrarium. Et pri
8 mo no. per gl. in d. §. in fideicommisso. quæ vult, q † in casu, in quo proximiores præferũtur, admittatur nepos ex fratre cum patruo, per d. auth. cessante. quia Bal. ibi per plura, & Cuma. tenet contrarium, & ₰m eos. d. auth. cessante. loquitur ab intestato, & non ex testamẽto. Et cum Bal. etiam trãsit simpliciter Floria. de S. Petro, & Ale. in consi. 223. 2. vol. & in cõsi. 129. 5. vol. Et dato etiam, q opinio gl. relata ad tex. esset uera, tamẽ adhuc non obstat, quia loquitur eo casu, quo patruus, & nepos fuissent pariter ab intestato successuri grauato, puta auo uel patruo, prout loquitur. d. auth. cessante, quam allegat, & secundũ quam intelligi dẽt dictum gl. per no. p Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba, de lib. leg. & ea ratione tunc, quia uidetur in dubio testator voluisse se conformare cum dispõne iuris cõis, ₰m Im. ibi, & Are. in consi. 164. & Soc. cons. 252. col. 15. & Pa. de Cast. in d. l. fi. C. de uer. sig. Et quæ rõ in casu nostro non hẽt locum, immo facit in contrarium, ex quo dñs Hector frater patruelis d. Io. Baptistæ reperitur grauatus, in cuius successione ab intestato patrui exclusissent d. Io. Baptistam, ideo ex mente prædictorum doctorum etiam ex fideicommisso dẽnt ei præferri, tãquam intelligantur prius grauati, & non habet isto casu locum glo. in d. §. in fideicommisso. Et ita in terminis d. glo. declarat & restringit in specie Alexan. in consi. 4. in fin. 4. col. in 4. uol. Tertio respondetur, q illa gl. non habet locum, quando testator uoluit restitui filiis, uel uni ex eis, aut eorum liberis ut in casu nostro, per tex. in d. l. hęredes mei, §. fina. cum ibi no. per Rapha. & Alexan. qui illo casu uult expresse, quod non habeat locum glo. in d. §. in fideicommisso. de qua etiam facit mẽtionem. Quartò etiam respondetur, quod glo. loquitur & procedit, quando patruus & nepos, qui contendunt admitti, sunt comprehensi sub eodem nomine collectiuo, puta quando relinquitur familiæ, & sic quãdo ambo uocantur generaliter, & nullus spãliter, quia cum sint in pari gradu. d. §. cum filius. secũdum gl. relatam ad tex. dẽnt simul admitti. Sed est secus, quando aliqui sunt uocati nominatim, & alij collectiue, & gñaliter, ut isto casu, quia tunc nõiatim uocati dẽnt prius admitti, non tãtum si sint in pari gradu cum alio uocato collectiue, sed etiã si sint in gradu posteriori, quia cũ sint uocati nõiatim præsumũtur magis dilecti, ut ibi plene not. per omnes. Non ob. postremò, quod no. Ang. in d. §. quidam recte. & Pau. de Cast. in d. cõ
9 si. 138. in fi. dicunt, q † quãdo emphyteusis recepta est pro se, filiis & nepotibus, debet admitti nepos ex filio pręmortuo simul cum patruo, quia illud est ex eo, quia uidetur pater stipulatus pro filiis & nepotib. tanquam pro hęredibus, secundum glo. & Docto. in l. si tibi decem. §. si pactus. de pac. & Doct. in l. quod dicitur. de uer. ob. & iõ quia patruus & nepos ex fratre ab intestato simul successissent recipienti, ideo etiam simul uocantur ad emphyteusim, tanquam ad modũ succedendi pręsumatur recipientem habuisse respectum, iuxta no. p Bar. in d. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. Sed est secus, quando non essent ab intestato simul successuri, sed patruus præferretur. Et idẽ quãdo non uocantur filii & nepotes ut hæredes, ut in casu nostro, prout etiam sic declarat & intelligit d. Ang. Alex. in consi. 129. 5. uol. dicens, quod d. Ang. procedit in emphyteusi priuati, quę transit ad hæredes extraneos, ideo uidetur recipi pro prædictis tanquam pro hæredibus. Sed est aliud in emphyteusi ecclesiæ, secundum eum, quæ non est ad extraneos hęredes transitoria, ut no. in l. etiam. so. ma. in prin. & quia non intelligitur recepta pro filiis & nepotibus tanquam pro hæredibus, qui intelligũt uocati ordine successiuo, non concurrit nepos ex fratre cum patruo, per no. per Bald. & Rapha. in d. §. in fideicommisso. q. in hoc possunt saluari, quia, ut dixi supra, glo. quæ ibi uidetur contradicere ex mente oĩum, solum põt esse uera, quando poterat in successione ab intestato concurrere nepos cũ patruo, quia illo casu uidetur testator, ₰m q erant successuri, illos admitti uoluisse ex testõ, quæ rõ facit in ꝯrium, qñ patruus ab intestato nepoti erat pferendus, sicut cõtingit in casu nřo ₰m intentionem oĩum pdictorũ, & prout ẽt dicere uoluit Alex. in d. consi. 129. 5. uol. Quo ad aliud, de quo quæritur. s. a quo fideicommissum relictũ a do. Hectore dẽat capi. Et est dicendũ, q
10 ab eius hærede est facienda restõ, quia ipso iure isto † casu non transeunt actiones de primo fideicõmissario in ₰m, ex quo est conditionale, ut no. in l. j. §. de illo. ad Treb. & hæreditas do. Hectoris defertur sororibus, & matri, de iure communi, auth. defuncto. C. ad Tert. & ubi non adiuerint hæreditatem, cogi possunt adire, & restituere. l. quia poterat. ad Treb. & possunt retinere legitimam Gulielmi patris do. Hectoris, in qua nõ potuit grauari a patre d. l. cohæredi. §. cum filiæ. de uul. & pup. & in auth. de rest. fideicom. §. quamobrem. & not. in l. quãquam. C. ad legem Falc. nec aliam legitimam ex persona do. Hectoris retinere pñt, quia cum auo non posset ab intestato succedere, q a eius pater illum præcedebat, legitima in bonis aui non erat debita, ut per Barto. & alios, in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. &
11 Trebellianicã † retinere non pñt, quia est prohibita, & prohiberi potuit a testatore, ₰m gl. in §. si uerò expressim, in auth. de hær. & Fal. & in §. sed quia, insti. de fideic. hær. & Bar. & Doct. cõmuniter in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. & in l. Marcellus. §. j. ad Treb. & est cõis opi. ut traditur in dictis locis. Ex alio ẽt Trebellianica non posset isto casu detrahi, ẽt si non esset prohibita, quia do. Hector bona cœpit a patre iure fideicommissi, & ipse fuit grauatus restituere patruis, ut dixi in præcedentib. & sic ipse primus fideicommissarius dicitur grauatus restituere secundo aduersum quem primus isto casu non potest detrahere Trebellianicam, ut probatur ex distinctione Barto. in l. j. §. denique. ad Treb. Vltra igitur legitimam prædictam aliud ex bonis aui do. Hectoris apud sorores, & matrem remanere non potest. Et sic per hoc ad aliud, de quo quæritur, respõsio colligitur, & quia ẽt in testõ expresse prohibẽtur plus petere, & ex eo sunt penitus exclusæ. Sed dubitetur, utrum ad prædictas mulieres hæredes do. Hectoris pertineant ea bona, quæ auus eius paternus confessus est in testamento fuisse acquisita per Gulielmum, & alios filios iure aduentitio. Et uidetur, q sic, p not. per
12 Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pec. ubi dicit, † q si testator confiteatur in testõ habuisse de bonis alicuius, q poterit cõueniri, & dicta confessio ꝯ cum faciet probationem, quia in testõ potest ꝯhi. l. hæredes palam. §. fi. de test. & talis confessio habet uim confessionis factæ inter uiuos, ideo ₰m eũ. non poterit reuocari. l. sicut. C. de actio. & obl. Et ex hoc patet, q reuocatio facta in codicillis nihil uidetur operari. Nec ob. dicit ipse, quòd ultima uoluntas sit ambulatoria usque ad mortem. l. si quis, in prin. testamenti. de lega. 3. quia illud uerum est in ultimis uoluntatibus dispositiuis, quæ stant merè in finibus ultimæ uoluntatis, sed ista est confessio inter uiuos. Sed cõtrarium est uerius, quia talis confessio facta fuit filio absente, & nemine pro illo recipiente, ac sine iuramento, ideo non inducit probationem. lege certum. §. si quis absente. de confes. sed solum inducit fideicommissum. l. Lucius. §. quisquis. el 2. de lega. 2. & ibi Barto. hoc uoluit, & reprehendit Pet. & Cyn. in d. l. generaliter. & idem probatur. l. cum quis decedens. §. Titia. de lega. 3. per locũ a speciali. ubi habetur, q demum inducit probationem confessio facta in testamento, quando testator iurauit. Et idem dicit Bar. quando pars fuisset præsens, uel notarius recepisset, p absente. Nam istis casibus diceretur inter uiuos facta, & reuocari non posset. Et in hoc Pet. & Cy. potest dicere uerũ. Sed aliàs secus per prædicta, & quia esset in ptãte testatoris sic confitendo priuare filium legitima. Et cum Barto. transit etiam d. Ant. & Abb. in c. fi. de success. ab intest. & Raph. Pau. de Cast. & Moder. in l. i. C. de fal. cau. adiect. leg. Et ex hoc inferunt prædicti, quod talis confessio, & omne legatum resultans ex illa, poterit reuocari. Et dicitur in casu satis in effectu reuocata, ex quo testator legatum, quod fecerat reuocauit in codicillis, quia dicta confessio, ut dixi, legatum erat tacitum. dicto §. quisquis, cum aliis allegatis per Barto. in dict. §. codicillis. Quinimmo
13 in casu nostro talis confessio nihil† posset operari, ẽt si facta fuisset in præsentia filiorum, & etiam si fuisset iurata, quia cum sit facta ad commodum dictorum filiorum, existentium in

in patria potestate præsumitur in fraudem legis facta. prohi-
bentis donationem inter patrem, & filium. l. antepen. C. de do.
inter uir. & uxo. & l. 2. C. de inoffi. don. & ideo etiam si sit iura-
ta non ualet, ut probatur, in d. l. codicillis. §. Titia. de lega. 3. &
ex not. per Bart. ibi, ubi concludit, ꝙ si maritus in testamento
confitetur ab uxore recepisse nomine dotis, & iuret, ꝙ uiuens
poterit illam confessionem reuocare, quia cum illa non sit ca-
pax donationis, præsumitur in fraudē facta. Et idem uult Cy.
& Pet. in l. j. C. de sacrosan. eccles. & Barto. in l. Aurelius. §. fina.
de liber. lega. & Bald. in l. j. C. de inoffi. don. & Sali. in l. hac edi-
14 ctali. in pri. C. de sec. nu. Nec † ob. ꝙ donatio inter uir. & uxo.
firmetur iuramento, ſm Bar. in l. si quis pro eo. 10. memb. de
iurei. & in l. Sæius & Augerius. ad l. Falc. cum concordantiis,
de quibus ibi, quia primi loquuntur, quando iuramentum in-
terponitur super confessione, quæ est de pterito, ut fiat fraus
legi, & iurans contra ueritatem præsumptam est illico periu-
rus iuris præsumptione, ideo iuramentum non est seruādum.
Sed Barto. in prædictis locis loquitur in iuramento interposi-
to super uera donatione, quod non respicit præteritum, sed
futurum, quia promittit maritus non contrauenire iō seruan
dum est, ex quo seruari potest sine interitu salutis æternæ. cap.
cum contingat. de iureiurand. Et ita hoc modo declarat, &
prædictas opi. concordat Imo. in d. cap. cum contingat. in eo.
memb. & Alex. in l. si don. C. de collationibus. in 2. colu. cum
seq. Qđ. ergo dñt prædicti in confessione mariti de recepto ab
vxore, idem est dicendū in patre cōfitēte aliqd debere filio, qa
nō minus isto casu p legē est ꝓhibita donatio. d. l. antep. C. de
do. inter vir. & vxo. & iō nō probat, ex quo fuit per patrē reuo-
cata. & sic nō fuit morte cōfirmata, ut p Bar. in d. §. Titia. ī fi. Et
per pdicta ad oīa, q̄ proponuntur, rñsio colligitur. Laus Deo.

¶ Fideicommissaria substitutio restricta ad certum tempus, an extendatur ultra illud.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta vni, si viuo testatore decesserit, non habet effectum, si superuiuat, maximè si est fideicommissaria, nisi eßet adiecta dictio, forte. nu. 5. & 12.*

Substitutio restricta ad certū tempus non extenditur ultra illud.

2 *Dictio, sic, relatiua inducit præcedentium relationem cum omnibus qualitatibus, nisi induceretur inualiditas actus, nu. 11.*

3 *Fideicommißum censetur relictum sub conditione, si ille, a quo relinquitur, erit hæres, uel hæreditatem adhibit.*

4 *Conditio impoßibilis natura.*

Grauatus per fideicommissum, si viuo testatore moriatur, deficit fideicommissum.

5 *Dictio, forte, significat dubitationem facti, & non iuris, nec per eam fit restrictio ad casum expreßum.*

6 *Actus debet interpretari ut potius valeat, quàm pereat.*

7 *Expreßio temporis in substitutione fideicommissaria, quando non stet restrictiuè, & ad solam vulgarem referatur, cui conuenit, ne sequatur nullitas actus.*

8 *Tempus adiectum uni substitutioni non intelligitur alteri positæ in eadem oratione adiectum, quando illi uniformiter conuenire non potest.*

Repetitio non fit, vbi congruè cadere non poteſt.

9 *Clausula in principio posita quando differat ab ea, quæ est in fine quo ad repetitionem sequentium, vel præcedentium.*

10 *Relatio non fit ad ea, in quibus ceßat identitas rationis.*

CONSILIVM CLXX.

CASVS iste, de quo agitur, uidetur in substitutio
ne illa oīno omissus, in qua testator uoluit, ꝙ si
cōtingeret aliquem, uel aliquos ex ipsis suis filiis
institutis forte prædecedere ipsi testatori sine li-
beris prædictis, superstitem seu superstites ex eis
prædecedentis. uel prædecedentium, ut supra liberos legitimos
& naturales, instituit, & substituit uulgariter, pupillariter, & p
fideicommissum æquis portionib. inter eos in stirpes tm̄, & nō
in capita, &c. Quia igr̄, ut ꝓponit, unus ex filiis testōris ultimò
mortuus sine filijs patris superuixit, & post mortē testōris de-
1 cessit, ad hūc casum nō porrigitur † substō fideicōmissaria facta
filiis, si ɔtingeret aliquē prædecedere ipsi testōri sine filiis, ut in
specie determinat Ang. in l. 1. §. j. & in l. si pater filiū. de vulg. &
pup. & in l. quādiu. l'ultima. de acq. hæ. vbi vult in specie, ꝙ sub
stō facta alicui si uiuo testatore decesserit, locum non hēt, si su
puiuat & repudiet, per l. pater Seuerinā. in princ. de cōd. & de.
& per no. in l. si mater. de uul. & pu. & p l. commodissime. de
lib. & posth. & quia licet substō extendatur de casu ad casum. l.
Gallus. §. & quid si tantum. cum ibi plene no. de lib. & posth. si
tamen restricta sit ad certum tp̄s, extra illud non extenditur. d.
l. si pater filium. & l. si ita quis. de uul. & pup. Et hoc ultimum,
s. ꝙ substō extra tempus non extendatur, uoluit Barto. in d. l. si
mater. §. j. in fi. uerbis. ubi præsupponit, ꝙ substō facta instituto
si decesserit uiuo testatore, locum non hēat, si superuixit, licet
hæres non fuerit. Et iō Are. in d. l. quandiu. sequitur opin. Ang.
ibi p no. per Bar. in d. §. 1. & etiam Alex. in l. Gallus. §. ille casus.
in fi. tenet, ꝙ substitutio illa, si institutus uiuo testatore moria
tur, locum non hēt, si superuiuat testatori, per iura prædicta,
& per no. per Bar. in d. l. si mater. §. 1. Et ubi etiam uulgaris sub
stitutio extenderetur ad casum, in quo ille, cui facta fuit substi
tutio, testatori superuixisset, secus tamen esset in fideicommis-
saria, de qua agitur, quia in uulgari conditio est necessaria ad
actum, & quilibet casus impotentiæ, sicut est ille, si me uiuo mo
riatur, continetur sub illa. l. cū proponas. C. de hæ. ins. Iō ille ca
sus ad alium casum de facili potest extendi. d. l. Gallus. §. & quid
si tm̄. de lib. & posth. sed in fideicommissaria substōne ɔdō præ
dicta est uoluntaria ad actū, nec est ēt necessaria ad eius effe-
ctum, immo potius cōtraria, qa fideicommissum non hēt effe-
ctum, nisi post aditā hæreditatē, non aūt si hæres moriatur ui-
uente adhuc testōre l. ille a quo. §. si de testō. ad Treb. Et p pea
dicta condō, quæ omni respectu uoluntaria est ad substōnē fi-
deicommissariam, non dēt extēdi ad aliū casum, ſm Bar. & oēs
in d. §. & quid si tātum. & iō ēt in uulgari concepta sub condō
ne uoluntaria, & quæ non sit de natura eius, puta si nauis ex
Asia uenerit, non extēditur ad casum contrariū, si non uenerit
ſm Bal. Ang. & Imo. in l. qui ex duobus. per illum tex. de acq.
hæ. & idē in pulchra. q. uoluit Pe. de Anc. in cons. 357. inc. Ex se
rie testī. Nec ēt substō uidetur posse locū habere ex sequēti par
te testī, in qua dicitur, si autē ex aliquo uel aliquibus ex dictis
suis filiis sic prædecedētibus supesse contigerit solum filias fœ
minas ltīas & naturales uoluit, & reliquit ipse testōr eo casu,
ꝙ dictæ filiæ fœminæ solum habere dēant in bonis & hæredita
te ipsius testatoris dotes condecētes ſm facultates hæreditatis
ipsius testatoris, cum & qn̄ nubēt, & in residuo totorum bono
rum suæ hæreditatis, & dicti seu dictorum sic prędecedētis, uel
prædecedētium instituit hæredes suos, & substituit alios ex fi-
liis masculis prædictis ipsius testatoris supstites & prædecedē
tis uel pdecedētium ex eis liberos masculos legitimos & natu-
rales æquis portionibus inter eos in stirpes tantum, & uulgari
ter & p fideicommissum, &c. Nam & hic facta fuit substō sic
2 prædecedētib. &c. quæ dictio, sic, relatiua † inducit relationem
cum oībus suis qualitatibus, ſm Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de
l. 2. & p ɔñs loquitur de prædecedētibus uiuo testatore, quib.
in casu proxime præcedēti facta fuit substō. Præterea in hac se-
quēti parte disposuit & substituit testator casu quo ex sic præ-
decedentibus extēt filiæ fœminæ. Cum ergo decesserit iste etiā
sine filiabus, non euenit casus substitutionis, sed tanquam omis
sus dēt haberi pro omisso. l. commodissime. de lib. & posth. se-
cundum Ang. qui ita concludit in consil. 93. incip. Visis & in-
spectis omnibus suprascriptis, &c. in casu. n. suo testator insti-
tuit filios suos tam natos quam nascituros, & casu quo nasce-
retur posthuma nullis extantibus filiis, instituit posthumā unā
uel plures in dimidia, & in alia dimidia fratrem suum, & cōtin-
git nullū masculum extare, neq. fœminam nasci, dubitatur, er-
go an frater substitutus uulgariter admittatur. Et cōcludit An
ge. quod non, tanquam iste casus dicatur omissus. d. l. commo-
dissime. & quia illa condō, si posthuma nascetur, sub qua frater
uocatur, non est de natura uulgaris substitutionis, ideo nō tra-
hitur ad casum omissum, secus autem, dicit ipse si esset de natu
ra substōnis. d. §. & quid si tantum. Eadem ratione ergo, & mul
to magis idē est dicendum in fideicōmissaria, per prædicta. Sed
prædictis non obstantib. contrarium puto uerius. Et est primo
3 præmittēdū, † ꝙ fideicōmissū, ꝙ nō pōt habere effectū nisi post
aditā hæreditatē. l. ille a quo. §. si de testamento. ad Tre. intelligi
tur relictum sub tacita cōditione, si ille, a quo relinquitur, erit

hæres,

hæres, vel hæreditatē adibit, siue solus sit institutus. l. 3. de l. 1. si ue hēat cohæredē, q̄a licet portio grauati possit accrescere co hæredi cū suo onere. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tol. nihilo minus tunc non deberetur, vt testōr uoluit, sed ex legis dispōne. vt declarat Bar. cum quo alii transeunt in d. le. 3. Si ergo grauaretur hæres per fideicommissum, si uiuo testōre decessērit, q̄tū ad grauatū, fideicōmissum est nullū, tanquā ab eo relictū sub cōdōne impossibili de iure, quæ † vitiat legatū, & nō uitiatur. l. si quis quos. de l. 2. & no. Bar. in l. codicillis. in prin. eo. ti. & in l. 1. de cond. inst. quāuis sit aliud, qn̄ condō est impossibilis de natura, vt ibi. & dicto casu, quo fideicommissum ab initio non ualet quo ad grauatum, ut dixi, ēt si hēret cohæredem, cui accresceret portio grauati, tamen absque illo onere locum hēret ius accrescēdi. Nā legatū pro nō scriptum accrescit sine onere. d. l. unica. §. in 1. C. de cad. tol. & ea rōne quia sicut legatū non ualet, eadē rōne onus iniunctū legatario est nullū, ꝑm gl. in §. ꝑ. 2. ea. l. quæ ēt locū hēt, qn̄ ab instituto relictū est ab initio nullū, ut in casu prædicto, q̄ꝛ̄ habetur pro non facto. le. 4. §. cōdēnatum. de re iud. & l. non putauit. §. nō quæuis. de bon. poss. cōtratab. & ꝑn̄r onus, qđ non est, uel ꝙ habetur pro non imposito, nō pōt accrescere, ar. l. nā & si sub condōne. §. post defectum. de iniust. rup. & irr. test. His igitur ꝑmissis dico, ꝙ isto casu locum hēt fideicommissaria substō ex pluribus. Et primo, q̄a testator dixit, & si contigerit aliquem uel aliquos ex ipsis
5 suis filijs forte prædecedere ipsi testōri, &c. illud † .n. uerbum forte, est ponderandum, quia importat, vt sit idem ēt si non ꝑdecedat ipsi testōri, sed fratribus suis, & sic ꝙ substō vulgaris, & fideicommissaria, q̄ seq̄tur, dicatur facta prædecedenti ipsi testōri uel alijs filijs testōris ꝑp illud verbum forte, quod innuit idem eē, ēt si testōri supuiuat, vt est tex. iūcta gl. no. in cle. 1. de app. quā ēt ad hoc allegat Alex. in l. in rōne. la 1. §. qđ uulgo. ad l. Fal. in ante. col. & in rub. de acq. hæ. Et quāuis in q̄ōne, de qua ibi, videat aliter dicere, tn̄ rō quæ assignatus illo casu ꝑ eū, non cadit in istū. Et istud cōfirmatur: nam dictio forte, significat dubitationem facti, & non iuris, ꝑm gl. in l. in subst. de vulg. & pu. quæ ēt subdit & vult, ꝙ ad casum expressum per uerbum, forte, non uideatur q̄s se restrinxisse, nec alios casus similes exclusisse. Cū igitur substituerit testōr uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, si cōtigerit aliquem uel aliquos ex ipsis suis filiis forte ꝑdecedere ipsi testōri, locum hēt substō nedum dicto casu, sed ēt si non prædecedat testōri, sed ēt si prædecedat aliis filijs testōris, nec vr̄ testōr se restrinxisse ad tempus, quo uiuo testōre moriatur sine filiis. Et præsertim istud est verum & ꝓcedit, ex quo fideicommissaria substō locum habere non potest si ille, cui facta est, viuo testatore moriatur, ut est ꝑmissum. Vt
6 igitur † actus iste potius valeat quā pereat, illa dictio, forte, dēt habere prædictam interpretationē. l. quoties. de reb. dub. Nam qualitas substitutionis dēt præstare intellectum huic uerbo, forte, per no. in l. sēper in stipulationibus. de reg. iur. sicut etiā quātum ad hoc attēditur qualitas personæ. l. plenū. §. 1. de usu & habitatione. Secundo ēt si dictio forte, non fuisset expressa, idē esset dicēdū. Nā, ut dictū est, testator substituit ēt per fideicommissū, vn̄ per hoc apparet, ꝙ fuit huius ꝓpositi, ut alii filii uenirent ex fideicommisso. ꝙ esse non posset, si uocati dicerētur tm̄modo casu, quo grauatus decederet uiuo testatore, ut patet per prædicta. Vt ergo saluetur testatoris intentio, illa instō, si forte contigerit aliquem prædecedere ipsi testatori, &c. dēret in duas diuidi, hoc est, si contigerit aliquē prædecedere ipsi testatori sine filiis, & ista conuenit uulgari, & si contigerit prædecedere sine filijs, & sic simpliciter sine expresione tēporis, & hæc ad fideicommissariā pertinet, & uerbū illud, prædecedere hoc ultimo casū non refertur ad testatorē, sed ad alios filios institutos, & fratres prædecedētis, sicut & aliàs conditio diuiditur dicto modo in duas. l. 2. de hæ. inst. & quēadmodum præceptū arbitri & iudicis similiter diuiditur. l. Celsus. de arb. & in c. cū dilecti. de dolo & cōtum. & hoc ut actus sustineatur
7 & nō pereat. Tertio, ꝙ expressio dicti tēporis non stet taxatiue, nec restrictiue, ꝓbatur ex no. per Car. i l. pater. §. fundū. de l. 3. vbi vult, ꝙ si testator prohibeat alienationē quo ad prohibitus uiueret expressa rōne, quia uoluit, ꝙ bona nunquam exirent de suo noīe, ꝙ prohibitio dicatur perpetua, & duret etiam post mortē prohibiti, quia rō ampliat & declarat dictū l. cū pater. §. dulcissimis. de l. 2. q̄to ergo magis in casu nr̄o substō dēt durare & locū habere, etiam si grauatus decēdat sine filiis post mortem testatoris, ex quo testator substituit expresse per fideicommissum, qđ non pōt esse validum, si grauatus moriatur viuo testatore, sed solū si superuiuat, quia per talem substitutionem apparet magis de mente testatoris, ꝙ noluerit se restringere ad tempus expressum, q̄ in casu Bar. in quo uerba nō fuerunt dispositiua sicut hic, sed enunciatiua per modum causæ, & quia aliàs isto casu actus penitus esset nullus, sed in casu Bar. non, etiam si prohibitio restringeretur ad tempus expressum. Quartò cōfirmatur dicta opinio alia rōne. Nam, vt sæpe dictū est, si contigerit aliquē præcedere ipsi testatori sine filiis, superstites substituit vulgariter & per fideicommissum, &c. tempus
8 † ergo appositum in cōdōne cōuenit tm̄ vulgari, quæ pōt hēre locū, si institutus præmoriatur testatori, quia casus iste impotentiæ comprehensus est sub uulgari. d. l. cum proponas. C. de hær. insti. & d. §. & quid si tantū, sed fideicommissariæ nō pōt conuenire, per ea quę dicta sunt in euidentialibus. Expressio igitur dicti tēporis refertur solū ad vulgarem, cui conuenit, & non ad aliam, cui nō pōt cōuenire, per l. fi. §. Seio. de leg. 2. vbi probatur, ꝙ conditio apposita vni personæ, non intelligitur adiecta alteri positæ in eadem oratione, quādo illi non potest vniformiter conuenire, ut declarat Barto. in leg. Seiæ. §. Caio. de fun. instr. & quāuis, ꝑm Bar. in casu d. §. Seio. posset in persona alterius cadere, quia tn̄ vniformiter cadere non pōt, quia in persona vnius esset ptātiua, & in alterius persona casualis, cessat repetitio, ꝑm eum, multo magis ergo dictum tps, qđ fideicōmisso nullo mō pōt conuenire, ad illud nō refertur. Et idē vult Bar. in l. in repetendis. de leg. 3. in vlt. col. vers. item aduerte, &c. vbi concludit, ꝙ vbi superius dixit, fieri repetitionē diei, vel cōditionis, hoc est intelligendū, si repetitio cōgruit, puta si reliq̄t testator vxori suæ annuum legatum, si castè & honestè vixerit. Itē vxori domū, non pōt intelligi repetita cōditio, si castè, &c. & ea rōne, quia in primo legato dicta cōditio non est extinctiua alicuius legati, sed impediret originem pro sequentibus annis. l. qui concubinam. §. uxori. de lega. 3. quem effectum nō potest operari in sequenti legato, quia non est nisi unum. Vn̄ ista repetitio sequentibus per eum modum non congruit. allegat. l. cum pater. §. cum imperfecta. de le. 2. Et propterea etiam in casu nostro, aut dictū tps nō refertur ad fideicommissum, uel ad minus dicta conditio dēt diuidi in duas, quarum una hēt tempus, & respicit uulgarem, & altera est sine tpe, quæ refertur ad fideicōmissariam, vt dictum est supra, & probatur ēt per hāc vltimam rationem. Et si dicatur, ꝙ text. in d. l. fi. §. Seio loquitur,
9 † qn̄ conditio apponitur in medio personarū, & non hēt locū, qn̄ apponitur post nominationem plurium positorum in eadē oratione, quia tunc refertur ad oēs. l. mulieri, & Titio. & ibi no. Dy. & Bar. de condi. & dem. & in l. Iulius Paulus. eo. ti. ergo idē multo magis quando est apposita antea, quia clausula in principio apposita facilius refertur ad sequentia, quā illa, quæ in fine apponitur, referatur ad præcedentia, secundum gl. & Bart. in l. quisquis. in prin. de leg. 3. Ad istud respōdetur, ꝙ in casu Bar. & nostro multum refert, utrum apponatur in fine uel in principio, quia inter unum casum & alterum est diuersa ratio. Si. n. dicatur lego mulieri & Titio, si mulier non nupserit, conditio talis refertur etiam ad Titium, d. l. mulieri, & Titio. quia nominatus est ultimo loco, & quia in legato etiam eidem facto cadere potest, sicut quælibet alia conditio casualis. Vnde ad proximā in personam, & non ad remotam tantum debet ēt fieri relatio, quamuis in illis cadat difformiter, & hoc, quia in dubio ad proxima facienda est relatio, ut not. in l. idem cum eodem. §. fin. de iur. omn. iud. Et idem est dicendum si in casu d. §. Seio. postposita fuisset conditio, quia etiam dicto casu cadit conditio in persona postremò nominata, quamuis difformiter, secundum Bar. in d. l. Seiæ. §. Caio. de fun. instr. Vnde tunc non attenditur, utrum uniformiter, uel difformiter conueniat omnibus ratione prædicta, l. ne contingat, ꝙ relatio fiat solum ad remota, & non ad proxima. Sed quando prӕponitur conditio, uel dies, & personę prius nominatæ apponitur, quæ ēt cadere pōt in alia persona, non quidem uniformiter, sed difformiter, tunc solum refertur ad primam, & non intelligitur repetita in sequenti, puta si diceretur, si non nupserit mulier, eidem & Titio lego fundum, nec isto casu locum haberet, dicta lege mulieri, & Titio; quia tunc in persona remota conditio non potest uniformiter cade

re,& cessat rõ assignata in casu p̃cedẽti,quia ad proxima fit re
latio,& non tm̃ ad remota. Et istud manifesta rõne probatur;
nam clausula & condõ apposita in medio non minus refertur
ad oĩa,quã si apposita sit in prin.l.3.§.filius. de liber.& posth.
& nihilo minus si tunc non cadit vniformiter in omnibus non
refertur ad sequentia,quamuis ẽt illa non sint remota.d.§. Se-
io.ergo minus dẽt referri ad sequentia,quæ sunt remota,quan
do est in principio posita,& per ꝯñs tp̃s expressum in condõne
quæ p̃cedit substõnem vulgarem & fideicommissariam,ꝙ con
uenit solum vulgari,de qua prius est facta mentio,& non fidei
commisso posteriori,non dẽt ad illud referri. Præterea Bar. in
d.l.mulieri.& Titio.& l.Iulius Paulus,loquitur in cõdõne, quę
oĩbus præcedentibus põt cõuenire,licet non vniformiter,ideo
tunc ad oẽs refertur. Sed in casu nostro condõ cum tẽpore in
ea expresso nullo mõ cadere põt in fideicommisso,nec illi con
uenire,iõ ẽt si esset posita post,& eadem rõne si sit posita ante,
non dẽt referri nisi ad ea,quibus põt conuenire,ẽt si sint remo
ta.l.qui adoptionem.de adopt.& no.Bar.& alij in d.leg.si idem
cum eodem.§.fi.& idcirco si in casu nr̃o condõ fuisset apposita
post substõnem vulgarem & fideicommissariam,referetur so-
lum tempus in ea appositum ad uulgarem remotam,& non ad
proximam,uel diuideretur in duas eo mõ quo dictum est. Qđ
etiam cõfirmatur,quia ubi non est eadem rõ,ꝙ fiat relatio ad
10 omnia,tunc non fit ad† ea,in quibus non militat identitas ra-
tionis.l.1.C.de lib.præter.prout contingit,quando ex tali rela
tione dispõ ad quam fit,redderetur inutilis.l.cum uxori.de do
te præleg.declarat Bar.in d.l.talis scriptura.§.fi.de l.1.sed si con
dõ limitata in tempore,eo mõ,quo est expressa referretur etiã
ad fideicommissariam,illa reddetur inualida,ut dictum est,er-
go qualitas temporis non dẽt ad illam referri,uel dẽt conditio
diuidi,& illa quæ est sine tempore referri ad fideicommissariã,
vt est supra declaratum. ¶ Quinto cessantibus etiam præmissis
saltem ex alia parte testamenti habet locum fideicommissum.
Nam postquam facta fuit substõ præcedenti uiuo testatore si-
ne liberis masculis,subiicitur in ipso testamẽto. Si autem ex ali
quo, uel aliquibus ex dictis suis filijs sic præcedentibus super
esse contigerit solum filias fœminas, tunc reliquit testator eis
dotem,& in residuo totorum bonorum suæ hæreditatis & di-
cti seu dictorum sic p̃decedentis uel p̃decedentium instituit &
substituit alios ex filijs masculis tunc superstites, & præceden-
tis uel p̃decedentium ex eis liberos masculos uulgariter & per
fideicommissum, &c. In hoc igitur loco facta fuit substitutio
etiam per fideicommissum simpliciter prędecedenti. quod põt
intelligi de p̃decedente alijs filiis substitutis,& non ipsi testatõ
ri. Et ita debet in dubio intelligi ex natura fideicõmissariæ sub-
stitutionis,quæ fieri non potest prædecedenti ipsi testatori,ar
gu.l.plenum.§.equitij. Nec obst. quod sit dictum,sic præde-
cedentibus,& quod dictio sic, relatiua inducat repetitionẽ om
nium qualitatum,secundum Bar.in l.si quis seruum.§.fi. de le.
11 2.† quia repetitio illius qualitatis non intelligitur facta, quan
do ex tali repetitione actus redderetur nullus,sicut isto casu fi
deicommissum redderetur nullum ex repetitione temporis ap
positi in conditione præcedenti,ut est expressum in le.si quis a
filio.§.1.in l.seruo alieno.§.si ab impub.de leg.1.& no.per glo.
& Docto.in leg.si cui serui.§.1.eod.ti.& faciunt nota. per Bar.
in d.leg.talis scriptura.§.fi. Dum ergo dicitur,sic prædeceden
tibus,subauditur,s.sine liberis masculis. Et sic conditio præce-
dens restricta ad tempus,intelligitur repetita sine tempore,q̃a
illius repetitio annullaret per fideicõmissum, & p̃ ꝯñs illud hẽt
locũ qñcunque aliquis ex institutis decesserit sine liberis mascu
lis. Et hoc ẽt euidenter probatur dũ dicitur,& in residuo toto-
rũ bonorũ suæ hęreditatis,& dicti seu dictorũ sic p̃decedentis,
vel prædecedentiũ,&c. Nã dũ dicitur bonorũ suæ hæreditatis,
hoc refertur ad vulgarẽ, quæ cũ hẽat locũ ante aditã hæredita-
tẽ,substitutus succedit in bonis hæreditatis, & verbum sequẽs,
videlicet & dicti seu dictorũ sic prædecedentis vel prædeceden-
tium,&c.ad fideicommissum solũ refertur,quia cũ testator præ
supponat bona esse prędecedentis præsupponendum est de ne
cessitate hæreditatem fuisse aditã per grauatum prædecedentẽ,
quia per aditionẽ desinunt esse bona hæreditatis,& efficiuntur
bona ipsius adeuntis,& non prius.l.sed si plures.§.filio.de vulg.
& pup.& plene no.in l.1.§. veteres.de acq.poss.& est ad propo
situm tex.in l.in fideicommissaria.in prin.ad Treb.iuncta expo
sitione Dyni, quem refert & sequitur Alex. Cum ergo in resi-
duo bonorum prædecedentis grauamẽ verificari non possit,ni
si post aditam hæreditatẽ a grauato,per quam aditionẽ bona ef
ficiuntur sua,sequitur necessario,ꝙ substitutio fideicõmissaria
dicitur facta, si prædecesserit,s. aliis post mortẽ patris, quia eo
viuente non põt eius hæreditas adiri,quæ nulla est.l.qui super
stitis.de acq.hær. Et non ob.prædictis dũ dicebatur,ꝙ ista sub-
stitutio vltima facta fuit sub conditione, si extarent filiæ fœmi-
næ. Qui casus non euenit,& ideo nõ hẽt locũ dicta substitutio,
quia non est verũ,ꝙ substõ sit facta sub dicta cõdõne. Dixit.n.
testator. Si aũt ex aliquo, vel aliquibus ex dictis suis filiis sic præ
decedentib.superesse contigerit solũ filias fœminas,voluit & re
liquit ipse testator eo casu,ꝙ dictæ filiæ solũ habere debeãt do-
tes condecedentes, &c. Et sic illa conditio, si filiæ supererint,re
fertur ad legatũ dotis relictũ a substituto filiab. prædecedentis,
si extabunt,nõ aũt substõ vulgaris, & fideicõmissaria dicitur fa
cta sub dicta cõditione, nec ad illam refertur dicta conditio. Et
ideo si contingat, filias non extare,legatũ dotis eis factũ rema-
net penes substitutũ grauatum.l.vnica.§.in primo. & §. pro se-
cundo.C.de cad.toll. Et per prædicta ẽt ad quædam alia in con
trarium allegata colligitur rñsio clara. Nã dũ primo dicit,ꝙ sub
12 stitutio † facta si instituturus viuo testõre moriatur, nõ hẽt locũ,
si sũpuiuat,& nõ sit hæres,ẽm Ang.& sequaces in locis supius
allegatis,q̃a primo hoc negari põt,& ꝯriũ vult Imo.in c.Rayn.
de testis,in materia vulgaris.& Ale.& nouissimi,in l.1.in prin.
de vulg.& pup.subst.& Fulg.in l.fin.C.de instit.& substi.qui di-
cit ita consuluisse. Cum quo ẽt transeunt Mod.in l cũ p̃ponas.
C.de her.insti. Et dato, ꝙ opinio contraria sit uera in vulgari,
tñ in casu nostro secus est tam in uulgari quã in fideicommissa
ria,p̃p verbum,forte,qđ importat,ut idẽ sit, etiam si grauatus
superuiuat testatori,& decedat sine filiis, per cle.1.cum glo.de
appel.& per Alex.in l.in ratione.§.quod vulgo.ad leg.Fal. & in
rub.de acq.hær. & quia ubi testator vulgariter & per fideicom-
missum expresse substituit, si grauatus testatori prædecesserit,
sine filiis,ad effectum,ut saluetur intentio testatoris,& ut actus
valeat, & non pereat, dẽt illa conditio diuidi in duas, sicut du-
plex est substõ,hoc est,si prædecesserit testatori sine filiis, quæ
refertur ad uulgarẽ,& si p̃cesserit,s.aliis institutis & cohæredi-
bus sine filiis,& ista conuenit fideicommissariæ,arg.l.2.de hæ-
redib.inst.& l.Celsus.de arb. Si.n. solum facta fuisset substõ p̃
fideicommissum,si prædecesserit testatori sine filiis, diuisio p̃-
dicta fieri non posset,quia una tm̃,& non altera illi conuenire
posset,& forte extenderetur ẽt condõ uoluntaria ad alium ca
sum,nec ad aliud tp̃s,per allegata in contrarium, sed etiã isto
casu uerius uidetur,ꝙ hẽat locum extensio extra tp̃s ex p̃sum-
pta uoluntate testõris,ex quo actus aliter ualere non põt,per
no.per Bar.in l.pater.§.fundũ.de lega.3.per allegata p̃ hac par
te tertio loco. Et ex his,quæ quarto adducũtur pro eadẽ parte
colligit ẽt alia rñsio ad cõtrariũ,s.ꝙ tp̃s appositũ, in cõdõne p̃
dicta,refert solũ ad uulgarẽ,& nõ ad fideicõmissariã,ex quo il
li nõ põt cõtrauenire,p̃ l.fi.§.Seio.de leg.2.& p̃ no.p̃ Bar.in l.
in repet.de le.3.& in l.Seiæ.§.Caio.de fun.inst. Et dato,ꝙ sub
stõ fideicõmissaria facta primo loco nõ posset hr̃e locum,nihi
lo minus hẽret locũ secunda, q̃ facta est simpliciter præcedẽti
sine filiis masculis,& sic non est restricta expresse ad tp̃s quo đ
cedat uiuo testõre,nec dictũ tẽpus censetur tacite repetitũ,im
mo ex uerbis probatur,ꝙ præcedens fuit grauatus si superui-
uat & adeat per ea quæ ultimo loco allegantur. Laus Deo.

¶ Nepos an concurrat cum patruo in successione alterius pa-
trui mortui sine filiis masculis, si testator decedenti sine fi-
lijs substituit superstites seu eorum filios, & proximiores,
etiam in feudalibus.

S V M M A R I V M.

1 *Filij filiorum in conditione positi & etiam grauati,non censen-
tur uocati,& parentibus substituti.*
2 *Substitutio facta nepotibus restringitur ad casum, quo teneant
primum locum uiuo testatore,quando in alium casum non re-
periuntur honorati.*
3 *Nepos quando non concurrat cum patruo in successione alte-
rius patrui.*

4 *Alter-*

4 *Alternatiua, seu, posita inter patrem, & filium, ostendit ordinem successiuum.*
5 *Filius si est grauatus restituere filijs testatoris, vel nepotibus, nepotes vocantur post filios, non ante, illis extantibus, nisi ex verbis testamenti aliud colligatur. & nu. 9.*
6 *Nepos cum patruo non concurrit, quãdo plures vocantur sub nomine collectiuo, & prout quisque est proximior. nu. 7. & 10.*
7 *Filij filiorum appellatione veniunt etiam nepotes ex eis, & sic dicitur nomen collectiuum plures personas, & gradus comprehendens.*
Nominatim vocati præferuntur vocatis sub nomine collectiuo. num. 10.
8 *Nepotes simul cum patruo succedunt, quando plures ordine successiuo vocantur, & prout quisque est proximior, quãdo agitur de portione patrui grauati, secus si remotioris.*
11 *Frater defuncti præfertur nepoti in successione, quando in testamento proximior vocatur, secus si illud verbum a lege proferatur, nisi alia sit mens testantis. nu. 13. 14. & 17.*
Nepos in locum patris in successione patrui intrat per fictionem, quæ locum non habet in dispositione hominis, nisi aliàs actus redderetur nullus, & natura rei repugnaret. nu. 17.
12 *Nepos non succedit in locum patris, quando tractatur de successione patrui magni. nu. 18.*
13 *Nepos cum patruo admittitur ad feudum antiquum concessum descendentibus in infinitum.*
14 *Feudi natura per testatorem alterari non potest, sed in dubio uidetur se cum illa conformare.*
Verba testamenti intelliguntur secundum naturam iuris, super quo interponuntur, etiam impropriando & nu. 17.
15 *Feudum quando ueniat in fideicommisso uniuersali relicto uni de comprehensis in inuestitura.*
16 *Vltima uoluntas ualet etiam quoad feudum, quando concordat cum iure communi.*
18 *In substitutione fideicommissaria attenditur proximitas respectu grauati.*

CONSILIVM CLXXI.


ASVS iste, ne uideatur idẽ cũ quodã alio, super quo consului hoc anno, & qui uerti dicebatur in ciuitate Brixiæ, præmitto, ꝙ in facto tunc proponebatur, qualiter testãr instituit filios, & post in stõnẽ immediate subiunxit, eosq. & eorũ filios sibi adinuicem instituit & substituit in stirpes, & nõ in capita, casu quo aliquis, seu aliqui ex eis ab hoc sæculo decederent absq. filiis legitimis ab eo ltĩe descendentib. uulgariter, pupillariter & per fideicommissum & compendiose, &c. Et successiue immediate post talem substõnem dicebatur hoc mõ, qm̃ uult & intẽdit, ꝙ eius bona perueniãt & peruenire debeant in totum iter eius filios & hæredes, eorumq; filios masculos ab eis legitime, & de legitimo matrimonio descẽdẽtes, &c. & prout ẽt facile & clare colligitur ex consilio tunc reddito, & in quo dicebatur, ꝙ
1 † filii filiorum non reperiuntur propriis parentibus substituti ex illa prima substõne reciproca, quia quantum ad suos parentes tantũ sunt in cõdõne positi, quæ non disponit, ẽm glo. cõiter approbatam in l. Lucius. de hær. inst. & quæ locum habet ẽt quando filiorum sunt grauati, ẽm Doct. magis communiter in l. centurio. de vul. & pup. & in locis ibi plene allegatis per Moder. & casu quo propriis parentibus filio filiorum dici possent substituti, dictum fuit, quod esse poterat ex aliis uerbis sequentibus, uidelicet quoniam vult & intendit, quod eius bona perueniant & peruenire debeant in totum inter eius filios & hæredes, eorumque filios masculos, &c. & quod intelligebatur facta hæc substitutio solum in casu prouiso a Gallo, ut est casus
2 in l. Gallus. §. 1. de lib. & post. Et ex his inferebatur, † quod cum nepotes in dictum casum tantummodo reperiantur uocati, quod prima substitutio reciproca facta inter filios institutos, eorumque filios, &c. restringebatur ad casum, quo nepotes primum locum cœpissent tenere uiuo testatore, ut in casu prouiso a Gallo & Velleio, quia cum non essent honorati, neque uocati alio casu non potuerunt grauari. leg. ab eod. C. de fideicomm. Et ad hoc allegabatur Petr. de Anch. in consi. 136. incip. Principaliter ponderandum, &c. & Aret. in consilio 156 Et ex hoc dicebatur, quod sicut non poterat filius testatoris institutus dici substitutus nepoti ex alio filio, nisi eo casu, quo eius pater uiuo testatore fuisset sublatus de medio, quia in istum casum tantum erat honoratus nepos, vt dixi, & ita etiã nepos dicebatur substitutus eius patruo in eundem casum tãtum, s. qñ incepit primum locum tenere uiuente testatore, & non qñ eius pr̃ superuixisset, quia sicut adueniẽte isto casu ex reciproca patruus non erat substitutus nepoti, quia non erat honoratus; ita nepos non potest tunc dici substitutus patruo, vt æqualis sit inter eos determinatio, leg. iam hoc iure. de vul. & pup. Et ad hoc adducebatur etiam Bar. in l. Lucius. eo. ti. maxime in uer. s. sed pone habeo duos filios, &c. vnde cõcludebatur ex præmissis, † ꝙ nepos, qui nõ erat factus suus uiuo auo
3 sicut quãdo pater eius superuixit, & prout superuixerat in casu contingenti, non reperiebatur substitutus patruo decedenti sine filiis, & per cõns, ꝙ non poterat concurrere cum alio patruo superuiuente ad portionem præmortui sine filiis. Et per hoc dicebatur non obstare glo. in l. cum ita. §. in fideicommisso. de legat. 2. quia in casu prædicto non excludebatur nepos, ex eo, ꝙ non posset succedere in locum patris sui & cum patruo concurrere, ut uoluit glo. in d. §. sed quia nepos non reperiebatur alia ratione in hunc casum vocatus, sed tantum in alium, scilicet quando uiuo patre incœpisset primũ locum tenere. Et ista fuit potissima ratio, per quam consului tunc, ꝙ prædicti non concurrerent. Nunc uerò proponitur casus, ꝙ instituit testator filios, & uoluit, ꝙ si aliquis, seu aliqui ex suprascriptis filiis ipsius domini testatoris hæredibus vniuersalibus antedictis ab hoc sęculo decederent quandocunq; absque filiis masculis ab eo seu ejs legitimè & de legitimo matrimonio natis & procreatis, ꝙ alij superstites & superuiuentes, seu eorum filij masculi legitimi & de legitimo matrimonio nati & procreati succedãt & succedere debeant ipsi, seu ipsis, tali decedenti, seu decedentibus in omnib. bonis ipsius testatoris, eosque sibi taliter decedẽti, & ipsis taliter decedentibus instituit & substituit æquis portionibus in stirpem & non in capita uulgariter, pupillariter & per fideicommissum breuiloque & compendiose ac omni iure, omnia &c. Deinde testator prohibuit detractionem Trebellianicæ, & ea ratione, quoniam idem dominus testator intendit, & uult prædicta omnia eius bona remanere in prædictos eius filios & descendentes masculos, eorumque filios ex linea masculina descendentes &c. In hoc igitur testamento non reperitur, ꝙ filius testatoris institutus sit substitutus nepoti ex altero filio, sicut in casu præcedenti, sed Benedictus nepos substituitur filio testatoris instituto quandocunq. decedenti sine filiis masculis, non quidem simul cũ patre suo, sed ordine successi-
4 uo, & † post mortem illius pp illam alternatiuã, seu, quæ denotat dictum ordinem. l. cũ pater. §. pe. de l. 2. & l. hæredes mei. §. pe. ad Treb. & per Bar. & alios in d. l. Gallus. §. quidã recte. Et dicto casu nepos uocatur indistincte post mortem sui patris, & sic siue sublatus sit de medio uiuo testãre, siue post mortem eius añ diẽ fideicommissi cedẽtẽ, quia rõ, pp quam aliter dictũ est in casu pcedenti, cessat in isto. Hæc autem dixisse uolui ne redargui possim de contrarietate, aut uarietate, casu quo diceretur, primũ cõsilium sup eodem testõ factũ mutatis nominibus & locis, & ut cõstare possit, ꝙ uerba testi nõ fuerũt trãsmissa eo mõ, quo reperiuntur scripta, sed aliter, & nedum in figura uerborum, sed ẽt in sensu & in effectu. Restat ergo suiũ in hoc casu dubium utrum ad portionem filii instituti decedẽtis sine filiis masculis admittatur nepos ex filio præmortuo cũ eius patruo. Et prima facie dd̃m uidetur, ꝙ non, per tex. in ter
5 minis ĩ d. l. hæredes mei. §. pe. ad Tre. cum ibi no. ubi habet̃, † ꝙ si uxor instituta sit grauata restituere filiis testatoris uel nepotes admittuntur post filios. Et quia tex. loquitur indistincte, dd̃m est, ꝙ aliquis nepos ex filio ẽt præmortuo non admittat patruo. Et ita tenet ibi Raph. & Alc. per illum tex. indistincte loquẽtem. Idem ergo & in casu nostro, in quo uni ex filiis quãdocunq. decedẽti sine filiis masculis substituuntur alii superstites seu eorum filii, quia, ut dixi, alternatiua, seu, denotat ordinem successium, sicut dictio, uel, posita in d. §. pe. Et pp ea est dd̃m, ꝙ donec superest aliquis filius testatoris institutus, ꝙ nepos ex aliquo filio præmortuo non dicatur uocatus. Et illud etiam probatur ex no. per Bal. & Raph. in l. cum ita. §. in fideic.
6 de l. 2. ubi volunt, ꝙ † quando plures uocãtur sub noĩe collectiuo, & quo casu ẽt intelliguntur uocati ordine successiuo,

& prout quiſq; eſt proximior,vt ibi in tex.ꝙ nepos non cōcur
rat cum patruo.Et cum eis tranſit Ale.in cōſ.204.2.uol. & in
cōſ.229.5.vol.vbi vult ꝑ no.ꝑ Bal.& Raph.in d.§.cum ita. ꝙ
ad emphyteuſim receptā ab eccl'a ꝓ ſe,filijs & nepotibus,non
admittat nepos ſimul cum patruo. Et melius probatur,ut di-
xi,in d.§.pe,cum ibi no.ꝑ Raph.& Ale.& de quo in dictis cōſ.
Ale.nō facit mētionē.Et iſtud ēt cōfirmatur,q̄a ſub illo uerbo
ſeu eorum filios,cōtinētur ēt nepotes filij,& ꝓnepotes teſtō-
7 ris,quia† appellatione filii filiorū ueniunt ēt nepotes eorū, ꝑ
no.ꝑ Bar.in l.liberorū de uer.obl.& per Doc.cōiter in d.l.Gal
lus.§.inſtituēs.& ſic dicitur nomen collectiuum, quia cōtinet
ſub ſe plures perſonas & plures gradus ſm Soc.in d.§.quidā re
cte.& in cōſ.inc.Ab ūde & ſubtiliter,&c. inter conſilia Maria
nu.90.Et ex hoc ſequitur,ꝙ p̄dictis vocatis collectiue p̄ferun
tur illi,qui ſunt uocati noīatim,& ꝙ poſt illos oēs extinctos,
& nō prius dēnt admitti filij filiorum.d.§.cum ita,vbi eſt caſus.
Et iō quia teſtōr prius noīatim inſtituit filios, & deīde uoluit,
ꝙ ſi aliq̄s,ſeu aliqui ex ſupraſcriptis filijs ipſius dñi teſtōris quā
docunq. decederet ſine filijs maſculis,ꝙ alij ſupſtites,& ſuper
uiuentes,ſeu eorum filij ſuccedāt,&c.filij teſtōris etiam ex ſub
ſtōne dn̄r noīatim uocati ꝑ relationē ad inſtōnē, in qua noīe
proprio uocātur.l.Titia.§.fi.& l.pluribus.in prin.de uer.obl.&
ꝑ Bar.in conſ.7.And.Mart.ꝑ p̄ea filij teſtōris ſpāliter ſubſtitu
ti dēnt nepotibus p̄ferri,& illi debent uenire poſt oēs filios ex
tinctos.d.§.in fideic.Et iſtud ēt in ſimili uult Ang.in cōſ.305.
Chariſſime fr. Sed iſtis non obſtantib.contrariū arbitror ue-
rius,nā q̄uis,ut dictū eſt,filij teſtōris,ſeu eorum filij ſubſtituti
in caſu p̄miſſo dicantur uocati ordine ſucceſſiuo, per iura ſu-
pius allegata,nihilo minus nepos ex filio præmortuo ante diē
fideicommiſſi cedētē dēt admitti,& poſſet concurrere cum pa
truo ex ſubſtōne prædicta,per no.per gl.in d.l.cum ita.§.in fi-
8 deic. q̄ uult,ꝙ quando† uocantur plures ordine ſucceſſiuo,&
prout quiſq. eſt proximior,admittātur nepotes ſimul cum pa
truo,ꝑ auth.ceſſante.C.de legit.hær.& cum ea tranſit Imol.&
ſimpliciter alii cōiter,quia p̄ſumitur,ſm Imo.ꝙ teſtōr p̄dictos
uocauerit eo iure,eoq. ordine, quo erant ſucceſſuri ab inteſta
to,& pro quo facit,ꝙ no.Bar.in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi. de
ope.l.b.dum uult,ꝙ pater, q̄ recepit emphyteuſim pro ſe,filiis
& filiab.intelligatur pro eis receptiſſe, ſm ꝙ erant ab inteſtato
ſucceſſuri. Et melius ēt facit,quod no.Bar.in le.uxorē.§.teſtō.
de l.3.cum quo tranſeunt alii in l.Caius.ſol.ma.dicēs,ꝙ ſi pater
dat dotē pro filia,& ſtipuletur eam alternatiue ſibi aut filię red
di,ꝙ dēnt intelligi iſta uerba ordinatim, ſicut a iure ponitur,
ut competat ſibi in uita ſua,& mulieri poſt mortem patris cō-
petat,uel aliter fiat ſui iuris.l.2.§.ꝙ ſi in patr.s.ſo.ma.& l.uni-
ca.§.uideamus.C.de rei uxo.act. ſm quē ordinem dēnt prædi-
cta uerba intelligi.l.cū pater.§.pe.de l.2.& idē puta Bar.ſi pater
ſtipuletur ſibi & filiæ,allegat d.l.Gallus.§.1. unde & eodē mo-
do in caſu noſtro uidetur teſtōr uoluiſſe ſe conformare cum
diſpōne iuris cōis,ſecūdum quam nepos ab inteſtato admitti-
tur pariter cum patruo.d.auth.ceſſante.Et per iſtam rationem
Are.in conſ.164.col.pe.approbat. d.gl.& cum ea tranſit etiam
Ale.in conſi.88.1.uo.dicēs ēt,ꝙ cum ea tranſeunt cōiter Doc.
& idē tenet ēt Ale.in conſ.27.2.uo.& Soc.in conſ.255.Et quę
rō militat,quādo agitur de portione patrui grauati ꝑ fideicom
miſſum relictum ab auo,ſicut in caſu noſtro,quia nepos ſucce
dit in locum patris, quando agitur de ſucceſſione prædictorū
d.auth.ceſſante.& eſſet ſecus,ſi ageretur de portione remotio
ris grauati,quia ſicut in ſucceſſione eius ab inteſtato non ſuc-
cederet nepos in locum patris,ut in authen.de hæred.ab inte-
ſta.§.ſi uero neq. fratres.& in auth.poſt fratres.C.de legi.hæ-
red.ita etiam in fideicommiſſo locum patris non aſſumeret.Et
ita expreſſe etiam concludit Ale.in conſ.4.in antep.col.in fin.
4.uol.Et iſto caſu procedere pōteſt & habere locum opi.Bal.
& Raph.in d.§.cum ita.Et iſta opi.ſpāli rōne procedit iſto caſu,
quando teſtator voluit,ꝙ ſi aliquis,ſeu aliqui,&c.ꝙ alij ſuper-
ſtites,ſeu eorum filij, &c. ſuccedant, & ſuccedere debeant ipſi
ſeu ipſis, tali decedenti, &c. Vnde non ſolum vocātur nepotes
ex filiis,qn̄ oēs deceſſerint ſine filiis, ſed ēt ſi aliquis,& ſic unus
ſolus ex plurib.decedat,quia verba illa,vel eorū filios,determi-
nant etiam illā dictionē,aliquis,& illud, ipſi decedenti. Si ergo
eo caſu aliquis,vel unus decedat,alij ſuperſtites, ſeu eorum fi-
lij ſunt uocati,ergo neceſſe eſt,ꝙ nepos ex filio præmortuo ad

mittatur cum patruo, alias ſi eorum filii vocarentur ſolum poſt
oēs filios extinctos non eſſet dare caſum,in quo decedente ali-
quo vel vno filij filiorum reperirentur vocati contra verba, &
mentem teſtatoris.Et iſta ratio eſt neceſſaria,iudicio meo.Ac-
cedit,quia poſtquam teſtator vocauit ſuperuiuentes, ſeu eorū
filios,ſubiunxit verba hmōi,ſ.eoſque ipſi taliter decedēti,& ip-
ſis taliter decedentibus inſtituit. & ſubſtituit æquis portionib.
in ſtirpem & non in capita,&c. Nam verbum illud,eoſque,&c.
habet relationem ad alios filios ſuperſtites,ſeu eorum filios,de
quibus prædixerat,& omnes ſub ſe continet, & quos tam filios
ſuperſtites quā eorum filios, verbum illud,in ſtirpem, determi
nat,ergo vult,ꝙ in ſtirpem ſimul,& æqualiter ſuccedant; quia,
verbum in ſtirpem,conuenire nō poteſt ſolum aliis filiis ſuper-
ſtitib.qui inter ſe ſuccedunt in capita, ſed inter ſtirpem ſuccedi
tur,qn̄ cum eis cōcurrunt nepotes ex fratre, vel nepotes ex plu
rib.fratribus inter ſe contendunt.§.reliquum. cum ſequenti,de
hær.ab inteſt.& ꝑ Bar.in l.2.§.1.de ſuis & legi. & in auth. poſt
fratres. C. de legitimis hæredib.Nam verbum illud, eoſque,eſt
repetitiuum,ſm Bar.in l.ſi quis ſeruum. §.fi. de leg.2. & ſic ſub
ſe continet alios filios ſuperſtites,ſeu eorum filios,& quos ſub
vno uerbo poſitos determinant illa verba ſequentia,ſcilicet in-
ſtituit,& ſubſtituit æquis portionibus in ſtirpem,& non in capi
ta, ideo quo ad omnes reſpectu temporis debet eſſe determina
tio æqualis.l.ſi legatarius.§.1.de le.1. Et ſic dicendum eſt,ꝙ eo
dem tp̄e prædicti oēs ſub uno uerbo cōtenti vocētur in ſtirpē,
& quia etiam talis modus ſuccedendi conuenit, quando nepos
ad ſucceſſionē cōcurrit cū patruo.d.auth.ceſſante. & ibi no.Et
hoc etiam declaratur ex illis verbis,videlicet, ipſi taliter decedē
ti,& ipſis taliter decedentibus, &c. ex quibus manifeſtè proba-
tur,ꝙ vni ſoli decedenti eſt facta ſubſtitutio in ſtirpes,quod ali
ter contingere non poteſt,niſi concurrant nepotes cū patruo.
Et iſta eſt euidens, & concludens rō. Et ex his ēt ad allegata in
contrarium colligitur clara reſponſio.Et primo ad tex.in d.l.hę
9 redes mei.§.pen.† Nam,vt dixi,iſto caſu probatur ex uerbis te-
ſtamēti, ꝙ uno ſolo filio teſtatoris mortuo teſtator uocauit ne
potes ex filio præmortuo cū patruis ſuis,ſed in caſu.d.§.fi.appa
ret contrarium,quia in tex.dicitur,ꝙ vxor fuit grauata reſtitue
re filiis,vel uni ex eis aliis non extantib.ſm gl. Et ſic,q̄a uni uo-
luit reſtitui, ſi deficerent alij, ex hoc apparet, ꝙ nepotes noluit
admitti in hunc caſum, ſed ſolū in defectū omnium. Et ita etiā
Alex.ibi hoc mō ad hoc ponderat illum tex. Vel ſecundo dici
pōt,ꝙ fuit grauata uxor reſtituere filiis,uel nepotibus,uel co-
gnatis,cui uoluerit,&,ut ibi dicitur, intelligitur data facultas
eligendi tantum circa nepotes & cæteros cognatos.Cum ergo
nepotes ſint uocati ordine ſucceſſiuo, & poſt filios ex natura
alternatiuæ,ut ſuperius dictum eſt, electio non pōt inter oēs
illos cadere,niſi poſtquam omnes poſſunt uenire ex fideicom-
miſſo,quod eſt ſolum poſt mortem oīum filiorum, q̄m altero
uiuēte eligi non poſſent nepotes ex illo,quia non ſunt uocati
ad partem patrui uiuēte ſuo patre.Quia igitur uoluit teſtōr,ꝙ
oēs & ſinguli poſſent eligi,non pōt dicta facultas competere,
niſi poſtquam reperiuntur oēs uocati,& poſſunt oēs & ſingu
li admitti. Nec obſtat, quod no.Bal.& Raph. in d.§.in fideicō.
10 † quia cōtra eos & ſequaces eſt gl. ibi cōiter approbata,ut di-
xi.Et dato,ꝙ p̄dictorum opinio eſſet uera,tamē iſto caſu locū
nō pōt hr̄e,quia cōſtat de cōtraria teſtōris uoluntate,ut decla
ratū eſt in p̄cedētibus. Et ex hoc ultimo tollitur ēt ultima rō:
quia dato,ꝙ fili inſtituti ad fideicommiſſum ſint noīatim uo-
cati,& filii filiorum ꝑ nomē collectiuum,quia tamē cōſtat,ꝙ
teſtōr uoluit filios filiorū præmortuorū admitti cum patruis,
uoluntas eius in hoc ſeruāda eſt.d.§.cum ita.& l.in condōni-
bus primum locum.de cond.& dem.& q̄tum ad hoc ēt cōſtat,
ꝙ teſtōr dilexit magis filios ſuperuiuentes quam nepotes ex fi
lijs præmortuis,tp̄e quo ceſſit dies fideicommiſſi,cum uolue-
rit eos æquis portionib. & in ſtirpem admitti ad portionem fi
liis decedentis ſine filiis maſculis.Et iſta ratio ēt ceſſat,& locū
habere non pōt ſtantibus uerbis teſtamēti ſub tenore, de quo
dixi in principio,qm̄,ut dictum eſt,nepos illo caſu nō eſt uoca
tus,niſi quādo locum patris tenere cępit uiuo teſtōre. Reſtat
mō uidere utrum nepos ex fratre admittatur cū patruo ex te-
ſtō d.Raynaldi, qui primo inſtituit filios d. Manfredini fratris
ſui,& cum hac condōne,ꝙ non poſſint uendere,donare, nec
permutare caſtra & poſſeſſiones, & aliquid de bonis immo-
bilibus.

bilib. d. dñi testoris ultra dictos ꝓximiores, sed ſp ꝯseruẽtur in familia ipſorũ fratrũ de Becaria, & deſcẽdẽtiũ ex eis maſculorũ lĩtimos, ut ſupra, & ꝓximiores, cũ onere, ꝙ ſi ꝓximiores ſui nõ obſeruauerint prædicta, eos priuauit, & ſubſtituit hoſpitale magnũ S. Matthæi Papiæ cũ dictis onerib. Et qa iſtud teſtm̃ in hoc ſatis vr̃ ꝯuenire cũ alio, de quo ĩ pũcto trãſmiſſo, & d̃ quo ſupra feci mẽtionẽ, ꝑpea cępi dubius fieri, vtrũ eẽt eadẽ cã cũ iſta, & inter eaſdẽ ꝑſonas, q̃uis nõia, & loca ſint diuerſa, ſed tñ in ꝑcedẽti themate non erat facta mẽtio de bonis feudalib. nec ꝙ in hoc ultimo teſtõ teſtõr de bonis feudalib. diſpoſuiſſet, ſicut nũc proponitur. Nã in illo teſtõ prius trãſmiſſo dr̃, ꝙ teſtõr uetuit vẽdere poſſeſſiones & domos, &c. & in iſto dr̃, qđ noluit vendi poſſe caſtra, poſſeſſiones, nec aliquid aliud de bonis ſuis, &c. Et in his uerbis reperitur ultimũ a primo differre. Circa hoc igitur poſſet primo in dubiũ reuocari, an ex uerbis ſupra relatis dicatur inductũ ſimplex fideicõmiſſum, uel ſolũ ĩ caſu alienõnis ſequutæ. Sed quia de hoc quærere, & diſputare eſt ſatis ſuperfluũ, iõ hac diſputatione omiſſa quærẽdũ ẽ, vtrũ nepos ex fratre ꝑmortuo admittatur ſimul cũ patruo, ẽt ſi dici poſſet, ꝙ caſus fideicõmiſſi eueniſſet. Et videtur, ꝙ nõ cõcurrat nepos cum patruo ex hoc teſtõ, quia hoc caſu ceſſant ea, q̃ allegantur circa præcedens teſtm̃ d. Mãfredini. quia ex hoc nõ apparet, ſicut ex illo dicitur apparere, ꝙ vno ſolo ex hæredibus inſtitutis mortuo, voluerit, ꝙ cũ fratre illius præmortui cõcurrat nepos eiuſdẽ ex alio ſuo fratre ꝑdefuncto, ĩmo potius dicit ꝯtriũ apparere, dũ vult, ꝙ bona ſp cõſeruẽtur in familia ipſorũ fratrũ de Beccaria & deſcẽdẽtiũ ex eis maſculorũ lĩtimos, ut ſu

11 pra, & ꝓximiores, &c. ex† quo vltimo verbo, ſ. proximiores ꝑfertur frater defuncti, tãquã proximior nepotib. ex alio fratre præmortuo. l. Iuriſcõſultus. §. 2. gradu. & §. ſeq. de gradi. Et quãuis gl. in d. l. cũ ita. §. in fidei. uideatur uelle, ꝙ ſub dicto uerbo includatur ẽt dictus nepos nihilo minus ipſa loquitur, qñ de illo fit mẽtio diſpõne legis, ut ibi in text. Sed aliud videtur, qñ hoc uerbum profertur ab hoĩe. Et hoc caſu procedere põt op. Bal. ibi ꝯ gl. Et iſtud ẽt uult Ale. in cõſ. 204. 2. vol. ꝑ plura, & maxime, qa, ꝙ nepos intret in locũ patris, iſtud ẽ per fictionẽ, ut ꝓbatur in auth. de hær. ab inteſt. §. hoc vero priuilegiũ. & l. fi. C. de impu. & alijs ſubſt. in uerbo, intelligitur, ꝙ importet fictionẽ. l. ſi is qui ꝓ emptore. de uſuc. & ibi per Bar. & in l. ſi tibi hõ. §. cũ ſeruus. de le. 1. & quæ fictio & improprietas locũ nõ hẽt ĩ diſpõne hoĩs. l. ex ea. §. inſulã, de uerb. obl. Et quãuis loquatur Ale. in ꝯtractib. idẽ tñ in ultimis uoluntatib. quæ quãtũ ad hoc nõ differunt ꝯ̃ctu, vt eſt caſus iuncta gl. 1. in l. fi. C. de his. q. ueæ ætatis imp. Et iſta opinio cõfirmatur, quia ꝑ fideicõmiſſum nõ ſucceditur hæredi grauato, ſed teſtõri. l. cohæredi. §. cũ filiæ. de uul. & pu. Cũ ergo agatur de ſucceſſione d. Raynaldi, qui nõ ẽ aſcẽdẽs, neq; patruus dictorũ nepotũ, qui cõtẽdũt admitti, ſed

12 † ſit patruus magnus eorũ. d. l. Iuriſcõſultus. §. 5. gradu. nõ ſuccedit filius loco patris defuncti, vt habetur ĩ auth. poſt fratres. C. de legi. hær. nec iſto caſu locũ hẽt gl. in d. §. in fideic. ſm̃ Ale. in d. cõſ. 4. in 4. vol. & dixi in præcedẽti dubio. Et per alia poſſet ẽt iſta opinio cõprobari, q̃ pro nunc omitto, quia ex dicendis infra ad omnia apparebat ſolutio. Sed iſtis & alijs nõ obſtãtib. contrarium, iudicio meo, eſt uerius. Et præmitto, ꝙ patruus & nepotes ex inueſtituris antiquis venire poterãt ad feuda iſtius teſtatoris conceſſa ẽt pro filijs & filiorum deſcẽdẽtib. & deſcẽdẽtium deſcẽdẽtib. in infinitum, quia ipſi ſunt de deſcẽdẽtib. primi inueſtiti, & comprehenſi ſub illo nomine collectiuo pro deſcendentib. Vnde ex natura iſtius feudi antiqui, & dicto mõ

13 † conceſſi nepos ex fratre præmortuo admittitur ſimul cum patruo c. j. §. his uero deficientib. de gradib. ſucce. in feudo, & ibi per And. de Iſer. Bal. & alios, & in c. j. §. decedenti. de ſucceſ. feudi, & ibi per Bal. & Aluar. & per Bald. in c. 1. §. ſi tamen. qui feu. da. poſ. & Are. in conſi. 164. in 1. col. & Soc. in conſ. 252. in prin. Et quia agitur de ſuccedendo fratri & patruo, non erat ẽt neceſſe, ꝙ prædicti eſſent hæredes decedẽtis agnati tranſuerſalis. c. j. an agn. vel fil. & ibi per omnes. Et de quib. feudis expreſſe diſpoſuit ẽt teſtõr prohibendo alienationẽ caſtrorum feudalium cum omnib. alijs bonis immobilibus. Quamuis ergo per illa uerba appoſita poſt prohibitionem, uidelicet ſed ſemper conſeruentur, &c. induceretur ſimplex fideicõmiſſum, nihilominus intelligitur ex præſumpta mẽte teſtatoris nepos ex fratre uocatus cum patruo, quia cum in illo feuda ẽt comprehendatur, præſumẽdum, eſt ꝙ noluerit alterare naturam feudi & inueſtituræ præcedẽtis, ſed ꝙ uoluerit potius ſe conformare cũ diſpõne iuris, ar. no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. & in l. uxorem. §. teſtõ. de leg. 3. & in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi.

14 de ope. lib. & ꝑſertim, † quia nõ põt uaſallus in teſtõ diſponere de feudo, & naturam inueſtituræ alterare. c. 1. in princ. de ſuc. feu. & in c. Imperialem. in prin. de prohib. feu. alie. per Fed. & declarat Bal. in d. c. j. an agn. uel fil. & Bal. & Ang. in l. item uidendũ. §. fi. de pet. hęr. Vnde uerisimile non eſt, ꝙ de feudo ordinauerit aliter, quam potuerit, & contra id qđ a iure diſponitur, ſm̃ Bar. in l. ſi quis ſub condõne. de cond. inſt. Et prædicta confirmantur ex no. per Are. quaſi in terminis in conſi. 164. uerſ. uenio nunc ad quartum & ultimũ, &c. ubi concludit ꝙ pacta inita inter feudatarios recipiunt interpretationẽ, ut contrahẽtes uideantur ſenſiſſe & uoluiſſe feuda deferri ſm̃ ius feudorũ & ius commune. Et allegat no. ꝑ gl. & Imo. in d. l. cum ita. §. in fideic. de leg. 2. & tex. in c. 1. §. filia. de ſuc. feu. ubi habetur, ꝙ ſi pater fuit inueſtitus pro filio maſculo & fœmina, non dicitur fœmina uocari, niſi deficientib. maſculis propter naturam feudi, licet copula de ſui natura uideatur ſimul uocare. l. ſi Titio & ſi mulieri. & Titio. de vſuf. accreſcen. & plene traditur in d. leg. Gallus. §. j. Et ſic ibi ꝓbatur, ꝙ in materia feudorũ uerba contrahẽtiũ interꝑtãtur ſm̃ naturã iuris, ſuꝑ quo interponuntur. Idẽ ergo dđm eſt de uerbis ꝓlatis in teſtõ, ꝑ not. ꝑ Bar. in d. §. cũ ita, quẽ ẽt adducit Are. & cõprobatur ex no. per Pet. de Anc. in l. tres fratres. de pactis. dicẽs ꝙ ſi filij maſculi ex forma ſtatuti excludũt fœminas, inſtituat pater filios ſuos, non intelligitur ſenſiſſe de filiab. quarũ natura, & cõdõ reperitur eſſe diuerſa a maſculis ꝑ ꝑ ſtatutũ, cum quo videtur uoluiſſe ſe conformare. Et cũ eo tranſit Ale. in cõſ. 127. Viſo teſtõ, &c. in 1. uol. pro quo adducit ẽt no. per Bar. in d. §. cum ita. & no. per Imo. in l. fin. de cõd. & dem. qui vult ꝙ teſtõr in dubio videatur ſuã diſpõnem uelle intelligere & modificare ſm̃ diſpõnem ſtatuti. Et, ut dixi, iſtud in caſu noſtro magis & facilius eſt præſumẽdũ, ex quo nõ potuit teſtõr de feudo diſponere in teſtõ aliter quam a iure di-

15 ſponatur d. c. 1. de ſucceſ. feu. Nec ob. ſi dicatur † ꝙ immo feudũ uenit in fideicommiſſo uſi, qñ relictũ eſt uni de comprehenſis in inueſtitura, ſm̃ Io. And. in add. Spe. in tit. de loca. §. nunc uero aliqua. in add. inci. Queſtio nõ eſt dubia. & Nic. de Neap. & Pa. de Ca. in l. ſi patroni. in prin. ad Tre. quia illud eſt verum quando feudũ eſt receptũ pro ſe & hæredib. & ſic qñ defertur iure hæreditario. Secus uero quando recipitur ꝓ ſe filiis & deſcendentib. vt in caſu noſtro, qa cũ nõ capiatur tunc iure hęreditario, ſm̃ Doc. in c. j. an agna. uel fil. non põt uenire in reſtõne fideicõ. l. mulier. §. fi. ad Tre. Et ita ẽt declarat hoc mõ Ale. in d. l. ſi patroni. intelligit d. Io. And. & in conſi. 19. 5. vol. Nec dicatur, ꝙ nepotes, de quib. agitur cũ ſint hæredes do. Raynaldi mediate uel immediate, dñr approbaſſe eius diſpõnem de feudis, contra quam non poſſunt contrauenire. l. cum a matre. C. de rei uend. & ꝓut uidetur ẽt uelle Alex. in d. l. ſi patroni & in conſi. 29. 5. uol. quia conſiderãdũ eſt initium diſpõnis & tp̃s teſti, quõ attento diſpõ fuit ipſo iure nulla, & q̃uis potuiſſet ex poſt effectũ hẽre ꝑ accidẽs, hoc non eſt in conſideratione. & ideo qa non potuit teſtator ab initio ualide diſponere de feudo, præſumẽdũ eſt, ꝙ de eo diſpoſuerit ſm̃ eius naturã & ſm̃ iuris formam, ſm̃ Bar. in d. l. ſi quis ſub conditione. & ſic ꝙ uoluerit nepotes concurrere cum patruo, & ſe conformare ĩ hoc cum iuris diſpoſitione, & ſm̃ quam interpretationem potuit ſua diſpoſitio eẽ ualida, qa tunc tẽdit ad coadiuuandũ ius commune, ſm̃ And. Sicul. in quodam conſilio inci. Illud afferam in medium, &c. inter conſilia Ale. 56. 4. vol. ubi in ſpẽ concludit,

16 ꝙ valeat † vltima voluntas ẽt quo ad feudũ, qñ concurrat cũ diſpoſitione iuris, & ꝑpea cum poſſit ab initio valere mediãte hac interpretatione, dẽt capi, & non alia, ſm̃ q̃, vt dixi, eẽnt nulla. l. quoties. de reb. dub. & l. quoties. de ver. obl. Sicut ergo quo ad bona feudalia intelligitur teſtator voluiſſe, ꝙ nepos concurrat cũ patruo, eſt etiam credendum ꝙ idẽ voluerit de aliis bonis allodialib. cũ de oĩb. ſimul diſpoſuerit, vt oĩum ſit determinatio æqualis. l. iam hoc iure. de vul. & pu. & l. quamuis. & l. hæreditatẽ. C. de impub. & aliis ſubſtitu. Et ita ẽt in ſimili ꝑ hanc rationem decidit Bar. in l. Titio centum. in prin. de cond. & dẽ. Nec ob. allegata in ꝯ̃rium, & primo ꝙ teſtator uocauerit ꝓxi

17 miores de familia dictorum fratrum inſtitutorum, qa † ex natura

tura feudi, ſm quam nepos admittitur cum patruo, ut dictum eſt ſupra patruus non reputatur proximior, ideo illud verbũ a teſtatore prolatum recipit interpretationem a iure feudorũ etiam ſi nepotes ficte, & non vere, improprie & non proprie dicerentur ꝓximiores d.c.i.§.filia.de ſucceſ.feud. vbi probatur inducendo vt ſupra, ꝙ uerba prolata ab homine, capiuntur im proprie ex natura feudi, ſuper quo interponuntur. Et facit. l. ſi ſtipulatus. in prin. de uſur. & l. inſulã. de præſcrip. ver. & l. ſi v-no. in prin. loca. Et per hoc reſpondetur ad aliud, ſ. dum dicitur ꝙ nepos repreſentat perſonam patris ficte, & ꝙ uerba non ue rificantur in caſu ficto. l. fi. C. de his qui ve. æta. impet. q̃a hoc nõ hẽt locũ, qñ natura rei, ſuper qua interponũtur, repugnat. Præterea, ex quo non poſſet aliter diſpõ teſtõris ab initio uale re verba dẽnt impropriari, & in caſu ficto uerificari ad effectũ ut actus ſit ualidus, d. l. quoties. Quemadmodum ergo uerbum illud, proximiores, uerificatur in nepotib. quo ad feuda, ita ẽt quo ad alia bona illos includit d. l. iam hoc iure. & q̃a vnum & idem uerbum non dẽt in dubio cenſeri iure diuerſo. l. cum qui ædes. de vſucap. & per Bar. in d. l. Titio centum. Non ob. poſtre mo dũ dicitur ꝙ ꝑ fideicommiſſum ſucceditur teſtõri, qui non eſt aſcendens, nec patruus iſtorum nepotũ, iõ quo ad eius ſuc ceſſionem non repreſentat ꝑſonam patris, ꝑ ea quæ hẽntur in
18 d. auth. poſt fratres. † Quia immo dẽt attẽdi proximitas reſpe ctu grauati, & non reſpectu teſtõris grauantis, qñ agit de ſub ſtõne fideicommiſſaria, vt declarat & probat Soc. ꝑ plura in l. ſi cognatis. de reb. dub. circa fi. qui allegat do. Ale. & alios plu res ita conſuluiſſe. Et item tenet latius in cõſi. 249. col. 13. ver. circa ſecundã difficultatem, &c. vbi de hoc pleniſſime longum eẽt & ſuperfluum oĩa referre, iõ breuitatis cã me refero quo ad hoc ad ibi dicta, vbi etiam rñdetur ad oĩa, q̃ in cõtrariũ pñt ad duci. Quia ergo grauatus erat patruus, ſuccedũt nepotes in lo cum patris, ut in dictis iurib. Et ubi etiam pro patruo poſſet ad duci alia coniectura, illa procederet, qñ teſtõr de bonis allodia lib. tm̃ diſpoſuiſſet, ſed quia ẽt de feudis diſpoſuit, tollitur oĩs cõtraria coniectura per prædicta. Et vbi apparere poſſet, ꝙ ali ter qñq; determinauerim, illud dictum fuit, quando ſolum de bonis allodialib. teſtõr ordinauit, uel ſaltem non fuit expoſitũ ꝙ extarent bona feudalia, & ꝙ de illis teſtõr diſpoſuerit, ut ẽt dixi ſuperius. Laus Deo.

ADDITIO.

Refert ſe ſupra ad conſi. 101. co. vol. Hier. Zanch.

¶ Subſtitutio facta uni filio nato & plurib. naſcituris ex eo, ca-ſu quo & natus & naſcituri ſine filiis morerentur, nullo na-to, & mortuo nato ſine filiis an locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictum a ſubſtituto tantum, non autem ab in ſtituto, ſi ſubſtitutio locum non habet an ſit præſtandum.*
Subſtitutus pluribus naſcituris, uno nato non admittitur.
2 *Pluralis numerus non conuenit uni ſubſtantiuo ſingularis nume ri, licet pluribus conueniat.*
3 *Subſtitutus eo caſu, quando teſtator filium natum inſtituit, & filios naſcituros maſculos, & illis ſine maſculis deſcendenti-bus ſubſtituit, an admittatur nullo maſculo nato, ſed ſola femi na.*
Pluralitas quãdo reſoluatur in ſingularitates ex ueriſimili men te defuncti. & nu. 5. & 7.
4 *Copula requirit concurſum copulatorum.*
6 *Pluralitas debet æqualiter determinare omnes caſus, ad quos referri poteſt.*
7 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates, quãdo ſaltem habitu uel potentia in pluribus poteſt uerificari, aliãs ſecus.*

CONSILIVM CLXXII.



VAESTIO, quæ proponitur prima frõte viſa eſt valde dubia. Et pro veritate apiẽda conſidero
1 aliquos caſus. Primus † eſt, quando fideicõmiſſum eſt relictum a ſubſtituto tm̃, & non ab inſti tuto, quo caſu ſi ſubſtõ non hẽt locum, q̃d iuris ſit declarat Barto. & Docto. in l. quamdiu, l. ultima. ff. de acqu. hær. & Oldr. conſi. 177. inci. Teſtator in ſuo ultimo teſtõ, &c. & Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de teſta. §. in primis in ulti. add. uer. occurrit caſus nouiſſimus. Et de hoc per Alex. conſi. 1. in 1. uol. Et iſte non eſt proprie caſus noſter, quia fideicommiſſũ fuit relictum nedũ a ſubſtitutis, ſed ẽt ab Angelo inſtituto, uidelicet caſu quo Angelus & eius deſcẽdentes, vt ſupra, inſtituti & ſubſtituti decederent omnes, & deficerent, ita, ꝙ nullus ex eis extet, extaret, uel extare poſſet, &c. Secundus eſt caſus qñ
2 † teſtator inſtituit plures filios naſcituros, & eos inuicem ſub ſtituit, & ſi omnes quandocunq. decederent ſine filiis, ſubſti-tuit Caium, & iſto caſu loquitur Io. And. in eadem addi. uer. 4. q. &c. Oldra. in conſi. 142. Factum tale, &c. Qui concludunt, ꝙ uno nato & mortuo non admittitur ſubſtitutus, quia plurali-tas & uniuerſalitas non poteſt in vno uerificari, per not. in leg. Mæuius. §. eum qui. de leg. 2. Et adhuc iſte etiam nõ uidetur ca-ſus nr̃, quia illud verbũ plurale & vniuerſale, oẽs, refertur ad il lud plurale, deſcendentes, & illud determinatur, & non po-teſt referri ad Angelum, de quo teſtator loquitur in ſingula-ri, quia licet numerus pluralis poſſit dari ad plura ſubſtanti-ua ſingularis numeri. leg. cum filio. cum gloſſ. in uerbo relictis. de leg. j. & per Barto. in leg. Plautius. de auro, & arg. leg. nõ tñ congruit vni ſubſtãtiuo tantum ſingularis numeri. l. vbi numerus. de teſtib. & maxime qñ ꝑcedit numerus pluralis, cui congrue poteſt illud uerbum, oẽs, adaptari. Et ideo cum Ange lus nõ includatur, nec includi poſſit ex proprietate verborum ſub dicta pluralitate & vñitate, ceſſare uidetur rõ prædictorũ. Et tanto magis, quia in caſu eorum agebatur de excluſione ma tris a luctuoſa hæreditate filij, ꝯ quã coniectura tacita non attẽ ditur, ſm prædictos, per l. fin. C. de inſtitutio. & ſubſti. Quæ rõ ſimiliter uidetur in caſu noſtro ceſſare, quia ex ordinatione te-ſtatoris conſtat, ꝙ uoluit excludere fœminas, cum Angelum, & eius deſcendentes maſculos ordine ſucceſſiuo, & illis deficiẽ bus ſubſtituerit alium de eadem agnatione, propterea non dẽt fieri interpretatio reſtrictiua cõtra hunc vltimum eiuſdẽ agna-tionis in fauorem fœminarum deſcendentium ab ipſo Angelo quas teſtõr fauore agnationis excluſit, ut colligitur ex not. per Pe. de Anc. in conſ. 26. inci. Non ſeruato ordine debitorũ, &c. Et ꝓpterea uidetur, ꝙ mẽs teſtõris colligatur ſatis ex his, quæ in teſtõ ordinauit, & ꝙ ẽt tollatur, ꝙ voluit Pe. de Anc. in cõſ. 397. inci. Ex ſerie teſti, &c. quia in caſu ſuo tractabatur de ex-cluſione agnatorum maſculorum mediãte ſubſtõne. Sed in ca ſu noſtro per eam includitur agnatus, & ubi ẽt eſſemus in caſu Oldr. & Io. And. uidetur tamen ꝙ eorum deciſio non ſit uera, & cõtra illã uidetur eſſe caſus in l. Lucius. in prin. de lib. & poſt. ubi habetur, ꝙ exhæredatio, q̃ ẽt ẽ odioſa, facta de cæteris oib. filijs, & ſic per plurale & ſignũ vniuerſale, verificatur in uno ſo lo filio, quẽ tex. ẽt ibi ponderat Are. ꝯtra prædictos, & l. placet. co. ti. Et adhuc contra eos videtur deciſio Bar. in l. 2. in prin. de vul. & pup. uer. quæro, quid de pupillari partim tacita, &c. dum vult, ꝙ ſubſtõ cõcepta in unũ caſum, puta ſi filius hæres erit, admittatur contra matrẽ in caſu omiſſo, ſ. ſi hæres non erit, & in pupillari ætate deceſſerit, quia, ſm Bar. qua rõne teſtõr exclu ſit matrẽ vno caſu, veriſimile eſt, ꝙ eam voluerit excludere alio caſu, & cũ eo transeunt reliqui. Idẽ ergo eadẽ rõne uidetur di-cendum in caſu præmiſſo. Tertius eſt caſus, quando inſtituit te ſtõr unum iam natum, puta Angelum, & alios naſcituros inſti-tuit uel ſubſtituit ſimpliciter Angelo poſt mortẽ ſuã, puta eius filios & deſcendentes maſculos. Et caſu quo d. Angelus & eius deſcendentes omnes decederent, & deficerent, ſubſtituit aliũ.
3 Et † iſte eſt caſus noſter, in quo uidetur dđm, ꝙ ſubſtitutus ad-mittatur, q̃uis aliquis filius maſculus non ſit natus, ſed fœmina tñ, q̃a pluralitas dicto caſu dẽt reſolui in ſingularitates, ex quo nõ ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mẽte defuncti excludat ſubſtitutũ, ſicut quando inſtituuntur plures, & caſu quo ambo uel vterq. uel oẽs deceſſerint ſine filiis, alius ſubſtituitur, cõtra propriã verborũ ſignificationẽ, uno tantum mortuo ſine filiis, admittatur ſubſtitutus. l. fi. §. filium. de le. 2. & l. Lucius. §. Caio. ad Treb. & notant oẽs in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Treb. & in l. pe. C. de impub. & aliis ſubſti. Sed tamen premiſſis non obſtan tibus de iure puto uerius, ꝙ ſubſtitutus dicto caſu non admit-tatur. & mihi videtur, ꝙ caſum noſtrũ in terminis decidat Pau. de Ca. in conſi. 14. inci. Viſis & conſideratis, &c. Nam, ut ipſe refert, in caſu ſuo fuit concepta ſubſtitutio in caſu pluriũ ma-

ſculorum

seculorum nascitur orũ, videlicet Nicolai iam nati & posthumi seu posthumorum nasciturorum, per illa uerba, & si contingat d. Nicolaum. & alium seu alios decedẽtes sine liberis, &c. Quia
4 ergo, s̃m eum, testõr loquitur, per copulam † &, non per disiunctiuam, ad hoc ut habeat locum substõ, requiritur ꝙ sine liberis decedant, non solum ipse Nicolaus, sed etiam alius seu alii nascituri, & sic requiritur concursus duorum decedentium sine liberis propter naturam copulæ. l. si hæredi plures. de condi. institu. Si ergo alius masculus non fuit natus, mori non potuit, quia solus uiuens moritur. l. qui duos, de manu. test. Mors nãq; est priuatio uitæ, & eã soluit, ĩ auth. de nuptijs. §. deĩceps. & ubi nõ est uita, & sic habitus, nec priuatio eẽ potest. de ver. obli. l. decẽ. & de iustitia & iure l. manumissiones. Quia ergo solus Nicolaus mortuus est sine liberis, igitur cõdõ non extitit, quæ concepta fuit in casu plurium filiorum morentium sine filiis, & qui casus tanquam omissus habetur pro omisso. l. commodissime. de lib. & post. Et ita s̃m Pa. de Ca. expresse determinat Io. And. in additi. superius allegatis in 4. q. & quam quasi in terminis dicit fuisse de facto, & ita fuisse iudicatũ. Et refert ẽt Pa. de Ca. rõnes Io. And. & subdit Pau. ꝙ dicto casu res est clara. Et iste casus non differt a nostro, nisi quia nascituri in casu Pa. de Ca. erant instituti pariter cũ iã nato in pari gradu, sed in casu nostro erant vocati post mortem Angeli instituti. Sed ista differentia non importat iuris ministeriũ, quia utroq; casu militat rõ Pa. de Cas. qm̃ substõ ultima in casu plurium decedẽtiũ sine filijs est facta & cõcepta per copulam, si Angelus & eius descendentes decesserint, &c. Alijs ergo non natis, & decedente Angelo non potest habere locum substõ, quia copulata non concurrunt, cum alii, qui non sunt nati, non dicantur decessisse sine filiis. Sola est igitur uis & difficultas in respõdendo ad allegata in contrariũ. Non obstat igitur, ꝙ pluralitas † resolui
5 debeat in singularitates, per l. fi. §. filium. & l. Lucius. §. Caio. præalleg. Quia vbi Angelus habuisset filios si ĩcipimus a morte Angeli, & non potuisset ultimus substitutus admitti, quia excluderetur per filios d. Angeli, qui sunt prius uocati, & post mortẽ patris substituti, aut incipimus a morte filiorum prædictorũ, & similiter non posset habere locũ substõ. quia illi uiuente patre non sunt honorati, ideo etiam nõ potuerunt grauari dicto casu. l. ab eo. C. de fideicommissis. & l. 1. §. sciendum. de leg. 3. Et idem quando mortuo iam patre unus ex descendentib. masculis Angeli mortuus fuisset, quia cum adinuicem dicti descendẽtes sint substituti, nõ potest uenire hoc casu vocatus post mortem omnium. l. quamuis. C. de impub. & aliis substit. & declarat Bal. in l. 1. C. de cond. inser. Quemadmodum ergo est impossibile, ꝙ pluralitas resoluatur dictis casib. in plura subiecta in fauorem substituti post mortem omnium, eodem modo non debet resolui in casu contingenti, uidelicet quando Angelus decessit nullis ex eo extantibus masculis, quia illa non debet di-
6 uerso iure censeri. l. eum qui ædes. de usucapio. Et quia † dicta pluralitas debet æqualiter determinare omnes casus, ad quos potest referri d. l. quamuis. & l. iam hoc iure. de uulg. & pup. & l. si legatarius. cum ibi no. per Bar. de leg. 3. Et per hanc specialem rationem uidetur efficacissime probari, quod in casu nostro non possit habere locum dicta substitutio, quæ cessat in casu Oldradi, Io. And. Pau. de Cas. Et propterea cum non possit & non debeat dicta pluralitas in singularitates resolui, requiritur mors plurium, etiam secundum Bal. in d. l. j. C. de condic. inser. ꝙ isto casu non accidit, quia unus solus est mortuus, scilicet Angelus, & non alii, qui non sunt nati. Secundo potest responderi, & per hanc responsionem defenditur etiã opinio Oldr. & sequacium, & maxime Pa. de Ca. in d. consi. quod hoc
7 † casu cessat dicta resolutio, quia demũ locum hẽt, quando in pluribus casibus adimpleri potest dispositio distributiui, quia ad hunc effectum fit talis resolutio. l. falsa. §. fi. de condi. & demõ. & in l. 2. §. fi. de cond. insti. & d. §. filium, & d. §. Caio. Et probatur in omnib. casib. legum de materia loquẽtib. Sed vbi post mortem plurium, vel unius viuentis, & aliorum nasciturorum fit substitutio antequam alii nascantur, non potest pluralitas complexiue, nec actu, nec potentia uerificari, quia antequam quis nascatur, uel pro iam nato habeatur, iux. l. qui in utero. de statu ho. non potest mori, sed demum adest potentia moriendi post natiuitatem, & non prius immediate, & principaliter, sed solum adest potentia nascendi immediate, & principaliter, & mediate, & seu in consequentiam potentia moriẽdi. Sed hoc nõ attenditur, sed illud, qđ principaliter & immediate cõsideratur. l. rogasti. in prin. & l. si quis nec cãm. ff. si cer. pet. & l. sed si plures. §. in arrogato, de uul. & pup. & l. sociũ q. in eo. ff. pro socio. Et ꝑpea pluralitas non põt resolui ante natiuitatem aliorũ, q. a verificaretur solũ in iã nato, & nõ in aliis, sicut prius nõ põt cõplexiue verificari, añquã alii nascantur, vt dixi. Et ex hoc seqtur, ꝙ in casu nr̃o vel simili subintelligitur alia cõdõ, uidelicet si plures extabũt, q. a cõdõ exp̃ssa, sub qua substitutus uocatur post mortẽ pluriũ, nõ põt impleri, nisi ꝑ supexistẽtiã plurium, & iõ dicta tacita cõdõ tãquã antecedẽs necessariũ ad expressam de necessitate subauditur. l. illud. de acq. hær. in prĩ. & l. ad rem mobilẽ. de proc. Et iõ aliis nõ natis defecit dispositio ex defectu cõdõnis ẽt tacite, vt no. in l. itẽ q. a. ff. de pactis. Et ꝑ hoc nõ obstat aliud, uidelicet ꝙ pluralitas plerunq; uerificatur in uno. l. 3. §. negocia. de neg. gest. & l. prætor. §. hoĩes. ui bo no. rapto. & d. l. 1. C. de cõd. inser. & l. nõ est sine liberis. de ver. sig. q. a illud est verum, quãdo pluralitas saltẽ habitu & potẽtia verificari potest in plurib. sed vbi in plurib. nõ põt ĩpleri ẽt potẽtia & habitu, sicut in casu nr̃o, tũc in vno nõ ĩpletur, si dispõ locũ nõ hẽt, tãq̃ nõ cõprehẽdat hũc casũ. Nõ ob. insu ꝑ d. l. Titius. in prin. de li. & post. q̃ ibi põderat Arc. q̃ Io. An. q. a immo s̃m gl. 1. ibi, ille sermo, sc. cæteros filios meos exhæredo non pficitur in illo filio tm̃, quẽ testõr hẽbat, & iõ posthumi ẽt cõprehẽdũtur, & q̃ gl. relata ad tex. & sic eo casu quo hẽbat testõr vnicum filium, est vera s̃m Im. & Ale. ibi, q. a in illo pluralitas illa & uniuersitas uerificari non potest. Et allegat Im. no. in d. l. Mæuius. §. eũ q. de le. 2. quẽ ẽt allegat Old. & Io. An. in dictis locis. Et idẽ vltra prædictos uoluit Bar. quẽ non allegãt in l. q. filiab. ĩ prin. de le. 1. ubi dixit, ꝙ si testõr legat filiis uel filiab. ĩ plurali, cũ unicũ filiũ hẽat, ꝙ ueniunt ẽt posthumi, qui aliàs non ueniunt, si sermo pluralis ĩ plurib. iã natis posset verificari, ut ibi dicit in textu. Et ideo q. a in casu d. l. Titius. sermo pluralis, saltẽ potẽtia, potest dicto casu in posthumis locũ hẽre, quia, ut dixi nasci possunt, merito si non nascãtur, uerificatur in solo iã nato. Sed in casu nostro, ut iã dictum est, pluralitas circa mortem, ẽt potẽtia non potest uerificari vno uiuo, antequam alii nascãtur. Ideo aliis non natis non hẽt locũ in iã nato tm̃. Et ꝑ hæc ẽt rñsio colligitur ad no. ꝑ Bar. in l. 2. in prin. de uul. & pu. quia in casu suo non hẽt locũ prædicta ratio & consideratio. Nec ẽt ob. q̃ ĩ casu nostro uideatur cessare ratio Old. & Io. An. & Pe. de Anc. qui talẽ interpretationẽ faciunt in fauorẽ ꝑsonę, q̃ quã tacita coniectura non admittitur, quia decisio Old. & Io. An. ẽ vera indistinctẽ. ẽt si talis ꝑsona non superfit, sed alia q̃libet. Et ipsi hoc idẽ sentiũt, dũ dicũt præsertim, uel maxime. Et expressius hoc uult Pa. de Ca. in d. cons. Et hoc quia casus iste est omissus, & non prouisus. Et quia non est adimpleta conditio, sub qua substitutus uocatur, ideo voluntas testatoris, q̃ non transiuit ad dispositionem, non attenditur. l. quidam cum filium. de hæredibus instituen. Et propterea concludo cum clarissimo domino consultore, quod substitutus non dicatur in hunc casum uocatus. Laus Deo.

¶ Filij adoptiui, si testator eos in conditione posuit cum legitimis & naturalibus, an excludant substitutum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimi tantum positi in conditione cum legitimis & naturalibus excludunt substitutum.*
Legitimi tantum dicuntur filij adoptiui, secus si simpliciter proferatur uerbum, legitimi. & nu. 3.
2 *Alternatiua, uel, & seu, posita inter diuersas, species, sui natura disiungit simpliciter, secus si ponatur inter ea quæ sunt idem.*
4 *Fideicommissum quando solum inductum dicatur in casu, in quo fiat contra prohibitionem alienationis. & nu. 9.*
5 *Substitutus uocatus sub conditione copulatiua, si institutus & eius filij decessisset, &c. non admittitur, si institutus nullum habuit filium, secus si alternatiua. & nu. 6.*
6 *Filiorum appellatione simpliciter non ueniunt adoptiui ad exclusionem substituti.*
7 *Copula ponitur pro disiuncta propter sequentem alternatiuam sub*

sub eadem determinatione positam, ne sequatur perplexitas, non autem alternatiua pro copula ponitur.

8 *Sequentia declarant praecedentia ex praesumpta mente testantis.*

9 *Fideicommissum simplex inducitur per prohibitionem alienationis, quando in casu alienationis specialiter est facta substitutio, uel quando uerba aliàs redderentur superflua.*

10 *Adoptio in praeiudicium substituti non citati est nulla, positis etiam in conditione adoptiuis ad exclusionem substituti. & numero. 13.*

11 *Substitutus per fideicommissum magis citandus, cũ de eius praeiudicio tractatur, quam substitutus per pupillarem.*

12 *Legitimatus excludit substitutum, si in legitimatione fuit citatus vel de substituto habita mentio apud legitimantem. & numero 17.*

14 *Substitutus non citatur in legitimatione vel adoptione, quando testator dispositiue ordinauit aliquem legitimari, vel adoptari.*

15 *Adoptio uel legitimatio, quae fit causa cognita, in dubio censetur in conditione a testatore posita, quando de praeiudicio alterius agitur.*

16 *Adoptio surreptitia iudicatur de fideicommisso non habita mẽtione, licet in ea citatio non requireretur.*

18 *Adoptio simulata & in fraudem facta substituto non praeiudicat.*

Fraus quomodo presumatur.

Adoptio praesumitur fraudulenta si adoptiuus semper remanet apud patrem naturalem, nec a patre adoptiuo est habitus ut filius.

19 *Legitimi tantum si in conditione ponuntur a testatore, debet intelligi de arrogatis, non de adoptiuis, & qua ratione, & numero. 20.*

Arrogatio assimilatur legitimationi in pluribus: non autem adoptioni.

20 *Alternatiuae pars dubia declaratur ab altera clara.*

21 *Trebellianica dicitur prohibita, si testator disponit totam haereditatem per grauatum restitui, uel prohibuit alienationem, et filij primi gradus.*

CONSILIVM CLXXIII.

masculina deficiente reliquisset eisdẽ personis, de quib. in testõ
& cuilibet earum tertiam partem hæreditatis, & sic, ut dixi, reli
5 ctum esset condõnale, † tamẽ condõ apposita in persona pri-
mi & eius portionis non intelligeretur repetita in sequẽti per
sona & portione, quia condõ apposita uni rei, uel uni perso-
næ non intelligitur repetita in relicto alterius rei uel facto alte
ri personæ in diuersa oratione. l. qui fundũ. de ꝯh. emp. & decla
rat Bar. in l. Seiæ. §. Caio. de fundo inst. & idẽ qñ uni reliquitur
una res, & alteri alia res in diuersa oratione, secũdum Bar. in l.
in repetendis. de l. 3. uers. quandoque est identitas personæ. &
uer. tertio casu. & sequitur Are. late in cons. 1. & quãuis loqua
tur, quãdo inter orationes est posita dictio, itẽ, idem tamẽ est,
quãdo apponitur copula, uel aliud habẽs uim copulę, secundũ
Bar. in d. §. Caio. In proposito igitur uni primo relinquitur sub
condõne tertia pars, & alteri alia tertia pars in alia oratione, &
tertio ultima pars in sequenti oratione. Cõdõ ergo adiecta pri
mæ personæ & uni rei, non dẽt intelligi repetita in persona al
terius & altera portione & sic alia re, quo casu proprie ẽt lo-
quitur Are. in d. consi. Et tanto minus dẽt in casu nostro indu
ci repetitio, quia dicta condõ, uidelicet, si contingat filiam seu
filias superuiuẽtes habere, &c. cohæret personæ dictarum filia
6 rum, quib. prima tertia portio relinquitur, & † quo ad eas est
necessaria & tacite subintellecta. ubi non exprimeretur, quia
non põt aliter admitti, nisi nascãtur & superuiuant. l. vnica. §. p
secundo. C. de cad. tol. & quo ad alias, quib. aliæ portiones relin
quuntur, est uoluntaria dicta condõ: iõ repetitio isto casu etiã
non solet induci, quamuis ẽt eadem res duobus relinquatur in
eadem oratione. l. fi. §. Seio. de leg. 2. & per Bar. in d. §. Caio. in fi.
vbi ad propositum dicit, q conditio, quæ in persona vnius est
potestatiua, & in persona alterius casualis, & sic difformis, non
potest intelligi repetita. Et idem vult in l. re coniuncti. in 4. q.
princ. de leg. 2. multo ergo magis qñ diuersis personis honora-
tis diuersæ res relinquuntur in diuersis orationib. Et hoc aper
tius firmat Imol. post Rayn. in l. Iulius Paulus. de cond. & de-
7 monst. † ubi declarando tex. in d. §. Seio. dicit, q vbi exprimitur
conditio, qua non expressa tacitè subintelligebatur, nunquam
inducitur repetitio illius. Et illum sequitur etiam Are. in d. con-
sil. 1. & faciunt alia, quæ dicentur inferius, ubi hoc comprobabi
tur. Sed huic considerationi duo uidentur obstare. Et primo:
quia testator secundam partem alteri assignando dixit, aliam
vero portionem &c. & tertiam partem hoc modo assignauit,
reliquam vero testantem &c. Quę aduersatiua, uero, inducit
8 repetitionem præcedentis qualitatis, secundum Bald. notan-
ter in l. omnes populi. col. 9. uers. 3. modo posterius &c. de iu-
stit. & iure. & ideo secundum eum, si statutum dicat, quod extan
tibus masculis fœminæ non succedant, ab intestato, nisi in dote,
facto uero testõ non succedant, nisi quatenus testator eis duxe-
rit relinquendũ, intelligitur facto testõ, s. extantib. masculis, hoc
ex natura copulæ, quia dictio, vero, pro sed, est cõiunctio, ergo
repetitionẽ inducit, de fundo instruc. l. Seiæ. §. Caio. quem re-
fert & sequitur Alex. in l. filius a patre. col. 5. de libe. & posthu.
ubi dicit, hoc esse bene notandũ, quia ab alio non reperitur di-
ctum apertius. Sic ergo uidetur, q cõditio apposita in persona,
& portione præcedenti, intelligatur repetita in seq. p p naturã
illius aduersatiuæ. Ad istud aũt respõdetur, q Bal. loquitur, qñ
aduersatiua ponitur inter duas orones, quarũ prima est perfe-
cta, & alia imperfecta. Nam illa oro vltima, uidelicet facto ue-
ro testõ non succedant, est imperfecta personæ, quia uerbum,
fœminæ, in præcedenti orone positum est omissum in hac ulti-
ma, & ideo illud uerbũ, fœminæ intelligitur repetitũ cum suis
qualitatib. perinde, ac si esset eadem oratio. Et idẽ in dictione,
item, & in copula, ſm Bar. in l. in repetendis. & in d. §. Caio. Sed
in casu nostro ponitur inter duas orõnes ex omni parte perfe-
ctas, quo casu cessare dẽt repetitio, sicut si inter eas apposita es
set copula, ut habetur in locis palleg. & est exprese de mente
Bal. dum dicit, q aduersatiua hẽt uim copulæ, & ideo q cate-
nus inducat repetitionẽ, quatenus induceretur p copulã. & iõ
Alex. in loco præallegato male refert Bal. dicere, q ultima orõ
statuti dicebat, cõdito uero testõ filiæ non succedant, &c. quia
immo Bal. non dicit q illud uerbũ, filiæ fuerit ultimo loco pla
tũ, & in hoc stat uis, quia ſm exẽplũ Alex. sequens orõ esset in
totũ perfecta, & cessaret illo casu repetitio præcedentis qua-
litatis. Vel secundò põt rñderi, q Bal. loquitur in conditione &
qualitate uniformi, & quæ æqualiter conuenit utriq; casui, sed
in casu nostro non conuenit uniformiter oĩb. personis, qa in
persona primi est necessaria, & in personis aliorum voluntaria,
ideo facilius cessat isto casu repetitio, ſm Bart. in d. §. Caio. ut
9 dixi supra. Secundum est q prædictis uidetur obstare, qa † quæ
dicta sunt, nõ vidẽtur locũ habere, quãdo pcedit oẽs personas,
& oẽs res, sicut in casu nostro, sed quãdo ponitur in medio. Et
iõ sicut quãdo post oẽs personas honoratas ascribitur condõ,
refertur ad oẽs, ẽt si oĩb. nõ cõueniat uniformiter. l. mulieri &
Titio. & ibi Bar. de cond. & dem. & in l. Iulius Paulus. eo. tit. &
in d. §. Caio. in fi. & in l. si. §. Seio. de le. 2. eodẽ modo, & multo
magis dẽt referri ad oẽs, quãdo præcedit, quia clã præcedẽs fa-
cilius refertur ad oĩa sequentia, quã q sequens referatur ad p-
cedentia. l. quisquis. & ibi Bar. de leg. 3. Et p istã rõnem in ter-
minis hoc uelle uidetur Pau. de Ca. in l. quæ cõdõ. de condi. &
dem. ubi cõcludit, q cõditio apposita post uel ante oẽs gradus,
refertur ad oẽs. facit ẽt, qđ habetur, & no. in l. filiũ, quãdo dies
leg. cedat. & per Bar. & alios, in l. auia. de cond. & demõ. ubi ha-
betur, q cõdõ apposita in instõne cẽsetur repetita in legato se-
quẽti, & non eõ, quia præcedens clã facilius ad sequentia trahi
tur, q̃ eõ. d. l. quisquis. Sed ad istud põt ẽt respõderi, & primo, q
Pau. de Ca. male loquitur, & illũ ibi reprehendit d. Bar. Soc. pa
ter, & præceptor honorandus, qm text. in l. mulieri, & Titio,

& Bar.in locis præall. loquitur.qñ condō ponitur post plures psonas positas & copulatas in eadē oratione,sed est secus,qñ ponit post plures psonas honoratas ī diuersis orationib.vt loquitur Pa.de Ca.qm tunc cōdō,quæ per se stare non pt,refertur solum ad ultimum,ẽm Bar.in l.fi.C.de reb.dub.& idem pari rōne,ẽm eum,quando condō pcedit,sicut in casu nostro,qa ex quo non pt p se stare,cẽset qualificare primam dispōnē tm & est aliud,qñ esset clā quæ per se pōt stare.l.3.§.filius.de libe. & posth.vel sustinendo dictum Pa.de Ca.dici pōt,ꝙ loquitur, qñ conditio aponitur ante vel post plures gradus copulatos ī diuersis orationib.quarum prima erat perfecta & altera imperfecta,vt quia testator dixit,Titium instituo,Sempronium,substituo uulgariter,si nauis ex Asia uenerit,uel hoc modo,Si nauis ex Asia uenerit Titium,& Sempronium instituo,& Caium substituo.Nam utroque casu oratio secunda,in qua continetur secundus gradus,est imperfecta ratione appositi,idest personæ,cui substituitur,cum in ea solum persona substituti exprimatur,& non eius,cui fit substitutio.Et ideo cum ex præcedentib.quo ad dictam personam non expressam suppleatur, & perficiatur,quia dum dicitur,Sempronium substituit,subauditur Titio instituto,ut declarat Bar.in le.1.princ.de pub. merito suppletur a prima oratione perfecta cum omnib.suis qualitatibus,secundum Bar.in d.l.in repetendis.& in d.§.Caio. Sed in casu nostro diuersæ personæ honorantur in diuersis orationibus ex omni parte perfectis:iō præcedens condō,quæ per se stare non pōt,refertur ad relictum primo factum ẽm præfatum d.Bartholo.in d.l. quæ condō qui hoc in terminis firmat. Et rōne confirmatur:quia condō,ēt si præcedat,cum sine dubio referatur ad primam dispōnem,de necessitate intelligitur posita cum ipsa dispōne in eadem oratione,cum per se stare non possit,sicut nec alia quælibet qualitas sine substantia.l.2. de usuf.non debet ergo magis referri ad sequentia,quam si esset posita post relictum primæ partis:quia ēt hoc ultimo casu quāuis secundum ordinem scripturæ sequatur,intelligitur tamē præcedere ẽm ordinem intellectus,cum implementum condōnis debeat præcedere,ex quo dispō fortit effectū,& non prius.
10 l.cedere diē.de uer.sig.† Et q ordo intellectus in his,in quib.ordo est necessarius,præualet ordini scripturæ,& magis attēditur. l.2.§.prius.ẽm intellectū gl.& cōem,de uulg.& pupil.& in l.cū in testō.§.hæc uerba.& ibi per Cy.Bal.Ang.& Imo.de hær.inst. & per Bar.in l.quidam consulebat.in fi. de re iud.cum concor. de quib.per Ale.in d.§.prius.Sicut ergo quādo condō esset posita post primū relictū,non refertur ad aliud factum in sequenti oratione pfecta,ita nec ad illud referri debet,quando pcedit,q rō cessat quādo clausula pōt p se stare:quia cū p se hēat orationē pfectā,nō est pars primæ orationis,quāuis ad eā referatur, & ppea qua rōne refertur ad primam,refertur ēt ad sequen-
11 tem.d.l.3.§.filius.† Tertio responderi pōt,ꝙ licet ēt condō præcedens referatur ad plures personas honoratas in diuersis orationib. tamen illud procedere pōt quādo talis condō pōt illas uniformiter respicere,sed quando psonæ primo noīatæ solum conuenit,& eius personæ cohæret,& non aliis uniformiter,& tacitè subintelligeretur quo ad unam,& non quo ad aliam,ubi non fuisset expressa,sicut in casu nostro:tunc personam primo nominatam tantum determinat quia subest ratio,quare magis referatur ad illam,quam ad alios.l.j.C.de libe.præt.& quia cā, pp quam conditio fuit expressa,respiciebat solum personā primo nominatam,& non alias,iō ad primam tantum debet referri,secundum Are.in d.consi.1.uer.uel aliter.ultra doct.per tex. in d.§.Seio.& sequitur Soc.in l.fin.de reb.dub.Nec ob.ꝙ postposita referantur ad oēs,ēt si in omnib.non conueniat uniformiter d.l.mulieri.& Titio.& ibi Bar.in locis præalleg.quia loquitur,quādo plures personæ sunt in eadem oratione,& ad eandē rem uocatæ,quando autē essent uocatæ in diuersis orationibus,& ad diuersam rem,sicut in casu nostro,condō,quæ etiam pōt oēs uniformiter respicere,refertur solum ad ultimū secundum Bart.in l.fi.de reb.dub.& per Alex.in consi.48.ult.col.1. uol.ubi per hoc limitat,quod notanter ponit Bart.in l.doli.de seruo corrupto.Immo conditio,quæ etiam potest uniformiter omnia præcedentia determinare,posita in fine ultimæ clausulæ ēt imperfectæ,refertur solum ad illam,& non ad rem positam, in prima oratione,secundum Bar.clarè,in d.l.in repetendis.ult. colum.uer.quæro uidimus &c.Et clarius istud probatur ex notatis per Bar.in l.fideic.§.si quis ita.de leg.3.ubi uult,ꝙ ista clausula,ꝙ plus petere non possit,adiecta uni legato puro operetur,ut omnia alia legata uniformiter facta intelligantur adempta,facta aūt difformiter,puta sub conditione non,& sic uult manifestè,ꝙ clausula posita post oēs non referatur ad legata difformia facta non in eadem,sed in diuersa oratione.Quarto respondetur,ꝙ licet conditio præposita uel postposita referri de-
12 bere regulariter ad omnia,† tamen hoc non procedit,ubi mēs uerificatur omni casu,& in quolibet distributiuo sine repetitione qualitatis,secundum Ant.de But.notanter in clem.j.in fi.de supplen.negligen.prælato.ubi dicit,quòd licet regulariter,ubi plura in eadem oratione copulata sunt,ita quòd ab eodem uerbo regantur,qualitas expressa in uno intelligatur repetita in alio,secundum Bar.in l.4.§.eritque.ui bono.rapto.tamen fallit, ubi mens omni casu potest uerificari qualitate nō repetita,per tex.in c.cum singula.de præben.in 6.& illum refert,& sequitur Alex.in d.consi.48.Sed in casu nostro mens testatoris uerificatur in relicto secundæ,& tertiæ partis cessante etiam repetitione conditionis:qm sicut testator fœminis ex descendentib.masculis extantib.reliquit secundam,& tertiā partē filiabus propriis,& nepotib.ex fratre,ita uerisimiliter,& facilius idem erat facturus illis non extantib.immo isto casu totam hæreditatem inter pdictas personas coniunctas & ualde dilectas uerisimiliter distribuisset,ar.l.cum acutissimi.C.de fideicom.& facit.leg. cū alienā.C.de le.Et ideo condō isto casu non censetur repetita in aliis sequentib.portionib.sed in casu l.mulieri,& Titio,non constat expresse uel tacitè,ꝙ testator alicui esset relicturus cōdōne cessante,ideo refertur ad omnes.Non ob.ultimo dum di-
13 cebatur † ꝙ cōditio posita in instōne,intelligitur repetita in legato facto etiam in diuersa oratione quia,secundum Pau.de Cast.in d.l.auia.illud tantum procedit illo casu,& non haberet locum in casu econuerso,nisi fideicommissum uniuersale pcederet idem continēs,ꝙ instō sequens.Item illud hēt locū quādo legatum est factum est factum eidem psonæ institutæ.secūdum Bar.in d.l.Iulius Paulus.eo.ti.sed in casu nostro non fuit cōdō adiecta instōni,sed in parte fideicommissi uniuersalis uni relicti,ideo nō dēt cēseri repetita condō in altera parte relicta alteri,ut habet in d.§.Caio,& in d.l.in repetendis.per Bar.i d. l.Iulius.& per Pa.de Ca.in d.l.auia.Superest postremò respon-
14 dere aliis,quæ in principio in contrarium allegantur,† & ad omnia simul pōt responderi,ꝙ in casu nostro condō fuit adiecta distributioni & diuisioni partium,& non relicto,sicut in casib.prriis,uel in casib.illis defectus cōdōnis facit deficere dispōnem,cui adhærebat:at in casu nostro relictum secundæ & tertiæ partis non deficit,quia in tali relicto non erat apposita,nec repetita condō,sicut ex pcedentib.colligitur.Vel specialius respondendo dici pōt,ꝙ Ang.in consi.94.male loquitur,& primo quia condō,de qua ibi p cum,in dubio uidetur adiecta distributioni partium,de qua in casu suo fuit facta mentio enuntiatiue.d.l.uter ex fratrib.cū l.seq.Item quia mens testatoris poterat uerificari in quolibet casu,cessante etiam repetitione conditionis in persona fratris,nam,ut etiam fatetur Angel. testator fratri uerisimilius,& facilius substituisset fratrem,filia posthuma non nata,quam si esset nata,ideo cessare debet repetitio in personam frttris,secundum Anton.de Butr.& Alexand.in locis præalleg.& casu etiam,quo Angel.rectè loquatur,tamen non obstat,quia conditio,scilicet casu quo posthuma nasceretur,& superuiueret,quæ uniformiter non conueniebat posthuma,respectu cuius erat necessaria,& tacite subintellecta,si non fuisset expressa,& quo ad fratrem uoluntaria,erat ante plures personas honoratas in eadem oratione posita,ideo ad omnes referri poterat,sicut quando postponitur.d.l.mulieri & Titio,& per Pau.de Castr.in d. l.quæ conditio.Sed in casu nostro præcedebat plures personas honoratas in diuersis orationibus.Ad alia sufficit præcedens responsio,quia in casibus illis conditio exprese respiciebat personam,de cuius exclusione tractatur,& ubi ageretur de uulgari substitutione,sicut in casibus illis teneri posset quod prædictæ decisiones Ioan.Andr.Petr.de Anch.& Alex. non essent ueræ,et contra Ioan.And.tenet Bart.in l.placet.et in l.Titius.in prin.de libe.et posth.& contra prædictos late tenui in repe.leg.Gallus.§.quid si tantum.de libe.& posthu.Sed ista disputatio est impertinens,quia non agitur de uulgari,

ri, quæ concepta in unum casum trahitur ad aliud. d. §. & quid si tantum. sed de fideicommissaria, in qua dicta ratio cessat. Et sic concluditur, ut ex prædictis colligitur. Laus Deo.

¶ Substitutio, in qua persona substituta non est expressa, an sit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Mens testantis, licet uerba deficiant, attendenda, ut actus ualeat si attendi potest. nu. 14.*
2 *Pro expresso haberi debet, quod uerisimiliter testator interroga tus statuisset, maxime in fideicommissis, & quādo non omnino est omissum, sed sequitur ad aliquod expressum. & nu. 12.*
3 *Substitutio, in qua persona non est expressa, est nulla, tanquā in certa. num. 11.*
4 *Verbum, quilibet, distributiuum a testatore prolatum requirit concursum omnium, aliàs substitutio euanescit.*
5 *Substitutus si non est in rerum natura uitiatur substitutio.*
6 *In substitutionibus æqualis debet esse determinatio.*
7 *Ineptus & incongruus dicendi modus non debet esse in testamē tis, aliàs uitiantur dispositа.*
8 *Subauditio seu suppletio alicuius uerbi quando fieri possit.*
9 *Punctus habetur loco copulæ.*
10 *Tempus uel conditio raro subintelliguntur in dispositione, persona nunquam, siue in stipulationibus siue in ultimis uoluntatib. nisi grauati.*
11 *Voluntas non expressa proprie nec improprie, sed in mente reten ta, nihil operatur.*
13 *Interpretatio hominis locum habere non potest, quādo mens non transiuit in dispositionem, &c. secus in interpretatione legis.*

CONSILIVM CLXXVII.

PROPONITVR, ꝙ testor īstituit filios, quos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & si eius filij & quilibet eorum decesserint qñcunq. sine filiis legitimis & natura lib. tunc & eo casu substituit eis ex eis ultimo decedenti, vt dictum est, sine filiis. Quæritur ergo, quis ex hac ulti ma substōne intelligatur esse uocatus, cum persona substituta non inueniatur aliter nominata. Et videtur dicēdum prima facie, ꝙ filii vel descendentes ex filiis institutis dicantur uocati, & ꝙ sensus sit talis, tunc, & eo casu substituit eis, s. filiis suis institutis ex eis, s. filios seu descendentes ultimo decedenti, s̃m quam interpretationem descendentes ex filiis dicuntur ultimo decedenti sine filiis substituti. Et quæ probari videtur ex præcedentibus ex quibus declarantur sequentia. l. qui filiabus, in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. Nam supra proxime testator fecit mentionem filiis suis dispositiue instituendo & substituendo illos, & de filiis filiorum enunciatiue & conditionaliter. Illa ergo dicto relatiua, eis, refertur ad filios & ad persona, quib. fit substitutio, & illud uerbum, ex eis, subsequens fuit expressum pro substitutis, & tanquam significans causam efficientem, & per consequens, ꝙ dicatur filios vel descendentes ex eis, s. filiis suis ultimo decedenti substituisse, & quos paulo ante posuerat in conditione, quasi ꝙ sit plus dictum & minus scriptum, ar. l. cū auus. de condi. & dem. Quamuis† ergo uerba deficiant, veri
1 similis tamen intentio testatoris, quæ ex præcedentibus colligitur, debet attendi. l. non aliter, in princ. de condi. & demon. Facit etiam ad præmissa. l. i. de hæred: instituen §. fin autem, ubi probatur, quod si verba testatoris deficiunt, suppleri possunt, & sic præcipue fieri debet, ut actus potius valeat, quam pereat. leg. quoties. de rebus dub. Et quia licet persona sit incerta, si tamen per relationem ad aliud certificari potest, non vitiatur dispositio. leg. quidam relegatus. & ibi plene per Barto. de rebus dub. & leg. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. & prout certificari potest in casu nostro per relationem ad personas positas in institutione, & in conditione, & ex qua institutione solet etiam declarari substitutio. leg prima, C. de impub. & & aliis substitu. & leg. cohæredi. §. qui discretas. de vulga. & pupil. Et propterea intentio testatoris fuisse videtur substituere nepotes decedente quolibet filiorum sine filiis, ita tamen vt vltimo decedente sine filiis, ipsi nepotes admittantur, & non ante. Non enim voluit testator nepotes cum filiis primi gradus, quos prædilexit, posse concurrere in successione ipsius vltimi decedentis sine filiis. Et ita testator respondisset uerisi-
2 militer, si interrogatus de hoc fuisset † ideo haberi debet pro expresso. leg. Titius. §. Lucius. & ibi Docto. notant, de lib. & posthum. & notat gloss. in leg. tale pactum. §. fin. de pactis. & quæ gloss. præcipue in fideicommissis procedit, in quibus sola uoluntas attenditur, leg. cum proponebatur. de lega. 2. Et præcipue habet locum etiam dicta gloss. quando aliquid non est omnino omissum, sed sequitur ad aliquid expressum, secundum Bald. in leg. prima. C. de his qui ante aper. tabu. prout sequi videtur in casu nostro, in quo voluit testator substituere, & hoc est certum, & de nepotibus præsumitur sensisse propter præcedentia, quamuis illos non expresserit in substitutione. Et vbi aliter diceretur, verba ultimæ substitutionis remanerent superflua, contra. leg. si quando. in princip. de lega. j. & cap. si Papa. de priuil. in 6. & copula, &, quæ solet augere. l. ea tamen adiectio. de lega. 3. hoc casu nullum inducere augmē tum contra testatoris intentionem, qui suæ posteritati voluit prouidere, vt colligitur ex sua præcedenti ordinatione, ex qua hæc vltima, quæ reperitur imperfecta, quo ad uerba debet suppleri eo modo, quo dictum est. & facit l. unūm ex familia. §. pen. & l. cum pater. §. cum imperfecta. de leg. 2. Sed re uera prædicta sunt uerba ad Ephesios, & non sunt uera. Dico
3 igitur, quod † ultima substitutio prædicta, in qua non est persona substituti expressa, non ualet, tanquam incerta, ut est casus in l. Paulus. de reb. dub. ub dicitur expresse, ꝙ si fideicommissarij nomen in testamento non sit expressum, ꝙ non debetur fideicommissum. & facit l. quoties. §. tantundem. de hæred. insti. s̃m intellectum Imolæ. Restat ergo solum rñdere ad allegata in ↄtrarium. Dum igitur primo dr̃, ꝙ illud uerbum, ex eis, significat causam efficientem, & ꝙ sub illo continentur nepotes per subauditionem & suppletionem, tanquam dictum sit, ex eis filios seu descendentes substituit. Respondetur, ꝙ talis interpretatio tāquam impossibilis non potest summi, & quod etiam fieri de iure non debet. Quod autem dictus intellectus sit ineptus, & incongruus primo probatur euidētissimè. Nam testator dixit, & si eius filij & quilibet eorum decesserint quandocunque sine filiis legitimis, & naturalibus, & tunc & eo casu substituit eis, ex eis ultimo decedenti, ut dictum est, sine filiis.
4 Ex istis ergo uerbis constat aperte † quod testator substituit, seu substituere uoluit etiam casu, quo omnes sui filij, & sic non tantum quando vltimus, sed etiam quando alij decessissent sine filiis, quia illa verba, & si eius filij & quilibet eorum decesserint qñcunq; sine filiis, ex proprietate verborū cōprehendunt dictum casum, quia illud distributiuum, quilibet, requirit concursum omnium, s̃m Bar. in l. hoc articu. de hære. institu. Vnde est perinde, ac si dictū fuisset, & si omnes eius filij decesserint, &c. quo casu ex proprietate sermonis requiritur, ꝙ omnes nemine excepto sine filiis decedant, ut est casus in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. ibi, pp conditionis uerba admitti non uidebatur, iunctis præcedentibus. Idem etiam probatur ex illo uerbo, substituit eis, per quod patet, ꝙ substō non est facta uni tm̃, hoc est ultimo morienti, de quo immediate facit spālem mētionem, sed et omnibus aliis, ad quos refertur uerbum, eis, indefinitum, & sub illa cōditione, si oēs, vel quilibet eorum decesserit sine filiis, & istud negari non potest. Si ergo etiam in hunc casum testator ꝓuidere & substituere uoluit, impossibile est,
5 ꝙ nepotes ex filiis in dictum casum dicantur substituti, † quia persona, quæ non esset in rerum natura, nec esse speraretur, diceretur substituta, & substitutio non posset valere, etiam si filij filiorum essent expresse dicto casu substituti. l. unica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cad. toll. & no. in l. si duob. in princ. de lega. 1. Si enim omnibus, & nemine penitus excepto decedentibus sine filiis substituere uoluit testator, quomodo est possibile, ꝙ filij filiorum sint substituti, quia aut extant, & conditio substōnis concepta in dictum casum est defecta, quia uerū est omnes sine filiis non decessisse, aut nullus extat, & sic est purificata conditio, & tunc substitutio deficeret, quia substitutus in rerum natura non esset, nec esse speraretur, ut in prædictis iuribus. Nec ob. si dicatur, ꝙ satis est, ꝙ ultimus decedat, sine

filiis,

filijs, quando non superest persona; q ex uerisimili mente de-
functi excludat substitutum. d.l. hæredes mei. §. cum ita. cum i-
bi plene no. in l. pe. C. de impu. & al. subst. Quia etiam illo casu
Claudia neptis testatoris ex filio prædefuncto substituta, si om
nes filii instituti & adinuicem prius substituti decessèrint sine
filiis, poterat ex substõne uenire nedum ad partem ultimi dece
dentis sine filiis, sed etiam ad totum, casu quo omnes sine filiis
decessissent, ut ibi in tex. probatur, & sic illo casu non est neces
se restringere substõnem ad portionem ultimi decedentis sine
filiis, & excludere alium casum, uidelicet, quando omnes sine fi
liis decederent, & in quem tm̃ facta est substõ ẜm proprietatē
uerborum, sed in casu nostro, si nepotes ex filiis testatoris dice
rentur substituti substiõ contra propriam naturam uerborum
solum posset habere locum, qñ ultimus sine filiis decessisset, &
qñ omnes filij decessissent, substiõ, quæ in hunc tm̃ casum ẜm
uerba est concepta, deficeret, quia persona substituta tunc nõ
eēt in rerum natura, nec esse speraretur. Quia ergo testõr isto
casu substituit vltimo decedenti sine filijs, & sic in duob. casib.
& hoc negari non potest, at utroque casu substituit unam &
eandem personam, & hoc quoque non negabitur, ideo sicut fi
lij filiorum non dicuntur, nec dici possunt substituti, s. quo ca-
su omnes decesserint sine filiis, vt probatur euidẽter ex præmis
sis, ita dici non possunt substituti alio casu. s. quando ultimus
6 tm̃ decessit sine filiis, † quia æqualis dẽt in dubio eē determina
tio vtriusq; casus substõnis respectu personæ substitutæ. l. iam
hoc iure. de uul. & pup. & quia si filij filiorum dicerentur uo-
cati, & substituti, talis substiõ solũ posset uno casu ualere. s. qñ
solus ultimus sine filijs decessisset, & alio casu, uidelicet qñ om
nes filij sine filijs decessissent, & in quem uoluit etiam testõr
prouidere, ut uerba proprie sonant, substõ esset nulla, & sic ẽt
isto respectu esset inter dictos casus inæqualis determinatio;
contra d.l. iam hoc iure. † Ex alio etiam sensus prædictus est er
roneus & stare non potest, qm̃ dũ dicitur, substituit eis ex eis
ultimo decedenti, ut dictum est, sine filijs, &c. si illud uerbum,
ex eis, referretur ad personam substituti subintellectam & sub
auditam, est perinde ac si dictum fuisset, substituit eis ex eis fi-
lios ultimo decedenti sine filijs, ineptus & incongruus eēt mo
dus loquendi, contra d.l. Plautius. de au. & arg. leg. quia uerbũ
prædictum. s. ex eis filios, referretur ad uerbũ, eis, quod præce-
dit, & ad uerbum ultimo decedenti, quod sequitur. & hoc mo
do uidelicet substituit ex eis filios eos vltimo decedenti. Vt e-
nim congrua sit uerborum conceptio, dici debuisset, substituit
ex eis filios & ultimo decedenti, & sic cum copula. Et si dicatur
quòd illa subaudiri debet per ea, quæ dicerentur inferius, non
8 est admittendum, quod nepotes † dicantur uocari per tot sub
auditiones, quarum altera fieri dicitur ad personam substituti
certificandam, & altera, ut modus loquendi non remaneat in-
congruus & ineptus, argum. not. in leg. 1. C. de dot. promis. &
prout in terminis concludit Imol. in dict. leg. 1. §. sin autem.
per illum text. de hæred. instit. Nam ubi deficit tantum unum
uerbum ex tribus, fit suppletio, ut in tex. illo, sed est secus, quã
do duo uerba ex tribus deficiunt, sicut quando solum testator
dixit Lucius, ut etiam ibi dicitur, & hoc ea ratione secundum
Imo. quia primo casu suppletio est simplex, secundo casũ du-
plex, ideo difficilius conceditur, argum. not. in d.l. 1. C. de dot.
promis. Relinquitur ergo, quod vltima substitutione uoluit
testator uocare alium, de quo non constat, & per consequens
est nulla, dict. leg. Paulus. & ideo interpretatio præcedens est
falsa absque dubio sicut Iudas Scariot. Vnde uerius sensus &
planus dictorum verborum, uidelicet substituit eis ex eis ulti-
mo decedenti, ut dictum est, sine filiis, est, quod dicatur testa-
tor habuisse solum relationem ad personas grauatas & ad il-
las, quibus substituere voluit, unde quia inter illa uerba substi
9 tuit eis ex eis, &c. cadit prædictus. qui† habetur loco copulæ. l.
triplici de uerb. sig. & l. sæpe. & ibi per Bar. eo. ti. & no. gl. & Do
cto. in l. precia rerum. ad le. Fal. periode est, ac si dictum fuisset
substituit eis, et ex eis ultimo decedenti, ut dictum est, sine
filiis, etc. Quorum uerborum significatio importat, q dicatur
testator substituere uoluisse spãliter et nominatim ultimo de
cedenti sine filiis, et etiam aliis generaliter, sub eadem condi-
tione, sequuta tamen morte, et post mortem ultimi, ita quod
ultimo sine filiis mortuo, non solum illi, sed etiam aliis dicit
facta substitutio. Cum. n. filii sint adinuicē substituti, non põt
dici, q per ultimam substitutionē uoluerit testator alium sin-
gulis filiis substituere, & donec aliquis ex illis superuixerit, sed
demum post mortem ultimi decedentis sine filiis, prout etiam
uult Rayn. & Imo. in d. §. cum ita. & Are. plene sic etiam decla-
rat in consi. j. in arti. j. Verum quia nomen substituti non fuit
isto casu in testamento expressum, non potest dicta substitutio
habere effectum. dict. leg. Paulus. & ubi de illo constaret, mul-
tum referre posset, utrum ille substitutus fuisset solum ultimo
decedenti sine filiis, uel etiam aliis post mortem ultimi, ut col-
ligitur ex not. per Bald. & clarius per Pau. de Castro, in leg. ex
tribus. C. de inof. test. Quorum dicta non sunt extra rem, sed
ad propositum respectu effectus, qui resultare potest inter u-
num modum substituendi, & alterum. Et ad hoc allegantur
non autem ad ostendendum, an isto casu substitutus sit cer-
tus uel incertus, quia loquuntur ipsi, quando de certo consta-
bat substituto, & sic quando ualebat substitutio, & de quo non
apparet in casu nostro. Et ubi de illo constare posset, & sic sub
stitutio ualeret, effectus ille, de quo per prædictos in d. leg. ex
tribus, resultare posset, & idcirco sine ministerio non dice-
retur ultimo decedenti, & aliis post mortem eius substitu-
tus, prout verba sonant sine dicta subauditione, quæ non reci-
piẽda est, quia merã diuinationẽ continẽt, & est ẽt subauditio
prædicta contra iuris dispositionẽ, & propterea sumi non dẽt,
10 quia regula est, q in dispositionẽ† raro subintelligitur tempus
uel cõdõ, persona uero nunquã. l. si ita stipulatus. §. Chrysogo-
nus. in fi. de uer. ob. & licet ille tex. loquatur in stipulationibus,
idẽ est dicẽdum regulariter de persona honorati in ultimis uo
luntatibus in quibus quantum ad hoc aliud non reperitur sta-
tutum, sed immo idẽ. d.l. Paulus. & ẽt in dubio de illis ad contra
ctus ualere dẽt, arg. l. quæ de legato. & l. seruum filii. §. eum qui
chyrographum. de leg. 1. licet quantum ad personam grauati sit
aliud, quia in dubio onus, & grauamen presumitur iniunctum
heredi, qui tamen nõ sit noĩatus. l. si seruus. §. qui margaritam.
de leg. 1. & ibi no. Doc. & per Alex. in l. stipulatio ista. §. si quis
ita, de uerb. obl. & per Imo. & Pa. de Ca. in l. peto. in prin. de le.
2. & ita inter personam honoratam, & grauatam quantum ad
subauditionẽ, de qua agitur, in specie Soc. in d.l. Paulus. de reb.
dub. differentiã facit. Nec etiam ob. dum dicebatur q ex præ-
cedẽtib. colligi poterat, q filiorum erant ultimo loco substitu-
ti, quia hoc nullo mõ est uerum, quia quamuis eos posuerit in
cõdõne & noĩauerit enunciatiue, per hoc tamen inferri nõ po
test, q per sequentẽ substõnẽ sint uocati dispositiue immo de
contraria mẽte dicitur manifeste cõstare, qm̃, ut dictum est, te-
stator ẽt in casu, quo omnes filii sine filii decederent; uoluit sub
stituere, & tamen in hunc casum noluit, nec potuit filios filio-
rum vocare, quia persona, quæ non esset in rerũ natura, nec es
se speraretur, diceretur substituta, ut dictum est in præcedenti
bus. Sicut ergo dicto casu non possunt dici substituti, ita nec qñ
extant, & ultimus decessit sine filiis, quia uerbum, substituit, de
terminans dictos duos casus, dẽt quoad personã substituti non
expressam, in dubio pariter determinare. d.l. iã hoc iure. de uul.
& pup. & quia testõr non habuit relationem ad præcedentia,
dici non potest, q persona declaretur per relationem ad aliud,
& sic non ob. l. quidã relegatus. cũ materia, quia loquitur quan
do ex ordinatione testõris põt incertitudo certificari, sed in ca
11 su nostro de mẽte testõris nõ põt apparere. Et† licet ẽt ita uo-
luisset, ex quo id nõ expressit proprie uel improprie, nihil ope
raretur talis uoluntas in mente retenta. d.l. Paulus. & ibi Soc. in
j. no. & ultra eum idem uoluit gl. in d.l. quoties. §. tantundẽ. de
hære. inst. est ẽt tex. in l. quidam cum filium. de hær. inst. p quẽ
dicit ibi Bal. q non sufficit, q testõr uelit, nisi disponat, & qd
uoluntas testõris, quæ non transiuit in dispositionem, non dẽt
attendi, ut sequitur Alex. in l. 3. in fi. C. de lib. preteri. Tunc. n.
mens seruatur, & præualet, quando verba conueniunt menti
ẜm propriam, uel saltem ẜm largam & impropriam significa-
tionem, sed ubi uerba non possunt aliquo modo conuenire
proprie uel improprie, statur uerbis, & de mente non curatur
ut colligitur ex not. per Bar. in l. in ambiguo. de reb. dub. dum
respondet ad l. non aliter. de le. 3. & expressius ita declarat ibi
Pa. de Cast. & in consi. 15 1. inci. Præsens dubium, &c. ad fin. &
Ale. in d.l. 3. & est de mente gl. in l. Labeo. §. j. in uerbo, ex com
muni. de supel. leg. & Bal. in c. 1. de controuer. inuest. Quia er-
go in casu nostro uerba in totum deficiunt quantum ad perso
nam

nam substitutam, quæ non est nominata explicite nec implicite, aut per relationē ad aliud, ideo mens quæ ex uerbis colligi non pōt, allegari non potest nec debet attendi. Et per prædicta
12 † colligitur etiam responsio ad no. per glo. in l. tale pactum. §. fi. de pac. quia illa glo. procedit, quando id, ꝙ est omissum, sequtur ad aliquid expressum, sed quando in totum est omissum, sicut in casu nostro habetur pro omisso, ſm Bal. qui sic declarat d. gl. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. quoniam vt dixi, non sequitur ex præmissis, in quibus filii sunt tm̄ positi in conditione, ꝙ illos voluerit ēt substituere, quia per substitutionem uocarentur ex testamento, ex quo non intelliguntur uocati, quāuis sint in cōdōne positi, sed solum tacite ab intestato inuitati, ſm gl. communiter approbatam in l. Lucius. de hær. inst. & q̄a vt ēt dictū est, per illam cōdōnē, si filii decesserint sine filiis, potius apparet, ꝙ noluit testator illos substituere, quia aliàs in altero ex casibus comprehensis in substōne inueniretur substituta persona, quæ non esset, nec esse speraretur in rerum natura vt declaratum est in præcedentibus. Et ex hoc tollitur aliud. s. dū dicitur, ꝙ plus præsumitur dictum & minus scriptum, quia immo præsumi non pōt dictum, ꝙ testator filios filiorum substituerit, cū substō sit cōcepta, ēt quando illi non extant, nec extare possunt, necesse est ergo dicere, ꝙ testator alium substituere uoluit, de quo non constat, qui etiam satis suæ posteritati consuluerat, ex quo substitutum vocare voluit in defectū descendentium positorum in conditione inter quos ius legitime successionis conseruauit, iuxta l. vel singulis. de uul. & pup.
13 † Potest igitur præsumi plus dictum & minus scriptum ex mēte testatoris interpretata per legem, etiam quando uerba deficiunt. l. cum auus. de cond. & demon. & d. l. iam hoc iure. sed hic non agitur de interpretatione legis, sed hominis, quæ locū habere non potest, quando mens non transiuit in dispositionē eo modo, quo dictum est, & prout loquitur etiam tex. in d. l. 1. §. fin autem. de hær. inst. quia illo casu verbum, quod fuit omissum, non habetur pro omisso, quia sequitur ad expressum, sed vbi sequi non potest, sicut quando dixit solum, Lucius, quia per illud verbum tantum colligi non potest, ꝙ Lucium uoluerit instituere, cum potuerit illum ad alium finem testator nominare, & tunc omissum habetur pro omisso, & uitiatur institutio, vt ibi probatur ſm communem intellectum. Minus etiā
14 ob. dū dicitur † ꝙ verba ultimæ substitutionis remanebunt superflua si dicatur, non posse constare de persona substituta, q̄a hoc de plano conceditur, quia semper vbi non valet actus, ille est superfluus & sine effectu. l. 3. §. condemnatum. de re iud. superfluitas ergo debet euitari, quando potest fieri, sed omissum in totum non potest haberi pro expresso ab homine, quamuis ex hoc verba expressa remaneant superflua, & inducatur annullatio actus. d. l. j. §. fin autem. in exemplo quando testator dixit Lucius, in quo non fit suppletio, quamuis remaneat superflua illius uerbi expressio, & non ualeat institutio. Nec etiam obst. quod copula inducit augmentum. l. c. ea tamen adiectio. quod hoc non faceret, si deficeret vltima substitutio, quia copula fuit apta augere, si substitutio fuisset legitime concepta, & valide, sed quia propter incertitudinem personæ substitutæ nō potuit valere, ideo copula non pōt tunc per accidens augmentum inducere, & propterea sine aliquo scrupulo mihi uidetur, ꝙ non valeat dicta substitutio, & quòd iste casus sit in terminis decisus in d. l. Paulus. de reb. dub. & ita concludo. Laus Deo.

¶ Fideicommissum conditionale an transmittatur ad suos hæredes maxime quando illi sunt in cōditione positi. Et an filia legitimata faciat deficere conditionem fideicommissi.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissi conditionalis spes transmittitur ad descendentes ubi expreße uel tacite ex dispositis in testamento colligtiur, ita noluisse testatorem, & ex quibus colligitur.*
2 *Testator in dubio nō censetur extraneum suæ posteritati præferre. Fideicommißaria substitutio unita cum iure accrescendi eius aßumit naturam.*
3 *Substitutus pluribus cessante substitutione reciproca admittitur ad partem ultimi sine filijs decedentis, licet alij cum filijs decesserint.*
4 *Substitutus pluribus quando excludatur per superexistentiam unius filij extantis ex instituto, ultimo instituto sine filijs mortuo.*
5 *Qui non potest ex substituti one uenire, potest tamen ex transmissione admitti, ut euitetur absurdum, ne magis dilectus sit deterioris conditionis, &c.*
6 *Masculinum concipit fœmininum in contractibus, ubi sequeretur, alias absurdum, quod magis dilectus esset deterioris conditionis.*
7 *Aequalitatem inter filios uidetur seruare testator.*
Legatum ex falsa causa quando uitietur.
8 *Testator sicut magis unum quam aliam dilexiße in testamento demonstrat, ita & filios illius magis quam alterius credendum est.*
Hæredum appellatione non ueniunt extranei, quando sequeretur iniquitas.
9 *Filia fœmina non facit deficere conditionem fideicommissi quando testator proprias filias exclusit, etiam si de masculis reperiatur dictum.*
10 *Filij mentio simpliciter facta, de masculis tantum intelligitur ex sequentibus, uel præcedentibus, ubi de masculis fit mentio.*
11 *Filia legitimata non facit deficere conditionem fideicommissi, quando testator fuit nobilis in dignitate constitutus saltem de consuetudine.*
12 *Legitimatio quando non poßit fieri in præiudicium substituti.*

CONSILIUM CLXXVIII.


SUBTILITER & abunde laborauit clarissimus dominus consultor circa primum dubium, in quo uersatur maior difficultas, ut ostenderet ꝙ do. Melchior est uocatus ꝑ fideicommissum per mortem do. Philippi decedentis sine filiis masculis, & quia in hoc satis dictum reperitur, aliter insistendum non arbitror. Sed dato ꝙ etiam ex testamento aui non dicatur do. Melchior uocatus expresse uel tacite, adhuc tamen dico, quod admitti debet ad portionem d. do. Philippi decedentis ut supra & quidem iure transmissionis. Instituit enim testōr uniuersales hæredes suos Gabrielem, Georgium & Philippum & alios, &c. & ipsos omnes & singulos inuicem atque superuiuētes ex eis præmorientib. in pupillari ætate, uel aliàs quandocūque sine filiis legitimis & naturalib. substituit, & sibi hæredes uniuersales instituit pupillariter uulgariter & ꝑ fideicommissum, &c. quamuis igitur alii duo sint præmortui superstite Philippo tantum, nihilo minus Georgius spem fideicommissi conditionalis transmisit ad dictum do. Melchiorem filium suum. & licet regulariter dicta transmissio fideicommissi conditionalis etiam ascendentis locum non habeat & fideicommissum fideicommissarius decedens pendente conditione ad suos descēdentes non transmittat ut probatur in l. hæredes mei. §. cū ita. & ibi no. glo. communiter approbata. ff. ad Treb. & in l. cum ex filio. de vul. & pup. & no. etiam ibi Bal. Imo. & Mod. & in l. si in personam. C. de fideicom. quem ponderat Bald. in l. unica. §. sin autem sub condōne. C. de cad. tol. & no. gl. in l. 1. C. de his q̄ ante aper. tabu.
1 † Attamen dicto casu transmittitur fideicommissum pendente conditione, si de uoluntate testōris appareat expresse vel tacite, præsertim quando talis uoluntas colligitur, ex his, quæ ipse ordinauit & disposuit in testamento, ſm Bal. in l. 1. C. ut actio ab hære &c. & in l. si pater. in 4. q. C. de instit. & subst. & in d. l. unica. C. de his qui ante apert. tabu. Nam & ecōuerso, fideicommissum transmissibile ex mente testatoris efficit non transmissibile. l. in condōnib. §. 1. de cond. & dē. & Soc. in d. §. cum ita. in 3. col. refert fuisse consultum per multos solennes Doctores ex multis coniecturis dicto casu locum habere transmissionem fideicommissi conditionalis, & ibi prosequtur multas coniecturas, ex quibus sic dici potest, declarando dicta Bal. in d. l. unica. C. de his qui ante apert. tab. qui obscure loquitur. Et inter cætera ad propositum concludit, ꝙ si filii eēnt adinuicem substituti, si decederent sine filiis, & si omnes decederent sine liberis, esset substitutus extraneus, ꝙ primus decedens cum liberis transmittit spem fideicommissi in filios concurrente duplici cā, uidelicet quia ponēdo liberos in cōdōne, uidetur illos prædilexisse ultimo substituto. arg. no. per gl. in l. Lu-

2 Lucius.de hær.inst.Nec est censendum † ꝙ extraneum suæ posteritati præferre uoluerit.l.cum acutissimi.C. de fideic. & ꝗa substĩtõ fideicommissaria ab initio ante aditam hæreditatẽ fuit unita cum iure accrescendi.Igitur assumpsit eius naturam, & per consequens:videtur quod transmittatur sicut ius accrescen d.l.qui patri.ſm vnum intellectum.de acq.hær.& bene probatur in l.ex duobus.in prin.de vul.& pup. & etiam subdit quòd ex similibus coniecturis pôt rñderi, ꝙ fideicommissum cõdõnale transmittatur.Et iste casus,qui per Soc. proponitur,est ꝓprie casus noster, quoniam testator dictos filios coniunxit in institutione, & sic inter eos ante hæreditatem aditam potuit habere locum ius accrescendi,atque etiam eos adinuicem substituit per fideicommissum, & sic fideicommissaria substõ inuenitur vnita cum iure accrescendi.Et casu quo omnes decederent sine filiis,substituit primo Alexandrum alium filiũ suum ex prima uxore,& eo non existente eius filios masculos, & dicto Ale.existente tunc mortuo,& non extantib.filiis ex eo aut ipso Alexandro post mortem omnium dictorum filiorum ipsius testatoris præmorientium sine liberis masculis, ut supra quandocunq; sine filiis masculis legitimis & naturalibus moriente,& in omnibus & singulis casib.supra scriptis ordine successiuo,vt supra substituit & sibi hæredem esse voluit Ludouicum de Mazolis eius fratrem,si tunc viueret & supererit,& ipso tunc mortuo existente filios masculos legitimos & naturales tunc existentes & tunc viuentes ex dicto Ludouico. Et sic constat.ꝙ Ludouicus,qui non est descendens ipsius testatoris sed frater est etiam certo casu vocatus omnibus filiis institutis decedentibus sine liberis.scilicet casu,quo Alex.dicto casu adueniente repertus fuisset mortuus sine filiis,& prout etiam cõsiderat Soc.in loco præalleg.Georgius ergo vnus ex filijs testatoris,qui mortuus est Philippo alio filio superstite, transmisit ad filium suum dominum Melchiorem spem fideicommissi cõditionalis, alias si transmissio locum non haberet, & dominus Melchior ei substitutus non esset,prout pars aduersa affirmat ac Ludouicus uel eius filii masculi superuiuerent, ipsi ex fideicommisso uenire possent,quia alius descendens non reperiretur extare, qui posset ex substitutione expressa uenire. Et propterea quamuis Georgius sit mortuus cum filio masculo , ad partem tamen Philippi uocaretur Ludouicus,vel eius filii substitutus omnibus filiis suis decedentibus sine filiis.leg.fin.§. filium.de lega.2.& l.Lucius.§. Caio. ad Trebe.& per Docto.in d.l.hæredes mei.§. cum ita.eod. tit. & in l.pen.C.de impub.& al.subst.& per Ange. & Imol. in l.si pater impuberes, de uulg. & pup.& per Alexand.in l.pater filiam,§.fin.ad leg. Falc.& latissime in consi.91. 1. uolum. incip. Ponderatis his , &c.

3 † Et loquuntur etiam prædicti, quando substitutio est facta pluribus si omnes decesserint sine filiis,& uolunt,quòd illa pluralitas resoluatur in plures singularitates, adeo quòd vno moriente sine filiis statim admittatur substitutus ad partem illius , si inter ipsos grauatos cessat expressa substitutio reciproca,& ꝓut cessaret in casu nostro, si dominus Melchior non intelligitur in ea comprehensus secundum intentionem partis contrariæ,quia quamuis inter eos facta fuerit reciproca substitutio, in persona tamen ultimi illa locum habere non potest, quia alii sunt præmortui, ideo ex quo in parte illius purificata est cõditio admitti potuisset Ludouicus uel filii eius, ut est proprie

4 & in terminis casus in d.leg.hæredes mei.§.cum ita.† Nec obstat, quòd in casu nostro superexistentia do. Melchioris , qui est nepos testatoris,excluderet Ludouicum tanquam persona quæ ex uerisimili mente defuncti excludat substitutum.dict. l. pen. C. de impub. & al. subst. & quo casu non habent locum prædicta, quia hoc procedere posset, ubi dominus Melchior ab intestato vel ex testamento succedere posset dicto Philippo . Sed ubi ab intestato esset exclusus , quia Philippus alium instituisset,uel quia ab intestato ei filia succederet,quæ in conditione non est posita ad exclusionem alicuius substituti, ut etiam declarabitur inferius, tunc sola superexistentia dicti nepotis non exclusisset dictum Ludouicum substitutum,ut not. uoluit Nico.de Matt. in dict.leg.penult.cum quo transit Bald. ibi & alii Moder.& omnes Moder.in d.§.cum ita. Quod ergo Ludouicus , qui est transuersalis admitti potuerit aliquo casu ad portionem Philippi decedentis sine filiis masculis superstite domino Melchiore nepote ex Georgio , filio ipsius testatoris,videtur esse contra mentem testatoris , qui prætulit dictum Georgium superuiuentem domino Ludouico, ideo etiam uerisimile est,ꝙ magis dilexerit eius filium in casu prædicto,quam Ludouicum.d.l.cũ acutissimi. & ꝓpterea si nõ põtdo. Melchior uenire ex substitutione ex uerisimili mente de-

5 functi† uenire dẽt ex transmissione,ad euitandum absurdum , qđ sequi potuisset,scilicet,quod minus dilectus hoc casu præferretur magis dilecto,contra l.Publius.§.fi.de cond.& demõ. sicut ẽt ratione dicti absurdi euitandi substitutio cõcepta vno casu non trahitur ad alium,& ad quem aliàs traheretur,si prædictum absurdum cessaret,ut probat glos.ſm ꝙ eam subtiliter saluat Bar.in l.si mater.§.1.de vulga.& pup.& faciunt not. per Bar.in l.Gallus.§.etiam si parente.de lib.& posthum.& quod voluit idem Bar.in l.quidam relegatus.§.fi.de reb.dub.ubi quęrit.quid si testator dixit,si talis decesserit sine filijs, uolo quod hæreditas ueniat ad Caium,& Sempronium , uel ad eorum filios , & unus ex illis decedat relictis pluribus filiis, an quilibet eorum habebit tantum,quantũ alius substitutus superuiuens. Et videbatur ꝙ sic per illum tex.ubi hoc probatur,tamen concludit,ꝙ omnes dicti filii hoc casu habebunt tm̃ dimidiam , & alius aliam dimidiam, & hoc ex coniectura tá mente defuncti, quia si voluit,ꝙ pater dictorum filiorum haberet solum dimi-

6 diam,censendũ nõ est,† ꝙ eius filii minus dilecti ultra eã aliqd consequantur,per d.l.Publius.§.fi.& ideo Alex.in l.sed si hac.§. liberos.de in ius uo.uoluit etiam,ꝙ licet in ꝯtractib.appellatione liberorum non ueniant fœminæ,quia in eis masculinũ non concipit fœmininum,tamen continebuntur,quando aliter sequeretur prædictum absurdum,ꝙ minus dilectus præferratur magis dilecto.Quam rõnẽ etiã in simili ponderat Ful. & Pa. de Ca.in l.1.C.de cõd.inser.Et prædicta etiam confirmátur. Pone enim,ꝙ mortuo do.Philippo superextaret alius filius testõris.s.Gabriel,do.Melchior nepos eius,si ille non diceretur vocatus iure fideicommissi,uel iure transmissionis,solus Gabriel ex fideicommisso reciproco inter filios facto admitteretur con

7 tra uerisimilem mentẽ testõris,† qui in dubio uidetur uoluisse seruare æqualitatẽ inter suos descendẽtes.l.fi. C. cõmunia utr. iud.& l.illud.C.de colla.& in l.cũ pater.§.euictis.de le.2.& per consequens credẽdũ est ꝙ voluerit do.Melchiorem,qui successit in locũ patris sui,& qui dẽt æqualiter de iure admitti cũ patruo,siue agatur de successione aui,siue alterius patrui ꝑmortui,ut habetur in auth.cessante.C.de legi.hær.admitti dicto casu, adueniente do. Melchiore ad portionem do.Philippi simul & æqualiter cũ patruo, si superuiueret,ꝙ non esset si transmissio locum habere,qua mediante æqualitas inter prædictos potuerit locum habere.& pro hac bene facit ẽt tex.in l.quæsitũ.§. sed & ipse Papinianus.de fun.instr.vbi probatur,ꝙ propter æqualitatẽ seruandã inter filios aliqñ aliquid non uenit in legato,ꝙ venisset,per quem tex.dicit Old.& Bar.in l.si pater. i pri. ff.de dona. & Bald. in l.filiæ cuius.in 7.q.C.de collat.ꝙ quáuis filius adhibitus ad stipulandum a patre præsumatur adhibitus animo donandi,hoc tamen procedit si numerus liberorum , & quantitas patrimonii repugnet . Et ad propositum ẽt pulchre loquitur Are.in consi. 1.circa fi.ubi ẽt de prædictis facit mẽtionem.Et ultra eũ bene facit ẽt,ꝙ dicit Bart. in l. demonstratio falsa.§.1.de cõd.& dem.col.pe.nam in illo tex.dicitur , ꝙ si testõr uni ex filiis legauit centum,quia frater tuus mihi ex arca sustulit centũ,ꝙ legatũ nõ vitiatur,quamuis cã falsa. Hoc aũt fallit,ſm Bar.qñ testator non fuisset legaturus, si sciuisset cãm eẽ falsam,per l.cũ tale.§.falsam.eo.ti.Poterit aũt probari ſm Bar. ex coniecturis , ꝙ testõr non erat relicturus , puta si quantitas erat magna,patrimonium paruum, & numerus liberorum magnus,arg.iuriũ,de quib.ibi per eũ,per quæ omnia declaratur , ꝙ facienda sit interpretatio, per quam inæqualitas non surgat inter descendentes. De mente ẽt testõris ex alio constat in casu nostro,nã ubi dominus Melchior non posset ad hãc partem venire iure fideicõmissi uel transmissionis, & extarent filii Alexandri præmortui nepotes testatoris, illi ad illam per fideicommissum admitterentur,quia sunt uocati, si omnes filii testõris decesserint sine filiis d. Alex.tunc præmortuo . Et quæ pluralitas,ut dixi,resoluitur in plures singularitates. Nec superexistẽtia do.Melchioris illos posset excludere tanquam persona,quæ ex uerisimili mente defuncti excludat substitutum , ex quo do. Philippo succedere non potest ab intestato, si ille testatus sit ,

uel

uel quia filia eius præfertur,ut dixi supra per not.per Nico.de
Matt.& Bal.in d.l.pe.C.de impu.& al. subst.ac etiam isto casu
quia nepotes ex d.do.Alexandro si extarent essent in pari gra-
du cum do.Melchiore,quia & ipsi sunt nepotes testatoris filio.
Cum ergo do.Melchior non sit proximior dictis substitutis,di
ci non potest, ꝙ illos excludere possit ex uerisimili mente de-
functi,vt est casus,& ibi Bar.& oẽs,in d.l.hæredes mei. §. cum
8 ita.ad Tre.Non est ergo uerisimile,ꝙ testator uoluerit† in hac
portione do. Philippi præferre nepotes ex Alexandro filio ex
prima uxore do.Melchiori nepoti ex Georgio altero filio,qa
sicut in dicta portione prætulit,& sic magis dilexisset Georgiũ
quam Alexandrum, quia Georgium substituit per prius ipsi
Philippo,& Alexandrum per posterius,sic uidetur interpretan
ꝙ magis in eadem portiõe dilexerit nepotes suos ex Georgio,
quam nepotes ex ipso Alexandro,ut clare probatur ex no.per
Bar.in d.l.Gallus.§.etiam si parente.de l·b.& posthu.ubi quæ-
rit,quid si testator instituit filium,& hoc modo ei substituit, si
decesserit sine filiis,deueniat in Titium, & eius hæredes utrum
hæredes extranei Titij admittantur ad fideicommissum.Et ui-
debatur,ꝙ sic,per l.in annalibus C.de le.In contrarium tamen
determinat,& concludit,ꝙ debeat intelligi de filiis Titij, quia
aliàs resultaret iniquitas,& cõtra mẽtẽ testõris,sicut.n.prædile
xit filiuum uiuum Titio, ita hæredes filii prædilexit ultra hære
des Titii.Non est ergo præsumendum ꝙ senserit de hæredibus
extraneis Titii,ex quo hæredes extraneos filii non uocauit.Sic
igitur & isto casu non est credendum ꝙ nepotes ex Alexandro
prætulerit testator nepoti ex Georgio,ex quo in portione, de
qua agitur,Georgium prætulit Alexandro. Ne ergo sequatur
absurdum contra mentem testõris,dđm est ꝙ do.Melchior ad
mittatur saltem iure transmissionis,ꝙ etiam apertius demon-
stratur,qm̃ si nunc reperirentur extare filij Ludouici fratris te
statoris illo præmortuo,cum non superuiuat Alexander,nec fi
lii ex eo deberent per fideicommissum ad portionem hãc do.
Philippi admitti,ubi dominus Melchior ad eã uenire nõ posset
aliquo iure,quia & ipsi substituti sunt oĩb.filiis testõris decedẽ
tib.sine filijs, casu quo eos non antecedat Ludouicus eorũ pr̃,
uel Alexander & filii eius masculi,& iõ pluralitas illa,ut sæpe di
ctũ est,resolueretur in singularitates,nec do.Melchior tanquã
persona,quæ ex verisimili mẽte defuncti excludat substitutum,
posset illos excludere,vt ꝓbatur ꝑ prædicta,ꝙ esset absurdũ,
& ꝯ intẽtionẽ testõris manifeste,qui non creditur uoluisse ne-
potes ex fratre dicto nepoti ex filio præferre,cũ filium prætu-
lerit fratri & fratrẽ filii eius, iõ plus ẽt dilexisse præsumitur ne
potẽ ex filio prædicto,ꝑ ea quæ dicta sunt,& per d.l.cũ acutis-
simi.cũ ibi no.C.de fideicõ.Et sic manifestissime cõstare vr̃ de
mẽte testõris,ꝙ voluerit isto casu habere locũ transmissionem
fideicommissi præmoriente Georgio ante mortẽ Philippi,præ
sertim qa cũ dictis cõiecturis cõcurrit,ꝙ do.Melchior reperi
tur in cõdõne positus,ꝙ multũ ponderat Soc.in d.§. cũ ita. Iõ
dẽt locũ habere transmisio,per no.per Bal.in d.l.j.C.de his qui
ante aper. tab. & in locis præal.Sed adhuc superest uidere, an
6 conditio,sub† qua grauatus fuit do.Philippus, dicatur defecta
per superexistentiam filiæ legitimatæ,an uero sit ad impleta,ex
quæ sine filiis masculis reperitur decessisse.Et absque multilo-
quio dicendum,ꝙ sit purificata,prout etiam recte concluditur
per primum dominum consultorem, ea præsertim ratione ta-
cta per eũ, quia testõr proprias filias exclusit ab uniuersali suc
cessione fauore masculorum.Ergo credẽdum est,ꝙ multo ma
gis voluerit excludere neptes quæ sunt remotiores & minus di
lectæ ex eadem cã agnationis,quam clare constat tstatorẽ uo-
luisse conseruare, cum masculos tm̃ tam descendentes quam
transuersales substituerit,ut concludit Pa.de Ca.in consi.69.in
ci.Casus iste frequenter contingit, &c. allegato per dominum
cõsultorẽ,qui conatur rñdere ad quædã, quæ ꝯ hoc allegãtur,
& ad quæ ultra eum ac etiam ad omnia alia,quæ obiici possunt
abunde respondet idem Pau.de Ca.in quodam cõsilio decisiuo
non impresso facto in ciuitate Camerini, quem ad contextum
seu de uerbo ad uerbum refert & sequitur Soci.in repe.l. cum
auus.de condi.& demon.colum.44.uers.tertio quero, &c. ad
quem me remitto,quia de facili potest uideri,& ibi refert etiam
Soc.quod cum iste casus accidisset de facto, pro hac opinione
consuluit do.Francis.Are.do.And. Barb. & Doctores Papien-
ses per plures authoritates, & rationes, quas ad plenum re-
fert,& cum quibus in terminis nostris tandem trãsit.Et ex alio
etiam sic eẽ dicendum demonstratur euidẽter,qm̃ in posterio
ri parte testamenti disposuit, ꝙ Alexandro existente mortuo
& ex eo nullos tunc supesse filios.aut ipsi Alexandro post mor
10 tem † omnium dictorum filiorum suorum præmorientium si
ne liberis masculis,ut supra, &c.In hac igitur parte declaratur
ꝙ Ale.substituit filiis institutis casu, quo omnes sine filiis ma-
sculis morerentur,quamuis superius illum substituisset prædi-
ctis morientib.sine filiis simpliciter.Et similiter in eadem parte
testamenti declaratur,ꝙ Ludouicus frater testatoris est substi
tutus casu,quo dicti omnes filii instituti decederent sine libe-
ris masculis,& non reperiretur tunc Alexandrum,uel filios e-
ius superextare.Si ergo neptes ex filiis exclusit fauore Alexan-
dri & Ludouici substituti,quanto magis id fecisse præsumen-
dum est,quando inter filios institutos fecit reciprocam inter
eos substõnem,si alter decederet sine filiis, cum illos magis di
lexerit quantum ad hoc,quam prædictos alios substitutos. d.
l.Publius.§.fi.& tanto magis,quia,ut dixi, prius uocauit Alexã
drum,si omnes filii instituti decederent sine filiis simpliciter,
& tamen in sequenti parte,de qua supra appatet quod intelle-
xit de masculis.Sicut ergo in substõne facta de Alexandro uer
bum illud, sine filiis simpliciter prolatum, intelligitur de ma-
sculis,sicut per inferiora aperte colligitur,sic etiam uerbum,si
ne filiis simpliciter prolatum in prima substitutione facta in-
ter ipsos filios,debet accipi & intelligi de masculis tantum, ar
gu.l.qui filiabus in prin.& l.si seruus plurium. §. fin. de lega.j.
Præterea ex quo in testamento semel fecit mentionem de filiis
masculis filiorum conditionaliter,prout fecit,quando illis sub
stituit Ludouicum,ut dictum est,eodem modo alia pars testa
menti,in qua filii filiorum simpliciter ponuntur in conditione
debet intelligi de masculis,ut clare colligitur ex notatis ꝑ Bar.
in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Trebe.ubi dicit,quòd si testa
tor in una parte testamenti facit mentionem de filiis naturali-
bus & in alia de filiis simpliciter,ꝙ intelligitur etiam de natura
lib.eo casu,quo aliàs non solent uenire appellatione filiorum,
11 ar.d.l.qui filiabus in prin. † Plus dico, ꝙ etiam si in cõdõne in
telligerentur neptes testatoris positę,ꝙ ista quæ est legitimata
non faceret deficere condõnem fideicommissi, quoniam testa
tor erat nobilis & in dignitate constitutus,quia eques.l.i.C.de
equest.dig. & saltem de consuetudine eum fuisse in dignitate.
Et ideo substituendo filiis,si decesserint sine filiis,non sensit de
legitimatis,& sic præsumitur ex qualitate suæ personæ, quod
non senserit de tali prole nata ex illicito coitu, sm Ang. in di-
spu.Nobilis quidam genere.per no.in d.l.ex facto.§.si qs roga
tus.Et propterea uidemus, ꝙ ad legitimatum non transit feu-
dum.c.naturales.si de feu.fue.cõtrouer.inter do.& agn.& hoc
ꝑꝑ dignitatem concedentis,nec similiter eadem rõne emphy-
teusis ecclesiæ,sm Bal.in c.quæ in ecclesiarum.de const.& l.ge
neraliter.§.cum autem.C.de insti.& subst.cum concor. de qui
bus ibi ꝑ Mod.& cum Ang.in dicta disputatione transit etiam
Ant.de Butr.in c.per uenerabilem.qui fil.sint legi.in pen.char-
12 ta,& Ale.in consi.93.& consi.68.j.uol. † Ex alio quoque su-
perexistentiam dictæ filiæ non potest impedire uolentem ueni
re ex substitutione uel iure proprio, aut iure transmissionis,
quia in terris ecclesiæ non potuit legitimari, nisi authoritate
summi Pontificis,ut habetur in d.c.per uenerabilem. qui non
solet legitimare, nec alteri potestatem legitimandi concedere
cum præiudicio substituti uel alterius.Ideo animaduertendum
erit,utrum qui legitimauit,potuerit & uoluerit substitutis prę
iudicare,quod aliter declarare non potui, quia legitimationẽ
non uidi.Et ubi etiam ptãs legitimandi non deficeret,legitima
tio fieri non potuit in præiudicium substituti non citati, qui ci
tari debuit ad hoc,ut legitimatio ei præiudicare posit, ut per
plura concludit Pet.de Anch.in consi.328.inci.Circa primum
quæsitum,&c.& Ale.in dictis consiliis,& Soc.in d. l. Gallus.§.
& quid si tantum,nisi legitimans habuisset ptãtem legitimandi
illis non citatis,& constaret,ꝙ p̃iudicari uoluisset sm Alex. in
consi.2.j.vol.Nam non sufficeret, ꝙ posset,nisi appareret etiã ꝙ
uoluisset,quia in dubio præsumitur nolle.l.2.§.merito.§.si qs
a principe.ne quid in loc.public.& ideo Ale.in d.consi. in fi.di
cit,ꝙ si legitimanti non sit facta mentio de substõne & de præ
iudicio,quod substitutis inferri põt, quod legitimatio tanquã
subreptitia non ualet in præiudicium eorum; quia si sciuisset,

non

non legitimasset, uel saltem difficilius id fecisset. c. postula. de rescrip. & facit, quod uult etiam Soc. in d. §. & quid si tantum. in 9. col. vbi dicit, q; si ex forma statuti filii excludunt fœminas, quòd legitimatus eas non excludet, si non sit facta mentio de statuto per dict. cap. postulasti. & per leg. 2. C. de nata. restitu. & per notata per Ioan. Andr. in addi. Spec. in rubr. qui fil. sint legi. Et propterea concluditur cum domino consultore, quòd dominus Melchior admitti debet ad portionem domini Philippi iure fideicommissi. Laus Deo.

¶ Fideicommissum pendente conditione an transmittatur ad descendentes,

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non dicuntur uocati, et non solum admittuntur ad portionem patris eorum.*

2 *Filij nominatim instituti, quando censeantur etiam nominatim grauati.*

Dictio, eorum, inducit repetitionem præcedentium cum suis qualitatibus.

Dictio, cæteri, est relatiua & repræsentatiua eiusdem qualitatis.

3 *Filij si sint expresè nominati, non comprehenduntur nepotes in substitutionibus, nisi iure transmissionis ex persona eorum patris, ex coniecturata mente defuncti. & nu. 7.*

4 *Fideicommissum non trasmittitur pendente conditione etiã per filios ad suos descendentes.*

5 *Fideicommissum pendente conditione transmittitur, quando testator uocat fideicommissarium, & eius hæredem, uel si ex coniecturis colligatur, quòd uoluerit hæredibus prouidere.*

6 *Filij masculi si in conditione ponuntur, excludũtur feminæ, quia censentur positi fauore agnationis conseruandæ.*

Agnationis conseruandæ ratio, quæ est in filio, locum habet etiã in nepote.

8 *Pro expreßo haberi debet, quod testator interrogatus uerisimiliter dispoſuißet.*

CONSILIVM CLXXIX.

In themate proponitur, quòd testator hæredes vniuersales instituit Ioannem Bartholomeum, & Thomasium & Petrum Andream, filios suos æqualiter hac lege & conditione, quòd si aliqs. seu aliqui eorum decesserit, uel decesserint quandocunq; sine filiis legitimis & naturalib. masculis, q; cæteri succedant & succedere debeant, & sic successiue usque ad ultimũ & uoluit dotari filias prædefuncti sine filiis masculis in certa quantitate de portione patris sui præmortui. Quæritur ergo, utrum mortuo Petro Andrea sine filiis masculis, sed superstitibus ab hæredibus institutis, ad fideicommissum admittantur nepotes masculi testatoris ex aliis filiis prædefunctis pendente
1 conditione. Et uidetur prima facie dicendum quod non. † Nã dicti nepotes ex testamento non sunt uocati ex eo, quod sint in conditione positi, ut not. glo. communiter approbata in l. Lucius. de hæred. insti. & quia ubi per hoc dicerentur uocati, solum intelligerentur substituti propriis parentibus & non patruis, quoniam quo ad partem patris, & non patrui sunt in cõditione positi. Et istud etiam probatur ex not. per Barto. in l. si mihi & Titio. de uer. obl. & per Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l. unica. §. in primo. C. de cad. toll. & Saly. in l. 1. 24. q. C. de iure emphy. & Alexand. consi. 204. 2. volum. in 2. colum. Nec etiam dicti nepotes dicuntur ex testamento uoca-
2 ti, † quia ueniant appellatione filiorum, quando testator filios suos nominatim instituit, & uoluit, quod si quis eorum decesserit sine filiis masculis cæteri succedant, &c. Vnde etiam intelguntur grauati nominatim propter relationem factam ad præcedentia per illam dictionem, eorum, quæ inducit repetitionem præcedentium cum omnibus suis qualitatibus secundum Bar. in leg. si quis seruum. §. fin. de leg. 2. & in leg. 1. §. fin. si fami. fur. fec. dica. & in l. 1. de recepta. & in l. sanctio legum. de pœnis. & sic perinde est, ac si in ipsa substitutione de illis facta fuisset mentio sub nomine proprio, & prout etiam in specie uult Barto. in consil. 7. Andreas Martini, &c. Et similiter prædicti filii censentur nominatim substituti, & honorati propter illa uerba, cœteri succedant, &c. quia illa dictio, cæteri, sui natura est dictio relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis cuius erat ille, de quo prius facta fuit mentio, ut probatur in l. non solum. §. quæritur. cũ gl. in verbo, cæteros. de procurato. & 26. dis. deinde. in uer. cæteris. & sicut et dicitur de dictione alii. c. fi. de pactis. in 6. cum ibi notatis per Arch. in prin. & gl. & Doc. in c. sedes. de rescr. & glo. in l. quidam relegatus. in prin. de reb. dub. & no. Cy. in auth. sed neq; . C. de epis. & cler. & Iaco. de Bel. in auth. vt defun. seu fune. in prin. & iõ cũ in præcedẽtib. & in eadẽ oratione sit facta solum mentio de filijs no-
3 minatim, † quo casu non ueniunt nepotes, ut probatur per totam. l. Gallus. de lib. & posth. & no. Bar. & Doc. in §. instituens. ea. l. & in l. liberorum. de uer. sig. sub illa dictione, cæteri, nõ cõtinentur nepotes testatoris ex filiis præmortuis, sed solum illi, qui sunt similes decedenti sine filiis masculis, de quo in eadem oratione facta fuit mentio, & sic qui essent filii testatoris primi gradus, sicut erat ille, qui decessit, & cui facta fuit substitutio. Et ita etiam in terminis concludit Alex. in cons. 204. incip. Consideratis verbis. col. 2. in 2. uol. Et per cõsequens ex prædictis apparet, q; dicti nepotes iure proprio, & tanquam substituti non sunt p fideicõmissũ vocati. Nõ possunt et prædicti venire ad fideicõmissum iure transmissionis, ex quo filii mortui
4 sunt pendente cõdõne fideicommissi, q; non † transmittitur pẽdente condõne etiam per filios testõris ad descendentes suos. l. hæredes mei. §. cum ita. ad senatus. Trebel. & ibi not. per glo. & Doct. & no. gl. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. & probatur in l. si in personam. C. de fideic. & in l. cum ex filio. in prin. & ibi notant Bal. & Imo. de vul. & pup. subst. & in l. unica. §. sin autẽ sub conditione. C. de cad. tollen. continuando illum tex. ad præcedentia fm Bal. ibi. & quamuis gl. in l. si cui. de acti. & obliga. aliter uoluerit, tamen p Bar. reprobatur ibi, & per alios in locis præallegatis. Sed tamen præmissis non ob. contrarium arbitror uerius. Et præmitto, q; licet regulariter fideicõmissum nõ transmittatur ad hæredem, si fideicommissarius pendente condõne moriatur. d. §. sin autem sub conditione & in aliis iuribus
5 præalleg. transmissio † tamen fit dicto casu, quando testator expresse uoluit contrarium, sicut qñ vocat fideicommissariũ, & eius hæredẽ, fm Bal. in l. unica. C. vt actio. ab hæred. & contra hære. per illum tex. & in l. si pater. in 4. q. C. de inst. & subst. sub cõdõ. factis. Et idem quãdo ex coniecturata mẽte testõris põt apparere, q; uoluerit hæredib. prouidere, quia etiam tũc ad hæredes transmittitur pendente conditione, fm Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & in d. l. unica. C. vt ab act. ab hæredi. &c. & idem vult Soc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. in 5. col. qui etiam refert, q; Bal. idem consuluit in cõsi. incip. Super primo puncto, &c. & dicit, q; aliàs per uarias coniecturas ita consultum vidit per multos Doct. & ibi plene adducit multas coniecturas ex mente Baldi qui illius intentionem obscuram declarat. Quod autem etiam in casu nostro ex coniecturata mẽte testatoris debeat habere locũ transmisio, probari uidetur ratiõe manifesta. Nam testator filios masculos superstites substituit, si alter decesserit sine filiis masculis, & sic masculos substitutos prætulit filiabus alterius præmortui, quia ponendo fi-
6 lios † masculos illius in conditione, uidetur filias exclusisse, nec subauditur tunc conditio, si decesserit sine filiabus, fm Bart. in l. cum auus. de cond. & dem. ar. l. cum prætor. in prin. de iud. & ideo quia pretulit testõr masculos dictis fœminis, & quia etiã masculos tantum posuit in conditione, hoc censetur fecisse gratia agnationis conseruandæ, fm Ioan. And. in addit. Spe. in rub. de succes. ab intesta. ante fi. post Iac. de Are. in quadam disputatione, & Pau. de Cas. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. Et istud quoq; magis procederet, si testator habebat filias, quas exclusit in institutione & substõne fauore masculorũ & quamuis illas non habuisset, idem tñ esset, ex quo filias defuncti filii exclusit fauore filiorum suorum masculorum, ut dixi. Et sicut etiam dr, q; statutum excludit fœminas fauore masculorum ratione agnationis conseruandæ, & fauore dictæ agnationis, secundum Io. And. in addit. Spec. in d. rub. de succes. ab intest. & Cy. in l. 1. C. de adulter. Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. præte. in l. quod usufru. de leg. & moder. communiter in leg. venia. C. de in ius uoc. cum concord. de quibus ibi per eos. Quia ergo intentio testatoris sine dubio fuit uelle agna-
7 tioni consulere & prouidere: † dicendum est, quod sicut hanc

de

de causa prætulit filios suos superstites filiabus alterius filii p̃defuncti, ita uoluerit præferre nepotes masculos ex quolibet filio præmortuo pendente cōdōne fideicōmissi, in quib. militat eadē rō agnationis conseruandę, & qui subrogantur loco patris præmortui. insti. de hæredita. quæ ab intesta. §. cū filius. & in l. posthumorum. de iniusto rup. & irri. test. & per totā dictā. l. Gallus. Quemadmodū videmus, ꝙ qñ fœminæ excludun tur p filios masculos ex forma statuti, ex præsumpta & coniecturata mente eiusdē statuti excluduntur ēt per nepotes masculos ex filio præmortuo, ſm Bar. in l. liberorū, de uer. sig. & ea rōne ſm Iac. de Are. quem ibi refert, quia rō agnationis conseruandæ, quæ militat in filio, locū ēt hēt in nepote. & quā rōnem approbat Bal. in d. l. maximum uitium. quā etiam uult haberi pro expressa in statuto. Et idem uult Bald. Salic. & alii Moder. in d. l. venia. C. de in ius uocan. & in aliis locis ibi allegatis. Non. n. dico, ꝙ in casu nostro admittantur nepotes, quia comprehendantur appellatione filiorum, quia isto casu istud dici non potest, ex quo de filiis facta fuit mentio nominatim, ut dixi in præcedentibus. Sed dico, quod nepotes ueniunt iure transmissionis, & sic non tanquam uocati, sed tanquam hæredes patris, & ex iure patris ad illos transmissio ex tacita, & cōiecturata mente testatoris, & de qua constat ex coniectura, de qua supra, & quæ est efficacior, & potentior quam sit aliqua ex coniecturis ponderatis, & dedu&ctis per Socin. in dict. §. cum ita. & hmōi coniectura colligitur ex his, quæ in testō continentur, vt dixi, ideo dēt attendi, ſm Bal. in d. l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. & tunc procedit, qđ dicit gl. notanter in l. ta
6 le pactum. §. fi. ff. de pac. uidelicet † ꝙ illud debet haberi pro expresso, super quo testator uerisimiliter disposuisset, si de illo interrogatus fuisset, ut probatur. l. Titius. §. 1. de libe. & posth. & ibi notant Doc. maxime moder. & prout in casu nostro testator, qui uoluit bona in agnatione conseruare præposuisset nepotes masculos ex filio prędefuncto filiab. alterius mortui sine filiis masculis, si de hoc interrogatus fuisset, quia, vt sæpe dictum est, in nepote militat eadem ratio, ad quam habuit testōr respectum quo ad filium. Et ex præmissis colligitur clara respōsio ad allegata in contrarium, propterea est concludendum, ꝙ ex tacita, & coniecturata uoluntate defuncti facta sit transmissio fideicommissi ad nepotes ex filiis mortuis pendente conditione per prędicta. Laus Deo.

¶ Fideicommissum quando censeatur ab ultimo decedente relictum, & uideatur reciproca substitutio facta inter uocatos. Et an qui succedere non potest, faciat deficere conditionem fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum conditionale pendente conditione non transmittitur.*
2 *Substitutio in dubio censetur facta ultimo decedenti. nu. 10.*
3 *Substitutio quando dicatur facta in tota hæreditate.*
4 *Substō reciproca inter institutos censetur facta, quando ultimo decedenti est datus substitutus in tota hæreditate. n. 6. 7. et 10.*
5 *Substitutio uulgaris etiam in fideicommissis fieri potest.*
Substitutio fideicommissaria facta uno casu, non trahitur ad alium casum conditione deficiente.
6 *Substitutio reciproca quando non censeatur facta inter uocatos a testatore, uel in conditioni positos.*
Grauamen in dubio alicui iniunctum censetur illo casu solū, quo admitti potuisset.
7 *Substitutus quando admittatur ad portionem ultimi, licet copulatiua conditio non sit adimpleta.*
8 *Dictio, tunc, exclusiua alterius temporis, an excludat etiam alios casus.*
9 *Substitutus non excluditur a portione ultimi mortui per superexistentiam illius, qui ab intestato ultimo mortuo nō successisset uel etiam si succederet, sed pia causa esset substituta.*
11 *Substitutus pluribus licet uno mortuo statim non admittatur tamen non censetur etiam statim exclusus, & quando statim admittatur.*
12 *Pluralitas quando resoluatur in singularitates ad effectum, ut substitutus ad partem tantum admittatur.*

CONSILIVM CLXXX.



QVAMVIS copiose & eleganter circa ea, quæ proponuntur, per clarissimos dominos consultores sit allegatum, nihilo minus ne videar inconsulte idem concludere, quædam compendiosè subiiciam, ex quibus in sententiam eorum incli-
1 no. Quo igitur ad primum dubitandum non est † de transmissione fideicommissi, ex quo uocatur Maria, si Franciscus decesserit sine filiis, quia cum illa mortuo sit Francisco adhuc viuente, & sic cōdōne pendente, certum est, ꝙ ad filiam & hæredem non transmisit fideicommissum. l. vnica. §. sin autem sub cōdōne. C. de cad. tollen. & l. si in personam. C. de fideic. & quamuis gl. in l. is cui. ff. de acti. & ob. velit, ꝙ ad liberos transmittatur, tamen loquitur de liberis testōris, ut. s. fideicommissarius si sit de descendentib. testōris ad liberos suos illud transmittat, per d. l. vnicam. §. in nouissimo. ꝙ in casu nostro non contingit, q̃a Maria erat uxor & non descendens testōris, iō dicto casu, ſm omnes, non habuit locum transmissio, & d. gl. in casu suo est communiter damnata p Doct. post gl. in d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. & in l. hęredes mei. §. cum ita. ad senatusc. Tre. cum concor. de quib. ibi & in consiliis prædictis. Quo uero ad ſm, uidelicet utrum natos masculos testatoris ex filia præmortua possit admitti mortuo Francisco sine filiis masculis, videtur p babiliter dici posse ꝙ sic. Nam, vt proponitur, Franciscus filius & Maria uxor fuerunt æqualiter instituti, & Francisco decedēti sine filiis masculis Maria fuit substituta, si dicta Maria decesserit ei Franciscus fuit substitutus, & in eius defectū filii sui masculi, si superuixerint, & si dicti Franciscus & filii sui, ut supra non superessent, tūc uoluit dictam eius hæreditatem deuenire in dominam Iachetam eius filiam & eius filios masculos. Et deficiētib. do. Maria & Francisco, & do. Iacheta & eorum & cuiuscunq; ipsorum filiis masculis, & deficiente linea masculina dictorum Frācisci & Iachetæ uoluit dictus testōr dictam eius hæreditatem & bona deuenire in monasterium S. Mariæ nouæ de Ancona, &c. Ex hac igitur ultima parte testamēti vr̄ sal-
2 tem filius masculus d. do. Iachetæ vocatus, † q̃a monasterium substituitur ultimo decedenti ex prædictis, quia cum sit uocatus deficiente linea masculina Francisci & do. Iachetæ, nō pōt uenire quamdiu superest aliquis ex aliqua linea masculina prædictorum. Sed demum post mortem vltimi vocatur, & p consequens dicto vltimo decedenti monasteriū substituitur. & hoc etiam in dubio præsumitur. l. codicillis. in prin. de vsufr. leg. & etiam Bar. no. ibi. ꝙ subitō in dubio censetur facta ultimo decedenti. Et hoc etiam vult Pau. de Ca. in l. pe. C. de impub. & al. subst. & in consi, 354. Duo videnda sunt, & probatur in l. qui
3 duos, de uul. & pup. † Item facta est substō de dicto monasterio in tota hæreditate, ꝙ probatur ex illo uerbo. s. dictam eius hæreditatem & bona, &c. fit ergo relatio per hmōi uerba ad institutionem hæredum, quia alibi de hæreditate & bonis copulatiue non fit mentio, in qua solet dici, in omnib. autem aliis bonis, &c. Et prout credo, ꝙ etiam dicatur in ista, quam non uidi In substōne igitur se referente intelligitur repetita dictio uniuersalis posita in institutione, & est perinde ac si dictū fuisset, dictam eius hæreditatem & omnia bona sua, &c. quia relatio inducit repetitionem omnium qualitatū, ſm Bar. in l. si seruū, §. fi. de le. 3. & in l. j. §. fi. si fa. fur. fec. di. & in l. j. de recepta. & in l. sanctio legum. de pœ. & q̃ substō facta in omnib. bonis æquipollet substōni factæ in tota hæreditate. l. Iulianus. in princ. de leg. 3. & no. Bar. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad fi. ad Treb.
4 Vnde sequitur † ꝙ ex dicta substōne facta ultimo decedēti in oībus bonis cēsentur omnes adinuicem substituti. l. Titia Seio §. Seia liberis. de leg. 2. & ibi per Dy. & Bar. & per Mod. in l. pater filiā. §. fi. ad leg. Fal. & in l. si pater impuberis, de vulg. & pup. Et præsertim reciproca substō debet præsumi dicto casu, ex quo facta est post mortem plurium, quorum aliquo decedente superest persona, quæ ex mente defuncti excludit substitutum. ſm Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. Sed contrarium puto verius p̄dictis non obstantib. Qm̄ ut ex uerbis testi superius relatis apparet, Iacheta filia testatoris, & eius filii nō fuerunt substituti d. Francisco expresse per fideicommissum, sed Mariæ, si Franciscus & eius filii non superuixerint. s. post mortem d. Mariæ, & uoluit tunc prędictos admitti. Hæc. n. substitutio in parte

te Marię,& quo ad Franciſcum & filios eius fuit vulgaris & cō
cepta in caſum impotentiæ,quæ † etiam in fideicommisſis fieri
pōt.l.j.§.in primo.& §.pro ſecundo.C.de cad.tol.& l.ut hære-
dibus.de leg.2.quantum uero ad ipſam Mariam fuit fideicom
miſſaria,iuxta no.per Bar.in l.quamdiu. l'ultima.de acqu.hær.
Quia ergo Franciſcus tpe mortis Mariæ ſupererat,& in partem
eius ex fideicommiſſo ſuccesſit , ppea uulgaris ſubſtō ei facta
expirauit.l.poſt aditam.C.de impu.& al.ſubſt.& conditio ,ſub
qua fideicommiſſaria facta fuit Mariæ de d.Iacheta & filiis eius
defecit per ſuperexiſtentiam d. Franciſci,& qui filii Iachetæ nō
poſſunt admitti,licet Franciſcus deceſſerit poſtmodum ſine fi-
liis maſculis,ſicut dicitur de ſubſtōne facta alicui , ſi deceſſerit
ſine filiis,quæ expirat,ſi cum filiis decedat,quamuis poſtmodū
dicti eius filii decedant ſine filiis,ſecundum Oldr.in conſi.31.
Thema tale eſt,teſtator,&c.& in conſi.141.Thema tale eſt,do
minus G.&c.& Io.An.in addi.Spe.in ti.de teſta.§.in primis.in
fi.Et ſimiliter filii do.Iachetæ non poſſunt venire ex alia tacita
ſubſtitutione , quæ dicitur facta vltimo decedenti in omnibus
bonis . Nam filii maſculi do. Iachetæ non ſunt uocati pure &
ſimpliciter ex teſtamento aui, ſed poſt mortem Mariæ, ſi non
ſuperuiuerent Franciſcus & filii eius maſculi , & qui caſus , vt
dixi,non euenit.Nō potuit ergo Franciſcus aut filii eius,poſt-
quam ſuperuixit Mariæ,eſſe ſubſtitutus do. Iachetæ , uel filiis
eius maſculis, & multo minus potuit dici ſubſtitutus eiſdem,ſi
non ſuperuixiſſet, quia non reperiuntur in hunc euentum ho
norati ex teſtamento aui.l.ab eo.C.de fideic.& l.3.§.ſciēdum .
6 de leg.3.† Cum ergo aliquo caſu Franciſcus aut filii ſui non re
periantur ſubſtituti do.Iachetæ aut filiis eius maſculis,dici nō
poteſt,quod inter prædictos facta fuerit tacita ſubſtō recipro-
ca,ſed præſumendum eſt,quod ſicut Franciſcus & filii eius nō
ſubſtituuntur do.Iachetæ & filiis ſuis , ita econuerſo illa aut e-
ius filii non ſint ſubſtituti d.Franciſco,ar.l.iam hoc iure.de vul.
& pup.& probatur ex not.per Barto.in leg.qui Romæ.§. duo
fratres.de uerb.oblig.in 2.quæſt.in fin.uerſi.tertius caſus,&c.
ubi concludit,quod ſi inter duos fratres ſubſtitutio non ſit re-
ciproca,ſed unus tantum, puta maior, ſit ſubſtitutus minori ,
uel maſculus fœminæ,nunquam per diuiſionem intelligitur re
nunciatum fideicommiſſo,quia non eſt uериſimile,ius fideicō-
misſi eſſe remiſſum ab uno,cum ipſe ab alio remisſionem non
conſequatur.per not.in l.ſemper in ſtipulationibus.de reg.iu.
Nec iſto caſu loquitur text.in d.§.Seia libertis. & alia quæ al-
legantur in contrarium,ſed quando inter plures uocatos ex te
ſtamento poteſt habere locum fideicommiſſum reciprocum ,
ut quia ſunt pariter ex teſtamento uocati,& quando reperiun
tur pariter.& ſimul honorati.Et ita clare præſupponit Imo.in
l.centurio.de uulg.& pup.& in c.Raynutius.de teſta.in mate-
ria compendioſæ,dum dicit ꝙ d.§.Seia libertis.procedit,quan
do diſpoſitio eſt facta duobus de certa re, & in ea nouisſimus
ex eis moriens grauatur,& ſic præſupponit, ꝙ ille text.habeat
locum,quando inter illos poteſt habere locum fideicommiſsū
reciprocum,& nō aliter,& ppea ſequit̄,ꝙ locum nō hēt ī caſu
nr̄o.Et ea ēt rōne qua nō pōt hr̄e locum inter plures poſitos ī
cōdōne quia cum non ſint uocati,ut no.in l.Lucius. de hær.in
ſti.non poſſunt dici adinuicem ſubſtituti , & prout etiam uult
Pet.de Anch.in conſi.119.inci. Pro clariori deciſione, &c. &
Alex.in conſi.105.j.uol.& in conſi.113.uol. Præterea mona
ſterium prædictum ſubſtituitur deficiente linea maſculina di-
cti Franciſci & do.Iachetæ,& tamen omnes de dictis lineis nō
ſunt ex teſtamento uocati, ut colligitur ex eo. Sicut ergo inter
non uocatos non poteſt ſubintelligi facta ſubſtō reciproca.ita
etiam inter alios non intelligitur facta.d.l.iam hoc iure de vul
& pup.& per no.per Bar.in l.Lucius.eo.ti.uerſi.pone ꝙ teſta-
tor habebat,&c.dum uult,ꝙ ſi teſtōr habens duos filios impu
beres & unum puberē,& illo inſtituat,& inuicem ſubſtituat ,
ꝙ etiam inter ipſos impuberes non intelligitur facta ſubſtitu-
tio pupillaris propter miſturam puberis, cui non potuit pupil
lariter ſubſtitui,arg.d.l.iam hoc iure.& alia ratione iſtud com-
probatur.Nam,ut proxime dictum eſt,omnes de linea maſcu-
lina unius & alterius non ſunt uocati, licet etiam ſint in condi
tione poſiti, per not.per gloſſ. in d.l.Lucius.de hære.inſti.quæ
communiter approbatur.& maxime filius maſculus do.Iache-
tæ , qui reperitur eſſe ultimus ex utraque linea in hunc ca-
ſum , quo ſcilicet Franciſcus ſuperuixit Mariæ , non eſt ex te-
ſtamēto uocatus,ut probatum eſt ſuperius, ideo nō potuit gre
7 uari dicto caſu eueniente.d.l.ab eo.† Nec in dubio præſumitur
in iſtum caſum grauatus,ſed cenſetur grauamen ſolum illi iniū
ctum illo caſu,quo admitti potuiſſet,& admiſſus fuiſſet ex ſub
ſtitutione de eo facta,ſcilicet caſu,quo Franciſcus , & eius filii
maſculi poſt mortem Mariæ non ſuperextaſſent , ſecundum
Are.in conſi.156.Diligenter uiſis,&c.in fi.4.colum. uerſi.non
ob.&c.arg. l.epiſtola.§.fi.ad Treb. ut ibi latius declarat . Et ul-
tra eum idem uult Pet.de Anch.in conſi.136.Principaliter pō
derandum,&c.& etiam Ale.in conſi.24.inci. Attentis his,&c.
3.volu. Quia igitur dictus filius do.Iachatæ,qui eſt ultimus de
præſenti,ut dixi,non eſt grauatus,non poteſt dici , ꝙ ſubſtō ſit
facta ultimo decedenti,& per conſequens non ſuccedit diſpoſi
tio.d.§.Seia libertis.& eodem mō quando alius extaret, qui ex
linea aliqua prædictorum eſſet ultimus, & non reperitur uoca
tus,non diceretur ille grauatus,ſed ab illis, qui fuerunt hono-
rati,puta a Franciſco,uel a do.Iacheta fideicommiſſum intelli-
geretur relictum ſub conditione,ſi eorum, & cuiuslibet eorū
linea maſculina defecerit,ſm Bar.& Doc.communiter in l.cen
turio.de uul.& pu.uerſ.quæro ulterius,quid ſi teſtator dixit,ſi
filius meus deceſſerit ſine filiis,&c.& in l.ſed ſi ſic. de lega.3. &
in d.l.codicillis.in prin.de uſuf.leg.& ſic patet, quod infallibili
ter, & certitudinaliter fideicommiſſum non poteſt dici reli-
ctum ab ultimo decedente , ergo non habet locum tacita ſub-
ſtō reciproca.Et iſta ēt rō cōcludere uidetur neceſſario . Circa
tertiū,in quo quæritur,utrū monaſterium admittatur, maior
dubitatio verſatur.Cū.n.deficientib.do. Maria & Franciſco,&
do.Iacheta , & eorū,& cuiuslibet ipſorum filiis maſculis vt ſu-
pra,& deficiente linea maſculina dictorum Franciſci & do.Ia-
chetæ,tunc & eo caſu uoluerit dictus teſtōr dictam eius hære-
ditatē & bona deuenire in monaſteriū S.Mariæ de Ancona,&
proponatur,ꝙ Franciſcus deceſſerit ſine filiis maſculis ſuperſti
8 te filia fęmina,† uidetur ꝙ monaſteriū admittatur,quāuis do.
Iacheta ſit mortua ſuperſtite filio maſculo,& ſic copulatiue nō
ſit adimpleta illa conditio.ſ. ſi defecerit linea maſculina dicto-
rum Franciſci & do.Iachetæ,per tex.in l.hæredes mei.§. cū ita.
ad Treb. & licet ad illum tex.in contrario detur multiplex rn̄-
ſio,& primo propter dictionē illā tunc,quæ denotat extremi-
tatem tēporis.l.4.§.fi.de cond.& dem. & conſequenter ſicut ex
cludit aliud tp̄s,ita etiam dēt excludere alios caſus,ut habetur ī
locis ibi alleg.& put voluit ēt Arē.in l.ſi quis ante.in fi. 4. col.
de acq.po.tn̄ in propoſito periculoſa uidetur hmōi reſponſio,
quia & in caſu d.§.cum ita,ſubſtitutus,ſi ambo deceſſerint ſine
filiis,cōtra ſig̃nationē propriam uerborum admittitur ad par-
tem ultimi , qui ſine filiis decesſit , licet primus ſuperſtite filio
mortuus ſit.& ita ibi not.Doct.& in l.penul. C. de impube.&
al.ſubſt. & hac ratione Alex. in conſi.11.3.uol.colu.5.vult ꝙ
etiam ſi dictum ſit,& ſi omnes penitus defecerint,ꝙ adhuc ad-
mittatur ſubſtitutus poſt mortem unius,quia ſm eū,ēt qn̄ di-
ctum eſt ſimpliciter,ſi ambo,vel ſi omnes deceſſerint,uno mor
tuo ſubſtitutum nihilo minus uocat.d.§.cum ita.& tamen pri-
ma ſig̃natio uerborū repugnat.Vnde,ſm eū,dđm eſt ēt,ꝙ illa
dictio,penitus,non excludat ſubſtitutum. Idem ergo & in ca-
ſu noſtro,vt natura illius dictionis, tūc,nō ſit in conſideratiōe
quia dictio,penitus,nō eſt minus pręciſa & excluſiua aliorum
caſuū quā dictio , tunc, vt probatur in rubr.C.de gladia.peni.
tol.lib.11.iūcta l.j.cum cōcor.de quib.per Alex. in l.qui uſum
fructum.de uer.obl.Nec obſtare uidetur,ꝙ ſuperſit perſona.i.
filius do.Iachetæ,qui ex veriſimili mente defuncti excludit ſub
ſtitutum.l.pe.C.de impube.& al.ſubſt.& ibi per do.& in d.§.cū
9 ita.† Quia tunc iſtud poſſet eſſe in cōſideratione, quādo filius
do.Iachetæ poſſet Franciſco ſuccedere,ſed quia excluditur per
filiam Franciſci ab inteſtato , iō eius ſuperexiſtentia non eſt in
conſideratione,per not.per Nico.de Matta.Bal.& alios,in d.l.
pe.& per mod.in d.§.cum ita.ubi uolunt,ꝙ in caſu d.l.pe.ulti-
mus frater ſuperſtes non excluderet ſubſtitutum,ſi fratri præ-
mortuo ſuccedere non poſſet ab inteſtato , ut quia nati eſſent
ex diuerſis matrib.& extabat mater primi decedentis in pupil-
lari ætate,quæ excludebat ab inteſtato fratrē nō utrinq. cōiun-
ctum,in auth.defuncto.C.ad Tert.& no.gl.in l.1.de iur.& fac.
igno.in gl.2.Pręterea & ſcđo,nō hēt locum.d.l.pe.quando ſub-
ſtituta eſt pia cā,ſicut in caſu noſtro,& ſic tunc nō excluditur,
quamuis ſuperſit perſona , quæ alium ſubſtitutum excluderet

verisimili mẽte defuncti,secundum Ale.notabiliter in cõs. 38. in 1.uol.per no.per Ang.in l.precibus.C.de impub.& al.subst. cum quo transit Pau.de Ca.ubi uult,quod licet tacita pupillaris nõ admittatur cõtra matrem,ut ibi:fallit tamen,qñ ex cõiecturis apparet de ɔtraria uoluntate testõris,vt no.ibi gl.& inter alias cõiecturas potuit Ang.illam, quando s. substõ esset facta ad fauorẽ aiæ ipsius testatoris,quia uerisimile est, quod uoluerit substitutũ pferri,quia aĩa cunctis est præponenda,ut no.in l.sancimus.C.de sacros. ecc. Eadẽ ergo rõne idẽ dicendum est in casu nostro. Tertia ẽt rãtio non uidetur congrua,quia si ue
10 o rũ esset,quod per substõnẽ reciprocã†factam post mortẽ pluriũ,quorũ aliquo decedente superest persona,quæ ex uerisimili mẽte defuncti excludit substitutum,iuxta no.per Soc.in d.§. cum ita.& latius in cons. 249. filia Francisci excluderetur per filiũ masculũ do.Iachetæ,quod est cõtra id,quod est conclusũ in cõsilio,in secũdo dubio. Præterea i isto casu non põt dici facta substõ reciproca,& nõ põt habere locũ decisio Socini, qui nõ loquitur isto casu,per ea quæ dicta sunt in prædicto secundo dubio.Nec ẽt uidetur ĩ se verũ dictũ eius,& cõtrarium vult Ale.in cõs. 175.inc.Perspectis uerbis testi,&c.in 5.col.ĩ 5.uo. & in d.l.pe.C.de impub.& al.subs.ubi cõcludit,quod dicto casu licet mortuo uno statim nõ admittatur substitutus, tamen non censetur etiam statim exclusus,ẽt si supersit persona, quæ ex uerisimili mente impediat substitutum, sed portio primi stat in suspenso,& purificata postmodũ cõdõne in persona ultimi admittitur substitutus ẽt ad portionem primi,nõ tanquã substitutus ultimo decedenti,sed tanquam substitutus utrique & per ɔsequens ex hoc sequitur, quod illi nõ sunt ad inuicem substituti,sed quod tũc ex præsumpta mẽte effectus substõnis suspẽditur in tẽpus,quo ambo mortui sunt,dicens quod ita ẽt sentit Bal.in l.ex tribus.in fi.C.de inoffic.test.& Pau.de Cast.in l.quid uos.de uulg.& pupil. subst. & expressius hoc etiam uult Ale.in d.l.pe.in 3.col.ubi ex mente aliorum reprehendit Imolam,dicens quod oẽs fatẽtur & dicũt,quãdo superest persona &c.quod dẽt expectari mors oĩum,& quod in persona omniũ sit purificata condõ,& quod quilibet est grauatus de parte sua, sed pars primi nõ dẽt restitui,nisi adimpleta ẽt cõdõne in persona ultimi,quia tũc verificatur significatio nõis collectiui,& si secundus cõsequutus fuisset portionem primi ab intestato, restitueret eam tanquã hæres primi, non aũt restitueret eã uigore fideicommissi iniuncti ipsi ultimo a testõre.Ex quib.uerbis apparet clare,quod substõ facta post mortẽ plurium filiorum nõ intelligitur facta ab ultimo, & cõsequẽter quod inter illos nõ cẽsetur facta reciproca substõ,ẽt si facta fuisset in tota hæreditate,quia hoc ultimum non sufficit.sed est necessarium quod ẽt facta sit ab ultimo, quod factũ nõ intelligitur in casu prædicto,sed cuilibet censetur facta substõ,quæ nõ hẽt effectũ in parte uno tñ mortuo,sed solũ in tota,quãdo in persona omniũ purificata fuit condõ. & quia quo ad casũ nostrũ præsens disputatio nõ est necessaria,ut patet ex his,quę dicta sunt circa secũdũ dubiũ,propterea eã ulterius non prosequor. Quib.tamẽ nõ obstantib.contrariũ arbitror uerius.Nã cõsiderãdũ est, quod in casu nostro monasteriũ ex substõne aliquo casu non põt admitti ad partẽ, sed solũ uocatur ad totũ, quoniã si Franciscus superuiuat Mariæ,quo casu do.Iacheta & filii sui remanent exclusi,ut dixi,dictus Franciscus capit totum partim ex institutione & partim ex substõne facta Mariæ. Vnde si mortuo Franc.sine filiis admitteret monasteriũ, succederet ẽt in parte quæ obuenit Francisco iure fideicommissi,per no. per Bar. & oẽs,in l.Marcellus.§.quidam liberis. ad Tre. & sitr si Frãciscus uiuẽte adhuc Maria decessisset sine filiis masculis, portio sua ex substõne deuenisset ad Mariam eius cohæredẽ,& post mortẽ illius do. Iacheta admitti debuisset ad partem,quam habuit Maria iure institutionis,& ad aliam partem, quæ peruenit ad eã ex fideicommisso,per no.ĩ d.§.quidam liberis.& sic habuisset totam hæreditatem,& quę in totum peruenisset ad monasterium deficiente linea masculina d.Iachetæ.Item aduertẽdũ est, quod monasteriũ non reperitur substitutum do.Iachetæ, uel suis descendentibus masculis,si eo casu quo prius deficiat linea masculina d.Francisci,quia alio casu ex testõ non uocatur do.
11 Iacheta.† Est ẽt præmittẽdum,quod in casu d.§.cum ita concor.admittitur substitutus, quamuis condõ non sit impleta in persona omnium,sed unius, quia ex mẽte pluralitas resoluit in plures singularitates,secundum Bar.& alios,ibi per.l.falsa.§. fi.de cond.& demon.& de mente constat; quia qua ratione testator uoluit substitutum admitti ad totum purificata conditione in persona omnium,eadẽ rõne uoluit eum admitti ad partem adimpleta condõne in persona unius tantum,ut dicit tex. in d.§.cũ ita.ex quo sequitur,ꝙ ille tex. loquitur, qñ substõ est facta plurib.copulatiue:quia aliter non põt uerificari rõ ibi reddita,sed in casu nostro monasterium substituitur uni uel alteri in totũ,& sic alternatiue, ut colligitur ex p̃missis,& sic sumus extra terminos illius.§.qm̃ non põt pluralitas in casu nostro resolui in singularitates ad effectum, ut monasterium possit admitti ad partẽ,sicut in illo,quia casus dari non põt, neq; cõsiderari,facta ẽt dicta resolutione,ꝙ ad partẽ dicant̃ uocati.& hoc cõtingit,quia ambob.copulatiue nõ substituitur,sed disiunctiue,& hoc q̃a Frãciscus,& Iacheta nõ uocantur æqualiter,& simul,sed sub diuersis ɔdõnib.& ad totũ tantummõ,& nõ ad partẽ do.Iacheta est uocata,ut colligitur ex p̃missis.Tunc.n.resolui põt singularitas in pluralitates ad finẽ, ut substitutus admittatur ad partem,ut ibi, qñ est substitutus post mortẽ pluriũ simul institutorum,quia tunc põt habere locum rõ reddita in d. §.cum ita.sed in casu nostro nullo casu monasterium reperitur uocari ad partẽ,ẽt si in singularitates resoluatur pluralitas,ut dixi,& sic non põt huic casui conuenire rõ, quæ assignatur.in d. §.cum ita.Nec casus ille habet aliquid cõe cum nostro,quia,ut dixi,ibi plurib.copulatiue, & sub duplici conditione facta fuit substitutio,& quæ in persona oĩum potuit habere locũ ambabus condõnib.purificatis; iõ resoluitur tunc pluralitas,ut in p̃sona,& in portione cuiuslibet admittatur substitutus,q̃a,ut dicit tex.uoluit testator, ꝙ in casu præcedenti ueniat substitutus ad totum,censetur ẽt uoluisse,ꝙ capiat partem,sed isto casu in persona oĩum non potest substõ habere locum purificatis etiã ambab.conditionib.quia Francisco, & do. Iachetæ non est facta substitutio copulatiue, sed disiunctiue. Quia igitur diuisim cuilibet sub duplici conditione monasterium fuit substitutum, & sic quo ad p̃sonas,q̃b.facta est substõ, resolutio dicto mõ in singularitates est expresse facta a testatore, iõ non debet fieri alia resolutio,p̃ quã conditiones copulatæ resoluãtur,& diuidãtur,q̃a hoc esset contra mẽtẽ testatoris,q̃ substitutioni factæ cuilibet distributiue apposuit duas condõnes copulatiue,p̃pea dẽt utraq. condõ impleri in p̃sona cuiuslibet.Quod euidẽti rõne confirmat̃,q̃a ex substõne facta dictæ Iachetæ non põt monasteriũ uenire,nisi utraq. conditio impleret̃,& sic quo ad cõdõnes non potuit d. casu pluralitas resolui in singularitates,ergo non dẽt ẽt resolui quo ad substitutionem factã Francisco, quia prædictarũ substitutionũ in hoc dẽt esse æqualis determinatio.d.l.iam hoc iure.Assumptũ,& antecedens probatur,qm̃ do.Iacheta ex testamẽto non uocatur,nisi in defectũ lineæ masculinæ Francisci.unde quia illa uocatur in hunc euentum,s.casu,quo non superextet Franciscus & filii eius post mortẽ Mariæ,censetur ẽt do.Iacheta in hunc casum grauata sub conditione,s.si eius linea masculina defecerit,quia in alium non potuisset grauari,cum non reperiatur honorata.d.l. ab eo. & superius fuit dictum latius.Et sic constat, quod monasterium ex substitutione facta do.Iachetæ non admittitur, nisi deficiat linea Francisci masculina & do. Iachetæ, ergo non debet etiam uenire ex substitutione facta Francisco sub eadem conceptione uerborum, nisi adimpleatur utraque conditio. dicta l. iam hoc iure. Quia ergo superst filius masculus dom. Iachetæ, eius superexistentia,etiam si non succedat Francisco, facit deficere unam ex dictis conditionibus appositis copulatiue .l. filiusfamiliãs.§.cum quis.& ibi per Bar.& omnes,de leg j. & per consequens excluditur monasterium. d.le. si hæredi plures.de conditio. instit.et per ista apparet,quod non obstant in contrarium allegata. Laus Deo.

¶ Fideicommissum an transmittatur ad descendentes mortuo substituto pendente conditione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non transmittitur mortuo pendente conditione fideicommissario, etiam in descendentib.testatoris.*

2 *Nepos non succedit cum patrno in bonis alterius patrui,si testator alium,seu alios superstites substituit.*

Dictio, alius, est repetitiua eiusdem qualitatis.
Dictio, dicti, nominatos in institutione repetitio substitutione nominatim.
3 *Filiorum appellatione quando non ueniat nepos, licet sit in conditione positus.*
Relatio respicit ea, quæ dispositiue ponuntur, non autem ea quæ conditionaliter seu enunciatiue exprimuntur, sicut clausula in fine posita refertur ad ea, quæ principaliter ponuntur, non demonstrationis causa.
4 *Fideicommissi transmissio non fit in descendentes, ni testator uoluit, superstites in totum admitti.*
Dictio, totum, quid operetur.
5 *Filius representat patrem in successione ab intestato, non ex testamento.*
6 *Mens testatoris non attenditur, ubi uerba nec proprie, nec improprie conuenire possunt.*
7 *Fideicomissum an transmittatur ad descendentes pendente conditione, quando filijs decedentibus sine liberis substituit extraneum, uel est unitum cum iure accrescendi.*
8 *Substitutio fideicommissaria ab initio unita cum iure accrescendi quando ab eo reguletur.*
9 *Nepos, qui non concurrit cum patruo in substitutione ex uoluntate expressa, non concurrit etiam ex trasmissione ex uerisimili uoluntate testatoris.*
10 *Fi ij masculi in conditione positi an dicantur uocati.*

CONSILIVM CLXXXI.

VISIS cõsilijs & allegationib. exhibitis super puncto & casu, de quo q̃ritur, & quia a me petitur, vt ſm cõſcientiam meam legalem cõſulã, ꝓut mihi videbitur, iõ omissis argumentis arbitror de iure
1 cõcludẽdum, † ꝙ transmissio fideicommissi, de quo agitur, nõ hẽat locũ, ex quo fideicõmissarius pendẽte con dõne est mortuus. l. vnica. §. sin aũt sub cõdõne. C. de cadu. tol. & l. si in ꝑſonam. C. de fideic. quod ẽt ꝓcedit in deſcẽdentib. testõris. l. hæredes mei. §. cum ita. cum ibi no. ad Treb. & notatur in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & probatur in l. cum ex filio, in prin. de vul. & pu. & ibi per Bald. & Imo. cum conc. de quib. plene in dictis locis, quicquid dicat glo. in l. is cui. de act. & ob. q̃ voluit, ꝙ in fauorem deſcẽdentium testatoris transmissio dicto casu habeat locũ, quæ damnatur cõiter in locis præallegatis. Et quamuis dicatur, ꝙ ex mente testatoris cõiecturata possit transmissio locum habere, ſm Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & in l. 1. C. vt act. ab hær. & cõtra hæ. & cuius verba & sensum exponit Soc. in d. §. cum ita. nihilo minus de mente testatoris ex hoc testõ non potest apparere, immo de cõtraria mente potius dicitur constare. Nam testator post instõnem factam de quatuor suis filiis fecit substõnem talem, videlicet. Itẽ voluit & mandauit, ꝙ si quis dictorum suorum hæredum decederet sine liberis masculis ex eo lrie deſcẽdentibus, ꝙ alius su-
7 Et in primis præmitto, ac præsuppono, ꝙ † nedum fratres & liberi masculi prædecedētis sunt ī diuersis casibus substituti, sed ēt filii fratrum præmortuorum sunt substituti simul cū patruis ipsi præmorieēti sine filiis masculis, ꝙ negatur per partem aduersam, & hoc est expressum in alia sequēti parte testī, dum dicitur, si aūt ex aliquo uel aliquib. ex dictis sic prædecedētib. superesse contigerint solum filiæ fœminæ, tunc reliquit testator eis dotē, & in residuo totorum suorum bonorum suę hęreditatis & dicti, seu dictorum sic prędecedētis, uel sic prędecedentium instituit & substituit alios ex filiis masculis tunc superstites & prædecedētis uel prædecedētium ex eis liberos masculos uulgariter & per fideicommissum, &c. Dum ergo uocantur filiis masculi prædecedētis uel prędecedētium, ex prædictis ultimis uerbis nō pōt intelligi de liberis illius, cui facta est substō, quia facta est eo casu, quo ex eo solum superest filiæ fœminæ, sed ex illis uerbis dr̄ uocari frater superstes illius & filii masculi alterius fratris prædefuncti. Nec ob. ꝙ de illis dicatur facta substō, qñ ex prædecedētes extarēt solum filiæ, & qui casus non euenit in persona Francisci, qui decessit sine filiis masculis & fœminis, quia, ut dixi in alio consilio, & recte, illa condō, si contigerint ex prædecedētes superesse solum filiæ, non refertur ad substōnē factā de prędictis, & sic illi non dicūtur substituti sub prędicta condōne, sed refert ad legatum dotis factum dictis filiab. s. sub illa condōne, si contigerint solum filię extare, & qua deficiēte solū deficit legatū dotis, & nō ipsa substō. Et sic quāuis ex pręcedēti parte testī, de qua supra, nō essēt uocati filii domini Felicii, ex hac tamē parte posteriori sine dubio sūt substituti. Et pt ēt dici, ꝙ ex parte pcedēti ēt dicāt uocari ex illis. s. uer-

bis,& prædecedentis vel prædecedentiũ liberos:q̃ declarantur ex alijs verbis sequentib.proxime relatis,l.qui filiab.in prin. & l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1.& sub quib.includuntur nedũ liberi ipsius filiis grauati prædecedentis ipsi testatori:sed ẽt liberi alterius fratris ipsius grauati prædecedentis ipsi grauato : quia cũ verba sint indefinite prolata,possunt in oĩbus prædictis verificari.l.si plurib.in prin.de leg.2.Et eueniente primo casu, in quo facta est substõ.s. quãdo quis prædecedit sine filiis masculis ipsi testatori , tunc admittitur alius superstes , & liberi alterius fratris prædecedentis.s.ipsi grauato,& sic proprie tunc verificatur illa verba relata ad substõs.s.tunc superstites ex eis,& prædecedentis,vel prædecedentium liberos &c.Si vero eueniat alius casus substõnis,quæ facta dicitur ꝑ illa verba,aut cũ liberis masculis prædictis:tunc eius liberi tm̃ dicẽtur substituti ꝑ illa verba,& prædecedẽtis vel prædecedentiũ liberos,quasi,ꝙ dicãtur liberi oẽs testõris.s.tã filii grauati,quã alterius uocati successiue,& secundũ ordinẽ substõnis factæ a testõre,& nõ simul & sic filii grauati tm̃, si illi extabunt, & illis non extantib. filii alterius filii testõris mortui pendente condõne,ar.l.cũ ita.§.in fideic.& l.peto.§.fratre.de leg.2.Et ita ẽt declarando dicuntur referri singula singulis.Et secundũ hanc interpretationẽ ẽt magis saluatur intentio testõris , de qua clare constat ex sequenti parte testĩ,vt dixi.Et ꝑ illam cessat absurdũ , quod in contrariũ allegatur, & ex quib.constat esse falsum, quod præsupponitur. s.ꝙ filii fratris præmortui aliquo casu nõ dicãtur substituti patruo:qa immo manifeste uocãtur,& explicite ex posteriori parte testi,de qua supra,& ẽt ex præcedenti declarãdo eam, & eius verba mõ prædicto,& q̃ declaratio sumitur,& sumi põt, ac debet ex sequentib.vt sæpe dictũ est. Et quãtũ ad hoc verba testĩ nõ deficiunt,nec ẽt quãtũ ad modũ substituẽdi,quoniã ex verbis cõstat manifeste,ꝙ facta fuit substõ nõ solũ uulgaris,sed ẽt fideicõmissaria,& de qua nunc agitur. Nec ẽt obst. ꝙ sit facta
8 substõ,†si cõtigerit aliquem,vel aliquos ex ipsis filiis forte prædecedere ipsi testatori sine filiis masculis, qui casus non euenit in persona Francisci,q̃ non prædecessit patri, sed post mortem patris,quia in alio cõsilio ad hoc fuit responsum plurib.mo.& aliter ẽt nunc respõdetur.Nã substituit testõr vulgariter, pupillariter,& ꝑ fideicommissum in dictũ casum , & quæ fideicommissaria substõ in ꝑsona decedentis viuo testatore non põt locum habere,prout testõr uoluit, quia ꝑ illũ non fuit hæreditas adita,nec potuit adiri;quia viuẽs hæredẽ nõ habet.l.q̃ superstitis.de acq.hær.iũcta.l.ille a quo.§. si de testõ ad Senatusc. Treb. l.eã quã.C.de fideic. & dixi latius in priori consilio . Illa ergo condõ, si prædecesserit patri sine filiis masculis , vulgari tãtum conuenit,& fideicommissariæ non põt conuenire, ꝑpea ad illã nõ debet referri dicta condõ,sed solũ ad vulgarẽ,ꝑ no.ꝑ Bal in
9 l.j.in fi.C.de leg.hær.ubi dicit,ꝙ†clausula quãdo ponit in coniunctione,& nõ absolute,& ꝑut est posita in coniũctione,isto casu,tũc respicit ꝑprium determinabile,per ea q̃ habentur in l. j.C.de lib.præt.Ita s̃m Bal.quãdo præcedẽtia sunt aduersatiua, & idẽ quãdo sequentia eadẽ rõne;tunc respicit illud,cui ꝑbabilius adaptatur ꝑ ea,quæ habentur in l.si idẽ cũ eodem.§.fi.de iuris.om.iud.vnde in casu nostro debet dicta condõ solũ uulgarẽ respicere qa illa est ꝑpriũ determinabile ipsius cõdõnis,cũ illi soli cõueniat,vt dixi.Et qa uulgarius,& fideicõmis.respũ dictæ cõdõnis aduersant̃, quia in illum casum uulgaris põt hr̃e locũ & non fideicommissaria,iõ dẽt ad uulgarem referri,quia ad illã ꝑbabilius adaptatur.Et probat̃ ex no.ꝑ Bar.in l.j.§. ex hoc edicto de postulando,ubi dicit, ꝙ clausula posita in fine referẽt ad omnia,si fieri põt cõmode, aliàs refertur solum ad illud , ad quod põt referri cõmode ꝑ illũ tex.& per no.in d.§.fi.& faciũt no.per Bar.in l.Seiæ.§.Caio.de fund.instr.inducendo ut plene dixi in alio cõsilio,ꝙ non repeto. Et sic dicitur sola uulgaris facta filiis institutis concepta sub illa expressa cõdõne,si contigerit aliquem uel aliquos forte ꝑdecedere ipsi testatori sine filiis masculis, & fideicommissaria non dicitur facta sub dicta conditione expressa,sed in alium casum,in quem fieri potuit,uide licet si decesserit aliquis sine filiis masculis post mortem testatoris,d.l.cum auus.de cond.& dem.& d. l. cum acutissimi. C.
10 de fideicom.Nam quia† testator in conditione per illum exp̃ssa de filijs masculis tm̃ mentionem fecit, in tacita etiam ꝑdõne solum masculi intelliguntur positi ex coniecturata mente defuncti.argu.d.leg.qui filiabus.in princip.de lega.1. & nota.per Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad senatusconf.Treb.ubi ita in simili determinat , licet aliàs in conditione tacita fœminæ et intelligantur positæ, quando non apparet de contraria mente. Et per prædicta patet,ꝙ sola uulgaris est restricta ad certũ tempus,sed fideicommissaria non.Et ista uidetur esse responsio clara. Præterea, ut etiam aliàs dixi , substitutio non fuit facta simpliciter prædecedenti ipsi testatori,sed si cõtingat,aliquem for-
11 te prædecedere dicto testatori,quod † uerbum, forte, operat̃, quòd testator nõ dicatur se ad dictum tempus restrinxisse , sed uoluisse ẽt, ꝙ substitutio locum habeat post, & sic etiam si decedat post sine filiis,per tex.iuncta gl.in clc. 1.de app. & probatur ex no.per gl.in l.in substitutione.de uul.& pup. Et præsertim & necessario istud procedit isto casu , in quo testator substituit nedum vulgariter, sed etiam per fideicõmissum , & quæ substitutio fideicõmissaria locũ non possit habere, ubi testator diceretur se ad dictum tẽpus restrinxisse. Ex qualitate igitur dictæ substõnis declaratur, ꝙ ad illud tẽpus se nõ restrinxit, arg. no.in l.semper in stipulationibus.de verb.sig. Et quia talia sunt subiecta,qualia sunt prædicata,& econtra.l.3.in prin.& ibi Barto.de fun.inst.non enim est uerisimile, ꝙ elegerit uiam ad impugnandum sua iudicia.l.miles, qui destinauerat. de testa.mil.
12 Et alia rõne istud cõfirmatur. † Nam quãuis dubium sit, utrũ substitutio illa si hæres me uiuo moriatur , extendatur ad casũ, in quo superuiuat,& non sit hęres,& Ang.in l. 1.§.1.& in l.si pater filium. de uulg.& pup. & quidam alii dicant ꝙ non, tamen Imo.in c.Raynutius.de test.in materia uulgaris tenuit ꝙ sic, & Alex.& nouissimi.in d.l.1.in prin.& Fulg.in l.fi. C.de hær.inst. subst.& Mod.in l.cum proponas.C.de hære.inst.Et ista opinio in casu nostro sine dubio videtur uera , ex quo testator substituit etiam per fideicommissum, quod effectum non potest habere,nisi grauatus superuiuat testatori.Non uidetur ergo testator ad illud tp̃s se restrinxisse, ex quo istud est antecedẽs necessariũ ad ualiditatem fideicommissi.l.omnino.de spõs. & l.illud. de acq.hær. Et quãuis prædicti loquantur de alio casu eiusdem substitutionis uulgaris,qui fuit in totũ omissus,tamen ẽt in casu nostro post tẽpus dẽt habere locũ fideicõmissaria, q̃ fuit expressa,& multo magis ex quo non põt aliter uerificari.Et sic ꝑ prædicta remanet respõsum ad oĩa ꝯria . Et est concludendum euenisse casum substitutionis fideicommissariæ . Laus Deo.

¶ Fideicommissum relictum in pœnam hæredis quando debeatur ab hærede non exequente voluntatem defuncti .

SVMMARIVM.

1 *Hæres si non adimplet uoluntatem defuncti cum primum potest pœna priuationis apposita per testatorem committitur , interpellatione præcedente etiam temporis .*
2 *Pœna priuationis non tollitur per acceptationem oneris,nisi etiã illud exequatur. & nu.4.*
3 *Ignorantia an exclusit a pœna adiecta in codicillis , si ignorans faciat actum illicitum . & nu.9.*
5 *Pœna apposita super principali non extenditur ad id , quod in consequentiam uenit .*
6 *Dictio, & sic, stat illatiuè ad præcedentia .*
7 *Hæres a testatore grauatus ei facere monumentum, per actionẽ ad illud construendum non compellitur.*
8 *Interpellatio extraiudicialis non sufficit ad constituendum eum in mora,qui solo officio iudicis tenetur.*
Interpellatio tacita per rursum tẽporis non sufficit ad cõstituendum aliquem in mora,qui solo officio iudicis teneatur .
9 *Ignorantia exclusat a pœna, quando factum non est de iure prohibitum .*
10 *In implemento conditionis casualis quando requiratur scientia .*
11 *Hæres per restrictionem in integrum liberatur a pœna propter moram commissa .*

CONSILIVM CLXXXIIII.


ISO puncto & his,quæ proponuntur & allegantur contra d.Amabiliã, videtur prima facie,ꝙ hęreditas fratris, in qua successit ex eius testamento peruenire debeat iure fideicommissi ad Io.Franciscũ, & Federicũ cõsobrinos ipsius testatoris , q̃ in plurib.dictam sororẽ suam hæredem institutã,tam in testõ, quam

quam in codicillis grauauit,& inter cętera,ꝙ construi faceret sibi monumentum marmoreum,in quo voluit expẽdi ducatos 20.intra spatium vnius anni. Ac demum iussit & ordinauit dictus testator,ꝙ quatenus d.do. Amabilia nollet assumere onus exequendi prædicta, & sic non exequeretur ordinata per ipsũ testatorem, ea omnia fiat & perfici dẽant per Ioã. Franciscum & Federicum cõsobrinos suos, ad quos voluit eo casu oĩa eius
1 bona ꝑ fideicommissum deuenire,&c. † Quia igitur d.domina Amabilia non fuit exequuta omnia ordinata per ipsum testatorem,& præsertim quia construi non fecit dictum monumentum intra annum,per lapsum tp̄is fuit in mora.l.magnam. C. de contrah.& committ.stipula.& ꝯsequẽter dicitur impleta cõdõ fideicommissi,ad quod illa fuit pęnam grauata,s.quatenus nollet assumere onus exequendi prædicta,& sic non exequeretur.quæ uerba exponuntur,i.quatenus esset in mora exequendi,vt videtur casus in l.si penum.quando dies leg.ced.& probatur in l.1.§.item si ita.ad l.Fal.& ibi not.Alex.& Bar.in l.si duo §.fi.per illum tex. de const.pecunia,& probatur in l.ita stipulatus.la grande,de verb.ob.in versi.Sabinus.vbi habetur ſm cõmunẽ intellectũ,ꝙ in uoluntatib.pœna cõmittitur,quã primũ hæres potuit adimplere & non adimpleuit, siue dispõ pœnalis incipiat a præcedẽti dispõne,siue a præcedenti cõdõne, & hoc, ſm Doc.ꝓcedit,quando interpellatio præcessit,sicut præcessisse dicitur ĩ casu nostro per lapsũ diei,qui interpellat pro hoĩe. d.l.magnam. Nec obstare uidetur,ꝙ d. Amabilia sit grauata, si
2 non acceptauerit onus exequendi,& sic ꝙ satis sit,†ꝙ illud acceptauerit pro implemento condõnis,quamuis exequuta non fuerit,quia ẽt actus exequendi est in cõdõne per illa uerba sequentia,s.& sic non exequetur,&c.Et ẽt dato,ꝙ hoc non fuisset adiectum,tamen per verba pręcedentia cõdõnalia, videlicet si non acceptauerit onus exequẽdi, acceptatio simplex oneris nedum ĩtelligitur in cõdõne negatiua posita,sed ẽt actualis exequutio,ita, ꝙ ad euitandam pœnam non sufficit onus acceptare,nisi sequatur exequutio,ut probatur in l. si hæres. de actio. emp.ubi habetur,quod hęres grauatus vendere per simplicem uenditionem non liberatur,sed etiam tenetur præstare ea,quę ueniunt in consequentiam uenditionis, ergo & in casu nostro intelligitur dicta conditio etiam de actuali exequutione, quæ sequitur ex acceptatione oneris exequendi.Et facit,quod not. Bald.post Iaco.de Aret. in leg.Titio centum.in princ.de condi. & demon. & per Bart.in l. sicut.§.superuacuum.quibus modis pign. uel hypothe.solui. & in leg.si quis adulterium.§. si quis
3 adulterium.de adult.per illum tex. Nec similiter uidetur,† ꝙ adiuuari possit prætextu ignorantiæ codicillorum, quia fideicommissum,de quo agitur,est conditionale, & respectu fideicommissarij conditio est casualis, ex quo eius implementum non pendet a facto suo,sed hæredis,ſm Bar.in l.in testamento. de cõd.& dem.Et ꝑpea satis ẽ, ꝙ cõdõ sit impleta,nec curatur de sciẽtia.l.2.de cõd.& dem.Qđ ẽt ꝓbatur alia rõne.Nã d.do. Amabilia sciuit & sciuisse præsumitur contenta in testõ,scđm Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 3.q.de uer.ob.cum cõcor. de quibus ibi,& in l.eius qui in prouincia.si cer.pet.in quo testamento erant onera,quæ in codicillis fuerũt repetita,& præsertim de construendo dicto monumento intra annum. Satis est ergo,ꝙ non impleuerit dictum onus, ꝙ sciuit impositum, quamuis ignorauerit pœnam in codicillis adiectam,quia ergo dabat operã rei illicitæ non implendo uoluntatem defuncti, quam implere debuit,& in cuius implemento versatur utilitas publica.l.uel negare,quemadm.test,apert.& nota.in l.Gallus. §.ꝙ si is.de liber. & posthu.& quia deliquit,cum in mora implendi fuerit,quæ mora est delictum,ſm Bart. in l.gerit.circa medium.de acquir.hæredi. uers. pone debitor in diem,&c.per l.quod te.cum ibi no.si cer.pet.& l. qui fine.de reg.iur.& Alex. in l.1.§. fin. in ult.colu. si quis ius dicen.non obtemp.Ignorantia dictæ pœnæ in codicillis appositæ non debet hæredem a dicta pœna excusare.l.cum qui nocentem. §. penult.de iniur. Et hoc quasi in terminis vult Pau.de Castro, in l.1. ff. de legi. dicens ad propositum, quod si delinquens ignorabat probabiliter pœnam impositam a statuto, ut quia erat forensis, si quidem delictum erat prohibitum, sed statutum solum addebat nouam pœnam,& ignorantia talis pœnæ, & statuti non excusat delinquentem a pœna prædicta, quia dabat operam rei illicitæ. Allegat etiam nota.per Barto. in leg. diuus. ad legem Corne. de sica.Sic ergo & in casu nr̃o nõ prodest ignorare codicillos,& pœnã in eis de nouo appositã,cũ hr̃s nõ implẽs,& existẽs in mora ĩplẽdi daret opam rei illicitæ,ut dixi.Ex quib.ẽt sequit nõ datur restõ,quia non subest iusta causa. facit.l.auxiliũ. de minorib. Sed præmissis non obstantib.contrarium puto de iure uerius,& maxime ex infrascriptis.Et primo, quia testator
4 sororẽ † onere fideicõmissi grauauit quatenus non acceptaret onus exequẽdi.Si ergo illud acceptauit,satis est ad pœnam euitãdã,quamuis aliter sequuta non fuerit exequutio,& prout refertur,dictã hæredẽ dictũ onus acceptasse. Nã diuersa sunt onus exequendi acceptare,& ipsum exequi actualiter,& iõ quãtum ad effectũ pœnæ euitandæ,quæ fuit imposita,si illa nõ acceptaret onus exequendi, sufficit sola acceptatio, vt probatur ex no.per Bar.in l.si fideiussor.§.meminisse.de le.1.ubi dicit,ꝙ si arbiter cõdẽnet aliquẽ ad locandũ sub pœna,& ille locet, ꝙ liberatus est a pœna cõpromissi, q̃uis non præstet patientiam quia q̃uis ad illam teneatur ex natura ꝯtus locationis,& ad eã agi possit actione descendente ex contractu,ad illam tamen nõ tenetur ex laudo,sed solum ad locandum,& ideo per solam locationem euitat pœnam compromissi,& laudi,per.l.in numerationibus in fine,de solutionibus ubi idem tenet, & in consi. 131.inci.Præcepit arbiter.Et respondet Bar.ad d.l.si hæredes. de actio. empti. & ad quædam alia, quæ uidebantur obstare, quem aliter non refero.& clarius Alexan.in fi.dicens, ꝙ in effectu quo ad pœnam euitãdam satis est locare,sed prima actione ex contractu potest cogi patientiam præstare, ne locatio sit inutilis.Et hoc etiam casu loquuntur contraria,sed in casu nostro quamuis satis sit acceptare officium exequendi, propter hoc tamen non fit,quin hæres possit cogi ad exequendum, nõ quidem metu pœnæ,sed actione ex testamento, quæ oritur ex legato,uel iudicis officio in casu,de quo infra, ideo per solam acceptationem dicti oneris pœna euitatur. Et cum Bart. transit Bald.Ange.& Alex.in d.§. meminisse. & etiam Aret. finaliter quando agitur de pœna euitanpa,sicut in casu nostro,quia
5 ſm eum,† pœna apposita super principali,nõ extenditur ad id quod uenit consequentiam,& sic ad patientiam.l.si prægnans. & leg. si vaccæ. de euic. ut ibi latius per eum. Vnde licet hoc casu teneatur onus implere, quia ad illud adeundo obligatur. leg. apud Iulianum.§.fina.ex quib.causis in possessio. eatur non tamen de iure sub pœna amissionis hæreditatis obligatur exequi & implere,nisi seruetur id,qđ habetur in auth.hoc amplius.C.de fideic.Et propterea quantum ad euitandum pœnam impositam ab homine satis est,ꝙ acceptet onus exequendi,cum pœna sit apposita,quatenus nollet acceptare.Quinimmo ẽt si non acceptasset,dummõ nõ recusasset,pœna non põt dici commissa,quia illa verba,quatenus nollet acceptare,exponuntur,si declarauerit nolle.Et sic declaratio est necessaria,sicut qñ dicitur affirmatiue,si noluerit,uel cum uoluerit,i.si declarauerit velle.l.si ita relictum.§.illi si uolet.de le.1.& ꝑ Doc. in l.3.eo.ti.& l.centesimis.§.fi.de uer.ob.Nec fuit necesse acceptare onus exequendi,uel declarare,ꝙ nolebat acceptare intra aliquod tempus,ex quo illa cõdõ nõ habet limitatum tempus. Quamuis enim onus iniunctum hęredi hẽret diẽ tamen adhuc elapso die remanet obligatus,& est in mora constitutus. Et ꝑpterea cum teneatur,adhuc exequutio cadit super illo,& consequẽter acceptatio oneris exequendi,uel declaratio prædicta, non põt dici post diem esse frustratoria. Ita demum ergo potuit pœna cõmitti,si d.Amabilia fuisset interpellata,ꝙ acceptaret,& nõ acceptasset,quam primum potuisset d.l. si pœnum, cum concord.& d.l.ita stipulatus.ẽt si pœna, vel fideicommissum hoc relictum in pœnam inciperet a præcedẽti cõdõne,ꝙ in casib.in quib.committitur pœna statim ꝙ quis potuit dare vel facere,& non expectatur,ꝙ positum in conditione præcedenti desinat dari,vel fieri posse, sicut in vltimis uoluntatibus speciali fauore earum,quia in contrarum est regula d.l.ita stipulatus.tunc etiam necessaria est interpellatio ad commissionem pœnæ,ſm Pau.de Ca.& Are.& Ale.in d.l.ita stipulatus. Non obst.insuper,quod in casu nostro testator posuerit in conditione acceptationem oneris exequendi,sed ipsam exequutionem, dum dixit, & quatenus nollet acceptare onus exequendi, & sic non exequeretur, &c. quia hoc ultimum debent intelligi, si non exequeretur ex non facto præcedenti, & illo mediante, scilicet quia nollet acceptare dictum onus exequendi,

di ex quo non facto sequitur, ꝙ non exequitur, non autem intelligitur grauata hæres, si simpliciter non exequeretur & sic
6 etiam postquam acceptasset onus exequendi, q̃a illa dictio† & sic, stat isto casu illatiue, & ostendit, ꝙ disponens loquitur de his, quæ necessario sequuntur ex proxime prædictis, ut clare ꝓbatur in c. frequens. in prin. de rest. spo. li. 6. ubi dicit textus, dū enim exceptioni, s. spoliationis insistit, appellationes interponi cōtingit, & sic intermittitur, & plerūq; perimitur cāę cognitio principalis, &c. Patet ergo, ꝙ illud, qđ adiicit ꝑ illam dictionem, & sic, est effectus, qui sequitur ex præmissis, & consequenter, ꝙ stat illatiue ad præcedentia. Et eodem mō ēt in casu nr̃o stare dicitur, & tanto magis talis restrictio est facienda, cū agatur de odio pœnæ. c. odia. de reg. iu. in 6. & l. præses. & l. si de interpretationis de pœnis. Secundo principaliter dico, ꝙ non est locus fideicommisso, ex eo, ꝙ intra annum monumentum nō
7 sit constructum. Nam † ad illius constructionem hæres non tenetur iure actionis, nec per actionem compelli potest, quia ad authoritatem testoris solum pertinet, ut est casus in l. quintus, de annu. leg. & in l. hæreditas. de peti. hær. Et idem est dicēdum pompa illa funerali, quam testator mandauit fieri. Et q̃uis dicatur ibi, ꝙ possit cogi iudicis officio, nihilo minus per lapsum temporis appositi a testatore non constituitur hæres ī
8 mora, in qua † etiam non constitueretur per expressam extra iudicialem interpellationem, quia ubi quis tenetur solum iudicis, officio ad constituendum illum in mora, necessaria est interpellatio iudicialis, & non sufficit interpellatio extraiudicialis expressa, ut est casus singularis & ibi notant omnes in l. cum postulassem. de dam. infect. Et est rō, ſm Bart. in l. j. de iurisdictione omnium iudicum, quia iudicis officium nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. de act. emp. & d. l. quintus. & d. l. hæreditas. ideo hoc casū mora difficilius contrahitur. Sicut ergo hoc casu per interpellationem extraiudicialē & expressam mora non contrahitur, sic etiam nec per tacitam diei interpellationem, quia tacitum plus non debet operari q̃ expressum. immo solet operari plerunque minus, ut patet in tacita pupillari. Et declarat Barto. in leg. si quis stipulatus sit Stichum, in fine principij, de verb. ob. Et ideo quamuis in cōdōne apponerētur non solum acceptatio oneris exequendi, scilicet etiam aqualis exequutio, & sic quamuis simpliciter diceret, & si non exequeret, adhuc tñ pœna nō cōmittitur, quamuis lapsus sit terminus assignatus ad construendum monumentū. Quia illa uerba, & si non exequetur, exponunt, idest, si fuerit in mora exequendi propter dispōnem, hoc est, onus præcedens iniūctum a testōre dispositiue d. l. si penum. qñ dies leg. ced. & d. l. j. §. si quis ita. ad leg. Fal. & per omnes in d. l. ita stipulatus. & per Bar. in terminis nostris in consi. 7. inci. Factum tale est, Andreas Martini, &c. Cum ergo per illam tacitam diei interpellationem mora non sit contracta, ut dixi, non est adimpleta condō fideicommissi relicti ab hærede, sed pro implemento illius fuit necessaria iudicialis interpellatio, per quam isto casu mora contrahitur d. l. cum postulassem. Et ista rō, iudicio meo, est uera, concludens & necessaria, & quæ procedit, etiam si d. Amabilia fuerit sciens, & multo magis si ignorauit pœnam appositam in codicillis, prout præsumitur ignorasse, ſm Bart. in d. §.
9 duo fratres. in 3. q. † licet ēt sciret sibi impositum onus cōstruēdi monumentum intra certum tempus, q̃a cum non esset obligata ad constructionem illam, prætermisit iure permittente, & sic non dedit operam rei illicitæ antequam ꝑ iudicem cogeret cuius officio, ut dixi poterat cogi, iō ignorātia dictæ pœnæ dēt eam excusare, q̃a hoc factum non est punibile de iure, sed efficitur punibile ex dispōne testōris. l. fi. de decre. ab ord. facien. & per Pa. de Ca. in d. l. j. de legi. ubi habetur, ꝙ statutum pœnale
10 nō ligat ignorantes, qñ factū nō erat de iure prohibitū. † Nec ob. ꝙ in implemento conditionis casualis non requiratur scientia. l. 2. de condi. & demonst. quia loquitur illa lex quando non agitur de commissione pœnæ, sed ubi pœna apponitur non committitur contra ignorantem, iuxta no. per Bart. in l. generto. de his qui notan. infa. & propterea scientia est necessaria, quia alias non dicitur delinquere, nec in delicto esse. uel dolo sine quo quis non incurrit in pœnam. le. aliud est fraus. de uer-
11 bor. sign. † Et ubi etiam ipso iure pœna esse commissa, saltem cōpeteret restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, quia qui incurrit priuationem alicuius iuris per non implementum ex capite ignorantiæ instituitur in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta cā, ut no. gl. & Doct. in l. 2. C. de iure emph. & Bar. & Doc. in l. cum filius. §. in hac. de uer. obl. & Bar. & Doct. in l. ad diem eo. tit. & per Alex. consi. 45. 5. uol. cum aliis concordantibus de quibus in dictis locis. Et prædicta procedunt multo magis quo ad illa onera, quibus non fuit dies apposita, quia si nō præcessit interpellatio, hæres non fuit in mora. l. quod te. & ibi no. si cert. pet. ideo pœna non potuit committi, quia non fuit in mora exequendi, sine qua non committitur pœna, ut dixi. Et per prædicta clara colligitur responsio ad omnia, quæ allegantur in contrarium, & tādem concluditur, ꝙ fideicōmissum relictum in pœnam hæredis non debetur, quia conditio, sub qua relinquitur, purificata non inuenitur, uel ꝙ ꝑ restitutionē in integrū saltē hæredi succurritur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta filiæ institutę per hæc uerba, & idē substituit quoscunque filios, & descendentes ex ea, est uulgaris simplex, & non restricta ad casum Galli.*

2 *Substitutio facta filijs seu nepotib. post mortem eorum, puta per hæc uerba, & eis descendentib. seu aliquo eorum decedēte, tunc superstites ex eis substituit, substitutio fideicommissaria seu cōpendiosa dicitur.*

3 *Substitutio nepotum quando in dubio intelligatur facta in casum necessitatis, etiam contra sonum uerborum.*

4 *Grauatus filius restituere hæreditatem intelligitur grauatus, si decesserit sine liberis, etiam si ecclesiæ restitutio facienda sit. & uide nu. 10.*

5 *Aliud est ēē substitutum alicui, si is sine filijs decesserit, et aliud est esse substitutum eo & filijs eius decadentibus.*

6 *Onus substitutio iniunctum deficiente substitutione apud hæredi remanet. & nu. 7.*

8 *Fideicommissum relictum post mortem omnium debetur post mortem ultimi morientis, nisi aliàs ualere non possit, quia tunc uidetur relictum post mortem primi.*

9 *Verba testamenti sunt interpretanda, ne absurditas sequatur.*

CONSILIVM CLXXXVI.

IMPERITIA notarij est cā præsentis dubij, q̃ mentem defuncti non exposuit, ut debuit. Est igitur in primis uidendum, quæ & qualis sit prima substō facta filiæ institutæ ꝑ hæc uerba, & eidem substituit quoscunq. filios, & descēdentes ex ea primi gradus tm̃, & tunc superstites & uiuos, qui eorum matri fuerint obedientes, & uitam laudabilem duxerint, & est dēm, ꝙ sit uulgaris, & ꝙ facta intelligitur in casu Galli, uel legis Velleiæ, s. si filia uiuo testatore moriatur, & sic casu quo ex dicta cā hæres esse non possit, vt est casus in l. Gallus. §. quidam recte. de libe. & posth. ſm quartum intellectum, dum exemplificatur ille tex. in patre, qui filium instituit, & nepotem substituit. Nā tunc nepos dicto casu intelligitur uocatus, & vulgariter tantū substitutus, ſm oēs. & illa uerba, tunc uiuos & superstites, referuntur ad tempus mortis filiæ, non quidem simpliciter sed cōtingentis & superueniētis uiuo testatore, quia in illum casum,
1 ut dixi, nepotes ex filia intelliguntur uocati, & † ubi glo. in d. §. & in exemplo prædicto locum tm̃ hēret, ſm illa tempora, prout uidetur uoluisse Imo. in cap. Raynutius. de testa. in materia uulgaris, de testamentis, & Ale. in l. 1. in princ. col. antepenul. de uul. & pupil. ac etiam casu, quo filia non fuisset de necessitate instituenda, sicut quando ex forma statuti exclusa fuisset ab intestato per superexistentiam agnatorū, quo casu potuisset præteriti iuxta plene no. & per Doct. in d. §. & quid si tantum. eadem. l. Gallus. adhuc dicta substitutio fuisset solum vulgaris, nō tamen restricta ad casum Galli, sed simplex, & casu quo filia hæres non esset, quia ubi dicitur unum instituo, & alium substituo, in uulgarem tantummodo casum censetur facta substō. l. iam hoc iure. & ibi no. Doct. de vul. & pup. & per Bar. in l. Lucius. in penul. q. eod. tit. & in d. §. quidam recte. & ibi etiam per alios communiter. Et quamuis in casu nostro fortassis testōr aliter uoluerit, quia tamen aliud non dixit, sua uoluntas, quæ in dispositionem non transiuit, effectum non habet. l. quidam cum filium & ibi no. Bal. de hær. insti. & per Ale. in l. 3. in fi. C.

de

de lib.præt.Secunda uero ſubſtitutio facta dictis filiis,filiæ pri-
mi gradus per huiuſmodi uerba, & eis decedentib. ſeu aliquo
eorum decedente,tunc ſuperſtites, & uiuos ex eis ſubſtituit in
ſtirpem,& non in capita,&c.uidetur magis dubia, quia ſimili-
ter uidetur uulgaris tm̃,& cõcepta eo caſu,quo pronepos ſub
ſtitutus erat de neceſsitate inſtituendus, uidelicet quando ne-
pos ex filia moritur,& de medio tollitur uiuente teſtatore, &
filia inſtituta,& q̃ demum uiuo patre decedat,iuxta d.l.Gallus.
§.idem credendum.Nam in dubio ſubſtitutio intelligitur facta
in caſu neceſsitatis,ẽt ſi uerba aliter ſonent, ſecundum Bart. &
alios communiter poſt gl.in d.§.quidam recte dũ concludunt,
ꝙ ſi dixerit teſtator filium; & nepotem ex eo inſtituto, ꝙ ne-
pos uocatus intelligitur ordine ſucceſsiuo,& eo caſu, quo de
neceſsitate erat inſtituendus.de quo in l.poſthumorum, de in-
iuſt.rup.& irri.teſta.quamuis natura copulæ ſit,vt æqualiter,&
2 eodem tpe admittantur. † Sed ꝙ in caſu præmiſſo ſubſtitutio
fideicommiſſaria dici poſsit,facit:quia eis decedẽtib.& ſic poſt
mortem eorum ſuperſtites ex eis ſunt ſubſtituti. Quando autẽ
quis ſubſtituitur poſt mortem inſtituti compendioſè ſubſtitu-
tus intelligitur perinde,ac ſi ſubſtitutus fuiſſet quandocunque
hæres deceſſerit, & ſic per verba ſignificantia tractum tempo-
ris,ut probatur ex no.per gl. in l. in teſtamento. C. de teſt.mil.
quam ad hoc ponderat ibi Rapha.& Moderni Peruſini. Et pro
pterea idem uidetur in caſu noſtro, licet ſimus inter perſonas,
inter quas cadit ordo neceſsitatis, ex quo verba congrue poſ-
ſunt hoc ſignificare, ſicut etiam videmus, quod ubi teſtator fi-
lium inſtituit,& ſi hæres non erit,ſubſtituit nepotem, quod di
cta ſubſtitutio de nepote non intelligitur ſolum facta in caſu
neceſsitatis,& prouiſiõ per d. l. Gallus. ſed omni caſu, quo fi-
lius non ſit hæres,ſiue quia non poſsit, uel nolit, ſicut ſi facta
eſſet de quolibet extraneo.l. ſi filius hæres. de liber. & poſthu.
& per omnes Modernos, in d. §. quidam recte.& hoc, ſecun-
dum eos;quia illa uerba,ſi hæres non erit, ſui natura includũt
utrumque caput,ſcilicet uoluntatis,& impotentię.l.cum pro-
ponas.C. de hæredib. inſtituen. ita ergo in caſu noſtro iudica-
ri debet prædicta ſubſtitutio compendioſa, ex quo uerba ad
illa ſunt apta & congrua.Et hoc puto verius,quia hoc eſt fauo
rabilius.l.in teſtamentis.de reg.iur.Nec ob. allegata in contra-
3 rium.Quia † verum eſt,ꝙ iudicatur in dubio ſubſtõ facta in ca
ſu neceſsitatis contra ſonum verborum, quãdo aliàs ordo ne
ceſsitatis & charitatis peruerteretur, ut quia nepos cum filio
ſimul & eodem tempore admitteretur, quod nõ eſt in caſu no
ſtro,quia per compendioſam non uocatur pronepos eodem
tempore & ſimul cum nepote,ſed poſt mortem eius & ſucceſ-
ſiuo ordine,ideo non eſt iſto caſu a uerbis recedendum, ſicùti
proxime probatum eſt. Præterea hodie non habet locum qđ
dicitur in d.§.quidam recte.ſm quintum intellectum,ſm Imo.
in d.c.Raynu.& Ale.in d.l.1.de vulg. & pup. Sequitur & tertia
ſubſtõ,per quam teſtator vocat agnatos deficientib.filiis & de
ſcentib.d.Poliſenæ filię inſtitutæ ac linea deſcendentium ex ea,
aut, matri ſuæ non obedientib.& laudabilem vitam non ducẽ
tibus,&c.Quæ ſubſtõ agnatorum ſimiliter eſt compendioſa,p
nõ.in d.l.in teſtamento. & quibus caſib.poſsit locum habere ĩ
præſentiarum non eſt opus quærere. Nec ex parte teſtamenti
deſcendentes ipſius do.Polyſenæ dici poſſunt uocati,quia ſunt
ſolum in condõne poſiti,quæ non diſponit, ſm glo.communi
ter approbatam in l.Lucius.de hær.inſti.His igitur pmiſsis pro
intelligentia dicendorum eſt nunc vidẽdum de uiribus ultimæ
ſubſtõnis factæ de monaſterio S.Mariæ de Vado dè qua agitur
& ſuper qua dubitatur & quæ talis eſt.quib.d.Polyſena & eius
filiis ſibi obedientib.primi gradus & uitam laudabilem ducen-
tib.& ſimiliter aliis agnatis ipſius teſtatoris laudabilem uitam
ducentib.penitus deficientib. tunc & eo caſu voluit & manda-
uit dictus teſtator omnia bona mobilia & immobilia & iura
bonorum immobilium ſuæ hæreditatis iure ſubſtõnis perueni
re debere ad monaſteriũ S. Mariæ de Vado ciuitatis Ferrariæ
&c.Circa quam ſubſtõnem conſidero aliquos caſus. Primus
eſt quando do. Polyſena decederet nullis extantib.deſcendenti
bus ex ea,nec agnatis teſtatoris.& iſto caſu monaſteriũ admit-
mitteretur, quia uerificantur verba teſtamenti, & omnis ꝯdõ
ſub qua vocatur,tunc impletur.Secundus caſus eſt,quando di-
cta domina decederet cum filiis,qui eꝫ ſubſtõne uulgari de il-
lis facta iam ſucceſsiſſent, ac demum ſine filiis deſcendentibus
mortui eſſent, & ſimiliter hoc caſu monaſterium ſuccedet et
agnatis non extantibus quia hic etiam caſus eſt a teſtatore pro
uiſus,& ex verbis teſtamenti relatis ſatis colligitur,ꝙ monaſtę
rium etiam dictis filiis ſubſtituitur dicto caſu, in quo potue-
runt grauari. Nec iſtis caſibus ob. quod fideicommiſſum reli-
ctum monaſterio,intelligatur relictum ab vltimis, & ſic agna-
tis.l.codicillis.in prin.& ibi per Bar.de vſufru.leg. quia ubi ita
ſit,tamen onus ei iniunctum remanet apud uocatos per prius.
leg. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu.tollend.& dicetur in ſe
quenti caſu.Tertius uero caſus eſt,quando dicti filii do. Polyſe
næ ex vulgari,per quam uocãtur,ſucceſsiſſent, & cum filiis de
ceſsiſſent nullis extantib.agnatis teſtõris,& tunc prædictũ mo
naſterium ex ſubſtitutione uenire non poſſet, quia dicto caſu,
ſ.quo filii do.Polyſenæ decedant, ſeu aliquo eorum decedente
ſuperſtites, & uiuos ex eius ſubſtituit in ſtirpem & non in capi
ta,ut patet ex ſecunda ſubſtõne. Iſto igitur caſu, quo prouidit
de deſcendentib.ex dictis filiis,& quos magis dilexit quam mo
naſterium,non intelligitur uocari monaſterium per uerba ge-
neralia,de quib.ſupra.l.cohæredi.§.qui patrem.de uul.& pup.
& facit qđ no.Bar.in l.fi.ad Tertullianum. Præterea vbi etiam
filii filiorum do.Polyſenæ non eſſent ſubſtituti, tamen mona-
ſterium hoc tertio caſu admitti non poſſet ex ſubſtitutione fa
4 cta filiis primi gradus,quia† per fideicommiſſum intelligeren-
tur grauati reſtituere monaſterio ſub tacita conditione, ſi de-
ceſſerit ſine filiis.l.cum auus.de cond.& demonſt.l.cum acutiſ-
ſimi.C.de fideic.quæ conditio tacita ẽt ſubintelligitur, & ſub-
auditur contra eccleſia fideicommiſſariam,ſm Bal.ibi. & Pau.
de Caſt.& Modernos Peruſinos in l.generaliter.§.cum autem.
C.de inſti.& ſubſti.& per Soc.latius in repetitione d.l.cũ auus.
col.21.uer.ſm corrollarium.Quartus eſt caſus,quando d.do.
Polyſena decederet ſuperſtitib.filiis, & nullis extantib.agnatis
teſtõris,poſt hęreditatem aditam,& ſic excluſis filiis ſuis primi
gradus vocatis ſolum,vt ſæpe dictum eſt ex uulgari,& qui de-
inde morerentur filiis extantib.ex eis, & hic eſt caſus, de quo
principaliter quæritur ac dubitatur.Et uidetur prima facie,qđ
monaſterium admitti debeat, quia eueniſſe uidetur caſus, in
quo monaſterium inuenitur uocatus,videlicet d. Polyſena, ac
eius filiis primi gradus & agnatis teſtatoris deficientibus. Nec
obſt.ꝙ dicta domina cum filiis primi gradus deceſſerit,quia a-
5 liud† eſt,ꝙ quis dicatur grauatus, ſi deceſſerit ſine filiis, quo-
niam iſto caſu ad excluſionem ſubſtituti ſufficit filios extare tẽ
pore mortis grauati.l.ex facto.§.pen.ad Tre.& uoluit hoc Ol-
d.conſi.21.inci.Thema tale eſt,&c.& Io.And.in addi. Spe.in ti.
de teſta.§.in primis,ad fin.& aliud eſt, ꝙ ſubſtitutus ſit aliquis
grauato, & eius filiis deficientib.quia ſubſtitutus admittitur,
quandocunq. dicti filii deficiant,& ſic etiam poſt mortẽ graua
ti,ſm Alex.qui inter prædictos caſus diſtinguit & differentiam
facit in conſi.43.inci.Conſideratis,&c.4.uol.& Soc. clare in l.
ſolemus.in fi.de cond.& demon.Nec etiam obſtare poteſt, ꝙ
dicto caſu defecerit prior ſubſtitutio facta de monaſterio,etiã
ſi ſubſtitutio facta fuiſſet nominatim expreſſe dictis agnatis.
6 Quia † deficiente primo fideicommiſſo dictis agnatis relicto,
& ꝙ in compendioſa de illis facta continetur commodum, re
manet apud hæredem cum onere fideicommiſsi iniuncti pri-
mo fideicommiſſario,l.unica.§.pro ſecundo.C.de cad.tol.& p
Bar.& alios,in l.quandiu.l'ultima.de acqui.hære. Sed præmiſ-
ſis nõn ob. contrarium uerius arbitror & intentioni teſtatoris
magis conuenire.Nam poſt inſtitutionem factam de do. Poly
ſena, & ſubſtitutionem vulgarem ei factam de filiis ſuis primi
gradus,ſubiunxit teſtator, & eis decedentib.ſeu aliquo eorum
decedente,tunc ſuperſtites, & uiuos ex eis ſubſtituit in ſtirpes
& non in capita,&c.dum ergo dixit,& eis decedentibus,&c.in
caſu,quo omnes filii primi gradus decedant,uocat ſuperſtites,
& uiuos ex eis,quia illa indefinita æquipollet uniuerſali.l.ſi plu
rib.in prin.de leg.2.& per conſequens eſt neceſſe, dum ſubſti-
tuit ſuperſtites & uiuos ex eis, ꝙ intelligatur de deſcendentib.
ex dictis filiis primi gradus,ut ſ.illi admittantur, ſiue omnes de
ficiant,ſiue alteri tantum. Nec poteſt intelligi,ꝙ ſenſerit teſta
tor de aliis filiis primi gradus ſuperſtitibus quaſi ꝙ uni ex illis
præmorienti fratres eiuſdem ſuperſtites ſint ſubſtituti, quia,
ut dixi,etiam in defectum omnium exiſtentium in dicto primo
gradu facta eſt ſubſtitutio. Ergo non de aliquo, uel aliquib.ex
eis ſed de deſcendentib.eorum,uel alterius eorum in ſtirpem,

&

& non in capita, quæ etiam verba dictis filiis primi gradus cõuenire non possunt, qui in capita tm̃ admitti possunt, sed descẽdentib. eorum conueniunt, qui dicto modo admitti possunt, puta quando unus ex filiis dicti primi gradus decederet relicto filio & nepotib. ex alio, iuxta ea quę hn̄t in auth. cessante. C. de legi. hære. Si ergo hoc casu per secundam & specialem substõnem sunt dicti descendentes vocati, ergo ultima substõ de monasterio concepta per uerba generalia non includit hunc casum in quo de aliis est spãliter prouisum d. l. cohæredi. §. qui patrem. de uul. & pup. Sed circa hoc oritur dubium, quia filii primi gradus dicto casu per aditionem matris sunt exclusi a substõne uulgari, per quam vocantur. l. post aditam. C. de impub. & aliis subst. Ergo uidetur, ꝙ descendentes eorum ex fideicommissaria comprehensa in compendiosã de eis facta non potuerit hẽre effectũ, qa dictum fideicommissum a filiis primi gradus in dubio intelligitur relictum, s. casu, quo ex uulgari successissent potius, quam a filia primo loco instituta. l. codicillis. in prin. & ibi no. Bar. de usufr. leg. Si ergo dicti filii primi gradus grauati, per aditionem matris remanent exclusi, grauamen illis iniunctum expirat, quia non sunt honorati. l. ab eo. C. de fideicom. l. 1. §. sciendum. de leg. 3. & quia ab eis uulgariter substitutis grauatis non fuit adita hereditas. l. ille a quo. §. si de testamẽto. ad Treb. Ad istud autem rn̄detur † ꝙ quãuis filii primi gradus essent grauati restituere suis descendentib. tamen fideicommissum eis iniunctũ non expirauit, ẽt si ex uulgari admitti non potuerunt, sed onus eis iniunctum remansit penes filiam institutam cui facta fuerat substitutio uulgaris. l. unica, §. pro secundo. & §. fin autẽ sub condõne. C. de ca. tol. Sicut etiam uidemus ꝙ ubi prima substõ est fideicommissaria, & secunda fideicommissaria, ꝙ primo fideicommisso deficiente apud hæredem remanet onus secundi relicti a primo fideicommissario, ẜm Bar. in l. quamdiu l'ulti. de acq. hær. per d. §. pro secundo. Idem ergo eadem rõne in casu nostro, & quia tex. in d. §. fin autem sub cõdõne. etiam casum nostrum includunt, & sic ad primam rõnẽ contrariam remanet rn̄sum, quia uerum est, ꝙ onus non remanet penes filios primi gradus exclusos, sed remansit penes filiã & hæredes suos, apud quem remansit hereditas, cuius aditione dictum fideicommissum fuit confirmatum d. §. pro secundo. & per hoc tollitur alia rõ. Præterea dico, ꝙ substõ compendiosa facta de descendentib. filiorum primi gradus, nedum facta fuit dictis filiis in casu, quo ex uulgari venirent, sed etiam dici põt facta filię institutæ casu, quo uulgaris expiraret eius aditione, nec uerba repugnant, immo hunc intellectum & interpretationem patiuntur commode. Quia dum dicitur, & eis decedentib. seu aliquo eorum decedente, tũc superstites & uiuos ex eis substituit in stirpes & non in capita, &c. potest intelligi, ꝙ substituit tam instituto quam substituto primo loco, quia uerba non

8 sunt in personã, sed in rem scripta, & dũ dicebatur, ꝙ † fideicõmissum in dubio intelligitur relictum ab ultimo & non a primo d. l. codicillis. & ibi Bar. de usufr. leg. rn̄detur, ꝙ a primo tm̃ vr̄ relictum, qñ alias ualere non posset, ẜm Bar. ibi. & in l. cẽtũrio. de uulg. & pup. versi. quæro ulterius, quid si testõr dixit, si filius meus decesserit sine filiis, &c. Ergo eodem modo etiam a primo intelligitur relictum eo casu, quo a secundo relinqui nõ potuit, & sic ab utroque diuersis tamen casibus & hoc ut omni casu fideicommissum hẽat effectum, & aliquo casu nõ pereat

9 l. quoties. de uer. obl. Præterea † alia rõne spãli dici potest etiã relictum fuisse a filia, quando uulgaris substitutio expirauit. Nam certum est, quod testator magis dilexit descendentes ex filia, & sic etiam nepotes & ulteriores ex ea, quam agnatos, qa dictos descendentes prætulit substituendo illos ꝑ prius, ac ponendo illos in conditione ad exclusionem agnatorum, iuxta not. in d. l. Lucius. de hæred. insti. Si ergo dicto casu dicti descẽdentes non intelligerentur substituti filię & hæredi casu quo filii ex ea primi gradus uenire non possent ex uulgari, sequeretur absurdum, quod agnati minus dilecti concurrentes tantum cum monasterio, illud excluderent, ut patet ex serie testamenti; & quod dicti descendentes magis dilecti concurrentes cum solo monasterio excluderentur ab illo. Item sequeretur, quod agnati concurrentes cum dictis descendentibus excluderentur ab illis, & quòd monasterium agnatis minus dilectũ concurrens cum dictis descendentibus præferretur eis. Et sic quod in prædictis casibus magis dilectus esset deterioris conditionis quam minus dilectus, quod reputatur absurdũ l. Publius. §. fi. de cõdi. & dem. l. si viua matre. C. de bo. mat. Pro hoc igitur absurdo euitando in dubio facienda est interpretatio, ꝙ fideicõmissum sit ẽt relictũ ab hærede instituta, per alleganda statim. Quinimmo põt ẽt dici, ut euitetur dictũ inconueniens, & casu quo prædicta locũ non haberent, ꝙ in dubio substõ de dicto monasterio non comprehendat istum casum, & ꝙ uerba q̃uis generalia illũ non includãt, sed ad alios casus, de quib. supra, restringãtur, in quib. prædictũ cessat absurdũ, vt probatur ex no. ꝑ Bar. in d. l. Gallus. §. ẽt si parente. ubi quærit, quid si testõr instituit filium, & si decederet sine filiis, deueniat in Titiũ, & hæredes eius, an hęredes extranei dicti Titii admittantur ad fideicõmissũ, & vr̄ ꝙ sic, per. l. in annalib. C. de leg. Contrarium tñ determinatur, ne sequatur absurdũ, ꝙ hæredes extranei ipsius Titii minus dilecti sint melioris cõdõnis quã hæredes extranei filii testõris magis dilecti, qui nõ sunt uocati d. l. Publius. §. fi. iõ dicto casu appellatione hæredũ Titii ueniũt filii tm̃. Et idẽ tenuit Richar. Malũb. in quadam disputatione, ut ibi refert, & alii sequuntur. & sic restringitur significatio dicti uerbi pro dicto absurdo euitan do. Ergo in casu nostro dd̄m est, ꝙ uerba generalia restringuntur ad effectum, ut dicto casu monasterium nõ admittatur propter absurdum, ꝙ sequeretur. Pro hoc etiam facit, qđ uoluit Ioã. And. in addi. Spec. in rub. de testa. ad fin. dum concludit post eundem Richar. Malumb. quod grauatus restituere Mæuio, & eius hæredibus masculis non tenetur restituere nepoti Titii ex filia, quia absurdum esset, ꝙ ille admitteretur, & eius mater magis dilecta excluderetur. d. l. si viua matre. Hinc ẽt uidemus, ꝙ sub illa cõdõne, si filius institutus decesserit sine filiis, non ponuntur fœminæ, sed masculi tm̃, qñ testõr proprias filias exclusit, ne sequitur absurdum, ꝙ neptes ex filio sint melioris ꝯdõnis quam filiæ testatoris magis dilectæ, ẜm Rapha. & Modernos in l. 1. C. de cond. inser. Cõfirmantur ẽt præmissa ex nota. per gl. in l. si mater. §. 1. de uulg. & pup. quæ vult, ꝙ ẜm ꝙ eã ibi subtiliter saluat & declarat Bar. ꝙ substitutio, quæ solet trahi ad alium casum non trahitur ad illum, quando per extensionem sequeretur inconueniens, qđ magis dilectus esset deterioris cõdõnis quam minus dilectus. Cum ergo substitutio facta de monasterio possit dici aliis casibus facta do. Polyxenæ & filiis eius primi gradus, s. qñ illi ex vulgaris successissent, ac sine filiis decessissent, agnatis testõris nõ extantibus, vt in secundo casu, de quo supra, ac etiam facta dicatur agnatis casu, quo admis si fuissent, dd̄m est, ꝙ non includat dictum casum, s. quando filii primi gradus exclusi a substitutione de eis facta deficiunt extantibus descendentib. ex eis, & hoc speciali ratione, ne scilicet sequatur incõueniens, ꝙ minus dilectus inueniatur melioris conditionis quam magis dilectus. Et si dicatur ꝙ ẜm hoc non admittetur etiam monasteriũ deficientibus postea aliis descendentibus ex dictis filiis primi gradus, quia non uocatur in defectum illorum, sed in defectum filiorum primi gradus tantum, istud concedo, nec ist ud est incõ

10 ueniens † quia uidemus, ꝙ etiam nec alio simili admittere monasterium, puta si filii primi gradus ex vulgari successissent, & cum descendentibus decessissent. Nam tunc per superexistentiam illorum monasterium perpetuo remaneret exclusum ex defectu saltem conditionis tacitæ. d. l. cum acutissimi. & dixi in secundo casu, nec illis demum deficientibus monasterium uocaretur d. l. ex facto. §. pe. ad Treb. & per Oldr. & Io. An. in locis superius alleg. Rõnabilius est ergo, ꝙ monasterium dictis casibus per superexistentiam dictorum descendentium nõ admittatur, quam ꝙ aliquo casu præferatur dictis descendentib. magis dilectis, & quos indistincte prætulit agnatis, quos etiam magis dilexit quam monasterium, & ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur nepotibus in bonis aui materni tenentibus primum locum tempore mortis eius.*

2 *Testamentum aui materni, qui præterijt nepotem tenentem primum locum tempore mortis ipsius non expressa iusta causa, hodie est ipso iure nullum.*

3 *Stante statuto, quod filia existentibus masculis sit dote a patre data contenta, non perpetuo sed temporaliter exc uditur, scilicet donec supererunt aliqui de masculis.*

4 Legi-

4 *Legitima ubi debita est præterito, reddit semper testamentum nullum.*
5 *Dos data filiæ imputatur nepotib. ex ea in legitimam, nisi pater stipulatus fuerit dotem soluto matrimonio reddi filiæ secundū communem opinionem.*
6 *Stipulatio patris de dote sibi aut filiæ eius reddenda, quemadmodum intelligenda sit.*
7 *Dispositio omnis a consuetudine uel statuto interpretationem recipit, licet per indefinitam, uel alternatiuam locutionem facta sit.*
8 *Stipulatio facta de dote restituenda in casum dotis restituēdæ de iure communi non recipit interpretationem a consuetudine, secus si non adsit illud uerbum, communi.*
9 *Dos profectitia mortua filia cum liberis non ad patrem, sed ad liberos, & eos tanquam hæredes matris pertinet.*
10 *Ordo uerborum attendi non debet, sed iuris uel statuti.*

CONSILIVM CLXXXVII.

E duob. est uidendum. Et primo, utrū nepotes ex filia pmortua viuente patre posſint in bonis aui legitimā petere. Scd'o, utrū dos materna sit dictis nepotib. in ltiam imputanda. Quoad primum de
1 iure cōi† est clarum, ꝙ dictis nepotibus in bonis aui materni debetur ltia, ex quo tpe mortis ipsius aui reperiuntur primum locum tenere. §. cæterum. in auth. ut cum de appella. cogno. & in auth. de trien. & semi. §. 1. & ibi no. gl. & probatur in l. 1. & l. non. n. de inoffic. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta. eod. tit. & iō licet olim nepos præteritus ab auo materno haberetur pro exhæredato, & ei competeret quære-
2 la. §. mater. institu. de exhæred. libe. hodie † uero si iusta causa non expressa prætereatur, testm̄ est ipso iure nullum, d. §. aliud quoq. & no. gl. in §. exhæredatos. in auth. de hære. & Falcid. & Docto. in auth. ex cā. C. de libe. præte. & in l. filio præterito. de iniusto, rupto & irrito testa. Nec ēt prædicti nepotes a dicta legitima ex forma alicuius statuti reperiuntur exclusi, solum. n. statutum sub rub. ꝙ filia sit cōtenta de eo, ꝙ pater dederit, vel dare promiserit, aut reliquerit in dotem, &c. excludit filiam dotatam a patre a petitione supplementi legitimæ, qn̄ extant descendentes uel ascendentes masculi, sed nec ēt tunc excluditur
7 Et † consequenter appellatione hæredum dom. Bonifacii ueniunt tantum filii, & sic quo ad eos dicta neptis intelligitur exclusa, quia quo ad eos tantum filii masculi Peregrini sunt in conditione positi, & non quo ad hæredes extraneos domini Bonifacii, qui non intelliguntur uocati. Et ista ratio mihi in proposito uidetur concludens satis, atque ex his responsio colligitur ad id quod in contrarium allegatur primo loco. s. ꝙ appellatione hæredis ueniat etiam extraneus. d. l. in annalibus. de iure delib. & d. l. sciendum. de uerb. oblig. Non obstat etiam dum secundo dicitur, ꝙ ratione illius uerbi uniuersalis, oẽs, includũtur extranei eo etiã casu quo nõ solent includi, secundum Bal. in c. Imperialem. de prohibita feudi alienatio. per Feder. Quia, ad uerba testamenti est aduertendum, in quo testator uoluit omnia sua bona peruenire ad eos omnes, qui erunt hęredes dicti domini Bonifacii. Illa ergo dictio, omnes, uniuersalis isto casu non determinat uerbum, hæredes, nec ad illud refertur, & sic, non determinat personam honoratam, sed illud uerbum dispositiuum. s. uoluit peruenire, ad quod uerbum dispositiuum non refertur, nec regitur uerbum illud, hæredes, significatiuum personæ honoratæ, sed ad uerbum erunt, & propterea relatiuum, ꝙ, pro suo antecedenti habet dictam dictionẽ, oẽs uniuersalẽ, & non uerbum, hæredes, quod sequitur. Et consequenter uniuersalitas non exprimitur ad extensionem, & ampliationem uerbi, hæredes, ad quod, ut dixi, non refertur, immo qualitas importata per uerbum, hæredes, adiicitur per relatiuum ad limitandum, & restringendum significatum uerbi uniuersalis præcedentis, per not. per Barto. in leg. omnes populi. de iust. & iure, in princip. & in leg. cunctos populos. in prin.

8 C. de sum. trin. ubi † uult, quod quando qualitas adiecta per relatiuum sine copula non competit cuilibet de genere, tunc stat restrictiue. l. ea tamen adiectio. de l. 1. Et ita est in casu nostro, quia omnes uniuersaliter loquẽdo non possunt esse hæredes, non dico habitu sed actu, do. Bonifacii, quoniã si oẽs homines simpliciter & in genere instituisset, aut institutio non ualuisset aut saltẽ habere effectum non potuisset propter difficultatem aut impossibilitatem adeundi & diuidẽdi hæreditatem, ẜm gl. in §. & unum. instit. de hæredib. instituend. & ideo quia qualitas adiecta per relatiuum hoc casu saltem quo ad effectum conuenire non potest cuilibet de genere antecedenti, stat re-

stricti

strictiue, sed non sic in casu Baldi & aliorum, qui allegantur in 3riũ, quia in casu suo vniuersalis.s.quibuscũq;, determinat ver bum, hęredibus, & exprimitur ad augẽdum qualitatem impor tatam ꝑ illud verbum, non autem qualitas illa dicitur exprimi ad restringendum significatum verbi vniuersalis, quia nõ adij
9 citur mediante relatiuo, sicut in casu nostro. Et sic† aliud est di cere, ꝙ hæreditas perueniat ad omnes hæredes do. Bonifacii, quo casu loquuntur, qui in 3riũ allegãtur, & aliud est dicere, ꝙ pueniat ad omnes, qui erũt hæredes do. Bonifacii, quia primo casu per dictionẽuniuersalẽ ampliatur qualitas adiecta: sed alio casu dictio vniuersalis restringitũr per qualitatẽ, quia per relatiuum adijcitur. Et cõsequẽter cũ isto casu qualitas sit adie cta ad restringẽdum dictionẽ vniuersalẽ, ab ea nõ põt recipe re augmẽtum, quia operaretur cõntrariũ effectum, cõtra l. legata inutiliter. de l. 1. Et istud est etiam, quod uoluit Bar. in ter minis in l. generali. §. vxori, de vsuf. l. dicens, ꝙ aliud est legare vsumfructũ omnium rerum suarum, quia tunc oĩa tã venalia quã non venalia cedunt legato. l. Iul. in prin. de l. 3. Et aliud est legare vsumfructum rerum suarũ, quę domi erant, quia hoc ca su illa uerba, quæ domi erãt, sunt apposita ad limitationem legati vniuersalis. Vnde tunc quæritur de significatione huius li mitationis, quæ domi erãt. Et textus ibi dicit, ꝙ venalia nõ uidentur esse in domo. Et idcirco nõ cedunt legato. Sic ẽt in casu nostro dictio uniuersalis ꝓcedẽs est limitata per illa uerba, qui erunt hæredes d. Bonifacii. Et ideo quærendum est tñ de signi catione dictæ limitationis, quæ, vt dictũ est, per se sola ex verisi mili mente defuncti solum cõpræhendit filios d. Bonifacij, ergo ad illos restringitur uniuersalitas perinde, ac si dictum fuisset, ꝙ uoluit omnia bona peruenire ad omnes filios d. Bonifa
10 cij. Sed plus ẽt† dico, ꝙ quãuis testator dixisset, ꝙ uoluit omnia bona peruenire ad omnes hæredes d. Bonifacij, quo casu, vt dictum est, qualitas nõ dicitur exprimi restrictiue, sed declaratiue, adhuc tñ in hoc casu nõ venirent eius hæredes extranei sed duntaxat filij. Et hoc ne sequatur absurdum, de quo supra, uidelicet ꝙ extranei hæredes d. Bonifacij minus dilecti sint me lioris conditionis quam hæredes extranei, proprii filii magis dilecti, & quia ubi extranei hæredes venirent, admitteretur etiã quælibet mulier extranea, quæ successisset domino Bonifacio, quod est contra uerisimilem mẽtem defuncti, qui exclusit neptem ex proprio filio. Ergo multo magis quaslibet alias fœminas extraneas, quinimo, ut dixi, sicut magis dilexit proprium filiũ quã do. Bonifaciũ, eodẽ mõ magis dilexit, filias filij, quã filias do. Bonifacii, & multo magis quã alias fœminas extraneas, quæ successissent do. Bonifacio. Et si dicatur, ꝙ hoc vltimũ solum probat, ꝙ mulieres hæredes do. Bonifacii dicantur exclusæ, non autem ꝙ omnes masculi etiam extranei nõ dicãtur uocati. Ad hoc respõdetur, ꝙ prima ratio etiam tendit ad exclusionem dictorum hæredum masculorum, & quia ubi illa uniuersalis loquutio de omnibus hæredibus domini Bonifacij re stringeretur ad hæredes masculos per id, quod ultimo loco est dictum, adhuc intelligeretur solum de filijs masculis, qui essẽt hæredes, quia ubi fit mentio de hæredibus masculis expresse, eadem ratione tacite & interpretatiue. l. cum quid. si certũ petat. intelligitur solum de filijs hæredibus, secundum Bal. in l. Caius. sol. mat. & in l. liberti, libertæque, de ope. libe. Pau. de Cast. & Ale. in d. §. etiam si parente. Talis ergo restrictio in casu nostro causatur a uerisimili & a tacita mente defuncti, de qua mẽ te cõiecturata cõstat ex præmisis. Et propterea iste sermo quã uis sit uniuersalis, debet tamẽ recipere restrictionem prædi
11 ctam, quia† quamuis nõ soleat restringi, si proferatur ab homine, dic. leg. Iulianus. recipit tamen illam restrictionem, quã testator facit, dict. leg. generali. §. uxori. & ibi notat Bartol. ubi testator legauit omnia, quæ in domo sunt. Vnde quia illa uer ba, quæ in domo sunt, stãt restrictiue, nõ ueniunt uenalia, quę sunt in domo, quia in ea esse nõ uidentur. Sic & in casu nostro restringi debet sermo uniuersalis ad filios domini Bonifacii, quia ꝙ sic talis sermo restringatur, uoluit testator, de cuius uo luntate constat ex coniecturis prædictis, ex quibus probatur voluntas, ac si expresse ad dictos filios sermonem suum restrin xisset. leg. licet Imperator. de leg. 1. Et pro hoc facit, quod uult Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uoc. ubi dicit, ꝙ licet in cõtractibus masculinum non concipiat fœmininum, pe ea quę ibi allegat, tamen si qui recipiat emphyteusim pro se, & liberis suis, veniunt ẽt fœminæ, quia aliàs, ẜm eũ, veniret nepos masculus ex filia fœmina. l. liberorum. de ver. sig. & non veniret ipsa filia, quæ est proximior, quod esset absurdum, secundum eum,
12 per d. l. Publius. §. j. Nã, secundum eum, pro † absurdo euitando verba extenduntur, vt cesset absurditas, & ideo vt absurdum cesset, appellatione filii venit nepos eo casu quo aliàs non veniret. l. vxorem. §. concubinæ. de leg. 3. & per Bar. in d. l. liberorũ. in 3. col. Sicut ergo extenduntur verba contra proprium significatum, ne sequatur absurdum, de quo in casu nostro. s. ꝙ minus dilectus sit melioris conditionis quam magis dilectus, secundum Alex. in d. §. liberos. eadem ratione econuerso, vt hoc absurdum euitetur, debent verba restringi contra propriam significationem, quia non minus vt cesset absurdum ẽt permissa restrictio quam extensio. l. scire oportet. §. aliud. de excus. tuto. & l. aliud. §. absurdum. de regu. iur. & l. furti. §. pactus. & ibi not. Barto. de his qui not. infam. & facit gloss. notab. in l. si mater. §. 1. de vulg. & pupil. substit. quæ vult, secundum quod eam subtiliter saluat & declarat Bar. quod substitutio cõcepta vno casu, quæ solet extendi ad alium casum, iuxta ea quæ habentur in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. non extendatur, quando mediante tali extensione sequeretur absurdum, ꝙ magis dilectus esset deterioris conditionis quã minus dilectus. Et adhuc melius facit, quod no. Bar in l. vtrum. §. si. de reb. dub. vbi quærit, quid si testator instituit Titium, & Caium, aut eius filios, & contingat Caium præmori relictis pluribus filijs, an qui libet habebit tantum, quantum Titius, an vero omnes habebũt vnam quotam. i. dimidiam, & alius aliam dimidiam. Et respondẽt, ꝙ secundum propriam significationem verborum quilibet deberet habere tantum, quantum Titius, per illum textum, quasi ꝙ videantur vocati in capita, & nõ in stirpes, ex quo hoc non est dictum. Sed tñ contrarium determinat ex tacita & coniecturata mente defuncti, nam secundum ipsum testator magis dilexit dictum Caium prædefunctũ, quã eius filios. Sed si ille viueret, solũ dimidiã haberet, & Titius aliã dimidiã. Ergo oẽs filii Caii minus dilecti non debent oẽs simul plus consequi, quã eorũ pater fuisset consequutus. alleg. d. l. Publius. §. 1. & sic vult Bar. ꝙ verba restringantur contra propriũ significatũ, ne sequatur prædictũ absurdũ, ꝙ minus dilectus sit melioris cõditionis quam magis dilectus. Ergo & in casu nostro ne hoc contingat, verba sunt restringenda. Nec dicatur, ꝙ Bar. & Alex. non loquũtur, quando verba erant vniuersalia, quia sicut in casu eorum a proprietate aliorum verborum receditur ratione prædicta, licẽt a propria significatione regulariter non recedatur. l. non aliter. in princip. de lega. 3. eadem ratione quamuis natura verbi vniuersalis, non sit, vt restringatur, d. l. Iulianus. in princip. tamen debet restringi in casu nostro pro dicto absurdo euitãdo. Nec video, ꝙ probabilis ratio diuersitatis assignari possit inter casum nostrum, & casum Bart. qui iudicio meo, determinat casum istum, & de quo Alex. in d. §. liberos mentionem non facit Et ratio colligi potest ex not. per Barto. in d. §. vxori. inducende eo modo, quo supra proxime induxi. Et ex his etiam colligitur responsio ad aliud, dum dicebatur, quod ex prohibitione alienationis facta ea ratione, vt bona perueniant etiam ad hæredes domini Bonifacii, illi dicantur vocati per fideicommissum eo casu, quo sit factum contra prohibitionem, per no. per Modernos, in dicta l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. obligat. & prout fecisse dicitur filius instituendo hæredem filiam suam. d. l. peto. §. fratre. quia quamuis ista sint vera, tamen negatur, quod hæredes extranei instituti a domino Bonifacio sint de vocatis, sed solum eius filii masculi, & hæredis intelliguntur vocati per prædicta. Præterea ex ea parte testamenti sub illa prohibitione alienationis non includitur hæredes institutio in
13 casu nostro duplici ratione. Et primo, quia† vbi fit simplex prohibitio alienationis, non comprehenditur sub ea hæredis institutio, quia talis alienatio est necessaria, cum non possit homo semper viuere. l. i. de fundo dota. & notat Barto. & docto. in l. si ita quis. §. ea lege, de verbor. oblig. & in d. l. peto. §. fratre. de lega. 2. Et talis fuit prohibitio in casu nostro, scilicet simplex. Nec obstat d. §. fratre. quia ille textus loquitur, quando prohibitio non est simplex, sed extra certum genus personarum, sicut quando prohibuit alienationem extra familiam. Nã hoc casu alienatio inter illos de familia permittitur, & extra illos tantum prohibetur, ideo sub tali hæredis institutio cõrinetur

tur,ſm Bar.ibi,& in d.§.ea lege. Sed in caſu nro inter aliquos alienatio non permiſſa, ſed ſimpliciter quò ad omnes prohibita,ideo ſub ea hæredis inſtitutio non eſt incluſa. Nec refert,ꝙ in caſu alienationis voluerit teſtator, ꝙ bona ad alios perueniant, quia ꝑ hoc nõ dicit prohibitio facta extra certũ genus ꝑſonarũ,ſed adhuc dicitur ſimplex, & habet locũ ꝓdicta,vt in terminis vult Ang.in cõſ.54.inc.Dña Andrea,&c. vbi concludit,ꝙ ſi teſtõr prohibuit alienationẽ ẽt quoquo titulo & quoquo mõ,& ſic ꝑ verba ꝓgnantia,& caſu quo cõtra fiat,voluit ꝙ hæreditas trãſiret ad aliũ,ꝙ iſta dicitur ſimplex prohibitio, & ſub ea nõ uenit hæredis inſtitutio,ꝑ no.per Bar.in dictis locis,nec põt ẽt uenire,ẽt ſi teſtõr uellet, vt ibi latius per eũ, qui ẽt rñdet ad §.fratre.qui allegatur in ꝯrium eo mõ,quo dictum eſt.& cũm eo ẽt tranſit Alex.in cõſ.155.in 2.uol.ubi de hoc late ꝑ eum. Alia ẽt rõne ſub hac prohibitione non cõtinetur dĩctã inſtitutio,ꝗa prohibitus eſt filius teſtõris alienare ſine cõſẽſu d.Bonifacii, & ſic alienare eſt permiſſus cum cõſenſu eiuſdẽ d.Bonifacii.Ex hoc aũt colligitur,ꝙ prohibitio alienationis nõ intelligitur de actu teſtãdi,ꝗa ille pẽdere nõ pt a cõſẽſu alterius.l.captatorias.C.de teſ.mil.& l.illa inſt.de hæ.inſ.& no.ĩ l.tã is.§.1.de don.cau.mor.& in l.ſeniũ.C.qui teſ.fac.poſ.quia ergo uerba prohibitionis nõ cõueniũt actui teſtãdi, iõ ad illũ nõ porrigit prohibitio. Et ita ꝑ iſtã rõnẽ in terminis cõcludit notãter Ale.ĩ d.cõſ.155.Si ergo ꝑ talẽ iſtitutionẽ nõ eſt factũ ꝯ prohibitionẽ,ergo dicti hrdes ex hac ultima parte teſti non poſſũt admitti,ꝗa ꝑ illã uocãtur ſolũ,qñ eſſet factũ ꝯ prohibitionẽ,ut habet in d.§.cohæredes.Et ꝓpea concluditur,ꝙ ex oĩ capite fideicommiſſum ceſſat,& non habet locum.Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio teſtatoris odio certarũ perſonarum facta, ne ad eas bona ſua peruenirent,ualet,per eamq; etiam ſucceſſio ab inteſtato prohibita eſſe cenſetur.*

2 *Conditio uel prohibitio, qua quis cum certa perſona matrimonium contrahere uetatur,turpis non dicitur.*

3 *Lex ciuilis,quę aufert lucrum delatum mulieri ab ipſa lege caſu quo matrimonium cũ raptore contrahat,de iure canonico non eſt correcta ſecundum communem opinionem.*

4 *Legatum ſub conditione datum,ab adempto ſub conditione non differt.*

5 *Ademptio legati ſub conditione facta pœna proprie non eſt.*

6 *Papa in præiudicium nõ ſubditi fideicommiſſo etiam cum cauſa derogare,nec fideicommiſſario ius ſpe approbata quæſitum auferre poteſt.& uide nu.16.*

7 *Grauatus reſtituere hæreditatem,ſi ſine filijs legitimis ſuſceptis ex alia muliere quam ex concubina ab eo retenta deceſſerit, ad matrimonium cum alia muliere contrahendũ inuitari uidetur,atq; concubinam uxorem ducere cauſatiue prohibetur.*

8 *Virginem ſeducens & cum ea ſtuprum committẽs, ipſam in uxorem ducere tenetur,quod ſi nolit,illam dotare debet, & corporaliter etiam punitur.*

9 *Mulier a uiro ſeducta in dubio præſumitur.*

10 *Ob ſtupri crimen & a ciuili & a canonico iure pęna imponitur.*

11 *Mulier in odium uiri delinquentis uirgo eſſe præſumitur.*

12 *Onus iniunctum alicui a teſtatore, propter quod quis ad delinquendum inuitatur, etiam ſi in lucri amiſſione conſiſtat, non tenet.*

13 *Conditio,ſi quis deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis,deficit per monaſterij ingreſſum.*

14 *Papa legem ciuilem uel diſpoſitionem teſtatoris prohibentem ẽt cauſatiue contrahere matrimonium cum certa perſona tollere poteſt.*

15 *Matrimonium inter tutorem & pupillam,inter rectorẽ & prouincialem de iure canonico,quod in omni foro præualet,ualet.*

CONSILIVM CLXXXIX.



VISO teſtamento do.Ioãnæ, & eius voluntate ac diſpoſitione diligẽter inſpecta, prima facie uidetur,ꝙ mortuo Antonio eius hærede relictis filijs ex Sara, & legitimatis per ſubſequens matrimonium,& non extantibus filiis ex alia vxore ſit locus ſubſtõni fideicommiſſariæ, & quòd hæreditas teſtatricis apud dictos filios remanere non poſſit, ſed tranſire debeat ad ſubſtitutos ex duplici capite. Et primo: quia dicta teſtatrix prohibuit hæreditatem & bona ſua peruenire ad dictam Saram, & ad natos, ac naſcituros ex ea, & d. Antonio directe uel indirecte. † Quæ prohibitio facta in certas perſonas ſingulares, & odio earum ualet, & per eam cenſetur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato,ut eſt caſus clarus,in l.codicillis.§.matre.de leg.2.& per Bar.& alios,in l.filiusfamiliàs.§.diui.de leg.1.& ꝑ Bar.& Doc.in l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.oblig. Ideo in his bonis non pñt dicti filij Antonio ẽt ab inteſtato ſuccedere,ſed cohæredi ſuo deberentur,ſi illum habuiſſet,d.§.matre. & quia cohæredem non habet,pertinent ad ſubſtitutos, ſm Bar.in l.uxorẽ.§.hæres.de leg.3. qui hoc voluit in caſu ſimili. Ex alio etiam dicti ſubſtituti admittuntur,quia ſunt uocati caſu,quo Antonius decederet ſine aliis filiis legitimis & naturalib.ex alia uxore, & de legitimo matrimonio natis,ſeu naſcituris,&c.Quæ conditio eſt adimpleta; quia non reliquit Antonius filios ex alia uxore. Nec dici põt,ꝙ iſta conditio ſit turpis,& reijcienda,tanquã impediat liberam facultatem contrahendi matrimoniũ cum d.Sara. Quia ex quo prohibitio præceſſerat, ꝙ non perueniret,nec peruenire poſſet ĩ illam, neque in filios eius hæreditas, quæ ualuit,vt dixi,per caſum, in d.§.matre. in conditione ſequenti nõ fuerũt poſiti ex Sara & Antonio,ꝗa iã fuerãt excluſi, & ꝓhibiti ſuccedere patri ab inteſtato,& nõ ad finẽ,ut ꝓhiberetur matrimoniũ cum Sara.Nã ẽt ſi facta fuiſſet ſubſtitutio ſimpliciter ſub conditione,ſi filius deceſſerit ſine filiis, quo caſu dici non poſſet impeditiua matrimonij,adhuc ſtãte dicta prohibitione præcedenti filij ex Sara & Antonio non feciſſent deficere conditionem prædictam,quia illa eſt expreſſa fauore filiorũ,& ut ab inteſtato ſuccedere poſſint patri in bonis teſtatricis,ut no.in l.Lucius,de hær.inſt.Cum ergo prædicti fuiſſent prius prohibiti in dictis bonis patri ẽt ab inteſtato ſuccedere,ipſi non intelligerentur poſiti in dicta conditione, quia non eſt præſumptio, ꝙ teſtator incontinenti uoluerit ſe corrigere.l.non ad ea. de condi. & demõ. Et quia ſpecialis prouiſio de dictis filiis Saræ derogat ſequenti prouiſioni generaliter factæ de filiis. l.cohæredi.§.qui patrem. de vulg. & pup.l.doli clauſula.de verb.obl. Et dato ẽt ꝙ Antonius † eſſet dicto modo grauatus ad finem impediendi matrimonium cum dicta Sara, adhuc tamen nõ diceretur cõditio vel prohibitio turpis,quia ex hoc nõ inducitur uiduitas, ex quo cum omnib.aliis poterat Antonius commode nubere. l.cũ ita legatum.& l.ſeq.de cond.& demon.quæ leges non ſunt etiã de iure canonico correctæ,quod ſic oſtenditur. † Nam lex ciuilis,quæ aufert lucrum delatũ mulieri ab ipſa lege caſu,quo matrimonium contrahat cum raptore.l.1.C.de rapto.virg.de iure canonico non eſt correcta,ſm glo.in c.cum ſm.de hæret.in 6. quia cum ipſa lucrum deferat,per eandem debet poſſe auferri, ſi cõtra eius prohibitionem mulier matrimonium cõtrahat. Et cum illa glo.tranſit Ioan.And.& Dominicus, & dicũt, ꝙ Hoſt. ẽt hoc voluit.Et hanc opi.ſequitur do.Abb.in repet.c.per tuas in 7.col.de arbit.do.Ant.in c.1.de ſponſal.Sali.in d.l.j.& Io.de. Ana.in ca.cum cauſa.de rapto. & iſta eſt cõis opinio,quamuis gl.in c.de puellis.36.q.2.quã pauci ſequũtur,velit contrarium. Sicut ergo lex ciuilis põt lucrũ,ꝙ ipſa detulit,auferre cõtrahẽti matrimoniũ cõtra ſuam prohibitionem, eodem mõ teſtator poteſt hæredi uel legatario lucrum hæreditatis vel legati,quod ab illo peruenit,auferre, ſi contrahat matrimonium cum certa perſona.Et in terminis uoluit hoc Old. conſi.16.inci. Thema tale eſt,Titius,&c.ubi concludit, ꝙ non tñ quis excluditur a legato relicto ſub cõdõne,ſi cum tali nuptias contraxerit,quãdo dictã cõdõnem non impleuit.l.uter ex fratribus.de cond.& dem.l.j.C.de inſtit.& ſubſt.l.Titio centum.§.1.de cond.& dem. ſed ẽt qñ legatum fuit purum,dummodo ſit ademptum ſub cõditione,ſi tali non nupſerit,quia inter† legatum conditionale & ademptum ſub conditione non refert.l.ſi legatum pure,de adimend.lega.Et quamuis,† dicit ipſe,hoc ultimo caſu ademptio uideatur facta in pœnam.l.unica.C.de his quæ pœnæ nomi.& le.2.ff. eodem.tñ ſm veritatem pœna non infligitur,per quã aliquid proprium abſit, uel abfuturum ſit, unde proprie pœna non eſt.l.dãnũ.de dam.infec.ſed eſt certa lex & conditio appoſita rei,quæ datur,quod eſt licitũ,de pac.dotal.l.ob res.§.j.de ſolutio l.j.& ſic,ſm eum, ẽt hoc caſu dicitur quis inuitari ad honeſtas nuptias ſpe lucri, quod eſt permiſſum, ut in iuribus

ribus prædictis.& cum eo transit Pe.de Anch. in regula nemo potest.de reg.iu.& Are.l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.fina.de uer. obl. Et per hoc infertur, ꝙ in casu nostro testatrix potuit explicite mandare Antonio, ꝙ matrimonium non ꝯheret cũ Sara,& casu quo cõtraxisset,eum priuare,quia proprie isto casu loquitur Old.& alii.Nec filiis Antonii prodesse uidetur gra
6 tia apostolica.Quia non potuit Papa† in præiudicium nõ subditi derogare,etiam cum cã fideicommisso,nec fideicommissario auferre ius quæsitum spe approbata,iuxta no.ꝑ Bar.in l. is potest.de acq.hær.prout Pa.de Cast.in consi.158.inci.Viso & examinato,&c.in consi.218.inc.Præsupposito sine præiudicio &c.& melius in consi.285.Primum dubium.col.pen.Et quamuis loqui uideatur de præiudicio in iure quęsito, idẽ tamen est etiam,quando infertur pręiudicium in iure spe quęsito,secundum Doc.communiter in c.per uenerabilem.qui filii sint legi. dum cõcluditur,quod Papa non potest legitimare in terris Imperii in præiudicium agnatorum, quibus etiam adhuc non sit hæreditas delata, & q̃ spem adhuc approbatam non habent,secundum Bar.in l.fi.in fi.C.de pac.cum concordantib.de quib. ibi. Et hoc quia iurisdictionem exercere non potest in locis & personis non subditis.Qua ratione utitur Paulus de Castro in dictis consiliis, quæ locum habet etiam in casu nostro. Et ultra eum hoc uoluit etiam Inn.in c.inquisitioni.in fi.de sen.excom.ubi dicit, si Papa præcipiat laico, qui non est de iurisdictione sua,nec ratione personæ,nec causæ,nec alia,non uideo quare dẽat obedire,&c.& dicit etiam Imo. post Paulum in cl. 1.ut lite pendẽ.ꝙ Papa non potest etiam motu proprio declarare,ꝙ hospitale priuatum Florentiæ sit publicum. Et ꝙ hoc non possit Papa,mihi uidetur,quod in terminis uelit glo.in d. c.cum secundum.de hæret.dum dicit,quod lex ciuilis, quæ aufert lucrum cõtrahenti matrimonium cum raptore, habet locum in his,qui non essent de temporali iurisdictione ecclesiæ. Et sic dicere uidetur, ꝙ dispositio dictæ legis ciuilis quo ad illos,qui nõ sunt de iurisdictione ecclesiæ, per ius canonicum tolli nõ possit.Et ista sunt quę primo aspectu multũ uñr vrgere cõtra filios dicti Antonii.Quibus tamẽ nõ obstãtib.contra-
7 riũ uerius arbitror.Et ꝑmitto,ꝙ testatrix † quæ grauauit Antonium,si decesserit sine filiis ex alia uxore,dr̃ inuitare dictũ Antoniũ ad matrimoniũ cõtrahendum cum alia,ex quo onus euitat,si ex alia filios relinquat,& retrahit Antonium a matrimonio cõtrahẽdo cum d.Sara grauãdo illum casu quo decedat cũ filiis ẽt legitimis & naturalib.ex ea susceptis. Et quia inuitãdo illũ ad matrimonium cum alia spe lucri,dicitur causatiue illũ prohibuisse,ne illud contrahat cum d.Sara,arg.d.l.cum ita. de cond.& demon.Et probatur optime in §.sed & pręsenti.in authen.de sanctis.epis.ubi habetur,ꝙ grauatus sub illa conditione,si decesserit sine filiis,si monasterium ingrediatur onus euitat,quia ubi purificata intelligeretur illa conditio per ingressũ nullis filiis extantibus,retraheretur a uita contemplatiua,quia ut onus euitaret,remaneret potius in sęculo,ac nuberet.Et sic patet,ꝙ illa conditio, si decesserit sine filiis, inuitat ad matrimonium,& ꝙ retraheret ac remoueret a uita contemplatiua, si per dictum ingressum non impleretur,sed deficeret conditio ut ibi,& in auth.nisi rogati.& ibi per Doc.communiter.C. ad senatuscon.Treb.& Bar.& Dy.in l.si ita quis.§.is cui.de leg. 2. de his quæ pœ.no.Io.An.in add.Spe.in rub.de sta.mon.& per Doc.cõmuniter in c.in præsentiã.de probati. Sic igitur in proposito,An.grauatus si decesserit filiis susceptis ex alia uxore,inuitatur ac prouocatur ad matrimonium contrahẽdum cum alia muliere,ꝑ quod possit onus fideicommissi euitare,& remouetur ac causatiue prohibetur in uxorem ducere dictam Sarã, quia filii suscepti ac suscipiendi ex ea non faciunt conditionẽ deficere,nec per superexistẽtiam illorum potest onus euitare, & sic restrictio conditionis ad filios suscipiendos ex alia uxore directo tendit, & ordinatur ad prohibendum matrimoniũ inter Ant.& Saram, & propterea prohibitio præcedens dictã conditionem ad idem tendit & ordinatur.Nam solum prohibuit hæreditatem, & bona sua peruenire ad filios susceptos ex Sara etiam legitimatos ꝑ subsequens matrimonium quia testatrix intendebat per conditionem immediate sequentem prohibere matrimonium,saltẽ causatiue cum dicta Sara. Et sic ad effectum dicta prohibitio processit,ut euidentius constaret,illos non esse positos in dicta condõne,& ut declararet, ꝙ eorum superexistentia non poterat conditio deficere, qm̃ pet sequentia declarantur præcedentia,& econtra. l. qui filiab. in prin.l.si
8 seruus plurium.§.fi.de leg.1. Præmitto & aliud, ꝙ qui † uirginem seducit,& cum illa stuprum cõmittit,illam tenetur in uxorem ducere,& ei dotem cõstituere, & ubi eam ducere nolit,illã dotare tenetur,& corporaliter etiam punitur,c.1. & 2.de adul.
9 Et dicunt Doct. in d. c. 1. ꝙ mulier † in dubio præsumitur seducta a uiro,per l.1.C.de rap.uirg. Et quãuis Doc. in d.c.2. dicãt
10 ꝙ per † hoc nõ intelligitur recessum a pœna iuris ciuilis q̃ est alia,& de qua per gl. in d.c.2. & ꝙ lex ciuilis dẽt seruari in terris imperij, hoc tñ intelligitur in foro ciuili, sed etiam in terris Imperij in foro canonico potest laicus a laico conueniri,ut imponatur pœna, de qua in d.c.1. & 2. quia hoc crimẽ stupri est mistũ, cũ pœna ẽt laicis imponatur ex hoc delicto per ius canonicum, ꝟm oẽs in c.cum sit generale,de fo. comp. Tertio aliud est ꝑmittendũ,de quo in pũcto, uidelicet, ꝙ tp̃e,quo Sara fuit a d.Antonio cognita, erat uirgo, ut in primis uerbis thematis
11 narratur. Et ẽt si hoc non sit probatum, istud † ꝑsumitur,ꝟm Doc.in d.c.ubi quærunt, quid si uir neget mulierem esse uirginem,an ei incumbat onus probandi, ꝙ sit uirgo.Et dñt ꝙ nõ, sed uiro imminet necessitas probãdi,ꝙ esset corrupta,q̃a uirgo ꝑsumitur in odiũ uiri delinquentis. Ex his igit̃ oĩbus, ꝙ ꝓhibitio & cõditionis restrictio, quæ directo ordinatur ad impediendũ matrimoniũ inter Antoniũ,& Sarã,non ualuit,& ꝙ cũditio fideicõmissi defecit extantib.ẽt filiis ex matrimonio inter prædictos cõtracto,ac si extarent ex qualibet alia uxore, q̃a di-
12 cta cõditio, & præcedens prohibitio † tendit ad impediẽdum Antoniũ cõtrahere matrimoniũ cũ Sara,cũ qua de iure tenebatur,& erat obligatus illud cõtrahere,d.c.1.& 2. & sic inuitat illũ ad delinquendũ, qđ est prohibitum. l.cõuenire.de pact.dot. in auth.de leno.§.1.& l.2.C.de ind.uid.tol. Et quia talis prohibitio est cõtra ius canonicũ, qđ etiam seruandũ est in terris Imperij in foro canonico, ut dixi superius, quod tolli non potuit per hominẽ,nec per legem ciuilem, prout tolleretur, & prout ei derogaretur si talis prohibitio ualeret. Et ꝓpea cũ isto casu ẽt cum certa persona nõ possit impediri matrimonium lege canonica prohibente,ratione,de qua supra onus iniunctum,si sit cõtra factũ,nõ ualet,ẽt si consistat in amissione lucri, argu.d.§. sed & pręsenti. ubi timore lucri amittendi non potest quis a uita contemplatiua retrahi. Multo ergo magis ex eadem cã non debet inuitari ad delinquendum,quia minus inconuenit abstinere a bono, sicut se abstinet, qui religionem non ingreditur, quã delinquere,prout deliquit, qui cum uirgine deflorata matrimonium non cõtrahit. Et ideo illa cõditio expressa,si decesserit sine filiis ex alia uxore susceptis, extenditur ẽt cõtra uoluntatem testatoris ad filios extantes ex d.Sara,ne retrahatur Antonius a matrimonio, ad quod tenetur,& per legem obligatur
13 in foro canonico in locis quibuscunque, sicut in casu † d.§.sed & præsenti.extenditur ad ingressum monasterij, per quem excluditur substitutus,ac si grauatus cum filiis decessisset.Et quæ extensio in d.§.locum etiam habet contra uoluntatem testatoris expressam,quãdo esset dictum, si decesserit sine filiis ex suo corpore natis,ꝟm Mart.Sil.Cy.Rayner.Bart.& Ang.in d.auth. nisi rogati.Dy.& Bar.in d.l.si ita quis. §. is cui.de leg.2.Ang.in disputatione incipi. Nobilis quidam genere,&c.Imo.in l.fideicommissum.de condi.& dem.Lap. alleg.127.& Anto. de But. Aret.& Moder.in d.c.in præsentia. ubi Imola dicit, ꝙ ista opinio seruaretur in practica, quamuis pauci in hoc contradixerint. Secundo moueor ex indulgentia, & gratia Apostolica, per quam dispensatur, ꝙ dicti filij ex Sara post matrimonium cum ea contractum succedere possint in bonis, de quibus agitur prohibitione, & alia ordinatione testamentaria non obstante, quam uoluit dicto casu summus Pontifex haberi ꝓ infecta & pro non scripta.De uoluntate igitur Papæ cõstat clarẽ. Solũ ergo in dubiũ reuocatur de eius potestate,sed ꝙ hoc ẽt potuerit efficaciter comprobatur. Nam licet lex ciuilis & testator,cuius uolũtas stat pro lege. §.disponat.in auth.de nup. possit lucrum,quod contulit, auferre contrahenti matrimonium cum certa persona prohibita, iuxta no. in d.c.cum secundum. de hær.& per Old.in d.consi.16.& Cardi. in c.Gemma.de sponsa.& sic impedire causatiue liberam facultatem contrahendi matrimonium cum persona certa, uel certo genere personarũ,
14 Papa tamen tollere † posset, si uellet, dictam legem ciuilẽ pro-

hibentem mō prædicto dictam libertatem contrahendi matrimonium. Et per consequens posset ēt prohibitionem testōris annullare. Quia facultas disponendi super libertate matrimonii, spectat ad Papam, cum sit quid spūale. c. tuam. de ord. cog. c. lator. qui fil. sint legi. Et ꝓpea oē impedimētum ēt causatiuū remouere pōt sic ut præcisum. Et hinc videmus, ꝙ lex, quæ imponit pœnā cōtrahenti matrimonium, & sic præstat impedimentū causatiuum, non valet, secūdum Ioā. And. & Doc. in c. statutum. de hær. in 6. & Doctores communiter in c. 1. de spō sal. cum concordan. de quibus ibi per modernos. Et idem si im
35 pedimentum sit præcisum inter certas personas. Et ideo † quāuis de iure ciuili prohibitum sit matrimonium inter tutorem, & pupillam. l. 1. C. de interdic. mat. & inter rectorem & prouincialem. leg. 1. C. si quacunq; præd. pote. nihilominus de iure canonico, quod in omni foro præualet, secus est, secūdum gl. in c. 1. 30. q. 3. Feder. consil. 36. & Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in repetione, & in consi. 12. 1. volumine. & Sali. in l. fi. C. de interdic. matri. An. de Bu. in c. per uenerabilem. colu. 5. qui fil. sint leg. Imo. in le. filius a patre. §. si quis eo tꝑe. de lib. & posth. & Rom. in rub. sol. matri. Quamuis ergo lex ciuilis vel dispositio testatoris auferēs lucrum ab ea delatum cōtrahenti matrimonium cū certa persona per illam prohibitum valeat, & per ius canonicum correcta, nec reprobata inueniatur, per ea quę no. ī d. c. cum secūdum. Nō tamē sequitur, quin Papa possit expresse dictam legem, vel testatoris ordinationem tollere, vel annullare, etiam in terris Imperii. Quia qua ratione potuit pœnam, quæ causare pōt impedimētum, annullare, eadem ratione dēt posse irritare dispōnem legis uel testatoris, per quā aufertur lucrum cōtrahēti matrimonium cum persona certa, ad hoc ut matrimonium sit magis liberū. Et hoc, iudicio meo, non habet dubium. In proposito igitur licuit summo Pōtifici in casu nostro annullare prohibitionem, & reiicere cōditionem, quæ tēdebat ad impediendum matrimonium inter Antonium & Saram, quia su ꝑ hoc potestatem habet ī omni loco & foro, & ab onere iniūcto hoc casu d. Antonium liberare, ac hereditatem d. Iāuæ filiis suis cōseruare & cōcedere, ac si illo casu impo
36 situm & scriptum nō fuisset. Nec ob. † ꝙ nō possit substituto nō subdito ꝑiudicare. Quia verum est per se & principaliter, sed in casu nostro principaliter agit, ut matrimonium sit liberum, tollendo impedimentum, quod facere potuit, quamuis in cōsequētiam ex hoc etiam non subdito ꝑiudicium inferatur, præsertim in iure quærendo, prout uoluit in simili Inn. & dominus An. in c. 2. de uoto. ubi dicunt per illum tex. quod Papa dispensando super uoto, super quo habet plenam ptātem, potest alteri pręiudicare, in cōsequētiam etiam in iure quæsito, super quo principaliter ꝑiudicare non posset. facit etiam, quod uoluit Pe. de Anch. in cōs. 410. inc. Viso & diligenter inspecto, &c. ubi cōcludit, ꝙ Papa dispēsando pōt approbare matrimoniū nullum ex defectu inducto a canone mortuo etiam altero cōiuge. Quamuis sequatur ex hoc legitimatio prolis in ꝑiudicium etiam eorum, quib. erat hæreditas couiugis mortui delata, quamuis sint de terris Imperii. Et ideo potuit Papa liberare Antonium ab amissione lucri, ut liberam haberet facultatem matrimonii contrahendi cum Sara impeditam per dispōnem testatoris, quamuis ex hoc ꝑiudicium inferatur non subdito. Non ob. allegata in cōtrarium, quia ad ea ex præmissis satis colligitur responsio. Et primo tex. in l. codicillis, §. matre. de leg. 2. quia in casu nostro prohibitio ordinata fuit ad impediendum matrimonium, ad quod An. đ iure erat obligatus, & ideo quia materiam relinquendi præbuit, non ualuit, ut dictum fuit. qđ non est in casu d. §. matre. Pręterea prohibitio fuit ꝑ summum Pōtificem sublata, quod fieri potuit, ut dictum est proxime. Præterea ubi etiam prohibitio duraret & ualeret, non posset ex capite prohibitionis substitutus uenire, quia non est uocatus eo casu, quo fiat contra prohibitionē, sed sub illa conditione. si decesserit sine filiis ex alia uxore. Simul aūt stare possunt, ꝙ cōditio deficiat, puta extantib. filiis ex alia uxore, & etiā fiat cōtra prohibitionem, puta si etiam filiis natis ex Sara reliquisset Ant. prohibita bona ex testamēto uel ab intestato, prout relinqui potuissent, si lr̄iati fuissent, nā hoc casu defecta esset cōdō sub qua substitutus uocatur, ne uocari posset ex capite, prohibitionis, immo potius applicarētur bona fisco, ex quo Ant. non habuit cohæredem, secūdum Old. in terminis in d. cōs. 16. in 3. dubio. ꝑ l. cū qdā. de his quib. vt indig. & l. Lucius. de iure fis. Cū igit ex capite ꝓhibitionis venire possit, non pōt ēt de iure fisci opponere, vt no. in l. his cōsequēter. § 1. famil erc. Non ob. ēt dum dicebatur condō non tendebat ad impediēdum matrimonium cum Sara, quia hoc est falsum. Quoniam, ut dixi, inuitatur ꝑ illam condōnem ad contrahendū matrimoniū cū alia spe lucri retinēdi, & prouocatur timore lucri amittendi ad matrimonium non cōtrahendum cum Sara. §. sed & pn̄ti. auth. de san. epis. Item non obs. ꝙ pōt lex, vel testōr lucrum auferre ꝯtrahenti matrimonium cū persona ab eo prohibita, quia hoc ꝓcedere posset, si prohibitus nō esset de iure obligatus ad illud matrimoniū, sed quando obligatus est, vt in casu nostro, grauamen non tenet, quia materiam deliquendi præbet. Itē in casu nostro prohibitio est ꝑ Papam sublata iure permittente, qui, vt est dictum, potuit disponendo principaliter super libertate matrimonii in consequētiam præiudicare non subdito, ut superius est probatum. Nec contrarium dicit glo. in d. c. cū secūdum. Solū enim concedit, quod a lege ciuili quò ad non subditos non sit recessum per ius canonicum ratione, de qua in ea, sed non negat, ꝙ Papa non possit expresse eam tollere, prout fecit in casu nostro. Ex quibus concluditur in fauorem filiorū dicti Antonii. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus vxori relictū, quādiu vidua & casta uixerit, pro primo anno purū est, pro sequentib. vero conditionale.*
2 *Dictio, quamdiu, inducit legatum annuum.*
3 *Legatum annuum pro primo anno purum, pro sequentibus vero conditionale est.*
4 *Cautio Mutiana præstatur, quando legatum est in totum conditionale.*
5 *Vxor a testatore relicta domina, & vsufructuaria in vsufructu instituta dicitur.*
6 *Institutus in re certa licet pro legatario habeatur, ab eo tamen in multis differt.*
7 *Ablatiui absoluti, puta ea viuente vidualiter, &c. aliquādo non exponuntur conditionaliter, sed quandiu, seu quatenus uixerit vidualiter, &c.*
8 *Ademptione legati facta in pœnam, nunquam sub cōtraria conditione legatum datum dicitur.*
9 *Hæredes an concurrant in vsufructu cum legatario. & vide nu. sequenti.*
10 *Legato vni toto genere, & alteri specie diuersis respectibus, vt vni legato genere respectu vsusfructus, & alteri specie respectu proprietatis, tunc generi per speciem non derogatur, sed concurritur.*
11 *Fundus sine vsufructu dici non potest.*
12 *Onus æris alieni pertinet ad legatarium vsusfructus omnium bonorum, non ad hæredem; secus est in legatario vsusfructus quotæ bonorum.*
13 *Legatum generale ab uniuersali differt.*
14 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
15 *Fructus non imputantur filijs primi gradus in Trebellianicam, etiam quando duæ quartæ detrahuntur.*

CONSILIVM CXC.

1 PRO solutione dubiorum dicitur † in primis, ꝙ vbi relinquitur uxori usus fructus omniū vel certorum bonorū quādiu vitam vidualem, castā, & honestā seruauerit, isto casu legatū pro primo anno est purū, & non dr̄ indicta viduitas perpetuo, & propterea non est necessaria Mutiana cautio, ꝑm Cy. qui refert antiquos, ita tenuisse, in l. fi. C. de indic. vid. tol. & dicit Cy. ibi, ꝙ ita seruatur in Italia, & cum eo transit Barto. & oēs alij. Et propterea non ob. dum dicitur, ꝙ dictio, quādiu, facit condi
2 tionem. l. pater Seuerinam. §. fi. de condi. & demō. quia † ista dictio & similes, inducūt legatum annuum. d. §. fi. inquantum ibi dicitur ꝙ plura sunt legata. Et istud etiam explicite dicitur in l. legatum. in princ. de ann. leg. Et ita etiam dicit Bart. in l. 1. in 2.
3 q. princ. de cond. & dem. ex quo sequitur, ꝙ tale † legatū annuū pro primo anno est purū, & pro sequentib. est conditionale. l. si in singulos. de ann. leg. Et sic dictio, q̄diu, ꝓ primo anno nō su

spendit

spendit legatum, sed tm̃ ꝑ sequentibus, & iõ dr̃ facere conditionem respectu sequentium tm̃, & non respectu primi anni. Et hoc etiam dicit Cy. & Bar. in d. l. fi. & quem Cy. all. Bar. ad hoc in d. l. 1. in 2. q. Vnde quia in primo anno legatum est purum, non habet locum auth. cui relictum. C. de ind. vid. tol. & cessat
4 cautio Mutiana, quæ solum præstatur† quando legatum in totum est conditionale, & non quando est vnum, secundum Doct. in d. l. fi. Et istud est clarum de iure. Et per hoc ad primum est responsum clarè. Nõ obstat, dum ponderantur illi ablatiui absolute positi, scilicet ea viuente & faciente vitam vidualẽ, &c. l. a testatore. de cond. & demonst. & per Bartol. in l. 1. in 7. quæst. eod. ti. quia aduertendum est, quòd testator reliquit bis vsumfructum vxori, sub forma tamen duplici. Et primo reliquit vsumfructum quandiu vixerit, & vitam vidualem honestam & castam fecerit, &c. Nam hoc primum legatum ꝑpter illam dictionem, quandiu, vt dixi, fuit annuum. d. leg. legatum, in prin. & vt etiam dictum est, pro primo anno est purũ, & pro sequẽtib. cõditionale, d. l. si in singulos. & vt no. Doc. in d. fin. Et per consequens non est vnum sed multiplex, quia quoties vsusfructus sub dinumeratione annorum relinquitur, multiplex legatum dicit, & vbi vsusfructus simpliciter relinqueretur legatũ diceretur esse vnum. l. 1. in prin. qñ dies vsusf. leg. cedat. Et ita declarat etiam Bald. in l. 1. in fin. C. de sen. quæ sine certa quan. & in c. inter pares. §. ex eadem. in fin. de leg. Conra. & Pa. de Ca. & Alex. in l. si Stichum. §. stipulatio de verb. ob. Deinde testator subiũxit, ita quod ipsa viuente & vitam vidualem, honestam & castam, vt supra faciente de eis & in domo habitationis ipsius testoris sit domina & vsufructuaria, &c. In hoc igitur loco sine dinumeratione annorum legatum vsusfructus est factum, ideo dicitur vnum, vt habetur in locis proxime allegatis. Et in hoc differt a præcedenti. Et in alio etiam differt, quia
5 † in hac sequenti parte vxor dicitur hæres istituta in vsufructu propter illud verbum, domina, q̃a hæres est idem, quod dominus. l. his verbis. in princ. de hæ. inst. & inst. de hæredum quali. & differ. §. fi. & in terminis hoc dicit Bened. de Plumb. in le. qui duos. §. 1. de manumiss. tes. vbi vult, ꝙ si testator relinquat uxorem dominam & vsufructuariam, dicatur in vsufructu instituta per iura ꝓdicta. Et cum eo transit Alexã. in l. si filius a patre. de libe. & posth. & in l. extraneum. C. de hær. inst. Sed in præcedenti non fuit uxor instituta, quia reliquit testator simpliciter usumfructum, quod uerbum, relinquo, quamuis sit cõe, adiectum tñ certę rei non importat institutionem. l. cogi. §. & generaliter. ad Treb. & ibi not. Dy. & alij, & Barto. in l. centurio. de uul. & pup. uers. quæro ulterius, quid si substõ compendiosa,
6 &c. Et inter unum modum & alterum† legandi est etiam magna differentia, quia quãuis ĩstitutus in re certa habeatur pro legatario. l. quoties. C. de hær. inst. potest tamen propria authoritate capere, secũdum Bar. in l. ex facto. la grande, de hæ. inst. & alios in d. le. quoties. Item si hæres excludatur uniuersalis, quia nolit hæres esse, uel non possit, instituto in re certa accrescit tota hær editas. l. 1. §. si ex fundo. de hæred. ins. sed alius legatarius capit de manu hæredis. l. non dubium. C. de lega. & inter eum & hæredem non habet locus ius accrescendi. leg. si nemo. de testa. tute. & l. eam quam. C. de fideic. Ex his ergo sequitur, ꝙ licet hoc relictum utimo loco factum, quod unum est, ut dixi, sit conditionale ab initio, propter naturam ablatiui absolute positi, & ꝙ ubi ex illo agertur, cautio Mutiana deberet præstari, d. authen. cui relictum, nihilo minus est secus, & aliud ĩ alio relicto primo loco facto, quod in modo & in effectu differt ab alio, & ideo si legatum petatur ex illo, non debet præstari dicta cautiõ, secundum Doc. in d. l. fi. & est in electione legatarii, ex quo capite, uel ex quo legato uelit agere. leg. non ad ea de cond. & dem. Et est in dubio præsumendum, quod ex primo agat, ex quo non est pręstita cautio. leg. si quis intentione ambigua. de iud. & per Alexan. in l. scire debemus, in princ. de uerb. oblig. & in leg. naturaliter. §. nihil commune. de acq. pos.
7 uel dicere possumus, & recte, quod † in casu nostro illi ablatiui scilicet uiuente & faciente uitam uidualem, non exponantur id est si uixerit & fecerit, sed exponi debeant, quamdiu uixerit, & fecerit, seu quatenus fecerit & uixerit. quod est idem in effectu, sicut etiam aliàs exponitur dictio, si, in lege Stichum, qui meus erit. de leg. 1. & hoc ex mente testatoris, quæ colligitur ex his, quæ proxime dixi, ubi defecit legatum annuum, & pro primo anno purum & pro aliis conditionalẽ. Vnde quia vna pars declarat alteram. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. in fi. de lega. 1. & melius in l. sed si adijciatur. pro soc. vbi unum verbum ratione adiuncti restringitur, & im propriatur. Nec remanebit superflua ista sequens clausula, q̃a, ut dixi, iure institutionis vsusfructus per eam intelligitur relictus, quod multum operatur. Nec ob. tertio dũ dicitur, ꝙ hoc legatũ est ablatum sub conditione, si aliam vitam elegerit, ergo videtur datum sub contraria conditione. s. si vidua permãserit. l. aliquando. de cõdi. & dem. Quia cũ relictũ sit factum, quãdiu vitam vidualem seruauerit, vel ea faciente vitam vidualem, ex hoc solo legatum datum ad tẽpus, ẽt incertum, fuisset finitum absque alia ademptione, & reuersum fuisset ad hæredem, apud quem erat proprietas, vt est casus in l. fina. C. de lega. Contraria ergo conditio non resultat isto casu ex dicta ademptione: quia ademptio talis inerat etiam tacite. d. l. fi. ideo eius expressio nihil operatur. l. 3. de lega. 1. & l. non recte. C. de fideiuss. Praeterea, ut dictum est, fuit legatum, quamdiu vidualem, &c. quo casu legatum pro primo anno est purum, & non præstatur cautio, ut sæpe dictum est. Quamuis ergo ex ademptione dicatur datum sub contraria conditione, propter hoc tñ non est recessum ab alia datione facta per verbum, quãdiu, ſm quã pro primo anno est purum, sed dr̃ bis relictus usus fructus sub diuersa forma, & ꝑ vltimã non intelligitur recessum a prima, quia non est verisimile, ꝙ voluerit testõr incontinẽti se corrigere. Et põt legatarius ex illa datione pura agere, & hanc viã eligere, ut hæc oĩa probantur in d. l. non ad ea. de cond. & demon. Item, & tertio respondetur, quia si ablatiui absoluti faciunt conditionem, vt dr̃, & pro cõtraria parte allegatur, illa condõ est expressa, ſm Bar. in d. l. j. de cond. & dem. in 7. q. Non põt ergo ex adẽptione resultare datio sub contraria condõne tacita, quia esset eadẽ cũ expressa ꝑ illos ablatiuos, & expressum facit silere tacitũ. l. cum ex filio. §. j. de vul. & pup. Nec illa, quæ exprimitur mediantib. dictis ablatiuis facit, quominus legatum peti possit sine dicta cautione, & hoc ꝑꝑ primum modum legandi, ex quo põt agi, ut in præcedentib. dixi. Vltimo dicitur, ꝙ hoc legatum dicto casu est
8 ademptum in pœnam, & † qñ ademptio est facta in pœnam, nunquã dicitur legatum datũ sub contraria conditione, & non habet locũ regula prædicta, vt no. dicit Bart. in l. j. §. itẽ si ita. ad leg. Fal. per illũ tex. dũ respondet ad d. l. aliquando. & ad l. si pe-
9 nũ. qñ dies leg. ced. Circa secundũ. s. vtrum hæredes † cõcurrant cum legatario in usufructu, dubium facit, quia Bal. in l. fi. C. de indic. vid. tol. dicit ꝙ sic, per l. si alii. de vsufruct. lega. & per not. per Bar. in l. Sempronio. de vsufr. leg. & Alexan. in consil. 56. 3. vol. & Pau. de Cast. consi. 240. Et non obstat, ꝙ in casu isto institutio sit generalis, & legatum vsusfructus bonorum existentium in territorio Imolæ sit speciale, per not. per Barto. in l. si ita. de auro & argen. lega. & quod generi per speciem derogetur. l. vxorem. §. Fęlicissimo. de leg. 3. & l. alimenta. §. basilicæ. de alimen. & cib. leg. qua ratione ad propositum utitur Bald. qui contrarium tenet, & Salic. in l. quoties. C. famil. ercisc. quia ad hoc respondet Bart. qui non allegatur in l. quæsitum. §. si quis fundum. in ult. colum. de fundo instruct. uersic. si uero legetur
10 totum genus &c. vbi concludit, quod si uni legetur † totum genus, & alteri species diuersis respectibus, ut uni genus respectu vsusfructus, & alteri species respectu proprietatis, & tunc generi per speciem non derogatur, sed concurrunt. allegat d. l. si alii. & l. Sempronio. in princ. de usufru. lega. Et sic vult, quod si alicui legetur usufructus omnium bonorum, & alteri fundus certus, quod in usufructu illius fundi ambo concurrant, & ꝙ generi per speciem non derogetur, quia genus, & species concurrunt diuersis respectibus, ergo idẽ econuerso. s. quando vni legatur vsusfructus certarũ rerum, & alteri genus, vt q̃a hæres instituat. Sed tñ in contrarium vr̃ uerius. s. ꝙ hæres isto casu nõ concurrat cum legatario usufructus, prout etiam uoluit Pau. de Castro, in consi. 388. incip. Quod vxor, quia hæreditas esse potest & nominari sine usufructu alteri legato, quia consistit in iure, & dici potest hæreditas sine aliquo corpore. leg. hæreditas. de peti. hære. Sed est secus, quando legatur fundus, quia
11 non potest dici fundus † sine vsufructu, qui est pars substantialis fundi, ideo concurrit tunc cum alio, cui relinquitur, usufructus eiusdem fundi. dict. leg. si alij. & ibi per Barto. qui assignat dictam rationem. Et hoc declaratur melius ultra

Paulum de Castro. Nam aliud est hæreditas, aliud sunt singula corpora hæreditaria. l. 1. C. de euic. ubi singulariter dr̄, ꝙ vendita hæreditate non dr̄ vendita singula corpora hæreditatis: idō si vna res hæreditaria euincatur, non poterit emptor de euictione agere. Et idem ꝓbatur in l. proinde. de æd. l. edic. Si ergo vni legetur vsufructus aliquorū bonorū, vel etiam omnium bonorum, & alius sit hæres institutus, non dēnt concurrere: quia bona hæreditaria, cuius vsusfructus est relictus, differunt ab ipsa hæreditate, quæ cōtinet in instōne. Et illud etiam ꝓbatur in l. omnium. ff. de vsuf. vbi dicitur, ꝙ legatum vsusfructus omnium bonorum valet, si non excedit dodrantem: aliàs minueretur ꝑ Falcidiam hærede extraneo instituto, sed instituto filio hodie minueretur vsq; ad legitimam, secūdum glo. ibi. Ex hoc ergo de necessitate sequitur, ꝙ hæres non concurrit in usufructu cum legatario dicti usufructus, quia si concurreret, nunquam legatum vsusfructus omnium bonorum dodrantem excederet, nec legitima filii posset dici diminuta, quia utroq; casu hæres totam proprietatem, & dimidiam partem vsusfructus haberet, & sic vltra dodrantem & ultra legitimam, cuius cōtrarium ibi præsupponitur. Et ad idem est tex. in l. uxori meæ. iuncta gl. de usufr. leg. ubi dicitur, ꝙ uxor, cui relinquitur usufructus omnium bonorum, debet illum consequi in omnibus bonis, nisi minuatur per Falcidiam ab hærede extraneo, uel per legitimam a filio, quæ diminutio locum habere non posset, si hæres ꝓ dimidia de usufructu participaret. Et idem probatur optime, inst. de usuf. §. 1. dum ibi dicitur, ꝙ usufructu fundi legato nuda proprietas remanet penes hæredē. Et sic aperte ibi probatur, quod hæres de usufructu fundi nihil habet. Et idem præsupponit tex. in l. generali. §. uxori. de usuf. leg. & in l. usufructu legato. ad leg. Falc. Et istud etiam in terminis uult Bart. qui ad hoc non solet ponderari, in leg. fin. de usuf. leg. ubi quærit
12 † utrum onus æris alieni pertineat ad legatarium usufructus omnium bonorum, uel ad hæredem. Et determinat, quod spectat ad usufructuarium omnium bonorum, secus si sit usufructuarius quotę bonorum. Deinde quærit, an ad eum etiam pertineat onus legatorum. Et concludit, quod non, ea ratione, q̄a concurrit cū legatario particulari, per d. le. Sempronio. eod. ti. Vult ergo clare, quod cū hærede non concurrat, quia si cum illo concurreret, ad illum non pertineret onus ęris alieni, sicut non subit onus legatorum ea ratione, quia cū legatariis concurrit, & quia si cum hærede concurreret, usumfructum pro dimidia tantum haberet, & sic pro quota, quo casu. s. quando usufructuarius est pro quota bonorum, ad illum non pertinet æs alienum, secūdum Bar. in ea. l. fin. per illū tex. Ergo uult Bar. ꝙ in totum vsufructum habeat, & non quotam. Et quamuis dubium sit, an ad vsufructuarium omnium bonorum pertineat onus æris alieni, per d. l. vsufructu legato. cum ibi no. per Pa. de Ca. & Alex. ad leg. Falc. tamen inquantum Bar. in d. l. fi. præsupponit, ꝙ talis vsufructuarius non concurrat in vsufructu cum hærede, sed cum legatario particulari, in hoc non habet cōtradictorem. Nec ob. quod vult Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum. de fun. instr. dum ad propositū dicit, quod ubi legatur genus & species diuersis respectibus, ꝙ datur concursus, & species non derogat generi: † quia Bar. loquitur, quando legatum
13 est generale, puta vsufructus omnium bonorum. Nam tunc si legetur alteri fundus in specie, ille habebit partem vsusfructus fundi. Et hoc casu male loq̄tur Bald. & Sal. in leg. quoties. C. fa mil. erci. sed quādo relictum est vniuersale, sicut quando quis hæres relinquitur, tūc nō concurrit ille cum legatario vsusfructus. Ratio est, quia hęreditas differt re legata. d. le. 1. C. de euic. sed quando legatum est generale, tūc non differt a rebus contentis genere, vt clare colligitur ex no. per Bar. i l. 1. §. fin. de verbo. ob. & i l. si ita. de auro & arg. leg. in quib. locis fit talis differentia inter generale, & ad hūc effectum, vtrum res singulares a generali aut vniuersali dispositione differant. Et quamuis super hoc alia multa & pro & contra dici possent, tamen ī ca-
14 su nostro talis cessat disputatio, ex quo voluit testator † quod vsusfructus certæ possessionis ęqualiter diuidatur inter uxorem, & hęredes, quia specialiter diuidendo vsumfructū istius rei, velle videtur, quod in aliis rebus vsusfructus in totum sit vxoris. leg. cum pretor. in princip. de iudican. & leg. tribunus. §. 1. de testam. milita. & per nota. per Bartol. Bald. & Ange. in leg. legata inutiliter. de leg. 1. ubi dicunt, quod si Comiti sit data ptās reuidendi statuta castri cū facultatem infirmādi ea & confirmandi, ꝙ si aliqua infirmet, alia vr̄ approbata, ꝑ iura allegatā. Et comprobatur hoc, quia exceptio firmat regulā in contrarium, l. quæsitum. §. denique. de fun. inst. & l. in his. de legi. cum ibi no. Et ideo si sit datam mandatum generale, saluo ꝙ non possit peti restitutio in integrum, sub generali mandato comprehenduntur casus requirentes speciale mandatum propter illam exceptionem, in qua requiritur speciale mandatum, sm̄ Doc. in c. qui ad agendū. de procur. in 6. & per Ale. in l. fi. quod quisque iuris. Tertio principaliter opponitur, ꝙ fructus etiam filiis primi gradus imputantur in Trebellianicā, quando duæ detrahuntur quartæ, & ꝙ isto casu locum nō habet. l. iubemus. C. ad Trebel. secundum Pau. de Cast. & Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. eod. & Pau. de Cast. in l. quod de bonis. §. fructus. ad leg. Falc. Et istud etiam vult Pau. de Cast. qui non allegatur in dubio, quod proponitur in consi. 92. inci. Quia dubia supra formata, &c. Sed contrarium est uerius, &
15 quod † dicto casu fructus non debeant in Trebellianicam cōputari filiis primi gradus, per d. l. iubemus. uoluit primo Ang. in consilio quem allegat Alexand. in dicto §. cum proponeretur. & etiam idem vult Barto. in d. l. quod de bonis. §. qđ auus. ad leg. Falcid. & verba Bart. in specie ad hoc ibi ponderat Alex. & qui etiam Angel. allegat in dicto consilio, & qui cum prædictis transit, & pro ista opinione etiam rationem adducit, quam aliter non refero, quia de facili potest uideri. Et respōdet etiam ad dictam l. iubemus. secundum inductionem Pau. de Cast. in locis allegatis in contrariū. Et ibi hoc latius prosequitur, & maturius quam in d. §. cum proponeretur. & subdit ēt, ꝙ in practica esset difficile obtinere contra hanc ultimam opinionē, propter authoritatē Bart. & Ang. Et ultra Alex. in d. §. quod auus, addo, quod idem Paul. de Cast. in dicta l. iubemus. in versi. tertiam limitationem, &c. dicit, ꝙ aliàs ipse limitabat illam legē, ut locum non haberet, quando duæ quartæ uenirent detrahendæ, sed in contrarium ponderat uerba Bar. in d. l. quod de bonis. §. quod auus. quę etiam ad hoc, vt dixi, ponderat Alex. ibi non faciens mentionem de Paulo de Cast. in d. l. iubemus. qui prius ad hoc uerba Barto. ponderauit. Et subdit, quod licet de rigore sibi magis placeat prima opinio, tamen sequeretur magis opinionem, quæ colligitur ex uerbis Barto. in dict. §. quod auus. & sic patet, quod hoc loco Paul. de Cast. recedit ab opinione, quam tenuit in locis in contrarium allegatis, & quòd vult opinionem Barto. contrariam sequi debere, & ideo concluditur, quòd secundum opinionem magis communem etiam isto casu fructus non debent in Trebellianicam imputari filijs primi gradus, per dict. leg. iubemus. Et ita in pręmissis concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 In vulgari substitutione filiorum ex diuersis uxoribus ad partem repudiantis deficientem admittuntur omnes, in pupillari vero pupilli frater vtrinque cōiunctus alijs præfertur, & quod de vulgari dicitur, habet etiam locum in substitutione fideicommissaria, vt infra nu. 2.

2 Per vulgarem substitutionem non instituto, sed testatori, per pupillarem autem pupillo succeditur.

3 Testatore aliquid relinquente fratribus suis, frater vtrinque coniunctus, si extet, prius vocatus intelligitur.

4 Testatore legante cognatis simpliciter, de testatoris non hæredis cognatis intelligitur. & vide nu. 11.

5 Interpretatio fieri debet, ut persona magis dilecta deterioris conditionis non sit, quàm minus dilecta.

6 Nondum concepti an ex fideicommisso vocati dicantur. & vide nu. 15.

7 Testatore disponente quòd finita linea masculina filiorum bona sua perueniant ad proximiores, intelligitur de proximioribus non testatoris, sed vltimi grauati.

8 Inter vocatos ordine successiuo admittitur ille, qui grauato non testatori proximior est.

9 Testatore præferente filium institutum fideicommissario post mortem eius vocato, præsumitur, quòd eodem modo ex filio descendentes voluerit præferre, etiam si fideicōmissarius sit alius filius testatoris.

10 Te-

10 *Testator in dubio præsumitur uoluisse proximiores admitti eo ordine, quo fuissent successuri ab intestato.*
11 *Per fideicommissariam substitutionem testatori nō grauato succeditur. & uide nu. 12.*
12 *Hæreditas semel acquisita grauato, hæreditas esse desinit, fitque grauati patrimonium.*
14 *Testator de eisdem personis loqui intelligitur, de quibus proxime & continuato sermone dixit.*

CONSILIVM CXCI.

PROPONITVR in themate, ꝙ testōr ordinauit, ꝙ linea sua masculina deficiente bona eius ꝑueniāt ad proximiores. Vnde quæritur, an dicto casu adueniente admitti debeant filiæ testōris, quæ illi sunt proximiores, an vero debeant præferri pronepotes eiusdem neptis filij instituti. Et prima facie uidetur dicendum, ꝙ prædictæ testōris filiæ dicantur prius vocatæ. Et primo probari videtur ex notatis per Bar. in l. Lucius. in pen. q. de uul. & pup. ubi cōcludit, ꝙ† si filij testōris ex diuersis vxorib. instituti sint ēt adinuicem substituti, ꝙ ad partem repudiantis deficientem nō admittitur solus frater illius vtrinque coniunctus, sed cum illo uocantur etiam alij filij testōris, quia ſm eius uoluntatem ueniunt. l. qui liberis. §. hæc uerba. de uul. & pup. & quoad eum dicuntur pariter coniuncti. Et sic in uulgari consideratur affectio testōris, quæ esse dicitur, ut proximior sibi debeat præferri, & non ille, qui reperitur esse propinquior illi, cui fit substō; & hoc quia per uulgarem† non succeditur instituto sed testōri. insti. de uul. substi. in prin. secus āt si ageretur de substitutione pupillari, per quam succeditur pupillo, instit. de pupill. subst. in prin. quia tunc præferretur frater pupilli utrinq; coniunctus, ſm Bar. in l. re coniuncti. in ult. char. uersi. 3. quæro. de le. 3. & in fine illius qōnis dictam differentiam facit inter unam substōnem, & alteram, & in pupillari saluat opi. Dyni in l. cohæredi. §. qui discretas. de uul. & pup. & cum Bar. transeunt alij, Bal. & Rom. in l. in testamento. C. de testa. mili. qua ergo ratione in vulgari dēt attendi, qui sit proximior testōri, idem etiam debet considerari in fideicommissaria, per quam succeditur testatori, sicut per uulgarem. l. cohæredi. §. cum filiæ. de uul. & pup. Secundo idem uidetur probari in l. fi. ad Tertul. ubi habetur, ꝙ filii utrinque coniuncti in fideicommissaria substōne præferuntur aliis ex alia uxore, quia illi erant adinuicem substituti. Et propterea ex hoc præsumuntur magis dilecti. Vnde ex hoc sequitur, ꝙ si dicta substitutio facta non fuisset, & sic dicta præsumptio cessaret, ꝙ ad fideicommissum omnes æqualiter uocarentur, quamuis grauato non esset pariter coniuncti. Quia de successione patris agitur, cui omnes æqualiter coniunguntur. Quem ēt tex. sic ponderat Aret. in d. l. Lucius. & in d. §. qui discretas. & quem textum ad hoc etiam allegat Bar. in d. l. re coniuncti. in uer. præallegato. Tertio comprobatur ista opinio ex notatis per Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita. ad Treb. ubi vult, ꝙ quamuis in casu illo neptis ex filia per fideicommissum admittatur ad partem auunculi decedētis sine filiis, & non excludatur ex persona nepotis testatoris ex alio filio, ut ibi dicitur in tex. nihilo minus si ex forma statuti dicta neptis ab intestato excluderetur a successione aui per superexistentiam dicti nepotis masculi, tunc non uocaretur neptis per fideicommissum. Et sic in substitutione fideicommissaria uult Barto. quòd uideatur testator uocare neptem eo ordine, quo ab intestato erat ei successura, & quòd ordinem iuris in succedendo sibi ab intestato uoluerit seruare, igitur eodem modo uidetur testator uocando proximos per fideicommissum uoluisse illos per prius admitti, qui ab intestato ipsi testatori fuissent successuri, & sic filias præferri dictis pronepotibus nōdum natis neque conceptis tempore eius mortis, qui ab intestato uenire non poterant. leg. 1. §. si quis proximior. unde cogna. & leg. Titius. de suis, & legit. & instit. de hæred. quę ab intest. §. cum autem, & d. Barto. in d. §. cum ita, in specie ad hoc ponderat ibi Socin. in fina. 7. colum. cum seq. Quarto etiam facit. l. fin. C. de uerb. sign. vbi probat, quod uocati sub nomine collectiuo ad fideicommissum, & sic ordine successiuo intelliguntur uocati, prout ab intestato testatori fuissent successuri. Et ex hoc infert ibi Pau. de Cast. quod † si testōr relinquit fratribus suis, quòd frater utrinque coniūctus per prius intelligitur uocatus, sicut ab intestato alteri debebat præferri, auth. cessante. C. cō. de succ. & illo non extante admittitur frater ex vno latere. Quinto istud etiam videtur de mente Bar. in l. 2. de vul. & pup. in 5. qōne principali. versi. vlterius quæro, an tacita pupillaris excludat fratrem pupilli, &c. quem ad hoc in spē pōderat ibi Soc. inducendo vt per eum, quem breuitatis cā aliter non refero. Sexto confirmatur ista opinio, per l. is qui cū plures. cum gl. fi. de leg. 3. vbi dubitatur, vtrū liberti coniuncti grauato in re relicta libertis debeant præferri disiunctis. Et respōdetur, ꝙ non, & est rō, secundum gl. quia omnes sunt patrono pariter proximi, & quo ad eum sunt in pari gradu, aliās autem secus. allegat. l. peto. § fratre. de le. 2. & quam gl. ita etiam declarat Dy. Rayner. & Bar. & idem vr̄ Bar. velle in l. si cognatis. de reb. dub. in ult. col. ver. quæro quo ordine. iunctis his quæ etiā dicit in fine legis. Ex cuius uerbis colligitur, ꝙ in fideicommisso restituendo illis de familia, ut in casu d. §. fratre. dēt attendi proximitas gradus respectu testatoris, & non respectu grauati. & dicit etiam Bart. ibi, ꝙ vbi testator legat cognatis, in dubio
4 † intelligitur de cognatis testatoris, arg. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Et vltra eum melius ꝓbatur in l. ex facto. ī principio iuncta gl. ad Tre. & ibi per Bar. & per eum in l. cum in testamento. de aur. & arg. lega. & iō ēt in casu nostro, in quo relinquit proximioribus, dēt intelligi potius de proximioribus testōris
5 quam grauati. Septimo facit, quia † debet fieri interpretatio, ꝙ persona magis dilecta non sit deterioris conditionis, quam persona minus dilecta. l. si uiua matre. C. de bonis mater. & le. Publ. §. fi. de condō. & dem. & probatur ex notatis per Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de liber. & posth. & in l. si mater. §. fi. de uul. & pup. dum saluat glo. ibi & Ioan. And. in add. Spec. in rub. de test. versi. sub quo tit. generali. Vnde & in casu nostro præsumendum est, ꝙ testator filias proprias tanquam magis dilectas uoluerit dictis pronepotibus præferre, tum quia sunt ꝓximiores, & quia cum pronepotes non essent adhuc cōcepti ad illos non dicitur habuisse affectionem, ut no. in l. qui filiab. in prin. de leg. 1. & per istam rationem & per præcedentia hāc opin. clare uidetur tenere Pau. de Cast. in consi. 200. incip. Super primo puncto, &c. in 1. par. consiliorū nouorum, vbi vult ꝙ si testator deficientibus masculis uocat filias quo casu dubitari potest, utrum intellexerit testator de filiab. suis, uel de filiabus ex filio mortuo, ꝙ non intelligatur intellexisse de filiabus tantum vltimi decedentis ea rōne, quia non est uerisimile, ꝙ neptes voluerit præferre filiabus propriis magis dilectis. Et iō concludit, ꝙ præsumatur intellexisse tam de filiabus suis quam filii sui. & sic ꝙ æqualiter admittantur, sicut ab intestato æqualiter succederent, quia præsumitur habuisse respectum ad ordinem iuris, secundum quem vocantur ab intestato. & sic vult ꝙ ordo, quo succeditur testatori & non grauato, debeat cōsiderari, ſm quem ordinem dicti pronepotes in casu nostro non debent admitti, si non erant adhuc concepti tempore testamēti
6 vel mortis testatoris. d. l. j. §. si quis proximior, & ꝙ † nondum concepti non dicantur uocati ex fideicommisso etiam probatur in l. cum ita. §. in fideic. de leg. 1. iuncta l. si cognatis. de reb. dub. Quædam etiam alia possent adduci pro hac parte, quæ omitto breuitatis cā, & quia de aliis saltē implicite inferius fiet
7 mentio. Sed præmissis non ob. arbitror uerius† ꝙ dicti pronepotes ex nepte testōris præmortua intelligantur solum isto casu per fideicommissum uocati. Nā testator finita linea sua masculina filiorum & hæredum prædictorum proximiores ī gradu, donec superessent, instituit & substituit, &c. Per hmōi autem uerba intelliguntur uocati proximiores ultimi masculi grauati, & nō proximiores ipsius testatoris. Et per consequēs nepotes filii instituti ex filia illius debent præferri filiab. testatoris in re certa institutis, quod probatur ex pluribus. Et primo per tex. in l. peto. §. fratre. de leg. 2. iuncta l. cum ita. §. in fideic. eo. ti. nam, ut dicitur in d. §. fratre. ad legatum relictum familiæ dicitur proximior quisque primo loco inuitatus, & tamen intelligitur de illo, qui sit proximus grauato & non testatori, ut probatur in d. §. cum ita. ubi habetur, ꝙ in relicto prædicto nominati prius admittuntur, & post omnes illos extinctos, qui ex eo nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati sunt, &c. post ergo nominatos admittuntur proximiores, ſm expositionem ultimam gl. in uer. ex his. & deinde illi, qui ex his, qui ex primo gradu

du procreati ſunt, ex illo igitur verſi,& qui ex his,&c,colligitur,
ꝙ intelligitur uocatus ille,qui proximior eſt grauato,licet re-
ſpectu teſtatoris ſit remotior,quoniam ſtant iſta ſimul:ꝙ pro
creati ex his ſcilicet admisſis & vocatis ſint illis proximiores,&
teſtatori non,puta ſi plures eiuſdem gradus reperiantur voca-
ti,viriliter,& alter ex eis decedat relictis filiis,qui teſtatori erũt
remotiores & grauato proximiores,& tamen admittuntur. &
ſic uerbum illud,proximus,de quo fit mentio in §.fratre, veri
ficatur in illo,qui eſt grauato,& nõ teſtatori magis proximus
& iſtud etiam ſentit glo.in verbo,ex his.ſecundum vltimam ex
poſitionem, quæ præſupponit, quòd proximior illius,qui eſt
vocatus,ſit admittendus.& ſic conſiderat proximitatem magis
reſpectu grauati quam grauantis.& idem etiam ſatis colligitur
ex glo.ſequenti in verbo proximo.dum uult, quòd nepotes ex
filio præmortuo admittantur ſimul cum patruo, qui teſtatori
erat proximior.Et cum qua communiter tranſeunt Doct.q.c-
quid ibi dicat Bal.& quo ad propoſitum,iſtud etiam ſentit Bal.
ibi,in ſecundo notabili.dum dicit, quòd non nominati illo ca
ſu non admittuntur ſimul ſimpliciter,ſed quodam ordine vt,ſ.
proximiores ex illis præferantur, & q ex his deſcendunt, quib.
extinctis reuertitur tunc ad alios ſm ordinẽ, qui reperitur tũc
8 in gradu proximitatis.Et ſic † patet ex verbis Baldi,quod inter
vocatos ordine ſucceſsiuo admittitur ille,qui eſt ꝓximior gra-
uato & non teſtatori,quia,ut dixi,ſtant ſimul,quod deſcenden
tes ab illis proximioribus,qui ſtatim vocantur poſt illos,ut di-
cit Bald.ſint magis proximi grauato ſemel admiſſo,& quo ad te
ſtatorem ſint remotiores. & idem etiam ſatis aperte eſt de mẽ
te Pau.de Ca.ibi,dum dicit, quòd ſi aliquis pro ſe & aliis de fa-
milia recipiat emphyteuſim,vel feudum,quod ipſe tãquam no
minatus pręferatur aliis: donec ipſe uixerit,& alii poſtea ordi
ne ſucceſsiuo,& primo ex eo deſcendentes, & ſic etiam ipſe cõ
ſiderat proximitatem reſpectu perſonæ iam admiſſę. Et iſtud
etiam uoluit clarius Pau. de Caſt. in quodam conſilio deciſiuo
reddito in ciuitate Camerini,in quo concludit,quòd ſi aliquis
ſtipulatus eſt pro ſe & deſcendentiqus ſuis vſque in tertiam ge
nerationem,quòd ſuccedere debet proximior ei,qui ultimo lo
co deceſsit,ad quem tota emphyteuſis deuoluta erat,licet non
eſſet proximior ſtipulatori,per tex.in c.1.de natu.ſuccef. feud.
Et iſtud in terminis etiam videtur decidere And. de Iſer. in d.c.
j.in fin.vbi vult,ꝙ ſi a recipiente proceſſerunt plures lineæ, ꝙ
mortuo illo,ad quem feudum peruenit, puta ex diuiſione,ad-
mittitur alius alterius lineæ,quæ ſit proximior decedenti, per
illum tex. Et pro concor.alleg.tex.in d.§. in fideic.& in l.fin.de
uer.ſig.& ſic præſupponit,quod in terminis illorum iurium,in
quibus agitur de proximiore admittendo admittantur illi,qui
ſunt in proximiori linea decedenti, prout in caſu noſtro ſicut
dicti nepotes filii teſtatoris inſtituti. Et iſtam opinionem per
prędicta & multa alia tenet etiam Soc.late in conſi. 249. Mate
ria præſentis conſultationis,&c.col.12.verſ.circa ſecundam dif
ficultatẽ,&c. & in l.ſi cognatis. in pe.col. uerſi. ſexta & ultima
concluſio,&c.in quib.locis refert pro hac parte pluries conſul
uiſſe,& ꝙ idem conſuluit Ale.& Doct.Peruſini & Senenſes,&
ꝙ ita fuit iudicatum Florentiæ.Et ultra eum allego Romanum
qui cæteris clarius hoc decidit in conſi.22.Præpoſitæ mihi con
ſultationis,&c.in fi.Nam ſecundum Bal.in l.j.§.permittitur.de
aqua quot.& æſti.& in l.ſi mihi & Titio.de verb.ob.cum con-
cord.ſi emphyteuſis finita linea reuertatur ad dominum, tene
tur inueſtire proximiorem,aliàs ei facit iniuriam.Vnde Ro.in
d.conſi.uult,ꝙ proximior illius,in cuius perſona eſt finita, de
beat præferri in petenda renouatione,per text. in ſimili in d.l.
peto.§.fratre,& in l.cum ita.§.in fideic.de leg.2.& in l.fi. C. de
verb.ſig.& ſic intelligit,quod in caſu dictorum iurium pariter
& noſtro proximior conſiderari debet reſpectu ultimi admisſi
& non teſtõris.Et iſta opinio cõfirmatur etiam rõne. Nã ſicut
9 teſtõr † ꝑfert filium inſtitutum fideicommiſſario poſt mortẽ
eius uocato, eodẽ mõ præſumitur deſcendentes ex dicto filio
uoluerit præferre.l.cum acutisſimi.C.de fideic.ꝙ procedit etiã
ſi fideicommiſſarius ſit alius filius teſtatoris.l.cum auus.de con
di.& de. Eadem ergo rõne in caſu nr̃o uel ſimili proximior il-
lius,q admiſſus eſt,præſumitur vocatus potius, quã ꝓximior
teſtatoris,quia & in caſu d.l.cum auus.fit interpretatio pro ꝓ
ximiore grauati et admisſi contra alium proximiorem teſtõri.
10 Alia etiam rõne iſtud cõprobat. Nã † teſtõr ꝑſumitur voluiſ-
ſe in dubio proximiores ſubſtitutos admitti eo ordine,quo fuiſ
ſent ſucceſſuri ab inteſtato,iuxta no.per Bar.in l.ut iuriuſiuran
di,§.ſi liberi.de oper.lib.& in l.hæredes mei.§.cum ita,ad Treb.
cum concord.de quib.ibi per Alex.& per eum in l.Gallus.§.1.
de lib.& poſth.& prout vult ẽt Imo.& Pau.de Ca.in d.§.cũ ita.
Aut ergo dicimus,ꝙ uoluerit illos admitti eo ordine, quo ſibi
teſtatori ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri nullis deſcentibus ma-
ſculis extantibus, & hoc dici non poteſt, quia cum proximio-
res poſt finitam lineam maſculinam ſint uocati,& ſic in quen-
dam incertum futurum euentum concipiendi & naſcituri etiã
poſt mortem ſuam intelliguntur uocati, ſecundum Io.And. in
add.Spe.in rub.de teſt.uerſi.item Lamber.&c,& Alex.in conſi.
22. & 25.3. uol. & dicitur infra,& qui teſtatori non poterant
ab inteſtato ſuccedere.d. l.1.§. ſi quis proximior. unde cogna.
& in l.ſi Titius.de ſuis & leg.ideo dici non poteſt,ꝙ de tali ſuc-
ceſsione cogitauerit,ſed ꝙ proximiores dicantur uocati, ꝓut
ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri maſculo grauato & ultimo de-
cedenti. Et ideo nepotes ex filio inſtituto debent præferri, in
auth.de hære. ab inteſt.in prin.& pro eadem opinione adduci
poſſent alia multa,de quibus per Soc.in locis præallegatis,quæ
omitto gratia breuitatis. Et etiam ad allegata in contrarium in
d.conſi.reſpondet pro maiori parte.Non obſt.ergo, ſm eum,
ꝙ no.Bar.in l.Lucius.in pe.q.de vulg. & pup.quia in caſu ſuo
agitur de ſubſtitutione vulgari,per quam immediate ſuccedit,
teſtatori,ſed in caſu noſtro agitur de fideicommiſſaria,& licet
11 † etiam per illam ſuccedatur teſtatori, & non grauato. d.l.co-
hæredi.§.cum filiæ.nihilo minus teſtatori non ſuccedit imme-
diate fideicommiſſarius,ſed mediante perſona grauati, ad quẽ
prius peruenit hæreditas.Quia ergo ille ſemel fuit admiſſus,ꝑ
ſumitur in dubio eius proximior magis dilectus quam proxi-
mior ipſius teſtatoris,arg.d.l.cum acutisſimi.& d.l. cum auus.
12 nam † quia grauato ſemel fuit hæreditas quæſita,deſijt eſſe hæ
reditas,& facta eſt patrimonium grauati.l.ſed ſi plures.§.filio.
de uul.& pup.& plene no.in l.j.§.ueteres.de acq.poſ.propterea
quoad eã debet attendi proximitas illius, ſicut quoad reliquũ
patrimonium,ar.l.eum qui ædes,de uſuc.& l.iam hoc iure. de
uul.& pup.quæ ratio ceſſat, quando uult quis admitti per uul-
garem, quæ præſupponit illum cui eſt facta non fuiſſe admiſ-
ſum.l.poſt aditam. C. de impub.& aliis ſubſt.& idem quando
uult uenire per ius accreſcendi ad partem deficientem, ꝙ dici-
tur quædam tacita vulga.ſubſt.l.ſi Titio.§.Iulianus.de leg.2.&
de quo iure loquitur Bar.in d.l.re coniuncti.de leg.3. in uerſi.
præalleg.& iſto caſu, ſm Soc.loquitur etiam, & intelligi debet
Bar.in d.l.ſi cognatis.in fi.& tex.in l.fi.C.de uer.ſig.cum ibi no.
per Pau.de Caſ.ſ.quando legatum non fuit prius alteri acquiſi
tum,& ſic quando in eo habet locum vulgaris ſubſtitutio,quæ
etiam cadit in legato,l.ut hæredib.de leg.2.& in l.unica. §. pro
ſecundo.C.de cad.tol.Præterea ultra Soc. Bart.in d.l.ſi cogna-
tis.non conſiderat coniunctionem defuncti,quando contendi
tur inter duos illi coniunctos,quorum alter ei ſit proximior,&
alius remotior,qui tamen grauato eſt magis proximus,ut in ca
ſu noſtro ſed dictam coniunctionem conſiderat ad alium effe-
ctum,vt ſ. ſi uocati per nomen collectiuum non ſint coniuncti
defuncto,non dicantur ordine ſucceſsiuo uocati,ſed omnes ſi-
mul & æqualiter,& iſte non eſt caſus noſter. Et ad tex.in d.l. fi.
C.de uer.ſig.reſponderi poteſt,ꝙ ibi non dicitur,ꝙ proximior
teſtatoris admittatur,ſed debet intelligi de proximiore graua-
ti & admisſi.Et ad hoc etiam illum tex.allegat And. de Iſer. in
d.c.j.de natu.ſucceſ.feu.& Rom.in d.conſi.22.Non ob.l.fi.ad
Treb.quia quamuis una ratio,de qua ſupra,aſsignetur in textu
alia tamen ſubintelligitur,ſecundum Pau.de Caſ.ibi, uidelicet
quia adinuicem ſubſtituti erant utrinque coniuncti,& alius ex
uno tantum latere,ideo proximior grauato debebat ex fideicõ
miſſo admitti, quamuis non eſſet altero proximior teſtatori,
arg.d.§.qui diſcretas,& quæ ultima ratio,quæ non allegatur in
textu,etiam ſola potuiſſet ſufficere,per no.§. affinitatis.inſtit.
de nup.& in l.liberorum.§. Pomponius, de his qui no.infa. &
in l.ſi uentri.§.in bonis.de priu.cre.& per hoc patet, quod Pa.
de Caſt.uult clare, quod in fideicommiſſaria ſubſtitutione de-
bet attendi proximitas reſpectu grauati potius, quam grauan-
tis.Non ob.no.per Bar.in d.l.heredes mei.§.cum ita.quia quã-
do neptis in caſu illo a maſculo fuiſſet excluſa ex forma ſtatu-
ti,præſumitur,quod uoluerit teſtator præferre nepotem, non
tan-

tantũ ex eo, quia in successione ipsius testatoris sit proximior, sed etiam quia neptis ueniret contra propriam significationem verborum, cum uocata post mortem plurium decedentiũ sine filiis collectiue, vnde istis concurrẽtib. non fit interpretatio tũc pro nepte, ex quo pro nepote propria adest verborum signatio, sed in casu nostro uerba sunt dubia & apta referri ad proximiorẽ grauati quã tẽstõri. Et istud ẽt colligitur ex notatis per Ale. in d. §. cũ ita. Nõ ob. insuper, ꝙ no. Bar. in l. 2. de uul. & pu. in 5. q. quia loquitur in substõne pupillari, vt dicit Soc. in d. cõs. & quare & quando debeat haberi in consideratione persona, vel filii, ibi declarat, & quia Bar. loquitur retenta opinione Ray. qui certo casu tenebat cũ Guliel. & quorũ opinionẽ reprobat Bar. ibi. Non ob. l. is qui cum plures. de leg. 3. quia ibi oẽs erant pariter coniuncti testõri, & inter alios non cadebat ordo affectionis & charitatis, ideo pariter admittuntur, ꝙ non est in casu nostro. Non ob. ẽt dum Bar. in l. si cognatis. de reb. dub. dicit
13 si legetur cognatis, ꝙ intelligitur de propriis† ipsius testõris, & ꝙ no. in l. ex facto. in prin. ad Tre. quia in casu nostro aliud est rõne præmissa, videlicet quia agitur de re, quæ semel fuit alteri & grauato acquisita, propterea tunc uidetur intellexisse de proximioribus ipsius admissi, quæ ratio cessat in cõtrario. Nõ ob. ꝙ filiæ testõris sint magis dilectæ tanquam proximiores & iam natæ, & sic ꝙ in dubio pro eis sit facienda interpretatio, arg. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. quia in casu isto constat præsumptiue de cõtraria voluntate testatoris, in quo filiũ magis dilexit in hæreditate, quã filias, quas exclusit. Sicut ergo illum in hoc prædilexit, ita ẽt præsumendum est, ꝙ proximiores illius magis dilexerit, quã suos proximiores, ꝓ no. in simili in d. l. cum acutissimi. Non ob. insuper, ꝙ vult Pa. de Ca. in d. cõsi. 200. de quo Soc. in locis præallegatis mentionem non facit, quia arbitror, ꝙ Pa. de Ca. non bene loquatur per prædicta, & ex duob. aliis. & primo, quia in casu suo testator, si omnes filii deciderẽt sine filiis, substituat filias. Quia ergo filios grauati immediate posuit in conditione, uerisimile est, ꝙ senserit de filiabus eiusdem tantum in dispositione, & non etiam de filiabus testatoris, per tex. in l. fi. de reb. dub. in uerbo, cõiuncta scriptura. ubi habetur
14 ẜm expositionem Bar. ꝙ† intelligitur testator de eisdem personis in dubio loqui, de quibus proxime & continuato sermone dixerat, & non de illis, de quibus mentionem fecerat in alia parte testamenti interpositis aliis capitulis separatis. Et propterea cum de filiabus propriis testator in præcedentibus fecisset mẽtionem, & post alia capitula separata substituisset simpliciter filias, intelligitur de filiabus grauati, cuius filios ẽt posuerat in conditione immediate præcedenti. Scđõ, quia in casu Pau. de Cas. neptes ex filio prædefuncto & filię testõris erant ei in pari gradu respectu successionis ab intestato, ut ipse fatetur per d. authẽ. cessante. C. com. de succes. & neptes erant magis proximæ filio testatoris grauato, & sic eum in hoc neptes excedant filios testatoris, debent præferri, quia etiam si deberet attendi proximitas testatoris, tamen negari non potest, quin ẽt proximitas respectu grauati debeat esse in consideratione ꝓ ea, quæ traduntur in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. Vnde duplex coniunctio & coniectura uincit unam, ar. auth. itaq;. C. com. utriusque iudic. & c. 1. de treug. & pace & hac ratione ad propositum utitur etiam Soc. in d. consi. ver. 20. hanc partem comprobo, &c. Non obs. postremo dum dicitur, ꝙ isti pronepotes nõ
15 dum concepti tempore testamenti, vel mortis† testatoris, & ideo non sunt vocati. l. cum ita. §. in fideicommisso. iuncta. d. l. si cognatis, quia hoc procedit, quando aliqui simpliciter, & pure uocantur, quoniam tunc intelligitur de iam natis. & facit. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. sed quando uocantur in quendam incertum futurum euentum, sicut in casu nostro uocantur proximiores post defectam lineam masculinam, tunc sufficit, ꝙ sint nati tempore, quo cedit dies fideicommissi, secundum Io. And. in d. rub. de testam. in uer. item Lamber. de Rampo & Alex. in consi. superius allegatis, & Soc. in d. l. si cognatis. Et facit, quod uult Imo. & Alexan. in l. Gallus. §. instituens. de liber. & posthum. in illa quæstione, an appellatione filii ueniat nepos. Ad alia etiam quædam, quæ allegari possent in contrarium, respondet Soc. in d. consi. quæ omitto. Quia satis ex præmissis videtur concludi debere, quod dicti pronepotes testatoris sint admittendi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos etiam legitimatos ualet cum tribus testibus.*
2 *Testium rogitus non præsumitur, nisi probetur.*
3 *Mulier est idonea testis in testamento in terris ecclesiæ. & uide num. 7.*
4 *Verbum uolo relinquere, ut dispositionem inducat, duo concurrere debent.*
5 *Ex dictis ante testamentum uoluntas in actu testandi probatur.*
6 *De iure canonico duo testes cum parochiano uel duob. hominib. pro eo adhibitis in testamento sufficiunt etiam absque rogitu.*
8 *Maritus pro uxore testimonium ferre non prohibetur.*
9 *Fides testis minus integri suppletur per testem ualde dignum.*
10 *Testis dicens se non recordari de alijs testibus eis contrariari non dicitur.*
11 *Computatio graduum in successionibus secundũ ius ciuile, in matrimonio uero secundum canonicum fieri debet.*
12 *Vbi uerba sunt ambigua, capi debet ea significatio, etiam si sit impropria, per quam ius commune minus læditur.*
13 *Superfluitas tolleratur, quando in dispositione superflua est mistũ aliquid noui.*
14 *Statutum disponens, quod in successione intestati agnati fœminis præferantur, non habet locum, si decedens sit clericus. & uide num. 17.*
15 *Statutum habilitans, uel inhabilitans personam alicuius circa forensem etiam super bonis sitis in statuentis territorio non operatur.*
16 *Paria sunt disponere tempore habili uel inhabili conferendo dispositionem in tempus habile, nisi in causa efficiente seu agente defectus sit.*
18 *Si quis recipiat emphyteusim hac lege, ne transeat, nisi in primo genitum, intelligendum est de primogenito superueniente tempore mortis emphyteutę.*
19 *Vbi dispositionis effectus oritur a facto uel omisso per clericum indistincte statutum eum non comprehendit non attento, utrũ statutum iniecerit uinculum ante clericatum necne.*
20 *Quando ex testibus de testamento deponentibus aly plus, alijs minus deponunt, non probant etiam in eo, in quo omnes sunt cõcordes.*

CONSILIVM CXCII.



QVAERITVR quis succedit do. Ludouico. Et prima facie vr̃, ꝙ do. Gabriel tanquam agnatus masculus ab intestato succedere debeat, & ꝙ do. Mariam sororem defuncti excludat ex forma statuti præferentis agnatos masculos usque ad quartum gradum fœminis & descendentibus ex eis computando gradus ẜm ius canonicum. Cum ergo d. do. Gabriel ẜm dispositionem dicti iuris sit in tertio gradu, per ea quæ no. in c. fin. de consan. & affi. & per Io. And. in arbore consanguini. Sequitur, ꝙ dom. Maria a successione fratris excluditur. Præterea ꝓ tres testes probatur, ꝙ do. Ludouicus instituit filios hæredes qui numerus testium sufficit in testamento inter liberos. l. fi. C. fami. ercis. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & quãuis dicti filii sint spurii, quia tamen mandauit eos legitimari, sequuta legitimatione ualidatur institutio, & retrotrahitur, ẜm Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. facit, quod no. An. in l. his verbis in prin. & Imo. in l. si alienum. §. in extraneis. de hæred. inst. & propter legitimationem dictus numerus te-
1 stium sufficit. ut in dictis iurib.† quæ etiam hẽnt locum in filiis legitimatis, ẜm Bal. in c. de causis. de offi. deleg. Sicut autem excluditur d. do. Maria ab intestato, ita etiam non vr̃ posse admitti ex testamento, quia de illo non constat saltem per septem testes, qui sunt necessarii ad probationem testamenti. l. si unus. & l. hac consultissima, C. de test. & qui dẽnt eẽ rogati, ut ibi, & in l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. eo. & no. in §. fi. inst. eo. de
2 † quo rogitu in casu nostro non constat, nec præsumitur, nisi probetur, ẜm Cy. Bal. & omnes, in d. l. hac cõsultissima. & Bar. & omnes in l. sciendum. de uer. ob. & Cy. & Ang. in auth. rogati. C. de testi. & Bar. in l. diuus. per illum tex. de testa. mili. Prętérea tres ex quatuor testibus examinatis non sunt idonei, uide-
3 licet duæ mulieres, quæ † in testamento non possunt eẽ testes.

l.qui testamento.§.mulier.ff.de testa.& §.testes.insti. eo. & ibi
gl.& per gl.in c.forus.de uer.sig.& hoc etiam procedit & locũ
hẽt in terris ecclesiæ,sm Alb.de Ros.in j.parte statu.q.130.&
& Ale.in consi.84.incip. Viso testõ mihi exhibito.ad fi.2.uol.
& in consi.70.incip. Viso consilio aliàs per me reddito, &c. 2.
vol.& in consi.177.incip. Viso themate mihi exhibito,etc.eod.
uol.alle.tex.& gl.in c.forus.in fi. & Fed. in consi. 217. & Ro.in
repet.auth.similiter.C.ad legem Fal.uersi.60.quod hic allegat
mulier,&c. & in d.cons.70.inducit.c.cum esses.de test.ubi tex.
requirit testes idoneos,id est,omni exceptione maiores,sm gl.
inst.de inut.stipul. §. item uerborum.sed mulier de iure ciuili
non est omni exceptione maior.d.l.qui testamento.§. mulier.
nec de iure canonico.d.c.forus.in fi.ergo utroque iure mulier
prohibetur eẽ testis in testamento, uel saltem non reperitur ĩ
hoc recessum a iure ciuili, ideo seruari debet in utroque foro.
c.j.cum ibi no.de oper.no.nunc. Similiter Iacobus non est te
stis integer,quia maritus do.Mariæ,ut no.in l.2.C. de testib.in
c.literis.eo.ti.& per gl.in §.sed si filius.institu.de test. & in l.p̃-
senti.§. in hac.C. de his qui ad eccle. confugi.& in l.4.§.illud.si
quis caution.& Imo.in l.si cum dotem.§.si maritus.sol.mat. &
per Bar.in l.heredes palam,§.quæcunque.in fi.de test. alia etiã
rõne non probatur testamentum,qm̃ ad interrogationem ma
gistri Conradinini do. Ludouicus respondit, ꝙ uolebat hære-
4 dem relinquere dictam do.Mariam. Quando † autem quis in-
terrogatur,an uelit relinquere tali,rñdit uelle,ad hoc vt valeat
relictum,requiritur,ꝙ testes fuerint ad hoc adhibiti, & sic ad
hoc ut per illa uerba, uolo relinquere inducatur dispositio ua
lida,duo debent copulatiue concurrere,s. ꝙ præcesserit inter-
rogatio,& ꝙ testes sint adhibiti ad hoc, ut notanter probatur
in l.Pamphilo.§.propositum.de leg.3.& ita per illum tex.in ter
minis uoluit Bar.in l.j.§.si quis ita.de uer.ob. ubi format qõnẽ
de illo,qui fuit interrogatus,an uellet bona sua relinquere Ti-
tio, & respondit, cui alii uellem dimittere. Nam per hoc,sm
Bar.post Petrum dicitur dimittere,quia sunt uerba dispositiua
adhibitis testib.ad hoc & alio interrogante, allegat præcipue.
d.§.propositum,& sic requirit,ꝙ prædicta duo concurrant. &
hoc quia uerbum,uolo,iunctum cũ illo infinitiuo,relinquere,
sui natura non inducit dispositionem,quia non sequitur,uolo
relinquere,ergo relinquo, secundum gl.in l.serui electione.in
prin.de leg.j.& ita uult ibi Ang.Imo.Pau.de Cast.& Moderni
communiter cõtra Bar. qui uoluit simpliciter,ꝙ in vltimis vo
luntatib.uerbum,uolo relinquere,inducat dispositionem, per
d.§.propositum,qui non probat,sm prædictos, quia illo casu
alia interuenerunt,de quibus supra,& prout ipsemet Bar. etiã
declarat in d.§.si quis ita.ubi melius loquitur. Et idem tenẽt ẽt
Moderni communiter,& in l.gerit,de acq.hær.Cum ergo non
sit probatum dictos testes ad hoc fuisse adhibitus, ut probari
debuit.d.l.diuus.& ibi Bar.de test.mili.sequitur, ꝙ dicta respõ
sio do.Ludouici non potest habere effectum.& hoc etiam pro
cedit in dispositione,in qua testium rogitus aliàs non est neces
sarius ut probatˉ in d.§.propositum. qui loquitur in fideicom
missis, in quibus testes & etiam non rogati super sunt idonei.
l.fin. C. de codicil.quia dicto casu non est necessarium, testes
ad hoc esse adhibitos seu rogatos ad solennitatem,sed ad ostẽ
dendum & probandum uoluntatem,ut declarat Soc. in d.§. si
quis ita,& per hoc refert aliàs dixisse in magna qõne de facto,
ꝙ cum quidam satis uerbosus protulisset, & in plateis,& in si
milibus locis non conuenientib. ꝙ uolebat ut hospitale habe-
ret suá hæreditatem,ꝙ ex quo poterat dubitari,utrum uoluis-
set se iactare, uel testari, & uerba non essent prolata adhibitis
ad hoc testib.nõ erat probata perfecta uolũtas,quia licet adhi
bitio, uel rogatio testiũ non sit necessaria in testõ ad pias cás.
c.relatum.de test. erat tamen dicto casu necessaria ad tollẽdũ
dubitationẽ uoluntatis.Et pro hoc adducit ẽt tex.in d.l. diuus.
de test.mili. Multo igitur minus quando dispositio non est ad
pias causas,uerbũ,uolo relinquere, inducit dispositionem ẽt ĩ
terris ecclesiæ,quamuis in eis nõ requireretur, ꝙ testes essent
rogati,ubi per alia uerba de mente deliberata constaret,& ap-
pareret,sicut qñ dixisset,relinquo uel ĩstituto.&c. Sed præmis
sis non obstãtib.cõtrariã sñiam arbitror ueriorem,& quia cau
sa intestati cessat,quamdiu hẽt,uel habere põt locũ cã testati,l.
quamdiu la. 1. & 2. de acquir. hæred. idcirco ab ista incipiam.
Dico igitur,qđ do.Maria admitti debet ex testamento, in quo
fuit instituta, & de quo constat per quatuor testes, qui con-
cordanter deponunt, quod magister Conradinus interroga-
uit do.Ludouicum ægrotantem an uellet facere id,qđ sibi dixe-
rat in mane,videlicet relinquere hæredem do.Mariam sororẽ
suam,& ꝙ do.Ludouicus respondit, Made si, credetiue che io
sia mentecato,&c.Ex qua responsione facta ad dictam interro
gationem inducitur isto casu dispõ perinde,ac si dixisset,insti-
tuo do.Mariam,& præsertim cum omnes testes prædicti & ẽt
alij dicant,ꝙ do.Ludouicus erat sanæ mentis,& in sano & bo-
no intellectu,ut probatur in d.l.Pamphilo.§.propositum.& ex
no.per Bar.& Doc.in d.§.si quis ita.& in d.l.serui electione.in
prin.iunctis his quæ no.in l.iubemus.C.de test.Nã & hic pre-
cessit interrogatio sicut ibi,& erat do.Ludouicus in discrimine
uitæ constitutus,quemadmodum erat testator illo casu, ꝙ est
etiam ponderandum,sm Ang.Imo.Pau.de Ca.& Ale.in d.l. ser
ui electione.& quamuis ponderetur in illo textu,amicos & te-
stes ad hoc quoq. fuisse adhibitos, istud tamen, ut est dictum,
non requiritur ad solennizandum,sed ad probandum delibera
tam uoluntatem,de qua in casu nostro cõstat aliter,& alio mo
do.Quoniã per omnes quasi testes productos pro parte d. do.
Mariæ probatur,ꝙ d.do.Ludouicus ante testamentum dixit di
uersis personis & in diuersis locis, ꝙ volebat relinquere illam
5 hæredem suam. Ex his autem† quæ extra & ante testamentum
dixit quis,probatur & declaratur uoluntas in actu testandi,ut
notanter declarat Bar.cum quo alij transeunt, in l.2.de vul. &
pup. ubi concludit, ꝙ tacita pupillaris non admittatur contra
matrem.l.precib.C. de impub. & aliis subst.nisi ex coniecturis
de contraria mente appareat,& inter coniecturas mentis cõtra
riæ illa est potior,sm eum,quæ colligitur ex his,quæ expressit
ante testamentum,puta si dixit,si uxor mea superuiueret,nollẽ
qđ obolum haberet,uel si dixit, ꝙ nolebat matrem impuberi
succedere,arg.l.Titia.§.idem respondit.de uerb. oblig. & in l.si
seruus plurium.§.fi.de leg.j.& idem tenet Bal.in d.l. precibus.
col.3.versi.circa primum quæro,&c. Cum ergo ex his, quæ d.
do.Ludouicus prius & ante testamentum dixit,intentio sua de
claratur,verbum,uolo relinquere, prolatum ab eo constituto
in discrimine uitæ,& ad interrogationem dicti magistri Conra
dini,inducit institutionem, perinde ac si accersitis testibus, &
amicis sic dixisset,quia non refert, qualiter de uoluntate con-
stet,dummodo certus modus non sit pro forma traditus,sicut
non est hoc casu rogitus,qui,ut dixi,pro solennitate non requi
ritur,sed pro uoluntate declaranda, quæ per æquipollens põt
declarari.l.de quibus de legib.l. Paulus respondet non tantum
uerbo.rem ratam haberi.Nec etiam obst.alia quæ obiiciuntur.
Et primo,ꝙ in testamentis requirantur septem testes, quia de
6 iure canonico,ꝙ in terris† ecclesiæ seruatur,ut no.in c.j.de o-
pe.no.nũc.& in c.2.de arbi. in 6.sufficiunt duo cum parochia-
no,uel loco illius alii duo, & sic quatuor,qui in casu nostro re
periuntur interuenisse,secundum Spe.ti.de inst.edi.§. compen
diose.uer.item si per ius canonicum,&c.& Imo.& Abb.in d.c.
cum esses.de test.& ibi do.Ant.dicit,ꝙ opin.Spe.seruaretur in
practica, qui etiam uoluit ꝙ tres sufficiant. & cum opinione
Spe.concordat etiam Ioan.Cal.in consi.8.sub rubri.de test. &
Rom.in d.auth.similiter.C.ad leg.Fal.in 34. speciali piæ causæ
inter ultimas uoluntates.& Ale.consi.17.3.uol.incip.Pondera
tis his,quæ in themate,&c.& in consi. 105.5.uol.inci.Viso, &
diligenter considerato themate,&c.& in consi.176.col. pen.in
fi.5.uol.& eodem iure canonico indistincte non reperitur, ꝙ
7 testes sint rogati, ac† etiam possunt mulieres in testamento eẽ
testes,secundum Abb.in d.c.cum esses.& in c.relatum. el j.co.
ti.& hoc etiam aperte uult Pet.de Anch.in eod.c.cum esses. in
4.notabi.ubi inquit, ꝙ mulieres & omnes alii de iure canoni-
co possunt esse testes in testamento,præterquam illi qui repul
si sunt,ut infans,& furiosus allegat no.per Bar.in l.1.C.de sacr.
san.ecc.in q.ult.quæstionis principalis, & cum eo transit etiã
Imo.in d.c.cum esses.& Ale.in d.consi.105.Et quamuis ipse lo
quatur in testamento ad pias causas,tamen nõ negat,quin idẽ
sit in alio testamento dummodo sit conditum in terris eccle-
siæ,quia Pet.loquitur indistincte.Et hanc opinionem sequun-
tur etiam Moderni in l.hac consultissima.C.de test.in princip.
quam dicunt esse communem. & ultra eos idem aperte uult
Imo.in l.nemo potest.in j.col.de leg.i.ubi dicit,ꝙ tex.in d.c.cũ
esses, secundum communem intellectum corrigit iura ciuilia

in terris ecclesiæ,& sic non tantum respectũ numerum testiũ, sed ẽt quoad qualitatem ius canonicum corrigit ius ciuile,quia text.ille simpliciter improbat illud ꝑ ꝑ authoritatem illam iuris diuini,videlicet quia in ore duorum,vel trium, quæ ẽt mulieres comprehendit, quia nec de iure diuino nec naturali prohibetur esse testis,sed solum de iure ciuili.qđ patet, quia põt esse testis in testõ inter liberos,ẜm Doc.in d.l.hac consultissima.§. ex imperfecto.& in codicillis,ut no.in l.fi.C. de codi.& ita per ista tenet ẽt Alex.in d.consi.105.& ante eum Bald.in repe.l.1. C.de sacrosſ.eccl.col.16.versſ.super prima q̃one,&c. nam ẜm ipsum ꝙ mulier non posit esse testis in testamento,non est natura,sed morib.introductum,allegat.l.cum prætor.§.pen.de iud. Nec ob.vt dicit Ale.in d.consi.70.allegato in contrarium,ſ.qđ patet,quia requirit præsentiã parochiani,uel aliorum duorum testium loco eius,ꝙ non est necessarium de iure diuino. Quia ad hoc respondet Imo.in d.l.nemo põt. dicens, ꝙ ius diuinum ibi allegatur ad impugnandum consuetudinem conformẽ dispõni iuris ciuilis,& quantum ad hoc in iure diuino se fundat, & propter illud ius commune corrigitur respectu statuti,id est in quantum ius canonicum statuit, coram quib.testib.debeat fieri testm̃,non se fundat simpliciter in iure diuino,cum requirat præsentiam parochiani.Si ergo quantum ad tollendum ius ciuile ius canonicum habuerit respectum ad ius diuinum,ergo mulier admittitur,quæ iure diuino non prohibetur. Et ꝑ hoc etiam respondetur ad aliud,ꝙ allegat Alex.ſ. ꝙ tex.requirit testes idoneos.i.omni exceptione maiores.Quia dico,ꝙ satis est ꝙ sint idonei đ iure diuino,prout est ẽt mulier,ꝙ probatur necessario,quando ille tex. loquitur ẜm unum intellectum in testõ ad pias causas,vel saltem de eo loquitur tex. in d.c.relatum. qui ẽt requirit testes legitimos,& tamen sufficiunt mulieres, secundum Bal.in d.l.1.in loco præallegato.& in lec.in fi. & Ale. in d.cõsi.105.Et per hoc ẽt non ob.authoritas Feder. in consi. 217. allegato in contrarium, quia ipse loquitur in testamento ad pias causas,in quo non vult mulierem admitti, ꝙ est falsũ. Nec ob.gl.in c.forus.de uerb.sig.quia loquitur de iure ciuili,vt patet ex lege,quam allegat,iuxta no.per Bar.in l.non solum.§. si liberationis verba.de libe.legata. Non obſ.insuper,ꝙ Iacob. non sit testis idoneus,quia maritus do. Mariæ,quia immo non
8 † prohibetur pro vxore ferre testimonium, cum non reperiatur hoc iure prohibitum secundum Spe.& Io.And.in ti. de teste.§.1.uersſ.sed quid de uxore.& Petr.& Cyn.in l.2.C.de testibus,& Abb.in c.in literis.eod.titu.& Alexan.consi.166.5.vol. ubi dicunt hoc uerum,præcipue in marito,qui non timet, nec timere dẽt uxorem. Præterea Iacobus iurauit etiam ad instantiam alterius partis, quæ propter hoc illius personam approbasse dicitur,adeo quod contra eam nihil opponere potest, ut colligitur ex no.per Bart.in l. Theopõpus.de dote præleg.quẽ
9 ad hoc allegat Soc.in l.5.in prin.de ver.oblig.& dato† ẽt quod in aliquo deficeret testimonium Iacobi in fauorem uxoris, nihilo minus eius fides suppletur ex testimonio magistri Conradini,cum sit Doctor, & propter hoc nobilis.leg.prouidendũ. & ibi no.Bal.C.de postulan.& in dignitate constitutus.c. quanto.& ibi not.Doct.de magist.& de nouo Codice compo.& ibi per Bar.& per eum in l.fi.C.de Iudæis.& Abb.in c.at si clerici. de iud. & quod per eum augeatur fides alterius, probatur ex not.per Bal.in l.si quis ex argentarijs.§.1.ff. de eden.ubi notan. concludit,quod fides testis non omnino integri suppletur per alium testem ualde dignum.& ibi Alexan.sic etiam concludit, & in specie hoc etiam dicit procedere in testibus testamentarijs. Ad hoc etiam accedit,quia,vt dixi, per multos testes probatur, quod dom. Ludouicus ante testamentum dixit, quod volebat sororem dom.Mariam instituere hæredem.Vnde per hoc facilius est credendum,quod postea sic fecerit,& per consequens per ea quæ dixit ante testamentum prædictus domi. Ludouicus, augetur fides testium deponentium de institutione sororis, & omnis suspicio tollitur,tanquam ex hoc præsumatur,quod non mentiantur,sicut fides testium augetur,quando dictum eorum concordat cum iure communi, quasi quod ex hoc pręsumatur, quod deponent uerisimiliora, adeo quod aliis contrarium deponentibus præferuntur, ẜm Inn.no.in c. auditis.de præscrip.& Spe.in titu.de teste.§. postquam. uersic. quid si plures.& do.Ant.in c. quid per nouale,de uerb.sign. & Pet.de Anch.in c.1.de præscr.in 6. & Rom. in rub.de arb.in 9. col.& idem generaliter dicitur de testib.verisimiliora deponentibus,vt.ſ.eorum fides augeretur,& in dubio aliis præponantur propter præsumptionem,quę est pro eis,ẜm Doct.in c.in nostra.de testi.& Bal.in l.testium.C.eo.Item nõ ob.ꝙ dicti testes non sint rogati,uel ad hoc adhibiti,ut requiritur ad hoc,ut verbum,volo,coniunctum cum infinitiuo dispõnem inducat d.§. propositum, quia illud est uerum, quando aliter non constat de animo deliberato loquentis, de quo constat in casu nostro ex his, quæ dixit ante testamentum,ut dixi in præcedentibus, iõ rogitus qui,vt est etiam dictum,aliàs dẽt adhiberi,non quidem ad solennizandum actum, sed ad declarandum animum deliberatum ad hunc finem in casu nostro non fuit necessarius l.j.in fi.de dote prælega.Postremo non ob.etiam contraria probatio,& primo testimonium do.Syluię,quia quamuis dicat,ꝙ ad interrogationem magistri Conradini,de qua supra,fuit rñsum per do.Ludouicum,credetiue mai,che io fussi smemorato,per hoc tamen non intelligitur loqui testis,taxatiue,nec deponendo affirmatiue de dicta responsione intelligitur negare ꝙ alia uerba non prętulerit,ut probatur & ibi not. Bar.in l.cũ furti.de in litem iuran.ubi per hoc uidetur negare, ꝙ plus ualeat,& cum eo transeunt alii.& idem uult Bar.Raph.& Pau.de Cast.in lect.Bononiensi in l.fi.§.qui indiuisam.de lega.2. & eo magis in casu nostro hoc procedit cum dicta testis deinde subiungat,ꝙ aliter non recordatur de contentis in dictis capitulis
a tpſ. de hære. inſt. Secundo etiam præmitto, ꝙ non tñ filius te
ſtõris fuit uocatus ad dictum locum per eum emendum, ſed ẽt
quilibet eius deſcendens maſculus, ordine tamen ſucceſſiuo,
ex quo diſpoſuit teſtõr, ꝙ ſit ſuorum deſcendentium maſculo
rũ, & ſic cũ dicãtur ſub illo noĩe collectiuo, deſcẽdẽtiũ. l. cũ ita
§. in fideicommiſſo. de leg. 3. & per Bar. & Doctor. in l. Gallus.
§. 1. de lib. & poſth. & prout etiam in ſpẽ uoluit ibi Aret. & alii
Mod. qui ad hoc allegat Ang. in conſ. 38. Quidã Io. & in conſ.
ſeq. Quia ergo pronepos teſtõris ex teſtamento fuit uocatus,
potuit grauari. l. ab eo. C. de fideicommiſ. & ab ipſo ultimo in
dubio fideicommiſſum intelligitur eẽ relictum ſub prædictis
cõditionib. ſm Bar. in l. codicillis. in princ. de vſuf. leg. & eſt de
mente illius in l. Centurio. de uulg. & pup. uer. quæro, quid ſi
teſtõr dixerit ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, &c. & in l. ſed ſi
6 ſic, de le. 3. Quia † ergo nepos prædictus grauatus eſt de liberis
teſtõris. l. liberorum. de ver. ſig. potuit iſte locus fideicommiſſo
ſubiectus pro dote filiarum ſuarum conſtituenda alienari. d.
auth. res quæ. C. communia de leg. q̃ locum hẽt in omnib. libe
ris teſtõris grauatis, ut probatur in tex. & hoc ibi ẽt uoluit oẽs
& non tñ permiſſa eſt alienatio dicto caſu, quando fideicom
miſſum eſt uniuerſale, ſed ẽt qñ eſt particulare, ſm Bald. ibi. &
7 quamuis † ẽt non fuerit per patrem dicta res pro dote filiarũ
alienata, põt tñ ꝑ filias poſt mortem patris ꝓ dotib. alienatio
fieri, ut expreſſe dicit Bar. in d. auth. res quæ, cum quo alii ſim
pliciter in hoc tranſeunt in illa q. vtrum pater de bonis ſubie-
ctis reſtitutioni fideicommiſſi poſſit filias in teſtamento dota
re, qui per plura tenet ꝙ ſic. & ad ꝓpoſitum allegat, ꝙ ſi pater
eas non dotaſſet, poſſet deduci per filias, unde ſe dotarent, ſi
cut dicitur de legitima debita iure naturæ, ut in illo text. dr̃ &
ex uerbis Bart. ẽt in eodẽ loco colligitur, quod talis deductio
fieri poſſit per filias ẽt adhuc nõ nubiles, quia ipſe loquitur in
diſtincte, & quia rõ aſſignata per Bar. in illis etiam habet locũ,
quia & ipſe potuiſſent deducere & retinere legitimam patri de
bitam iure naturæ, in qua pater grauari non potuit. l. cohære-
di. §. cum filię. de uul. & pup. cui legitimæ deductio dotis æqui
paratur, quando legitima non uenit detrahenda, ſecundũ Bar.
idem etiã ſentit Bar. inquantum vult, ꝙ poſſit filia in teſtõ do-
tari, ꝙ fieri poteſt ſiue nubilis ſit filia ſiue non, ſm Bar. in l. Ti
tio centum. §. Titio genero. de cond. & dem. Et antequã dictæ
filiæ ſint nubiles, & nubant, poterit fieri deductio, & retentio
8 pro alimentis, quia † pro eis põt fieri alienõ rerũ, quæ ſubiacẽt
reſtõni fideicõmiſſi, ſicut pro dote, ſm Doc. communiter ꝯ gl.
in d. auth. res quæ. & Ang. in l. Marcellus. §. res quæ, ad Tre. &
oẽs mod. in l. mulier. §. cum proponeretur. eo. ti. & per hoc etiã
apparet, ꝙ adueniente ætate nubili poſſunt etiã in dotem dari
& pro dote alienari, ſicut pro alimentis, quamuis tunc nubere
9 nollet filia † quia de alimentis ad dotem arguunt Doc. commu
niter, maxime in hac materia in locis prędictis, & etiam aliis lo
cis, de quibus per Alex. in l. 1. ſolut. matr. & in l. a filia. in prin. ad
Treb. Nec ob. dum dicebatur, quod alienatio fieri non poteſt
ex cã dotis, niſi quãdo grauatus dotare eſt obligatus, ſm Bar. &
alios, in d. auth. res quæ, quia licet nõ poſſit pater cogi dotare
filiã ante nubilẽ ætatẽ. d. l. qđ pupillæ, quãdo dies leg. ced. & ſic
non ſit obligatus pure, eſt tamen obligatus ad diem incertũ. Et
hoc ſufficit, ut deductio dotis fieri poſſit adueniente caſu fidei
commiſſi, ut per prædicta colligitur, & eſt ſecus, quando nullo
modo grauatus eſt obligatus, quo caſu procedit contrarium.
Nec ẽt ob. dum dicebatur, ꝙ ad matrem diuitem pertinet dota
re iſtas filias, quia Bar. in d. auth. res quæ. qui allegantur in con
trarium, ſolum dicit, ꝙ onus dotandi pertinet ad matrem, quã
do pater eſt inops, & nõ hẽt, vñ filiã dotet. Et ſic loquitur Bar.
quando non hẽt pater bona ẽt reſtõni ſubiecta, ex quib. poſſit
filiã dotare. Tunc. n. uerum eſt, ꝙ non hẽt unde filiam dotet,
10 † ſed ubi habet bona ẽt tantum reſtitutioni ſubiecta, ex quib.
poſſit dos cõſtitui, quãuis aliunde nõ poſſit ab eo filia dotari,
ut in caſu noſtro, tũc mater ẽt diues non tenetur filiam dotare,
ſed erit dotanda a patre de bonis reſtitutioni ſubiectis. Nec iſto
caſu aliter dicit Bar. quia tunc nõ põt pater dici pauper, & non
hẽre facultatem dotandi, ex quo lege permittẽte poteſt dos de
dictis bonis cõſtitui, dicta auth. res quæ. Nec ob. ꝙ lex iſtud per
mittat in ſubſidium, quia cum non ſit officium maternum filiã
dotare, ſed paternum. l. fi. C. de dot. promiſ. ſatis dicitur in ſubſi
dium dos dicto caſu conſtituta, ex quo non extãt alius, ad cuius
officiũ iure ordinario onus dotandi poſſit pertinere. Et quia
etiam in ſubſidium duntaxat mater dotare compellitur, iõ cum
ipſa tractet de damno euitando, & fideicommiſſarius de lucro
perdendo, matri debet potius quam fideicommiſſario ſuccur-
rit l. fi. C. de codicil. & l. apud Celſum. §. Marcellus, de doli exce
ptio. Et etiam eſt minus inconueniens, ꝙ cum dos ab uno & ab
altero petatur in ſubſidium, ꝙ fideicommiſſarius in hoc graue
tur, cum huiuſmodi bona ſemel fuerint patris grauati. Et hac
ẽt ratione, & per alia Pa. de Ca. in conſi. 130. inci. Circa ea quæ
11 ſuperius, &c. concludit † ꝙ ubi mulier recepit fideiuſſorem de
dote reſtituenda, ꝙ etiam tunc de bonis fideicommiſſo ſubie-
ctis poterit per hæredes mariti ſubſtitui, quamuis uxor poſſet
agere contra fideiuſſorem ad dotis reſtõnem. Fortius ergo ĩ ca
ſu noſtro erit idem dicendum, quia remedium contra fideiuſſo
rem eſt ordinarium, & contra matrem extraordinarium, ideo
nõ tollit aliud extraordinarium, maxime quando cõpetunt ad
diuerſa. l. qui bona. §. ſi quis opus, de dam. infec. ut traditur per
Bar. in l. in prouinciali. §. 1. de ope. nou. nunc. & prout ad diuer
ſa in caſu noſtro dicũtur cõpetere, ſm Pa. de Ca. in d. conſi. Dr̃
ergo remedium. d. auth. res quæ. ſubſidiarium reſpectum bono
rum ipſius patris grauati, quia ſi habet alia bona, uel ſibi debea
tur legitima, de his dẽt dotari filia, & non de bonis reſtitutioni
ſubiectis, ſed in fauorem fideicõmiſſarii alius non dẽt grauari,
ad quem regulariter non pertinet onus dotandi, ſed apud pa-
trẽ grauatum remanere, cuius officium eſt filiã dotare, ar. l. fi.
§. exceptis. C. qui potio. in pig. habe. & prout eſt etiam de mẽte
Pau. de Ca. in d. cõſ. Secundò principaliter uidetur, ꝙ iſtæ puel
læ poſſint ſe defendere, quia cum dictus Michael ex prælegato
receperit maiorẽ quãtitatẽ, quã reperiatur expendiſſe in emen
do locũ prædictũ, ex hac diuerſitate ſummarum eſt præſumen
dũ, ꝙ emptio nõ ſit facta de pecunia prælegata ſed de alia, quia
12 † ex diuerſitate ſummarũ ꝑſumitur earũ, & ꝙ minor non ſit
pars maioris, ſed diuerſa penitus. l. cũ centũ, de adi. le. ſm intel-
lectum Ia. de Are. & Bar. & in l. quinquaginta, de prob. & ꝓut
vult Bal. & Ang. in l. ex facto. §. itẽ quæro. de vul. & pup. & Im.
Rom. & Alexã. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, de uer. obl. cum concor. de
quibus ibi per Alc. ubi concluditur, ꝙ ſi unus teſtis deponit de
ſumma maiori, puta de 20. & alter de decem, quod non ſunt cõ
teſtes in minori ſumma, quia pluralitas ſummarum præſumi-
tur propter diuerſitatem earũ. Et tanto magis hoc eſt dicendũ
in caſu noſtro, in quo emptio non fuit facta cum conſi. eorum
quorum conſilium debuit requiri, ſm tenorem teſtamenti. Vñ
de cum non ſit ſeruata forma, quæ debuit ſeruari, oritur ẽt præ
ſumptio, ꝙ iſta non ſit illa res, quæ debuit emi ex mandato de-
functi, arg. l. in teſtamento. la 2. de cond. & dem. & ꝑ pea ur̃, ꝙ
l. fi. C. de pig. contrarium allegatur, locum non habeat, quan-
do res fuit empta a debitore pro diuerſa ſumma ab ea, quæ ad
illum prius dicebatur perueniſſe, ſed quando eadem quanti-
tas fuit in emptionem conuerſa, & quod iſto etiam caſu dica-
tur Bart. loqui in d. l. Imperator. §. fin. de leg. 2. uel ſaltem quod
in caſu noſtro, in quo apparet de diuerſitate ſummarum, quod
forma quæ in emendo debuit obſeruari, fuit omiſſa debet præ
dictis concurrentibus præſumi, quod ſumma in emptionem
con-

conuersa sit diuersa ab ea, quæ fuit prælegata. Nec ob. cõfessio Michaelis facta in alio instrumento inter alios confecto, quia
13 † cum illa sit facta absentia fideicõmissarij, nõ probat pro eo nisi semiplene. l. certũ. §. si quis absente cũ ibi no. de confes. & p Doc. in c. si cautio. de fide instru. Et istud ẽt vult Bar. in terminis in l. admonẽdi. de iureiu. ver. itẽ quæro, quid si instrumẽtũ, &c. vbi cõcludit, ꝙ si inter fratres sit diuisa hæreditas, & in istrõ diuisionis dicatur, ꝙ vnus restituit alteri cẽtũ, quæ ille mutuo receperat a Sẽpronio, & posuerat in domo, ꝙ tale instrũm plenã fidẽ nõ facit pro Sẽpronio, quia ꝯfessio facta parte absente nõ facit plenã probationẽ d. §. si quis absente. & l. fin. de interrog. actio. sed semiplenã. l. capite quinto. de adulter. Tertio dicitur, ꝙ iste locus põt, & dẽt alienari pro restõne dotis uxoris ipsius Michaelis grauati, quia tex. in d. auth. res quæ. nedum hẽt locũ in dote constituenda, sed ẽt in dote restituẽda, ẽm gl. & Doc. ibi cõiter. Nec ob. ꝙ ista mulier cõsenserit marito alienanti res dotales, quia quantum ad effectum prædictum non potest mulier dici in culpa, quia precium peruenit ad maritum nec in illo mulier sibi præiudicauit, sed illud successit loco rei dotalis, & ideo ab hæredib. viri potuit precium ex causa dotis repeti. ẽm Imo. qui dicit hoc esse clarum in l. cum uir. de usu. c. in pe. co. Et idẽ
14 † ẽt uoluit Bar. quem ẽt Imo. Paulo ante allegauit & retulit in cõs. inci. Punctus qõnis talis est, dñã Pau. nupsit, &c. dicens, ꝙ si uir & mulier simul uendãt fundũ dotalẽ, ꝙ preciũ, ꝙ peruenit ad uirum, poterit ab hæredib. eius uxor petere, quia preciũ successit loco rei dotalis. l. Labeo. §. item si dominus. cũ ibi no. per gl. de ver. sig. & quia dos est nomẽ uniuersale, iuxta ea quæ hñr in l. ꝙ dicitur. de impen. in re. dota. fac. iõ succedit precium loco rei, sicut in vniuersalibus. l. si rem & precium. de peti. hære di. Cum ergo dos cõsistens prius in specie post alienationẽ con uersa sit in quantitate ad maritum peruenta, dẽt pro illius restitutione res restitutioni subiecta alienari posse, sicut si ab initio in pecunia fuisset cõstituta. Nec ob. si dicatur, ꝙ ubi alienationi nõ consensisset vxor, ꝙ dotẽ maritus nõ cõsumpsisset, & ꝙ sine diminutione fideicommissi restitui potuisset, quia verisimile non erat, ꝙ maritus dotem conuersam in pecuniam esset consumpturus. l. si defunctus. C. arbit. tute. ideo etiam si aliter fecit mulier, non dicitur in culpa, sed maritus, quæ sibi & fideicommissario dẽt nocere & non tertio, hoc est uxori d. auth. res quæ. & hoc fundamẽtum arbitror tutissimum. Circa igitur ea, quæ proponuntur, mihi videtur concludendum, ut ex præmissis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni principis credendum est.*
2 *Magistratus perpetuus sicut dux, comes, marchio in territorio suo quoad personas & bona eiusdem, omnia potest, quæ supremo principi permittuntur.*
3 *Comes in suo comitatu æquiparatur magis principi quã præsidi.*
4 *Ciuis pro possessionibus alibi sitis in sua ciuitate ad collectas tenetur, si pro illis alibi tributum non soluit. & uide nu. 11.*
5 *Ciuilitas ratione originis propriæ uel paternæ sola uoluntate & domicilij translatione amitti non potest.*
6 *Ciuis absens commodo aliorum ciuium non priuabitur, si in ciuitate permaneant eius parẽtes, fratres uel cognati, qui ciuium onera supportent.*
7 *Monasterium capax succedit ex persona monachi in hæreditate ad eum delata, etiam inuito & ignorante monacho.*
8 *Statutum extantibus masculis fœminas excludens, an operetur contra fœminas professas religionem.*
9 *Dictio, tunc temporis extremitatem significat.*
10 *In imponẽdis onerib. realibus, in quo territorio res sit, attẽditur.*
12 *Forenses statutorum beneficio non gaudent.*
Ciuis, qui ratione originis tenetur tantum ad personalia munera statutorum beneficio non gaudet.
13 *Ciuis originarius statutis conditis post translatum alio domicilium non obligatur.*
14 *Eorum sortiri in aliquo loco, & subijci statutis eiusdem loci a pari procedunt.*
15 *Priuilegium ante eius notitiam prodesse ei, cui conceditur, non potest. & uide. nu. 17.*
16 *Coniunctus præsumitur facta coniuncti absentis ignorare.*
18 *Ratihabitio in tertij præiudicium retro non trahitur.*
19 *Priuilegium concessum alicui creato ciui, ut possit acquirere, & omnia facere, quæ alij ciues, debet intelligi quo ad ea, quæ iure ordinario, non autem extraordinario competunt.*
20 *Quando monasterium alicui succedit, in cuius bonis sit emphyteusis, cuius ipsum est incapax, ei debetur emphyteusis æstimatio.*

CONSILIVM CC.

ISO themate proposito, & omnib. mature cõsideratis, prima facie dicẽdum vr̃, ꝙ ad hr̃ditatem dom. Hieronymi admitti & ꝓferri dẽat Sebastianus eius patruus exclusa sorore Hieronyma ac monasterio S. Augustini. in quo professa est, & hoc vigore statuti Ferrariensis sub rubrica de successionib. ab intestato disponentis, ꝙ agnati masculi vsq; ad quartum gradũ computandũ ẽm ius canonicum ꝓferatur quibuscunque fœminis. Quod statutum tempore natiuitatis fœminæ iniecit vinculũ, & infligitur sibi hæc potentia succedendi, s. in totum, si nõ extiterit masculus, & in nihilum, si extiterit, vel fœminæ reseruat successionem, si non extabit masculus, si uero extabit, aufert, & sic in ipsa natiuitate fœminam ligit excludit. Et illa verba, fœmina non succedat, exponuntur. i. efficiatur inhabilis ad succedendum. Et ꝑpea si ingrediatur monasterium etiam ante delatam successionem, adhuc vigore dicti statuti fœmina monialis facta, vnicum monasterio excluderur a successione post ingressum delata, quia, ut dixi, ante illum statutum iam effectũ suum consumuerat, & sic tempore, quo mulier erat in sęculo, & supposita iurisdictioni statuentium, & propter ea statutum non dicitur exclusiuum monialis & monasterii, cum exclusio præcesserit ingressum. Et ita in terminis concludit Pau. de Ca. consi. 339. Primum dubium, de quo quæritur, &c. per plura, de quibus ibi per eum. Et idem tenet Roma. in l. stipulatio hoc mõ concepta. de ver obl. argumento notatorum per Io. And. in regula, sine culpa. de reg. iur. in 6. in mercurialib. Et do. Abb. in c. quod clericis. de foro competẽ. ubi refert do. Ant. idem cõ suluisse Nec etiam dici põt, ꝙ dictus Sebastianus tanquam forensis non sit de masculis comprehensis in dicto statuto ꝑ aliud statutum prohibens in bonis immobilibus succedere ab intestato sub rubrica, ꝙ non fiat alienatio rei immob lis in ꝑsonam non subiectam, &c. Quoniam d. Sebastianus quamuis alibi hẽret incolatum, ciuis est tamen originarius ciuitatis Ferrariæ, sicut i suis literis declarat & attestatur illustrissimus dux
1 cuius † assertioni est credendum per no. per gl. in cle. 1. de probationib. sicut etiam assertioni regis, ẽm Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, figura. in fi. & de prædicto duce in specie firmat Feli. in c. cum a nobis. de testib. & ultra eum probatur ex
2 d. Pau. de Ca. in consi. 226. Super primo dubio vr̃, &c. dũ † cõcludit, ꝙ dux Mediolani & quilibet vicarius vel alius perpetuus magistratus sęcularis, sicut dux, comes, marchio in suo territorio, quo ad personas & bona eiusdem omnia potest, quæ permittuntur principi supremo uniuersaliter, & in omnib. & per omnia in dicto territorio, in quo ad ꝓdicta habetur loco principis. Et idem uult Ang. in consi. 214. In cã accusationis, &c. dicens, ꝙ dux Mediolani in suo territorio hẽt plenitudinem ptã tis, & quicquid sibi placet est lex. & facit, quod no. Bal. in l. rece
3 ptitia. C. de consti. pecu. dum dicit † ꝙ comes in suo comitatu æquiparatur magis principi quam præsidi. Et idem uult in l. exemplo. in pen. q. C. de probationib. & in prin. Digestorũ, col. 3. & in auth. hoc amplius circa medium. C. de fideicom. ubi dicit, ꝙ rex in suo regno est lex animata. & põt derogare legi cõi. & in l. qui se patris. C vnde lib. in 12. col. dicens ꝙ rex põt per procuratorem adire hæreditatem sicut Imperator. Et hinc est, ꝙ sicut in concessione facta a principe iure spãli hẽt locum ius accrescendi. l. j. C. si socius impe. l. b. x. ita & in concessione facta a quolibet rege, vel duce, vel marchione, ẽm Bal. i l. unica, §. in primo. C. de cad. tollen. in c. 1. de duob. fra. de benefi. insti. in c. 1. de duob. fra. a c. inuesti. Raph. Pa. de Ca. & Alc. in l. si mihi & Titio. de uer. ob. & comprobetur ex not. per Io. Andr. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. § porrò. in additi. ine. Hæc subst õ &c. in fin. & Oldr. consi. 231. Vt eius de quo quæritur, &c. qui dicunt, quod tales in suis terris tenent locum Imperatoris, & legi derogare possunt, de quo etiam per Ale. consi. j. col. 11. 5. vol.

vol. Si ergo ciuis est originarius d. Sebastianus, ad onera perso-
nalia tenetur, ſm Bar. plene in l. assumptio. §. j. ad municipa. &
probatur in l. j. C. de municip. & orig. libr. 10. & ibi plene not.
Item tenetur ad onera, q imponuntur personæ pro reb. quæ
appellantur collectæ, et si bona sint extra territorium Ferra-
riense, ut colligitur ex no. per glo. in l. 1. C. de mulie. & quo loc.
4 lib. 11. dicens, † ꝙ ciuis pro possessionib. alibi sitis in sua ciuita-
te non tenetur ad collectas, si pro illis alibi soluit tributum. Si
ergo tributum non solueret, contrarium innuit. Quod autem
Sebastianus pro suis bonis in terra Lendanaria non teneatur
ad tributa de iure est certum, quia prædia Italica non sunt tri-
butaria. l. 1. & l. fi. & vtrobique no. ff. de cens. l. de his. C. de decr.
epi. & cler. & plene not. in leg. fin. C. sine censu uel re le. 1. q. &
hoc et vult Bar. in d. l. fi. C. de decr. ab. ordi. facien. & per hoc pa
tet, ꝙ et subiacet statutis ciuitatis Ferrariæ, & propterea nō in
telligitur prohibitus acquirere immobilia in territorio eius,
nec in eis succedere, quia is prohibetur demum qui nō est sub
iectus statutis & ordinamentis cōmunis Ferrariæ & q nō susti
net onera realia & personalia in districtu vel ciuitate Ferrariæ,
Dictus autem Sebastianus rōne originis ad prædicta onera te-
5 netur, ut dixi, & est subiectus prædictis statutis, quia † ciuilitas
rōne originis propriæ vel paternæ sola voluntate & domicilii
translatione amitti nō pōt d. l. assumptio. in prin. l. origine. C.
de municip. & origi. lib. x. etiam si quis natus & oriundus sit ex
loco vilissimo l. fi. & ibi no. eo. ti. Igitur non includitur sub pro
hibitione dicti statuti. Et dato etiam, ꝙ per se dicta onera non
subiret in dicta ciuitate, ex quo tamen illa subiit dominus Ga-
spar eius frater, & successiue do. Hieronymus, perinde est, ac si
ipse et illa suportasset, l. cum scimus. C. de agricol. & cen. lib. 1.
6 vbi probatur, † ꝙ si aliquis ab est a ciuitate, & in ea permanēt
parentes, fratres, sorores, uel cognati, qui supportent onera ci
uium, ꝙ absens non priuabitur commodo aliorum ciuium, ꝙ
quia ipse uidetur onera supportare, cum alii supportent, qui
sunt de sua progenie. Et ex quo infert ibi Bar. in terminis, ꝙ si
statutum dicat, ꝙ non allibrati non audiantur in ciuilib. neq;
in criminalibus, cum non supportēt onera ciuitatis, ꝙ libra pa
tris & aliorum consortum de domo proderit nō allibratis. Suf
ficit enim hos allibratos onera sustinere. Et ex his patet etiam
non obstare aliud statutum disponens ꝙ forensis, & non susti
nens onera realia & personalia in ciuitate Ferrariæ nō gaudeat
beneficio statutorum, per quod videbatur, ꝙ Sebastianus gau
dere non posset beneficio dicti statuti de succes. ab intesta. q a
ut dixi, satis est, quod alii de eius progenie dicta onera suppor
tauerunt ad effectum consequendi beneficium dicti statuti, ꝓ
ut etiam in spē uoluit Bar. in d. l. cum scimus. dicens, ꝙ si statu
tum uelit, ꝙ absens a ciuitate Perusij non gaudeat priuilegio
ciuium, cum onera non supportet, & aliquis absit, & alii de sua
progenie dicta onera subeant, ꝙ gaudebit dicto priuilegio ab
sens. Et dato etiam, ꝙ non esset ciuis originarius dictæ ciuita-
tis, tamen ab eodē illustrissimo principe fuit de nouo creatus
ciuis ex priuilegio, prout ei licuit. l. j. ad municip. in uerbo rece
pti, & ibi Barto. in penul. col. & in l. ciues in uerbo electione.
C. de incolis. Et specialiter in dicto priuilegio sibi conce-
dit, ꝙ possit acqrere, quēadmodū alij ciues originarii & incol
læ dictæ ciuitatis pñt, & ꝙ oīb. & ꝓ oīa hēat ꝓ vero ciue origi
nario dictæ ciuitatis. q uerba operātur, ut quoad omnia actiue
& passiue tractēt vt verus ciuis, ſm Ang. in l. 2. §. furiosus. ꝑ il-
lū tex. de iure codicil. Sed tñ præmissis non obstātib. contrariū
sentētiam arbitror ueriorē. Et ꝑmitto, ꝙ de iure cōi soror do.
Hieronymi in eius successione ꝑfertur patruo, in auth. de hær.
ab intest. §. reliquum. & §. si uero neq; & in auth. cessante. &
in auth. post fratres. la 2. C. de leg. hær. & hoc procedit, etiā si
sit professa in monasterio capace. l. Deo nobis. C. de episc. &
7 cler. cui monasterio defertur immediate successio, & † potest
adire ea inuita & ignorante quia ipsa nō hēt uelle nec nolle. c.
si religiosus. de electioni. in 6. c. nolo. & c. non dicatis. 12. q. j. se-
cundum Io. And. & canonist. cōiter, in c. in præsentia. de proba
tioni. & Imo. & Alc. post Bar. in l. 1. de uul. & pu. ubi de hoc late
per eos, & per alios modernos, licet etiam aufugerit de dicto
monasterio sine licentia & uoluntate superioris, quia per mo-
nachū fugituū acquiritur monasterio ſm Bar. And. Imo. Pau.
q. Ca. Ro. & Alex. late in l. 1. §. per seruū, qui in fuga, de acq. pos
ses. Bald. in d. l. Deo nobis. in fi. & alios allegatos per moder-
nos in d. §. per seruū, qui in fuga. Postquā igitur fundata est in-
tētio monasterij de iure cōi, uidendum restat, an excludatur ex
8 † forma statuti a dicto Sebastiano agnato. Et dicendum, ꝙ nō
ex pluribus. Et primo dici pōt, ꝙ dictum statutū non excludat
mulierem professam in monasterio ante delatam successionē,
quasi, ꝙ statutum conferat effectum suum in tempus successio
nis delatæ, quo tēpore mulier professa non pōt excludi per sta-
tutum laicorum, quia nō est sub iurisdōne eorum, vt vult Bar.
& alii in l. si. C. de pac. & ita, ꝙ prædictum statutum non habeat
dicto casu effectum exclusiuum, tenet Salic. in auth. cassa. C. de
sac. san. eccl. ubi refert, sic fuisse iudicatū per ualentissimos Do
cto. Idē et tenet Pet. de Anc. in cōs. 107. In Paucis uerbis tactū
est. vbi proprie loquitur in terminis huius statuti Ferrariensis,
vt patet ex themate, ꝙ præcedit. Et Alex. in cōs. 125. col. 2. vol.
vbi allegat et Bal. tenentem in repetitione magna. l. cunctos po
pulos. C. de summa trin. col. 24. ver. nunc videamus, quādo sta-
tutum uetat per uiam exclusionis, &c. Sed etiam dato, ꝙ quādo
statutum simpliciter extantibus masculis excluderet fœminas,
operaretur etiā cōtra mulierem professam post hæreditatē de-
latā, prout voluerit aliqui, quos superius retuli. Nihilo minus ī
casu nostro arbitror firmissime, ꝙ statutum Ferrariensæ eam
non excludat. Nā tenentes cōtrariam partē, mouentur solum
hac rōne, quia statutū iniecit vinculū ante professionem in ip-
sa natiuitate tā ex parte masculi quā fœminæ, quæ rō fuit Ioā.
And. in regula, sine culpa, per quā cōcludit, ꝙ si ex cōsuetudine
successio in totū defertur primogenito, ꝙ secundus genitus fa
ctus clericus et ante successionem delatam excludetur. Quæ
rō locū habere non pōt in casu, de quo agitur, quoniam prædi-
ctum statutum expresse cōfert suum effectū in tempus succes-
sionis delatæ, & prius nō excludit fœminam, nec masculum in
cludit, nam in sui principio dicit statutum, si quis masculus de-
cesserit ab intestato, &c. prima causa sit filiorum aut descenden
tium masculorum, ut filii & successiue alii descendentes mascu
li succedant exclusis fœminis, &c. Pondero, enim illud uerbū, si
quis decesserit, per qđ apparet, ꝙ ante mortem illius de cuius
successione agitur, masculi non uocantur, nec fœminæ excludū
tur, & sic inclusio & exclusio reseruatur, & confertur post mor
tem. Expressius etiam hoc declaratur inferius uer. si autem quis
decedat, &c. ubi proprie ponitur casus, de quo agitur. Et ubi sic
dicitur, autem quis decedat nullis relictis filiis, uel descendenti
bus vel ascendentibus masculis ex linea masculina, neque fra-
tre aut filiis masculis fratris, tunc agnati masculi ex linea ma-
sculina proximiores secundum gradus prærogatiuā vsque ad
quartum gradum inclusiue, &c. succedant ac præferātur filiab.
& omnib. alijs fœminis, &c. Et sic vult statutum, ꝙ si quis dece
dat, ꝙ tunc agnati masculi succedant & præferantur fœminis, a
9 quæ dictio, † tunc, denotat extremitatem temporis, & signifi-
cat, ꝙ postquam quis decessit, & non prius masculi præferan-
tur. l. per in fi. de cond. & demon. & est casus ad propositum in
l. in substitutione. in fi. de vul. & pup. ſm intellectum gl. Bar. cō-
munē, ubi habetur, ꝙ si testator dicat, si Lucius filius meus im-
pubes decesserit, neque mihi Caius filius meus hæres erit, tūc
Seius hæres esto, ꝙ illa conditio referenda est tempus mortis
impuberis. Et sic vt dicatur defecta, est necesse, ꝙ dicto tēpore
Caius filius sit hæres, nec satis, qđ prius fuerit hæres & esse de-
sierit. Et hoc uirtute dictionis, tunc, quæ extremitatem illius tē
poris importat, qua nō apposita si prius fuisset hæres, & esse
desijsset, defecta fuisset cōditio substōnis, ut in principio illius
legis. Idem ergo per omnia est dđm in casu nostro. Si ergo in-
clusio masculi & fœminæ exclusio expresse per statutum con-
fertur post mortē illius, de cuius agitur successione, dici nō po
test, ꝙ statutū in natiuitate liget fœminā, vel qđ dicatur iniecis
se vinculū ante professionem, sed immo ad tēpus mortis & de-
latæ successionis refertur inclusio & exclusio, ut dicit tex. in d.
l. in substōne. & antea aliquē effectum nō producit. & per ꝯñs
est dđm, qđ effectum nō hēat cōtra mulierem professam ante
mortem ex defectu ꝑtātis, per no. per Bar. & alios, in d. l. fi. im-
mo dicendum, ꝙ ex quo non potest expresse excludi, ut habet
in d. l. fi. ꝙ nō uideatur statutū illā sub genere cōtinere, c. in ge-
nerali. de reg. iur. in 6. & facit glo. in c. cum non deceat. de ele-
ctionibus eodem libro, prout etiam dicit Petr. de Ancha. in di-
cto consilio. Et est etiam de mente aliorum, quos alleg. ui
pro parte contraria, quia, ut dixi, in casu isto cessat eorum

ratio. Quinimmo ratio cōtraria habet locum, & militat. Et ista prima ratio, iudicio meo, est efficacissima & multum concludens. Secundo principaliter moueor, quia d. Sebastianus est talis, qui gaudere non debet beneficio dicti statuti excludentis fęminas agnatis extātibus. Nam dictum priuilegium, in quo ipse vim facit, habet duas partes. In prima per principem declarat, illum fuisse, & esse ciuem originarium ciuitatis Ferrariæ. In secunda quatenus expediat, illū de nouo creat ciuem. Aut ergo dicimus, ꝙ ex hoc solo, ꝙ sit originarius ciuis, debeat gaudere beneficio dicti statuti. Et hoc est falsum, ex quo in dicta ciuitate, vel districtu non habitat, nec habet bona. Et sic quamuis ad onera personalia teneatur de iure. dicta l. 1. C. de municip. &
10 originar. non tamen tenetur ad onera realia, quia illa † nō imponunt ratione originis, sed ubi res sit, attenditur. l. rescrip. §. fin. de munerib. & honoribus. & C. de immun. nemini cōced. l. per Bithyniam. & declarat Bald. in d. l. 1. C. de muni. & origin. Quamuis ergo sit ciuis originarius, & ratione dictæ ciuilitatis teneatur ad munera personalia de iure cōmuni, quia tamen realia non sustinet, cum in territorio domicilium non habeat, nec bona, ideo gaudere non debet beneficio dicti statuti de successionibus ab intestato, quia sic alio statuto ordinatur posito sub rubrica, quibus casibus forēses vti possint statutis nostris, &c. vbi cauetur, ꝙ forensis, & non sustinens onera realia, & personalia in ciuitate, vel districtu Ferrariæ gaudere non possit beneficio dictorum statutorum, sub quibus verbis includitur ēt ciuis, qui dicta onera non sustinet, quia illa copula &, ponitur inter diuersa, vt notatur in rubrica de iuris & facti ignorantia, & auget. l. ea tamen adiectio. de lega. 3. Et propterea dū in principio statutum prædictum vult, ꝙ ciuis vtatur beneficio statutorum, debet intelligi de illo, qui ad dicta onera tenetur, quia sequens pars declarat præcedentem. l. vtrum. de petitio. hæred. & ibi Ang. & facit. l. qui filiabus. in princ. & l. si seruus plurium. §. fina. de leg. 1. Si enim ciuis originarius in ciuitate prædicta domicilium haberet, etiam si bona alibi haberet, beneficio tamen statutorum gauderet, quia ad personalia munera teneretur. Et hoc est certum. Item & ad quædam realia de necessitate, quia saltem ad onus recipiendi hospites in domo esset obligatus, qđ est reale, & imponitur ratione solius possessionis, & sic etiam forensibus habitantibus in loco. d. l. rescripto. §. fi. & ibi Barto. Item teneretur equum uel mulum, si quem haberet, exponere ad cōmodum reipublicæ. l. munerum. § patrimoniorum. & ibi Bar. eo. ti. Et propterea in illo verificarentur verba dicti statuti loquentis de sustinēte onera realia & personalia, qđ secus est, qñ alibi hēt domiciliū, & bona omnia, quia ad realia in ciuitate Ferrariæ teneri non potest, nec etiam ad ea, quæ imponūtur
11 personæ pro rebus, quia † cū de cōsuetudine, vel ex forma statuti d. Sebastianus in terra Lendenariæ soluat collectas ꝓ bonis, quæ ibi possidet, nō pōt pro eisdem in ciuitate Ferrariæ collectari, ſm Bart. in d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco. Nam, ſm ipsum, quāuis de iure communi pro bonis alibi sitis possit qs in loco, ubi ciuis est, collectari, tñ hoc est verum, si in loco, ubi sunt bona, non cogitur ad collectas, sed ubi cogitur, sicut ſm ipsum, hodie de consuetudine cogi solet quilibet in loco, ubi sūt bona, tunc ad dicta onera compelli non pōt per suā ciuitatē, & propterea non gaudet isto casu beneficio statutorum dictæ ciuitatis. Et tanto minus eis vti posset, si etiā personalia in dicta ciuitate nō subiret de consuetudine, sicut vtiq. cōsuetum est, ꝙ ciuis originarius transferens alio domicilium cum oīb. bonis in loco originis nō vocetur ad munera personalia. Et iō ꝗcquid sit de iure, stante saltem dicta consuetudine, ad personalia etiā non teneretur. Et ubi ēt prædictum statutū nō excluderet d. Sebastianū a beneficio statutorū, ab eo tamen excluderetur de iure cōi, quia quāuis sit originarius ciuis, quia tñ, ut dictum est, dicta munera nō sustinet quoad id, de quo quæritur, debet
12 haberi pro forense, qui forensis non † gaudet beneficio statutorum ea ratione, quia nō sustinet onera, & sic quia non patitur incommoda, nō dēt ēt commodum sentire, ſm Pau. de Castr. in l. omnes populi. in fi. de iust. & iure, qui ad hoc allegat Bart. in tractatu represal. in 1. q. 5. q. principal. qui ratione prædicta mouetur. Et idem etiam tenet Rom. in cōs. 123. Ista captura, & ibi refert Ang. idem consuluisse. vltra eos hoc etiā voluit Gul. de Suza. in suis quæstionibus statutorum. in q. inci. Sed pone quæstionem, statutum, &c. quem refert Alex. consi. 44. in fi. 3. col. 5. vol. Et quia, ſm prædictos, sicut statuta non possunt forensibus nocere. l. cūctos populos. cum materia. C. de sum. trinit. non debent eis prodesse. l. eum qui. in prin. de iureiu. l. fi. C. de fruct. & litium expen. Quæ rationes militant etiam in ciue alibi habitante & non sustinente onera. Et si dicatur, ciuis de iure tenetur saltem ad personalia, forēsis autem non, d. l. rescripto. §. fi. respōdetur, ꝙ etiam forēsis tenetur ad realia in loco, ubi hēt bona, ut fuit dictum, & tamen nō gaudet beneficio statutorum illius locis. Non est ergo satis, ꝙ quis teneatur ad realia tm̄, nec ad personalia tantum eadem rōne, sed est necessarium, si uult uti beneficio statutorum, quod subeat realia & personalia. Et istud probatur authoritate Bar. in d. tractatu in 2. q. 7. q. principalis, dum concludit, ꝙ represaliæ concessæ cōtra Florentinos, vel illos de Florentia, non poterunt exerceri contra Florentinum origine habentem domicilium alibi, si in ciuitate Florentiæ non sustinet onera per se vel alium, quia licet sit ciuis, non est tamen municeps. l. 1. ad munic. cum quo transit Imo. in rub. sol. ma. & est communis opinio, ſm Alex. ibi. & sic Bar. loquitur de eo, qui in ciuitate Florentiæ tenetur ad personalia munera, quia ibi originem hēt. d. l. 1. C. de munic. & orig. & tamen vult, ꝙ non comprehendatur in his, quæ obsunt, ꝓpellatione Florentinorum, & sic, ꝙ huic statutum non noceat quia realia etiam munera non sustinet Florentiæ. Quemadmodum ergo dicto ciui non nocet statutum, vt etiam probabo inferius, eodem modo non dēt posse vti beneficio dictorū statutorum, sicut nec forensis, quia in omnibus habent locum prædictæ rationes, sicuti ostensum est. Ex alio ēt dr̄ quod Sebastianus tanquam simplex ciuis originarius non dēt præferri fœminis, & sic gaudere beneficio dicti statuti, quia per alium statutum sub rub. quod non fiat alienatio, &c. prouidetur, ꝙ aliqua res immobilis transferri non possit etiam per successionem ab intestato in forensem, uel in habitatorem ciuitatis Ferrariæ, uel alterius ciuitatis, uel loci non subiectum statutis, & ordinamentis communis Ferrariæ, & non sustinenti onera realia & personalia in ciuitate uel districtu Ferrariæ, &c. Dictus autem Sebastianus, quamuis ciuis originarius, non subiacet ta
13 mē omnibus statutis dictæ ciuitatis, quia nouis † statutis, id est conditis post translatum domicilium in terram Lendenariæ non obligatur, secundum Bald. in rub. C. si a non compe. iudic. & probatur ex nota. per Barto. in dicto tractatu in 2. quæst. 7. q. princip. ubi concludit, ut retuli supra, quod non potest capi pro represalijs concessis contra Ferrarienses, sicut etiam dicit Bald. in d. rub. & ita de statuto ad represalias arguit Pau. de Castr. in dict. leg. omnes populi. in fine, & ratione probatur: quia
14 † forum sortiri in loco, & subijci statutis eiusdem loci, procedunt a pari, ut probatur ex notatis per glo. in cap. quod clericis. de foro competen. & per Ioan. Cald. in dispu. incipien. Quidam Florentinus, &c. & dom. Anton. in rub. de consuetud. sed originarius ciuis alibi habens domicilium regulariter non potest conueniri in loco originis, sed solum si ibi inueniatur ad instar forensis, secundum Barto. post Iacob. de Aretio, in dict. leg. assumptio. §. j. ad munic. ergo etiam non debet dictis statutis obligari. Et hoc modo etiam arguit Alexan. in consil. 221. in 1. colu. 2. uolu. & in consil. 44. colu. 4. in 5. uolu. Item do. Sebastianus non sustinet onera realia & personalia in ciuitate Ferrariæ, ut dixi superius. Ergo sequitur, ꝙ per successionem ab intestato non potest acquirere bona immobilia, sed debent apud illum, qui de iure communi successurus est, remanere, ut in fine dicti statuti prouidetur. Et ita, quando statutum loquitur modo prædicto, in terminis tenet Pau. de Castr. consil. 195. Posset quis dicere, &c. Ex quibus omnibus manifeste constat, quod sibi non potest prodesse dicta prima pars priuilegii, in qua declaratur ciuis ordinarius. Videndum igitur restat, an iuuari possit ex alia parte, in qua de nouo constituitur, & creatur ciuis. Et arbitror absque dubio dicendum, quod non, quia dictum priuilegium ciuitatis ipse non impetrauit, sed illo absente, & ignorante suus frater: & propterea ciuis non est factus, nec sibi prodesse po
15 tuit † dictum priuilegium ante illius notitiam. cap. 1. de concession. præbend. liber. 6. leg. absenti. de donatio. & per Barto. & Bald. in leg. fin. de constitutio. princip. & Roman. & alios modernos in leg. qui absenti. de acqu. poss. ubi in specie dicit consuluisse cum pluribus, quod ex priuilegio non acquiratur

ciuilitas ante notitiā. Qđ aūt ante mortem dñi Hieronymi & eius hæreditatem aditam a monasterio Sebastianus habuerit de dicto priuilegio notitiam, non cōstat, immo potius opposi tum ex suis rñsionibus ad positiones, dum cōfessus est primo, ꝙ dictum priuilegium erat in bonis d.do. Hieronymi. Item, ꝙ mense Ianuarij proximi peruenerat ad eius manus. Et sic ex hoc constat, ꝙ ad eum prius nō peruenit priuilegium, & præsumit etiam retro ignorantia illius. l. verius. ff. de proba. ¶Nec obs. ꝙ
16 † sit coniunctus. l. octaui. ff. vnde cogn. quia præsumitur ēt ignorare factum cōiuncti absentis. l. Titius. §. Lucius. & ibi notant Doct. de lib. & posth. c. fi. qui matr. accus. pñt, & per Barto. no. in l. is potest. de acq. poss. qui ēt dicit, ꝙ quis præsumitur esse in loco sui dñij, & sic tpe impetrationis nō præsumitur, ꝙ Sebastianus fuerit pñs in ciuitate Ferrarię, sed Lendenariæ vbi habebat domicilium. Et dato ēt, ꝙ vere de dicto priuilegio no
17 titiam habuisset, hoc tamen nō sufficit, sed† est necessaria acceptatio, vel ratihabitio, ſm Rom. in d. l. qui absenti. ar. §. & generaliter. in auth. quib. mod. natu. effi. sui. & maxime hoc est verū in casu nostro, in quo per taiem ciuilitatem obligatur omnib. onerib. prout in priuilegio cōtinetur, quo casu etiam Are. ibi fatetur acceptationem esse necessariam. Et idem etiam vult Pe. de Anch. in cōsi. 390. Præmitto, &c. vbi cōcludit, ꝙ si q̄s factus sit familiaris Papæ & commensalis in absentia, ꝙ hoc priuilegium sibi nō prodest ante notitiam & acceptationem per iura prçallegata. Nec dicatur, ꝙ ratihabitio sequuta post mortem domini Hieronymi dēt trahi retro ad tempus concessionis, iu
18 xta l. fi. C. ad Macedonia. quia dicta ratificatio† in prçiudicium tertij nō trahitur retro, ſm gl. & Bar. in l. si indebitum. §. fi. rem ratam habe. facit, quod notatur plene in le. Gallus. §. & quid si tm̄. de lib. & posth. Et ideo nō pōt præiudicare monasterio in iure iam quæsito per mortem d. domini Hieronymi, etiam si hæreditas adhuc nō fuisset adita, sed solum delata, quia monasterio defertur de iure communi, iō trahi retro non pōt, vt admittatur Sebastianus de iure spāli, quia quo ad effectus contra ius cōmune & iure spāli competentes non dēt ratihabitio operari vt ex retro, arg. l. mulieri & Titio. de cond. & dem. vbi habetur, ꝙ admissus de iure spāli non trahit ad se partem deficiētem per ius accrescēdi. facit. l. eius militis. §. militia. de test. mili. & quia etiam agitur præiudicio monasterii, vt dixi, quod excluderetur a successione iure cōi sibi debita. Secundo respon-
19 det, ꝙ† quamuis sit creatus ciuis, ita, ꝙ possit acquirere, &c. & omnia alia facere, quæ possunt alii ciues ordinarij & incolæ dictæ ciuitatis, &c. hoc tamen dēt intelligi quo ad ea, quæ ciuib. competunt iure ordinario, & de acquisitione, quæ dicto mō fieri solet, & non his quæ competunt ex priuilegio & extraordinario iure, puta, agnatis masculis, vt contra ius commune excludant fœminas, de quo in præsentiarum agitur, vt probatur optime ex no. per Cy. Bald. & Ang. in l. si filius. C. de bon. dam. vbi referunt, ꝙ cum capitulum S. Petri Bononiæ concessit Abbati S. Proculi perceptionem fructuū primi anni mortuo quolibet canonico, & decessisset unus canonicus foraneus, qui ꝑcipiebat fructus mensæ grossæ ex priuilegio, aliàs non percepturus, dubitatum fuit, vtrum pertinerent ad Abbatem. Et determinatum fuit, ꝙ non, quia cōcessio illi facta intelligitur de fructibus, qui percipiebantur iure ordinario, & non ex priuilegio, vt probatur in illo textu iuncta. l. fi. eod. ti. Sic igitur priuilegium ciuilitatis concessum, vt possit acquirere, emere, & cætera facere, & c. dēt intelligi de his, quę aliis ciuib. competūt ordinario iure, & non extra ordinem, & de iure speciali, & eo magis quando aliquid ciuibus in præiudicium tertii extra ordinē cōceditur, sicut ꝙ excludant agnati masculi fęminas proximiores, argum. l. 2. §. merito. §. si quis a principe. ne quid in loco publico. & per Doc. in c. causam quę. de rescrip. ubi sic interpretātur priuilegium, vt alius non lędatur. Facit. quod uoluit glo. Inn. & omnes in c. verum, de cond. appo. dicens, ꝙ competentia episcopo iure accidentali non transeunt in capitulum. & ꝑ gloss. in c. scriptum. in uerbo temporis. de elect. & ibi per Abb. in ult. col. Et per hæc confirmatur, quod dixi supra proxime, ratihabitio nō operatur, ut ex retro quo ad ea, quæ sunt inducta iure spāli. Et confirmantur in terminis ex no. per Pa. de Ca. in l. si duo. de acq. hær. ubi concludit, ꝙ si quis receptus sit ad ciuitatem, ꝙ obligatur ad oīa, ad quæ alii ciues tenētur de iure communi, prout etiam voluit Bal. post Guliel. in l. quod fauore. C. de legi. per l. cum ex ratione. & ibi etiam Bald. de excusa. tuto. non tamen, ſm eum, talis perdit priuilegium, si quod sibi cōpetebat tanquā forensi. Et hoc casu ꝓcedit, qđ voluit Bar. in l. non tm̄. §. si emancipatus. de bo. pos. cōtratab. & cū eo transit ēt Alex. in l. si Ruffinus. de testa. mili. & in l. 1. col. 4. de leg. 1. Et hoc vltimū ēt hēt locū, si actū esset, ꝙ tractaretur, vt ciuis in omnibus, & per omnia, quia Bar. in d. §. si emancipatus, loquitur de eo, qui in omnibus habebatur pro ciue. Et in specie sic ēt concludit Alex. in d. l. 1. reprehendendo, seu potius declarando dicta Ang. in l. 2. §. si furiosus. de iure codici. quamuis aliter, & minus bene uideatur dicere, in d. l. si Ruffinus. Sicut ergo ad ciuilitatem receptus cum hoc, vt in omnibus, & per omnia habeatur pro vero ciue, retinet priuilegium, quod habebat tanq̄ forensis. Et sic dicta verba quāuis vniuersalia, & geminata nō operantur priuationem priuilegij iuris competentis iure speciali ipsi recepto, ita non debent operari, ut ei acquiratur, qđ aliis ciuibus competebat in priuilegium, & speciali iure, quia ī dubio de tali iure non intelligitur cogitatum. Et ita propriē arguit Cyn. Bal. & Ang. in d. l. si filius. C. de bo. dam. ex illo textu. Nam dicitur in l. fi. eod. tit. ꝙ bona damnatorum applicantur fisco. Hoc autem intelligitur de bonis, quæ sunt damnati iure cōi, non aūt intelligitur de bonis castrensis peculi, quæ filio dānato sunt quæsita iure speciali, d. l. si filius. quemadmodū ergo filius per damnationem non perdit, quod hēt ex priuilegio. Ita dñt prædicti, ꝙ Abb. non acquirit ex verbis generalibus, q̄ canonicis concedūtur ex priuilegio. Et ideo quemadmodum per generalem dispositionem non amittit quis priuilegium, quod habet, sic priuilegium alteri competens non acquirit. Et hoc in terminis voluit etiam Bal. in consi. 440. inci. Ioannes de Albingana, &c. vbi concludit, ꝙ receptus simpliciter ad ciuilitatē nō poterit vti beneficio statuti excludentis fœminas per rationes, de quibus ibi per eum, quæ tendunt ad idem cum præcedentib. Et quamuis vbi fuisset quis receptus ad plenissimam ciuilitatem, iste passus esset magis dubius ſm eum, tñ per prædicta cōstat idem esse dicendum. Nec obstant clausulæ derogatorię ipsius priuilegii ciuilitatis, etiam quo ad ius quæsitum alteri, q̄a loquuntur de iure collegij & vniuersitatis, & non priuatę per-
20 sonæ. Postremo etiam vnum aliud non obstat, scilicet † ꝙ monasterium succedere non possit in bonis emphyteuticis domini Hieronymi, tanquam sit persona prohibita, ut notatur in l. fi. C. de iure emphyt. & in c. potuit. de locato. & sic, ꝙ in dictis bonis debet succedere d. Sebastianus tanquam ciuis, & de iure communi, ex quo ad illa non potest monasteriū admitti. Quoniam dico, ꝙ ēt si ita sit, quia tñ non excluditur, quia in inuestitura non comprehenduntur, cum ex forma bullæ etiam extranei admittantur, sed quia est de personis a iure prohibitis, ideo tenetur Sebastianus monasterio ad æstimationem dictorum bonorum, argum. l. filiusfamiliàs. §. si quid alicui. de leg. 1. Et sic succedit in æstimatione, q̄ est loco rei, prout voluit Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua. versic. 117. qui proprie loquitur, quando monasterium ex successione intestati non potest admitti ad emphyteutica, vt tunc, scilicet ei debeatur ęstimatio. Et cum Spec. transit Ioan. An. in d. c. potuit. & alii communiter. & ita etiam tenet Imo. ibidem in 10. col. quando ex vltima uoluntate uenit ecclesia. Et per hæc ad allegata in contrarium clara colligitur responsio. Non obstat etiam, quod uult Bart. in d. l. cum scimus. C. de agric. & censi. quia debet intelligi, quando existens in ciuitate subibat onera pro absente, secundum Ioannem de Platea ibi. & est aperte de mēte glossæ in uerbo, in fundo. Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ successio & hæreditas d. domini Hieronymi pertinet ad dictum monasterium, exclu- so d. Sebastiano, & sorore defuncti. Laus Deo.

SUMMARIUM.

1 *Numerus pluralis ex sermonis proprietate in vno uerificari non potest. & vide nu. 9.*

2 *Mortuus pendente conditione spem fideicommissi conditionalis ad descendentes etiam testatoris, & suos non transmittit. & vide nu. 6.*

3 *Positi in ablatiuis absolutis ipsorum fauore, dispositiuè positis censentur.*

4 *Dif-*

4 *Differentia est inter positos in conditione affirmatiuè, & positos negatiuè.*
5 *Mediatus quando certus est, de immediato non curamus.*
7 *Fideicommissaria substitutio, si iuri accrescendi unita sit, facilius transmittitur, licet conditionalis sit.*
8 *Actio personalis si unita sit cum rei uendicatione, contra eum competit, contra quem aliàs non competeret.*
10 *Si testator iusserit certam quantitatem dari uni pauperi eligendo per suos fideicommissarios, plures pauperes ab eis eligi poterunt.*
11 *Instrumentum & protocollum, quod manu diuersorum scriptum reperitur, suspectum redditur.*
12 *Instrumentum manu notarij de eo rogati scriptum esse debet.*
13 *Tabellionis nomen in instrumento scribi debet.*

CONSILIVM CCI.

VISO ac perlecto testamento magistri Francisci della Cortelia de Vignola, uidetur prima facie dicendũ, ꝙ Franciscus Maria eius nepos ex Dominico filio nõ sit uocatus ex eo, nec ex aliqua substitutione in illo cõtẽta. Nam filiis nõiatim institutis testator eos inuicem substituit, si alter moreretur sine filiis legitimis, & naturalibus masculis. Ex hoc igitur capite nõ potest admitti dictus nepos, quia ipse non est de personis institutis, inter quas solum facta est dicta substĩõ reciproca, q̃ nec appellatione filij põt contineri, ex quo de filiis disposuit testõr nõiatim, & habendo respectum ad certas personas filiorum, vt notatur in l. si quis ita. §. j. de test. & tu. & pe Bar. in l. Gallus. §. instituens. in fi. de lib. & posth. & in l. liberorum. de verb. sig. Et similiter ex sequenti parte testamẽti non vocatur dictus nepos videlicet dum dr, ita tñ, ꝙ si fœminæ extarent ex dicto moriente sine filijs masculis, dẽant dotari honorifice, alio suo fratre filijs masculis habente, ipsis viuentibus post mortem ipsorũ patris & fratris, &c. Cum enim de filijs fratris facta sit mentio cõditionaliter tantummodo, per hoc dici non possunt vocati, vel substituti, vt notatur per gl. communiter approbatam in l. Lucius. de hæredibus inst. Præterea illa condĩõ importata per illos ablatiuos absolute positos. l. a testatore. de cond. & dem. non videtur adimpleta uel purificata per superexistentiam solius Fran-
1 cisci Mariæ, in quo solo † ille sermo seu numerus pluralis uerificari non potest ex proprietate sermonis, ut in pulchra quæst. tenet Io. An. in add. Spec. in ti. de testamentis. §. in primis. in ultim. add. uersi. 4. q. &c. ubi concludit, quod substitutio concepta in casu, quo nascantur plures posthumi, & in pupillari ætate decedant, locum non habebit, si unus solus nascatur & decedat, tanquam iste casus sit omissus. l. commodissime. de liber. & posth. & quia pluralitas ex proprio significatu non potest in uno saluari. l. legatorum. §. qui plures. iuncta l. Mæuius. §. eum qui, cum ibi no. de leg. 2. & notatur in l. 1. de optione legata. & cum eo etiam transit Pau. de Cas. consi. 114. inc. Visis & consideratis, &c. in princ. & per easdem rationes idem prius uoluit Old. in consi. 141. & in consi. 177. inc. testator. & idem tenet Alberic. de Rosa. in l. precibus. C. de impub. & aliis subs. colu. 25. uersi. item quęro de alia quæstione, &c. Nec etiam dici potest, quod Franciscus Maria ad fideicommissum uenire possit iure
2 transmissionis, quia cum Dominicus † pater eius sit mortuus suo fratre adhuc uiuente, & sic conditione pendente. l. hæres meus, in prin. de cond. & dem. non potuit spem fideicommissi condĩõalis transmittere etiam descẽdentes testatoris & suos. l. si in personam. C. de fideicom. notatur in leg. 1. C. de his qui ante aper. tab. & probatur in leg. hæredes mei. §. cum ita. & ibi notant Docto. ff. ad senatusc. Trebel. & est communis opinio. quicquid velit gloss. in leg. is cui. de actio. & obligat. Et dato etiam, quod d. Franciscus Maria reperiretur in testamento substitutus patruo decedente sine filiis masculis, dicta tamen substitutio fideicommissaria, de qua agitur, in codicillis eiusdem testatoris diceretur adempta, in quibus substitutionem inter filios in testamento factam reuocauit, & quæ in eis reuocari potuit, sicut potuit in illis fieri institutio, de codicill. §. pen. & institut. de ademp. lega. in princip. & in authent. de restitutio. fideicommiss. §. manifestum. Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam puto ueriorem, & menti seu intentioni testatoris magis conformem, & quæ redditur dubia ex tabellionis imperitia, qui ineptissime illam expressit, & qui clarè eam exprimere nesciuit; Nam, vt dictum est, testator filios nominatim prius institutos adinuicem substituit, si quis eorũ sine filiis masculis decederet, ita tamen, ꝙ si fœminæ extarent ex dicto moriente sine filiis masculis, debeant dotari honorificè alio fratre filiis masculis habente viuentibus post mortem ipsius patris & fratris &c. Dum enim in ablatiuo loquitur notarius, debuit loq̃ in accusatiuo, hoc est, alio fratre filios masculos habente viuentes &c. non tamen uitiat huiusmodi falsa latinitas, secundùm Bar. in l. Plautius. in fi. de auro & arge. leg. Hæc igitur vltima clausula habere potest triplicem interpretationẽ & sensum. Primus est, ꝙ frater superstes, qui primus fuerit substitutus præmorienti sine filiis masculis dicatur, & sic substitutus etiam sub alia conditione, scilicet si ille superuiuens filios masculos habeat, qui viuant post mortem patris & patrui, & sic, ꝙ substitutioni præcedenti addatur ista conditio per clausulam prędictam. Et secundùm hunc primum sensum & intellectum vno ex filiis institutis mortuo sine filiis masculis non uocatur alter superstes incontinenti, etiam si tunc filios masculos haberet: quia dicta conditio ultima & superaddita non purificatur per solam superexistentia filiorum masculorum, sed ad eius implementum perfectum requiritur etiam, ꝙ adsint tempore mortis patris, & ꝙ post eius mortem uiuant, & sic est successiua, ideo non sufficit inchoare, sed perficere est necesse, secundùm Bar. in l. illis libertis. de condi. & demon. Quia ergo impleri non potest perfectè dum uiuit, intelligeretur substitutus superstes post mortem suam extantibus filiis masculis ex eo, quasi ꝙ testator uoluerit filiam alterius filij præmortui excludere non fauore solius superstitis, sed agnationis, & propterea, ꝙ in hunc casum distulerit fideicommissum. Et secundùm hãc interpretationem dicitur, ꝙ Franciscus Maria admittitur: quia a filiis masculis substituti post mortem incipit fideicommissũ, & ex persona eorum capit uires, secundùm glo. in l. 1. C. ut acti. ab hærede, & contra hæredem. & in §. post mortem. instit. de leg. dum dicit, ꝙ legatum relictum post mortem legatarij debetur hæredi eius ex persona sua. Et quamuis Bald. & Sal. ibi dicant aliter, per l. pœnales. §. 1. ad l. Falcidiam. Nihilo minus, ꝙ ipsi dicunt, non obstat; quia loquuntur, quando post mortem legatarij simpliciter relinquitur, nec aliter appareret, ꝙ illi fuerit relictum contemplatione alterius, sed in casu nostro constat, ꝙ filio superstiti reliquit testator propter descendentes eius masculos, ex quo post mortem suam illũ uocauit filiis masculis extantibus ex eo, & uiuentibus post mortem eius: & sic quia illos in conditione eorum fauore dicto modo posuit, per
3 quam intelliguntur uocari dispositiuè, sicut, & † quando in cõditione inducta per ablatiuos aliqui ponuntur eorum fauore ab ipso testatore. l. fideicommissa. §. cum esset. de leg. 3. & in l. in ratione. §. tametsi, ad l. Falcidiam, & declarat Bart. in l. 2. §. uidendum ad senatusc. Tertu. in l. 1. §. filium. de bo. pos. contra tab. & in l. seruo legato. §. si testator de leg. 1. dum uult, ꝙ statutum, per quod fœmina excluditur extantibus masculis, dicitur factum eorum fauore, & propterea, ꝙ ablatiui absoluti isto casu inducunt dispositionem. Non enim in casu nostro debet attendi, ꝙ uerba ad filium superstitem dirigantur, ex quo id factum cognoscitur contemplatione suorum descendentiũ masculorum, quia propter hoc ab eis, & ex persona eorum dicitur fideicommissum incidere, d. §. si testator. & d. l. fideicommissa. §. interdum. & per Bar. in dictis locis. Nec ob. quod notatur in d. l. Lucius. de hęre. inst. ad quam in proposito notanter respondet Pau. de Cast. in consi. 237. incip. Suprascriptus dominus cõ-
4 sultor &c. dicens, † ꝙ aliud est, aliquem excludere, si tales extãt, puta, ꝙ existentibus agnatis mater non succedat: & tunc agnati positi affirmatiuè in conditione intelliguntur uocati, ut in casu nostro. Et quo casu secundùm eum loquitur etiam Bart. in d. §. uidendum. Et aliud est uocare aliquem post mortem alicuius, si ex illo non extabunt liberi, & sic qñ illi ponuntur in conditione negatiue, prout loquitur gl. in d. l. Lucius. Et rationem diuersitatis ad propositũ nr̃m assignat, quia hoc ultimo casu, quo sunt positi negatiue in conditione, si extant, tunc nõ extat conditio expressa a testõre, uel a statuto, sed extat cõditio ꝯria expresse. At qñ ponuntur affirmatiue, ut in alio casu, tunc si extant, dicitur extare cõditio expressa, q̃ dẽt esse fortioris naturæ,

ture, quam eius ɔtraria nō exp̄ſſa, cum argumētū a ɔtrario ſenſu nō ſit ſemp̄ validum. l. 2. C. de cōd. inſer. ſed ab expreſſis verbis eſt ſemp̄ validū. l. 1. §. ſi is qui nauē. ff. de exercito. l. ꝑſpexit. q̄. & a quib. Itē nō ob. ꝙ Dñicus filius teſtatoris & pater Franciſci Mariæ ſit mortuus fratre adhuc viuente, & ſic pendente prima condōne, videlicet, ſi alter præmoreretur ſine filijs maſculis, d. l. hæres meus. in prin. de cōd. & dem. quaſi ꝙ nepotes maſculi intelligantur vocati, ſi pater eorum ſuperuixerit fratri eius decedēti ſine filiis maſculis. & ſi poſt mortem dicti eorum patris vixerint, q̄a cum fideicōmiſſum ſit Dominico relictum pro filijs, & ſic illi ſint fideicommiſſarij & non Dñicus nominatus, d. §. ſi teſtator. & l. fideicommiſſa. §. interdum. de l. 3. Non eſt curandum, an ille ſuperuixerit fratri, vel pręmortuus fuerit dummodo filius eius viuat poſt mortem vtriuſq; non extantibus filijs maſculis ex patruo, ſicut in caſu econuerſo probatur in l. peto. §. mater. de leg. 2. ubi relictum a tutore dētur quamuis ab initio datio tutoris non ualeat, uel ex poſt facto deficiat puta quia uiuo teſtatore moriatur, & hoc q̄a relictum a tutore intelligitur non ab eo, qui nominatus eſt datum, ſed a pupillo.

5 Et iō ſecūdum Bald. Rayn. & Im. ibi ubi mediatus† eſt certus, non curamus de immediato. Secunda eſt interpretatio, quæ conuenire poteſt prædictæ clauſulæ, uidelicet alio ex filiis maſculis, &c. ut ſ. teſtator dicatur per illa uerba uocare uoluiſſe nepotes maſculos ex filio, alio decedēte ſine aliis maſculis, dummodo dicti nepotes uiuant poſt mortem patris & fratris. uoluit ergo fœminas excluſas per ſuperexiſtentiam filij ſubſtituti dotari honorifice, & alio fratre, &c. quaſi uoluerit dicere, ꝙ dicta dote ſint contentę alio fratre filios maſculos habente, & uiuentib. &c. Iō illis uiuētib. dicto tēpore hēt locum excluſio, quia, ut dixi, uerba condōnalia inducūt diſpoſitionem eorum fauore. Cum ergo prius filium ſuperuiuentem ſubſtituiſſet dicto caſu, uoluit etiam per ſequētem clauſulam nepotes maſculos ex eo ſubſtituere, qui uiuant poſt mortem eius. Et conſequēter dr̄ teſtator eius filium & nepotes ex eo admiti uoluiſſe ordine ſucceſſiuo, ut probatur ex no. per Barto. in l. Gallus. §. quidam recte, de libe. & poſth. uerſi. quæro, quid ſi teſtator dicat, ſubſtituo, &c. Ac etiam dicuntur nepotes ſubſtituti filio compendioſe, cum poſt eius mortem ſint uocati, ut colligitur ex no. per gl. in l. in teſtam. C. de teſt. militis, quam ibi notāt Raph. & mod. Peroſini. Et propterea ſiue filius pēdente conditione, ſub qua uocatur, de medio tollatur, admittitur nepos ex eo per uulgarem, quæ etiam in fideicommiſſis fieri poteſt. l. ut hæredib. de leg. 2. l. unica. §. pro ſecundo. C. de cad. toll. ſiue etiam ſuperuiuat filius, & ſit admiſſus ex ſubſtōne, illo mortuo uocatur nepos ex eo per fideicommiſſum, per Pa. de Caſ. & alios mod. in d. §. quidam recte. & quod in compendioſa continetur ſimul cum uulgari, ſecūdum Bar. in l. centurio. de uulg. & pup. uerſi. quæro, utrum ſubſtō compēdioſa facta per uerbum commune, &c. & ubi nepotes eſsent etiam patri ſubſtituti tantum per fideicommiſſum, adhuc tamen admitterentur, quāuis prima ſubſtitutio facta de filijs, eorumq; patre defecerit, ut quia pēdente conditione mortuus ſit, quia apud hæredem grauati remaneret hæreditas cum onere fideicommiſſi relicti nepotibus maſculis a filio, d. l. unica. §. pro ſecundo. C. de ca. tol. Et declarat Bar. in l. quamdiu. ꝑ ultima, de acqu. hæred. & hunc ſenſum credo, quod habuit teſtator abſq; dubio, quia ex uerbis prolatis ab eo conſtat clare, quod uoluit etiam nepotibus maſculis prouidere, ideo eſt amplectendus impropriando etiam uerba, ſecūdum Bar. in d. l. in ambiguo. de reb. dub. dum reſpondet ad l. non aliter. de leg. 3. & ibi etiam per Pau. de Caſ. & per Alexā. in l. 3. C. de liberis præterit. Et plus placet iſte intellectus, quā præcedens, quia ſecundum hunc intellectum filius teſtatoris ſuperuiuens alteri decedenti ſine filiis maſculis admittitur ſtatim, & poſt eum nepos ex eo: ſed ſecundum alium dictus filius diceretur uocatus poſt mortem, & ſuperuiuens admitti non poſſet, quod non eſt ueriſimile teſtatorem uoluiſſe. Quia ergo iſte ſenſus eſt magis ſecundum mentem, & quia plenius prouidet, eſt admittendus. lege in teſtamentis, de regulis iuris, capitulo cum dilecti de donatio. Tertia etiam poteſt ſumi interpretatio. Nam poſtquam teſtator mandauit filias præmorientis honorifice dotari, ſubiungit ex alio ſuo fratre filiis maſculis uiuentibus poſt morem ipſius patris, & fratris, & cætera. Poteſt ergo dici, quod dicta clauſula ſit appoſita ad limitandum, & modificandum excluſionem filię fœminæ præcedentem. Quoniam cum voluerit teſtator, ꝙ debeat dotari, & eam ſic dotatam excludi per aliū filiū ſuū ſuperuiuentem per uerba ſequentia, ſ. alio fratre, &c. reſtrinxit dictā excluſionem, vt. ſ. fœmina dotata, & ſemel excluſa per alium filium teſtatoris ſuperuiuentem ſit contenta dicta dote, & remaneat excluſa, ſi ille habeat filios, qui viuāt poſt mortē eius. Vbi igitur illo mortuo non extarent filii maſculi ex eo, reſoluitur excluſio fœminæ, & ad eam reuertitur portio paterna, tanquā in hunc euentum per fideicommiſſum ad illam fuerit vocata, prout vocari potuit. l. fi. C. de leg. Si uero extent nepotes maſculi ex filio ſubſtituto, tunc excluſio durat perpetuo. Et propterea cum eorum fauore dicta excluſio efficiatur irreuocabilis, & perpetua, per illam conditionem, ut ſæpe dictum eſt, intelliguntur uocati poſt mortem patris, & ſic ordine ſucceſſiuo, idcirco eorum patre præmortuo antediem fideicommiſſi cedentem admittuntur ex uulgari comprehenſa in compēdioſa, & etiam ex fideicommiſſaria, ubi per fideicommiſſum tantum dicerentur ſubſtituti, d. §. pro ſecundo. & per no. per Bar. in d. l. quādiu. Et prout proxime dictum eſt. Et hæc etiam interpretatio eſt rationabilis, & ſecundum ueriſimilem mentem teſtatoris. Quemadmodum ēt uidemus, ꝙ ſtatuta quandoq; excludunt fœminas temporaliter, i. quamdiu extabunt maſculi, iuxta no. per Bar. in l. ſi. ff. ad Tert. & per alios, in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. de lib. & poſth. & in l. 2. C. de repud. hær. Quarta ēt poſſet interpretatio addi, uidelicet, ꝙ teſtator dotem relictam intelligatur relinquere uoluiſſe ſub conditione, quæ immediate ſequitur, ſ. ſi alius frater filios maſculos habeat, qui uiuant poſt mortem patris & fratris. Et ſecundum hoc nepotes maſculi non dicerentur uocati, ſed dos ſolum relicta ſub dicta conditione, ſed huiuſmodi interpretatio nullo modo eſt capienda, quia erronea, & a mente teſtatoris diuerſa, ac penitus aliena. Nam ſequeretur, ꝙ ſi neptes uoluiſſet dotari ſub dicta cōditione, ꝙ dotem non haberent, ubi nepotes maſculi non extarēt, & ſic quòd maſculis deficientibus eſſent deterioris conditionis, cum deberent eſſe melioris, quia cauſa excluſionis, i. fauor maſculorum ceſſat. Item ſequeretur, ꝙ dictæ neptes dotem cōſequi nō potuiſſent, donec alter filius teſtatoris eſſet uiuus, ſed demum poſt eius mortem, quia illa conditio, ut dixi ſuperius, eſt ſucceſſiua, & non pōt prius impleri perfecte. Et ideo abſurdum eſt ſic interpretari, quia credendū eſt, ꝙ teſtator pinguius uoluerit neptib. prouidere deficientib. maſculis, quā illis extantib. & ꝙ uoluerit eos plus grauare, quā alios hæredes filij ſubſtituti minus dilectos, prout reperirentur plus grauati, ſi maſculis uiuentibus poſt mortem patris tantum reperirētur dotatæ, quod eſſet abſurdum. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. Et declarat Bar. in d. l. Gallus. §. etiā ſi parente. Et propterea illa clauſula, alio fratre, &c. non ad onus, ſed ad commodum nepotum fuit ſuperaddita, & pro amplianda, & augenda a præcedēti ſubſtitutione, & iuxta alias interpretationes, uel earum alteram. Sed dato etiam, ꝙ dictus nepos ex Dominico non eſſet per fideicommiſſum uocatus, tamen patre mortuo pendēte conditione ad illum tranſmiſſa fuit ſpes fideicommiſſi condōnalis.

6 Et licet ceſſet dicto† caſu regulariter dicta tranſmiſſio, per ea quæ in contrarium ſunt allegata: nihilo minus locum hēt, ſi ex coniecturis, quæ ex teſtamēto colligi poſſint, apparere pōt, ꝙ teſtator hoc uoluerit, ſecundum Bal. & Mod. in l. 1. C. de his q̄ ante aper. tab. & in l. 1. C. ut act. ab hæred. & contra hæred. qui ita intelligit tex. in l. cui fundus. de cond. & dem. & cū eo tranſit Soc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. in 4. col. ubi plene & ſubtiliter declarat mentem Baldi in prædictis locis, ac refert, quod Bal. idem uoluit in conſilio incipiente. Super primo puncto. Quamuis ergo uerba conditionaliter prolata cōditionem ſolum faciant, & non diſpoſitionem, per illam tamen declaratur, ꝙ etiam eorum fauore fœminæ ſunt excluſæ, & ꝙ teſtator habuit reſpectum nedum ad filium ſuperuiuentem, ſed ad nepotes, argumen. notatorum in d. l. Lucius. ſiue dicamus, quod pure excludantur a dicto filio in perpetuum uel ad tempus, ſiue ſub condōne, ſecundum uarias interpretationes, de quibus ſupra. Et ideo cum habuerit reſpectum teſtator ad poſteriores maſculos, & ad conſeruationem agnationis, ad illos ex mente teſtatoris fuit facta tranſmiſſio, quamuis Dominicus filius ſubſtitutus pēdente conditione ſit mortuus, quæ cō-

ſidera-

ſideratio non cadit in terminis. dicta l. Lucius. quia ibi filij ipſius grauati fuerunt in conditione poſiti, ideo de facienda tranſmiſſione ad illos nõ poteſt tractari, ſicut in caſu noſtro, in quo filii honorati ſunt cõditionaliter nominati, & ꝙ ex hoc de mẽte ſatis dicatur conſtare, ſatis probatur ex his, quæ uoluit Pet. de Anch. conſi. 26. inci. Non ſeruato ordine dubiorum, &c. ubi ex eadem coniectura arguit, ꝙ fideicommiſſum dicatur relictũ inter illos de domo ordine ſucceſsiuo, quod aliàs non eſſet, ubi talis coniectura ceſſaret. Idem quoque colligitur aperte ex no. per Bald. in dictis locis dum allegat d. l. Lucius. de hæredib. inſt. Nam ſicut illo caſu videtur filiis grauati voluiſſe tacitè prouidere, ponendo illos in cõditione, ſic etiam ſecundum intentionem Baldi voluit filiis honorati in conditione poſitis cõſulere, & idcirco dicto caſu pendente conditione ad illos ſit transmiſſio. Et iſtud etiam confirmat ex aliis exemplis poſitis per Soc. in d. §. cum ita. in quibus concludit, ꝙ ſit transmiſſio, & tamẽ nõ minus in caſu noſtro, quã in illis de cõiecturata teſtatoris mente poteſt apparere, quos aliter non refero. & eo magis ſic eſt dicendum, quia cum ambo filii ſint inſtituti, & inuicem ſubſti-
7 tuti, ſubſtõ† fideicõmiſſaria reperitur unita cum iure accreſcendi, a quo recipere debet & acquirere, ut transmittatur, ſicut & ius accreſcẽdi cum quo unitur, arg. l. qui patri. de acq. hær. Et licet hoc per ſe forte non ſufficeret, ut uoluit Imo. ibi circa finẽ tñ cõcurrẽte alia cõiectura, de qua ſupra, dici põt, ꝙ dicta vnio etiam coadiuuet facultatem tranſmittendi, prout etiam uoluit Soc. in d. §. cum ita circa ultimum caſum ibi poſitum per eum. Quinimmo arbitror, ꝙ hac rõne tantum habeat locum tranſmiſſio. Nam, vt dixi, filii qui ſunt cohæredes, ſunt ſubſtituti ad inuicem, & ſic ab initio & ante aditam hereditatem fuit ſubſtõ cõpendioſa, q̃ fideicommiſſariã ẽt cõtinet unita cum dicto iure accreſcendi, prout dicit ẽt Soc. Et fatetur Imo. in d. l. qui patri, iõ ab illo recipit, ut ſimpliciter tranſmittatur per illum tex. Et quamuis ibi dicatur, ꝙ ius accreſcendi eſt trãſmiſsibile poſt aditam hereditatem, quia hoc acquirit ex natura ſubſtõnis, cui cõiũgitur & unitur, tñ idem ecõuerſo dici põt, ut ſ. ſubſtõ, quæ non ſolet tranſmitti, efficiatur tranſmiſsibilis, ſi ſit unita cum iure accreſcendi, quod eſt tranſmiſsibile. l. ſi pluribus de ſuis & legit. prout etiam concedit Imo. in d. le. qui patri. Et quamuis poſtea prope finem dicat, hoc locum non habere in fideicommiſſaria ſubſtõne concepta inter cohæredes condõnaliter, ut quia unus ſubſtituatur poſt mortem alterius, & hoc quia fideicommiſſum condõnale non tranſmittitur pendente conditione. d. l. unica. §. pro 2. C. de cad. toll. iſta tamen ratio non procedit dicto caſu, ſed illo tantum, quo non reperitur fideicommiſſum unitum cum iure accreſcendi, ut probatur clare ex not. per Barto. cum quo alii tranſeunt in leg. 4. §. Caio de uer.
8 obligationibus in 3. oppoſit. ubi concludit, quòd licet actio perſonalis ſtricti iuris, quæ datur ad reſtitutionem rei, non det contra unum ex plurib. hæredib. ad quẽ ẽt tota res peruenit. l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. de leg. 1. ſi tamen cum illa concurrat rei uendicatio, competet in ſolidum contra illum, ad quem tota res peruenit, & hoc propter vnionem, quam habet cum rei uendicatione, quæ ſimiliter competit contra illum ſolum, arg. d. l. qui patri. & idem etiam uult Pau. de Caſt. in l. in conditione. de cond. furtiua, declarando glo. ibi. Sic ergo quamuis fideicommiſſum conditionale non ſit tranſmiſsibile, d. §. pro ſecundo. debet tamen poſſe tranſmitti, ſi ſit vnitum cum iure accreſcendi, & hoc ex diſpoſitione iuris, argum. dict. leg. qui patri. etiam ceſſante uoluntate teſtatoris expreſſa uel præſumpta ſeu coniecturata, & tanto magis ubi adſit coniectura etiam leuis, quòd teſtator idem uelit. & per hæc remanet reſponſum quaſi ad omnia, quæ allegantur in contrarium, quoniam, ut ex præmiſsis conſtat, nepotes maſculi per fideicommiſſum ſunt uocati, & ubi etiam non eſſent honorati, ſaltem ad illud iure trãſmiſsionis debent admitti. Non obſtat etiam, quòd de nepotibus maſculis ſit facta mentio in plurali, quæ in uno non poteſt verificari, per not. per Ioan. And. in dict. §. in primis in ult.
9 add. Quia† in primis dici poteſt, quod uera non ſit illa deciſio, per textum, vbi videtur caſus in contrarium. in leg. Titius. in prin. de lib. & poſth. dum ibi probatur, quod in materia exhæredationis odioſa ſermo pluralis, & uniuerſalis uerificatur in uno. Et illum text. contra Ioan. And. ponderat Aretin. ibi in 3. col. & in l. placet. eo. ti. Vel dici poteſt, quod loquitur Io. And. & alii, quando agitur de excludenda matre a luctuoſa hæreditate filij, quod nõ eſt in caſu nr̃o. Nam tunc fit ſtricta interpretatio, ſm̃ eos, arg. l. fi. C. de inſt. & ſubſt. ſub cõd. fac. Item loquitur qñ de plurib. prius teſtator diſpoſuerat, vt q̃a duos aut plures poſthumos naſcituros inſtituit, & ſi omnes morerentur in pupillari ætate, ſubſtituit, &c. tunc enim ad hoc vt habeat locũ ſubſtõ, non ſufficit vnum tm̃ naſci, & in pupillari ætate decedere. Et hoc quia illo caſu terminus pluralis, vt vniuerſalis habuit relationem ad plures p̃cedentes: ſed vbi numerus pluralis profertur ſimpliciter & abſque relatione ad plures prius nominatos, tunc in vno tm̃ uerificatur. l. non eſt ſine liberis. de ver. ſig. l. 3. §. hęc verba. de nego. geſtis. l. ait prætor. §. homines. vi bon. rapto. quę iura allegat etiam Io. An. ꝓ parte contraria. Et idem probatur in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. de lega. 2. & ibi notat Bar. & Imo. in §. ſi duos. ea. l. vbi per hoc infert, ꝙ ſi teſtator mandauit bona diſtribui inter pauperes, & ſic in plurali, ꝙ executor poterit vnum eligere. Et probatur in l. cum quidam.
10 eod. ti. & ibi notat Pau. de Caſt. Et† idem econuerſo, quando teſtator vult certam quantitatem dari vni paupari eligẽdo per ſuos commiſſarios, nam poterunt plures pauperes eligere, & inter plures. d. §. ſi duos. & ibi per Bar. & alios, quod eſt plus, quia in pluribus vnus ineſt, ſed non econuerſo. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de ver. obl. & per hoc patet, ſm̃ Bal. & Im. ꝙ aliqualiter licet recedere a forma, dummõ non recedatur a mente, a qua in caſu noſtro non receditur. Quia cum voluerit teſtator agnationi prouidere, eadem rõne voluit plures & vnum admitti, ſi ſolus extaret: nam ſine dubio ſtatutum verificatur in uno, ſi fœminas excludit extantibus maſc. Poſtremo non obſtat, dum dicebatur, quòd erat ſubſtitutio in codicillis reuocata, quia hoc negatur, cum predicti codicilli nihil probent, & non ſint ſolennes, ea præſertim ratione, quæ concludit neceſsitate, videlicet quia reperiuntur ſcripti manu diuerſorum, quoniam prima linea, in qua cõtinetur annus, menſis, dies & indictio fuit ſcripta manu ſer Dominici filii ipſius teſtatoris, & reliquum manu ſer Guilielmi, qui dicitur rogatus, vt deponit clare Saluator ſecundus teſtis, qui dicit vidiſſe dictum ſer Dominicum ſcribere dictam primam lineam tempore confectionis dictorum codicillorum Et ſimiliter tertius teſtis affirmat, quod illa prima linea eſt ma-
11 nu alterius ſcripta. Quando aut em inſtrumentum † & protocollum reperitur ſcriptum manu diuerſorum, redditur ſuſpectum, vt eſt tex. ſingularis in auth. de trien. & ſemiſſ. §. quod ſæpe. quem ad hoc alleg. Bald. & Salic. in leg. contractus. C. de fid. inſtrum. & no. glo. in c. cum venerabilem. de relig. dom. & Specu. in ti. de inſtrum. edi. §. inſtrumentum. verſic. item quo habet ſubſcriptionem, &c. & no. etiam gloſſ. in l. fin. in verbo. figura. C. de edict. diui Adr. toll. Et dicit ibi Bald. col. 12. talem ſcripturam ex hoc reddi falſam. Et idem dicit in effectu in l. ſi vnus in vltim. colum. C. de teſtam. & in leg. noſtram. eod. titu. & probatur in c. inter dilectos. de fid. inſtrum. & ibi dicit dom. Abb. ex intentione Innoc. & aliorum, quod talis ſcriptura non facit fidem. Et hoc verum, ſecundum dom. Anton. quando notarius non atteſtatur, quod inſtrumentum fuerit ſcriptum manu diuerſorum. Et iſtud etiam uoluit ad propoſitum noſtrum Alexan. in conſi. 41. incip. Viſo tenore, &c. 2. uolum. quod com-
12 probat: quia † inſtrumentum debet eſſe ſcriptum manu notarij de eo rogati, ut in authen. de tabel. §. nos autem. & ibi no tab. gloſſ. & Bald. in rub. C. de fide inſtrum. uerſicu. ſed tamen hic dubitatur, &c. ubi expreſse dicit, quod notarius debet ſcribere protocollum manu propria, & non per alium. Et notant Doctores in dic. c. inter dilectos. cum concordantibus de
13 quibus per Alexand. in d. conſil. Adducit etiam: quia † in inſtrumento debet deſcribi nomen tabellionis, aliàs non ualet, ſecundum Specu. in titu. de inſtrumen. edi. §. breuiter. uerſicu. 1. & Anton. de But. in c. 1. circa principium, de fid. inſtrumen. Sed hoc non eſt factum in dicta ſcriptura, ergo, &c. Et ubi etiã illud tantum, quod eſt ſcriptum per alium uitiaretur, adhuc tamen ſcriptura prædicta aliquam fidẽ non faceret, quia remoueretur dies, menſis, annus, & indictio, de quibus in dicta prima linea, ſiue quibus inſtrumentum non poteſt eſſe ualidum, in authen. ut prępo. no. Imperat. in princip. & notatur in dicto cap. inter dilectos. & in leg. generali. C. de tabula. & in leg. iuriſgentium. §. quod fere. de pact. Nec etiam tenor codicillorum probatur per teſtes, quia de illo ſolus ſecundus teſtis depo-

deponit, primus aũt dicit tenorem ignorare, pterea ipse dicit, ꝙ fuit pñs, qñ magister Franciscus fecit siue testm̃ siue codicillos, siue aliud instrumẽtũ, siue scripturam. Et sic loquitur alternatiue, & non certitudinaliter de codicillis, iõ non ꝓbãt cõfectionẽ codicillorũ. l. vbi aũt. §. qui illud. de ver. ob. facit. c. in pñtia. de prob. & ꝑ Alex. cõs. 152. in prin. 5. vo. ac ẽt est ꝯrius secũdo in eo, ꝙ dicit, ꝙ ser Gulielmus scripsit sup tabula, & alius dicit, ꝙ in loco nõ erat tabula, & ꝙ scripsi super banco, iõ tanquã uarij & ꝯtrarii nõ probãt, per ea q̃ hñt in c. in nostra. de testib. & in l. inter stipulãtem. §. 1. de ver. ob. Et iõ concluditur, ꝙ Franciscus Maria ex testõ aui debet admitti ad portionem patrui mortui sine filijs masculis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Testator pœnam apponere potest amissionis hæreditatis hæredi molestanti legatarium usufructus bonorũ hæreditariorum.*
2 *Testator cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri usufructuario remittere non potest.*
3 *Statutum, per quod materia delinquendi datur, non ualet. idem de lege communi, ut nu. 5.*
4 *Statutum concedens licentiam spurios instituendi non ualet.*
6 *Hæres non tenetur res quorũ usufructus relictus est, nec earum fructus vsufructuario ante præstitã cautionem de utẽdo, &c.*
7 *Vsufructuarius debet cautionem etiam non petitã hæredi offerre, alias nihil ei imputari poterit.*
8 *Testator si prohibeat hæredem inferre alicui molestiam, de ea molestia intelligitur, quę malo animo et malo modo infertur.*
9 *Aliud est hæreditas, aliud est res particularis hæreditatis.*
10 *Aliud est uniuersitas, aliud singuli de uniuersitate.*
11 *Bonorũ appellatiõe res singulares, nominaq; debitorũ ueniunt.*
12 *Si testator non disposuit, ad quem in casu priuationis adueniente hæreditas peruenire debeat, ad substitutum, nisi adsit cohæres, transibit.*
13 *Episcopus si instituatur, uel ei aliquid relinquatur, ecclesia instituta, uel ei relictum esse dicitur.*
14 *Vbi non prefixo tempore ad aliquid faciendum ad alium deuoluitur aliquid propter negligentiam alterius, debet ad illum de negligentia conuincendum monitio præcedere.*
15 *Sententia lata contra uocatum primo substituto nocet.*

CONSILIVM CCII.

VISO testõ Nicolai de Ruberiis, & maxime relicto vsufructu omniũ bonorum facto eius vxori cũ clausula, ꝙ aliquis tam institutus, quã substitutus non molestet dictam vxorem sub pęna priuationis hæreditatis applicandæ personis, de quibus in dicto testõ, videretur fortassis prima facie dicendum, ꝙ per exactionem pecuniarum a debitoribus hæreditariis actã a Manfredo hærede instituto concurrente eius negligentia in deponendo, & in dispendendo dictas pecunias in aliquib. bonis immobilibus, quibus vti & frui posset dicta vxor iuxta ordinata per testatorem, dicatur priuatus hæreditate d. Manfredus & quilibet substitutus de familia Ruberiorum, tum quia generaliter disposuit testator, ꝙ si hæres institutus uel aliquis ex alijs de Ruberijs quo modo directe, uel per ĩdirectum, per uiam iudicialem, aut de facto molestauerit, turbauerit, uel inquietauerit ipsam dominam vxorem in dicto usufructu hæreditatis suæ relicto, ut supra uel aliqd faciat, uel fieri faciat, quominus directe, uel per indirectum, uel quouis quæsito colore domina Magdalena possit & ualeat libere usufructuare bona, & hæreditatem ipsius testatoris, tunc & eo casu adueniente illo talis ex dictis hæredib. institutis, aut substitutis, ut supra, perpetuo, & omni tempore priuatus sit & esse intelligatur ipso iure & facto bonis, & hæreditate ipsius testatoris, & eo casu adueniente uoluit dictam suam hæreditatem peruenire debere in & ad consortiales ecclesię maioris Parmẽsis, &c. Ex quibus uerbis patet manifestus sensus testatoris in priuando omnes etiam in remotioribus gradibus uocatos per solam molestationem unius, quo casu testõr in pœnam omniũ uocauit cõsortium, tũ ẽt quia testator specifice iniunxit in posteriori parte testamẽti dictã pœnã priuatiõis, ubi hæres uel alius substitutus pecunias exactas a dictis debitoribus non deponeret apud personam idoneam, & illas sic exactas non expenderet intra annum in bonis immobilibus perfruendis ab eius uxore. Si ergo hæres antedictus, uel quis alius substitutus occultauit aliquas res hæreditarias, q̃ etiam usu consumuntur, uel pecunias exactas non deposuit, & expendit, ut supra omnes remanent priuati tam ex generali, quã speciali ordinatione testatoris, q̃
1 † indubitanter potuit apponere dictã pœnam molestandi uxorem in legato usufructus omnium bonorum, ut in specie determinat Bar. in l. uxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. & clarius in l. paterfamiliãs testamento. de hæred. inst. & facit l. j. C de his quæ pœnæ nomine. & inst. de leg. in §. fin. & leg. j. §. si ita, ad legem Falcidiã. in quo legato uenit ẽt usufructus pecuniæ debitæ, & aliarũ rerũ, quæ usu cõsumuntur. l. j. & ibi notatur. C. de usufr. & in l. oĩum. la 2. ff. co. Et tanto magis pręcedente interpellatione uxoris usufructuarię, cum qua interpellatione produxit, & testamentũ Nicolai, & ẽt exactionum factarũ in instrumento per ipsum Mãfredum, cuius est hæres Augustinus interpellatus, ex quibus nullam potest prætendere ignorantiam. l. si q̃s inficiatus. & ibi Bart. ff. depositi. & in l. qui in alterius. de reg. iur. & in l. quod te. si cer. pet. & in l. non solum. §. morte. de ope. noui nuncia. cum suis infinitis concordantibus. Si ergo dictum consortium vocatur in pœnam molestationis, noluit (vt in facto præmittitur) acceptare dictam hæreditatem, tunc defertur domino epo Parmensi. Quo etiam recusante, ut recusasse ex actis apparet, dicta hæreditas delata uidetur cameræ ducali, quę vocatur dictis casibus aduenientibus, ut patet ex tenore testamenti. Et sic breuiter concludendum uidetur, ꝙ prædicta camera admittatur, omnibus de Ruberiis exclusis. Sed tamen ꝑmissis non obstantibus contrariam sententiam puto veriorem
2 præmittendo in primis, ꝙ testator † non potest vsufructuario remittere cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri. l. 1. C. de vsufr. l. scire. C. vt in poss. lega. & ibi notatur, & in c. fi. de pignorib. & hoc fauore hæredis, & etiã ne detur vsufructuario materia delinquendi, ut notatur in dictis locis, per quam rationem vltimam, scilicet ne detur materia delinquendi, nõ potest similiter testator remittere facultatẽ vsufructuario faciendi inuentarium, ut in specie firmat Pau. de Cast. in consi. 191. Antequam veniam ad dicta dubia, &c. Et per quam etiam rationem infero, ꝙ non potuit illust. dux Mediolani dare licentiam testatori remittendi uxori usufructuariæ dictam cautio-
3 nem, & dictam inuentarij confectionem, sicut † videmus, ꝙ statutum non ualet, per quod datur materia delinquendi, ut concludunt Doctores, maxime Moder. in l. 3. ff. de test. ubi per
4 Imo. late, dum dicunt post Bart. maxime prædicta ratione, † ꝙ statutum concedens licentiam instituendi spurios, non ualet. l. conuenire. de pactis dotalibus, & in l. si unus. §. illud. de pactis. & de hoc late per Petr. de Anchar. in repet. c. possessor malæ fidei. in fin. de reg. iur. in 6. & per Bald. in l. 1. de iure annulo aureo. optime facit, quod in pulchra quæstione ponit Barto. in
5 l. cum lex. ff. de legi. quinimmo lex † communis Imperatoris, per quam datur materia delinquendi, non ualet. c. fina. de præscriptio. & not. Bald. in l. eam quam. in penult. char. C. de fideicommis. vbi vult prædicta ratione, ꝙ lex generalis disponẽs spurios posse institui, non ualeat. Ergo in casu nostro vere concluditur, ꝙ sicut non potuit testator de iure communi remittere onus cautionis, & inuentarij confectionis vsufructuariæ, ne detur materia delinquendi, quod etiam non potuit ex licentia a principe sibi concessa, quia talis licentia, per quam inuitatur quis ad delinquendum, non ualet, vt patet ex præmissis. His igitur, quia uera sunt, præmissis apparet, quod Manfredus de Ruberiis, uel quilibet substitutus derogando restituere bona hæreditaria uxori testatoris, uel non expendendo pecunias exactas in rebus immobilibus ad utilitatem uxoris intra annum, quod dicta uxor est iniuste molestata in usufructu sibi relicto, quia hæres non tenetur ante cautionem sibi præstitam usufructuario dimittere res, quarum usufructus est relictus, nec fructus ex eis perceptos. Nam quamuis soleat dubitari, utrũ usufructuarius faciat fructus, quos ipse percepit, suos ante cautionem, ut no. in l. 4. C. de vsufru. & in l. hac edictali. §. his illud. C.
6 de secund. nup. & in l. si homo. per Bart. de vsucap. † tñ ubi res, in quib. vsufructus debetur, sunt penes hæredem, nõ tenet indubitan-

dubitâter illas præstare, nec eorum fructus restituere, si ei nõ est dicta cautio præstita. l. vxori. la i. & ibi no. Bar. de vsuf. lega.
7 & Imo. in d. c. fi. de pig. & probatur† ex regula, de qua in l. Iulianus. §. offerri. de ac. emp. per quem textum patet, ꝙ hæredi Imputari non potuit, si dictam cautionem non petiit, quia illam ẽt debuit non petitam offerre, aliàs non potuit hæres in mala fide cõstitui, & ibidem, & clarius in l. fi. C. debi. ven. pig. imped. non posse. ꝑ quẽ tex. no. ibi Bal. ꝙ quoties aliquid est adimplẽdum a protestante, nisi impleat, protestatio non tenet. Si ergo ista vxor vsufructuaria non potuit frui facto hæredũ omnibus rebus hæreditarijs, dico, ꝙ non sunt priuandi tãquam indebite molestauerint dictã vxorẽ, q̃a molestatio, quã passa est, causata est potius a facto & culpa eius, quam hæredum, ex quo ut debuit, non cauit, vel cautionẽ non obtulit, sicut in simili probatur notanter in l. Iulianus. de cõd. & dem. & ibi declarat Bar. vbi dicitur, ꝙ si legatarius, qui tenebatur decẽ dare heredi gr̃a cõdõnis implẽdæ, accepto tulerit hęredi, qui ad tãtũdẽ tenebatur legatario, quod cõdõ habebitur pro adimpleta, non ex eo, quod sit formaliter impleta, ut debuit. l. qui hæ. in prin. & l. Mæuius. eo. ti. quia soluere & remittere nõ sunt idem proprie, sed quia stetisse vr̃ ꝑ hæredẽ, quominus impleretur specifice, iuxta. l. iure ciuili. eo. ti. stetisse aũt per hęredem dr̃ ex eo, quod nõ soluit, quod dẽbat legatario, qua solutione facta potuisset ille condõnẽ implere ĩ forma specifica. Et ita illum tex. declarat ẽt Ale. in l. Gallus. §. & q̃d si tãtũ. de lib. & post. nec dicatur, quod hæres non poterat expectare, nec petere talẽ cautionẽ, ex quo prohibitus erat molestare vxorẽ in usufructu, q̃a ex quo, ut dictum est, non potuit exprese remittere dictam cautionẽ, multo minus hoc potuit tacite, & per indirectum. Et ita specifice uoluit Ray. in l. quod de bonis. §. 1. per illũ tex. quem ibi refert & sequitur Ale. ff. ad l. Falc. Cum ergo talis molestia illata uxori sit iure permittente, & non malo animo, cessat pœna priuationis. Et pro confirmatione facit, quod notat Bal. in l. unica. in 6. col. uers. si testator mandauit, & c. C. de his quæ pœnæ no
8 mi. ubi dixit, quod si† testõr grauat hæredem, ne molestet uxorem sub pœna, intelligitur de molestia, quæ malo animo & malo mõ inferretur, allegat no. per gl. in l. si seruo. §. pretor. in glo. incipit, quod malo, & c. ff. de acq. hę. malo aũt aĩo dici nõ potest ẽe illatã molestiam retinendo aliquas res hæreditarias, ex quo ex parte usufructuariæ non fuit cautũ aut oblata actualiter cautio. Qua cautione uel oblatione non facta nedum aliquas res, sed totã hæreditatem, ubi illam totam possedisset, potuisset impune reti nere. Secundo principaliter moueor. Nam testator prohibet uxorem suam in usufructu hæreditatis suæ sibi relicto molestari, aut aliquid fieri, quominus possit & ualeat libere usufructuare bona & hæreditatem ipsius testatoris absq; aliquo impedimento, sub pœna priuationis hæreditatis. Quamuis igitur hæres molestiam inferat in noĩbus debitorum hæreditariis, ſ. aut in pecuniis, aut ab illis exactis, tamen non dicitur fecisse cõtra prædicta uerba prohibitionis. Nam in usufructu hæreditatis passa nõ est molestia per exactionẽ, & receptionẽ dictarum pecuniarũ, nec occultationem cuiuslibet alterius rei hæreditariæ, quia aliud est molestiam in usufructu hæreditatis
9 & aliud in usufructu rei hæreditariæ molestari. Sicut aliud† est hæreditas, & aliud est res paricularis hæreditatis. l. 1. C. de eui. ubi singulariter dicitur, quod uenditor hæreditatis nõ tenetur de euictiõe, aliqua re hr̃ditaria euicta, licet sit secus, ubi hr̃ditas, & sic ius ipsũ uł'e in totũ, uel in quota euĩceret. Sic ergo ꝯ prohibitionem testatoris prohibentis vxorẽ molestari in vsufructu hæreditatis fieri diceretur, ubi illa inquietaretur in ipsa hæreditate, i. in ipso iure uniuersali, vel in totum, vel in quota, non autem si molestetur in aliquib. reb. particularib. ipsius hæreditatis. Sicut etiam videmus arguendo de personis ad res, ut
10 est licitum. l. qui plures liberos. de vol. & pu. ꝙ † aliud est uniuersitas, & aliud est singuli de vniuersitate, vt notatur in c. cum te, de resc. in l. in tm̃. §. uniuersita. de rerũ diuisi. & in l. sed si hac. §. qui manumittere. de in ius voc. Et ideo in proposito dixit Pe. de Anch. in consi. 205. inc. Visis & ponderatis & c. ꝙ si in capitulis pacis initæ inter dñiũ Venetorũ & regẽ Vngariæ, domini Veneti promiserunt in certis terris se non intromittere, uel aliquatenus impedire, & vnus nobilis Venetus fuerit electus in officialem a populo unius terræ ex illis, quòd poterit absque metu pacis frangendæ officium acceptare, etiam accedente cõsensu senatus Veneti, quia capitula pacis concernentia Venetos vt uniuersos, nõ ligãt singulos nobiles Venetos, per prædicta, ẽt si dicatur, testator nedũ prohibuit uxorẽ molestari in usufructu hæreditatis suæ, sed etiam fieri aliquid, quo minus dicta uxor possit libere vsufructuare bona ipsius testatoris quo-
11 rũ† bonorum appellatione ven:ũt res singulares & ẽt nomina debitorũ. l. uxori meæ. de usufr. leg. ubi habẽtur, ꝙ in legato vsusfructus oĩum bonorũ uenit calendariũ, cuius appellatione veniũt debita, & credita. l. qui filiũ. de le. 3. & ita no. Bart. in d. l. vxori. & in l. fi. eo. ti. & in l. si quis seruum. §. fi. de le. 2. ergo uidetur, ꝙ ꝑ molestia illata in istis noĩb, debitorũ non euitatur pœna priuationis. Ad hoc r̃ndetur, ꝙ uerbum, bona, continet ius uniuersale, sicut uerbũ, hæreditas, & verbũ substantia, & idẽ importat. l. nã ꝙ. §. fi. ad Tre. & in l. si legatus. §. 1. eo. ti. & per Bar. ĩ d. l. si quis seruũ. §. fi. & iõ dd̃m ẽ, vt supra ꝓxime, quasi hic sit cõculcatio uerborũ. Quinimmo ubi uerbum, bona comprehenderet oẽs res testõris ut singulas, & non ut uniuersales, adhuc idẽ eẽt dd̃m, q̃a ꝓhibuit testõr impediri uxorẽ, quo minus posset usufructuare bona ipsius testõris. q̃d uerbũ, ſ. ipsius testatoris, in genitiuo significat dominiũ. l. 2. §. 1. de relig. & sumpt. fune. & no. Bar. & omnes in ru. de ope. noui nuncia. ergo uerificari nõ possunt dicta, uerba, videlicet bona ipsius testatoris, in nominib. debitorũ, quæ nõ sunt ĩ eius dominio, nec actiones ꝯtra illos cõpetẽtes, & no. Guliel. de Cun. in l. j. de statu hom. Et q̃uis appellatione bonorũ meorum ueniãt ẽt actiones, vt d. l. uxori meæ, de usufr. leg. & per Bar. in d. l. si quis seruum. §. fi. & in l. Quintus. §. argento. de auro & arg. leg. tamen hoc est uerũ, & procedit, quia capitur uerbũ illud uniuersaliter, ꝙ ius uniuersale cõprehẽdit iura, sicut uerbũ, hæreditas. Et hoc mõ capiẽdo ĩ casu nostro, ut dictũ ẽ, nõ verificaret in qualibet re singulari, sed capiẽdo & præsupponẽdo ẽt, ꝙ in casu nr̃o cõprehẽderet singulas res, quãuis istud sit contra eius naturã, dico, quod non cõprehẽdit res singulares, quæ nõ sũt in dñio testõris, sicut nõ sunt actiones, & hoc propter naturã genitiui. Et ꝙ ubi uerbũ, bona, uel bonorũ, non capitur vniuersaliter sed particulariter, ẽt sine genitiuo, nõ ueniẽt iura & actiones, tenet Bart. clare in d. l. si quis seruũ. §. fi. dũ dicit, ꝙ legatũ partis bonorũ est particulare, & iõ nõ cõtinet iura & actiones. Ita ergo hic si capiatur particulariter, si uero capiatur uniuersaliter, quãuis actiones ꝯtineat, tñ alia ratione molestia in eis illatã nõ priuat hæredem, q̃a verba sonant de molestia, quæ inferatur in ipso iure uniuersali, nõ ãt in iure vel in re particulari ipsius iuris uniuersalis, ut superius latius est ꝓbatũ. Nõ ob. ẽt, ꝙ testõr expresse disposuit in alia parte testĩ, ꝙ si hæres suus pecunias exactas nõ deposuerit, & intra annũ illas nõ expẽderit, ꝙ sit priuat⁹ hr̃ditate, & sic ꝙ testõr spãliter hoc casu apposuerit pœnã priuationis, quia q̃uis dicto casu testõr hæredẽ uoluerit priuari, nõ tñ dixit, neq. aperuit, ꝙ dicto casu adueniẽte hr̃ditas iret ad consortiales uel ad epm, aut camerã ducalẽ, sed cui vellet eã applicari, nõ cauit.
12 Quo casu, ſ. † q̃n nõ disposuit testõr, ad quẽ trãsire dẽret hæreditas, casu priuationis adueniẽte dẽt trãsire ad substitutũ, si cohęredẽ nõ hẽt priuatus. l. uxorẽ. §. hæres. & ibi in terminis nostris hoc firmat Bar. de le. 3. Quãuis ergo Manfredus & Augustinus ex hac ultima parte testamenti essent priuati uel priuandi, tamen dicta hæreditas nõ dẽt trãsire ad consortiales, vel ad epm, vel ad cameram ducalem, quia isti nõ sunt hoc casu priuationis adueniente, uocati, sed alio casu, de quo in priori parte testamenti, sed applicari deberet substitutio ipsi Augustino, qui sunt de domo illorum de Ruberijs. Sed dato ẽt, ꝙ prædicta cessarent, & omnes de Ruberijs essent priuati, impossibile tamen est, ꝙ camera ducalis eos inquietet, quia nullum ius adhuc in illa hæreditate est delatum, q̃m uocata est, consortialib. & episcopo nolentib. aut negligentib. habere dictã hæreditatẽ. Quãuis ergo consortiales noluerint & sint de iure exclusi, tamẽ ad
14 obligatione omnium bonorum † non uenit res, quæ prohibetur alienari, secundum Barto. & Imo. in l. codicillis. §. instituto. de lega. 2. & Bald. in l. j. C. quæ res pign. oblig. poss. & in leg. uoluntas. C. de fideic. & in cap. j. in prin. de Capita. quis Curiam uend. & Bald. Rom. in l. si constante. §. quoties. sol. matr. qui dicunt, quod si maritus obligat omnia bona sua, non tamen uidetur obligasse rem dotalem, quia illa est prohibita alienari. & facit gloss. notab. in auth. de rest. & ea quæ parit. in prin. quæ uult, quod res subiecta restitutioni fideicommissi, nõ comprehendatur sub obligatione generali, & facit, quod etiam no. Ange. ibi per illam glo. Vnde & in casu nostro idem dicendum est multo magis, quia non solum ista domus subiacebat restitutioni fideicommissi, sed etiã fuit expresse prohibita alienari. Nec refert, quòd ad hæredem dicti Gandulfi dicta res prohibita alienari peruenerit, & quòd factum defuncti cogatur habere ratum. l. cum a matre. C. de rei uendi. quia hoc posset esse uerum, quando Gandulfus specialiter grauasset hæredem in hac re, uel in eius usufructu, sed in dubio, ut dictum est, non intelligitur, quod sub generali relicto includatur, quia ex quo Frãciscus testator prohibuit, & alienari domum uetuit, & eius usumfructum extra dictas personas, nõ præsumitur, quod voluerit hæres prohibitus in dubio contra uoluntatem testatoris uenire, quia hoc est delinquere. l. merito pro soci. & probatur ex not. per Barto. in l. gerit. de acquir. hæred. dum quærit, an per non factum inducatur aditio, & per Alexan. in leg. non hoc. C. unde cogn. sicut etiam in obligatione generali non ueniunt ea, quæ quis in specie non fuisset uerisimiliter obligaturus. l. obligatione generali. de pig. & per hoc respondetur ad l. unum ex familia. §. sed si uno, de lega. 3. quia ibi res prohibita alienari extra familiam fuit specialiter extraneo relicta, ideo non potest hæres grauatus contra factum defuncti uenire. d. l. cum a matrẽ. Et similiter non obstat, quod testator legando rem communem inter eum & hęredem uideatur etiam partẽ hæredis reliquisse, & non ius proprium tantum, quia res illa non erat prohibita alienari, nec per defunctum, nec per legem &

& sic non venit dicto casu cōtra aliquam prohibitionem, nec grauatur hæres onere redimendi. dict.leg.fideicom.§. si rem. & per hoc etiam respondetur ad aliud, scilicet quod in institutione hæredis veniat etiam res aliena possessa vel detenta per defunctum.dict.leg. regulariter. Præterea dicta res non venit in petitione, quia sit hæreditaria, sed solum ratione possessionis, vel detentionis, quæ erat apud defunctum, ut declarat Barto.& Moder.maxime Alexand.in leg.si patroni. in prin.ad Trebel. Secundo dicitur, quod usufructus dictæ domus non debetur dictis mulieribus alia ratione, etiam si alienatio non esset prohibita, & hoc quia non continetur, sub illa institutione usufructus omnium bonorum, quia bona dicuntur deducto ære alieno.leg.subsignatum.§.bona.de uerbor.signific. Et
15 quòd † legatum usufructus omnium bonorum intelligatur deducto ære alieno, est casus in leg. vsufructu. & ibi per omnes maxime Alexand.ad leg.Falcid. & propterea dicta domus hæredibus prædictis debita debet posse per eos deduci, sicut dicitur, quod debetur cuilibet alteri, ut probatur. in leg. fundo legato.ff.ad leg.Falcid.& dict.leg.irritum.& leg. in imponẽda. C.eod.tit.in quibus iuribus, ut etiam dictum est, habetur, quod de institutione uniuersali tanquam ęs alienum deducitur per hæredem institutum illud, quod iure legati debebatur dicto hæredi instituto per defunctum. & quæ deductio fit ad diminutionem legatorum relictorum per eundum. Nam per detractionem Falcidiæ dicta legata minuuntur & defalcantur. Ad effectum ergo ut falcidia per hęredem detrahi possit, & ut ultra dodrantem grauatus dicatur ipse de hæreditate deducit tanquam æs alienum, quod sibi defunctus debebat ex causa legati, & ex hoc legata a dicto hęrede relicta minuuntur, hęres dictam rem capere non dicitur titulo hæreditario, sed ex titulo legati & fideicommissi, ut ibi dicitur, & per consequens sub institutione uniuersali de omnibus bonis præsentibus & futuris non continetur dicta res debita hæredi instituto ex causa prædicta, sed ab illa separatur, & ex alia causa per hæredem retinetur, quamuis ergo in casu nostro non agatur de detractione Falcidiæ contra dictas mulieres, nihilo minus agitur de diminutione sui legati ex capite, quia dicitur, quod in legato usufructus omnium bonorum eis facta non continetur ista domus, quia de dictis bonis deduci potest & debet tanquam æs alienum per Bartholomeum & fratres hæredes scriptos per Gandulfum, quia qua ratione fit talis deductio, ut Falcidia locum habeat, & sic per istum modum legata minuntur, eadem ratione debet de dictis bonis & hæreditate Gandulfi deduci, ad finem & effectum ne dictus usufructus omnium bonorũ relictus a Gandulfo dictis mulieribus minuatur, nec hæres in dubio pręsumitur institutus ad illo animo compensandi cum eo, quod sibi debebatur ex dicta causa.l.creditorem.de leg.2.& l.unica.§.sciendum.C.de rei uxo.act.& tanto minus cum esset species debita, iuxta not.per Bar.in l.huiusmodi.§.cum pater, de leg.1.& per Bald.Paul.de Cast.ibi. Nec uideo cur magis detractio debeat habere locum ad effectum, ut sequatur diminutio legati per Falcidiam, quam in casu nostro ad effectum, ut sub uerbis legati generalis comprehendi non possit, quod detur hæredi, & per hunc modum diminui possit, immo facilius dẽt isto casu dicta detractio & deductio domus tanquam de ære alieno per hæredem fieri posse quam in alio casu, in quo tamen deductionem potuisset testator expresse prohibere, si uoluisset.l.debitor.in princ.ad leg.Falcid.& ibi per omnes. & tamen si non sit prohibita deductio fit, ut Falcidia possit locum hr̃e, quæ detrahitur contra volũtatẽ testõris, l.Titia, ad le.Falc. & per consequens ut legata minuantur contra intentionem relinquentis. Sed in casu nostro sumus in dubio, quia uerba sunt generalia, & possunt salua ratione recti sermonis restringi, ut dictam rem non comprehendant, vt statim dicam, & eo magis quia testõr in dubio præsumitur minus hęredem grauare uoluisse, quam fieri possit.l.Titia.§.qui in uita. de le.2.d.l.fideicõmissa.§.si rem, & l.apud Iulianum.§.Seio.de le.1.Nec ob.ꝙ instituerit Gandulfus dictas mulieres in omnibus bonis præsentibus quo ad usumfructum, & quod dicta res esset illius tempore testamenti, quia licet usufructus omnium bonorum præsẽtium sit relictus, de dictis tñ bonis omne æs alienum ipsius testatoris, quod tempore eius mortis uel post reperitur extare, debet deduci, quia bona intelliguntur deducto ære alien. not. d.l.subsignatum.§.bona.de uerb.sign. & in specie quod de legato, de quo agitur, deducatur, vt dixi, est casus in d.le. usufructu.ad leg.Fal.& hoc etiam vult Bal.in l.1.de fru. & lit. expen. uersic.pone maritus, ac etiam facit, quod no.per Bart. in le. ut
16 iurisiurandi.§.si liberi.de ope.lib.ubi† concludit, quòd filia in certa re instituta, & prohibita a patre petere plus de bonis suis, poterit dotem maternam petere, quia illam petit tanquam æs alienum, & bona dicuntur deducto ære alieno, & sic de bonis patris petere non dicitur. Et idem ante eum per eandem rationem uoluit Oldr.in consi.298.incip. Dom.Stella, &c.& Bal.in leg.liberti libertæq;.C. de ope. lib. Sicut ergo isto casu de prohibitione plus petẽdi de bonis deducitur æs alienum debitum per testatorem filiæ prohibitæ. Sic, & in casu nostro de relicto usufructus omnium bonorum deduci debet æs alienum debitum per testatorem ipsis hæredibus uniuersalibus grauatis dicto relicto, & per consequens debent dicti hæredes posse deducere dictam domum sibi relictam tanquam æs alienum, sicut tanquam æs alienum deducit hæres ex propria institutione uniuersali rem sibi debitam ex causa legati per testatorem ad effectum diminuendi legata ab eo facta. d. leg. fundo, cum gloss.ad leg.Falcid.& dict.leg.in imponenda, & leg.irritum.C. eod.Nec obst.dict.leg.vnum ex familia.§.sed si uno.quia in casu, de quo ibi, hæres fuit specialiter, & nominatim grauatus in re sibi per testatorem debita ex causa legati, quod facere potuit.dict.leg.si hæredis seruus.in princip.de leg.1.& dict.leg. fideicommissa.§.si rem, sed in casu nostro dicitur, quod sub uerbis generalibus legati usufructus omnium bonorum præsentium, &c.non includitur dicta res hæredibus debita, quia bona dicuntur deducto ære alieno, per prædicta. Nam in casu Barto. potuisset testator filiam prohibere, ne peteret dotem maternam, iuxta not.per Bart.in l.Imperator.§.cum quidam, de leg.2.sed velle compensare cum eo, quod per eum relictum est d.l.1.§.sciendum.C.de rei vxo.actio. & eodem modo in casu.d.l.fundo.& l.in imponenda.d.l.irritum. testator prohibere potuit, ut dixi, ne rem sibi debitam de hæreditate deduceret. d. l.debitor.in princip.ad leg.Falc. & ibi per omnes. & tamen in dubio hoc fecisse non uidetur. Nec etiam obst. prædictis l.cũ filius.§. dominus, de lega.2. quia ibi uerba continebant totam
17 rem, ideo etiam pars hęredis cedit legato. Nam rei† appellatione ex propria significatione uenit tota res, secundum gloss. & Bar.in l.si rem, de rei uend.& probatur in l.de pupillo.§.qui nũciat.de noui operis nun.& ibi no.Bart.cum quo alii communiter transeunt cum concordan.de quibus ibi per Alex.non recedit ergo illo casu a proprietate uerborum, nec uerba restringuntur ad ius tantum ipsius testatoris, quia regulariter ad ius testatoris uerba solent restringi ex interpretatione legis, quæ præsumit, quòd testator uoluerit grauare hęredem suum onere redimendi partem alienam.d.l.fideicommissa.§.si rem. quæ ratio cessat, quando dicta pars est ipsius hæredis.d.§.si rem. iõ dicto casu non habet locum, sed cessat dicta interpretatio legis. Sed in casu nostro uerborum significatio non continet rẽ debitam hæredi per testatorem, immo ex propria uerborum significatione non includitur in relicto, quia, vt dictum est, bona dicuntur deducto ære alieno, ideo in legato non uenit isto
18 casu ius hæredis. Nec obst.quod tantum† debet operari genus quoad genus, quantum species quoad speciem.l.si duo.de adm. tut.quia illud uerum est, quando id, de quo agitur, contineri potest sub genere, sed non operatur quantum ad ea, quæ uenire non possunt ex natura sermonis.l.habebat.de leg. 3. & ibi no. Bar.& propterea dicta domus non uenit sub relicto oĩum bonorũ, quia bona dr̃ ære alieno deducto. Et ad omnia alia colligitur, ẽt responsio per pręedicta. Deuenio ad quartum, in quo quæritur, an dictę mulieres vsufructuariæ cauere teneãtur, &c quõ. Et prima facie dicendũ uidetur, ꝙ pro dimidia ad min⁹ cauere nõ teneantur, tanquã pro illa dimidia sint hæredes pleno iure. Nam Gandulfus matrem, & uxorem instituit hæredes in usufructu omnium bonorum, & Bartholomeum, & fratres in proprietate durante dicto usufructu, & illo finito tam in proprietate quam in vsufructu, & sic pleno iure. Antequam ergo usufructus finiatur, nullus est hæres institutus uniuersaliter, sed in re certa, hoc ẽ, in usufructu institutæ sunt dictæ mulieres. Et similiter in re certa, i.in proprietate tñ instituti sunt dicti fratres. Quia ergo interim cohęredem uniuersalẽ non habent

bent dictæ mulieres, ꝑ dimidia ſunt hæredes uniuerſales, & ꝑ
alia dimidia dicti fratres. Nec refert, ꝙ plus valeat ꝓprietas, in
qua ſunt inſtituti, quam vſusfructus, in quo mulieres dñr inſti
tutæ. l. ex facto. la grande. de hær. inſt. & l. j. §. ſi ex fundo. eo. ti.
& quia finito vſufructu fratres prædicti ſunt vniuerſales hære-
des inſtituti, mulieres illæ intelliguntur dicto caſu adueniente
grauatæ reſtituere partem ſuam dictis fratribus, nõ aũt illi poſ
ſunt venire iure directo, quia ex quo ab initio, & ſemel dictæ
mulieres fuerunt hæredes, non poſſunt deſinere eſſe hæredes.
Et ita in terminis determinare videtur Bald. in l. id ꝙ pauperib.
19 C. de epiſ. & cler. q. 14. vbi concludit, ꝙ † ſi teſtator inſtituit
vxorem ſuam in uſufructu omnium bonorũ, & poſt eius mor
tem inſtituit fratrem ſuum, ꝙ vxor eſt hæres uniuerſalis, qa in
uita cohæredem non habuit d. l. j. §. ſi ex fundo. & d. l. ex facto.
& poſt mortem ſuam intelligitur per fideicommiſſum graua-
ta reſtituere dicto fratri hęreditatem, quia quamuis uocetur ꝑ
uerba directa, ex quo tamen iure directo non poteſt uenire,
quia uxor fuit hæres directò, trahuntur dicta uerba ad fidei-
commiſſum. leg. ex facto. in princ. ad Trebell. & leg. filiusfami-
liàs. §. ut quis hæredem. de leg. j. & no. in l. uerbis ciuilib. de uul.
& pup. & idem uoluit etiam Ang. in le. filius a patre. de libe. &
poſth. in prin. & Sal. in l. extraneum. in fi. C. de hær. inſt. ubi di
cit, ꝙ ſi teſtator inſtituit uxorem ſuam ad uitam in uſufructu,
& poſt mortem ſuam hæreditas relinquatur alteri, ꝙ uxor dum
uiuit, hæres eſt uniuerſalis, etiam in proprietate, cum interim ſi
bi neminem cohæredem inueniat, alleg. l. ſi quis hæres inſtitua-
tur excepto fundo. de hære. inſt. & poſt mortem uxoris intelli-
gitur ille alius per fideicommiſſum uocatus, quia paganus non
20 poteſt † directò ſubſtituere alteri quam pupillo in poteſtate cõ
ſtituto. l. centurio. de uulg. & pup. & d. l. uerbis ciuilib. & eandẽ
opin. late proſequitur, & tenet Alex. in conſi. 162. incip. Circa
primum dubium, &c. in 2. uol. dicens, ꝙ aliquando unus eſt da
tus cohæres ſub conditione in alia parte, & tunc uerum eſt, ꝙ
inſtitutus pure non eſt interim hæres in totum, ut no. in leg. 2.
ff. ſi pars hæred. peta. & late per Bar. & alios, in l. plane. §. ſi con-
iunctim. de leg. 1. & hoc caſu procedunt, quæ per Imo. allegan
tur ad prædictam opi. in d. l. filius a patre. Si uero ubi totum il
lud, quod datum eſt inſtituto pure datur ei, qui in locum eius
eſt ſubſtitutus in euentum alicuius conditionis, ſicut in caſu
noſtro, in quo prædicti fratres ſunt inſtituti etiam in uſufru-
ctu ſub conditione, & in quo dictæ mulieres fuerant pure inſti
tutæ, & tunc illæ ſunt, dum uiuunt hæredes in ſolidum, & in
euentum conditionis intelliguntur grauatæ per fideicommiſ-
ſum. & dicit hoc eſſe uerum, ſiue ſub conditione uocentur alii
per uerba obliqua uel communia, ſiue per uerba mere directa,
per d. l. ex facto. & per d. §. ut quis hæredem. & idem etiam uo-
luit Alex. in conſi. 45. incip. Viſo themate, &c. 4. uol. & eandem
opi. tenent etiam moder. in d. l. extraneum. & quamuis prędicti
loquantur, quando uxor ſola fuit inſtituta in uſufructu abſque
ullo cohærede uniuerſali, uel in re certa & in caſu noſtro dicti
fratres fuerint inſtituti in proprietate etiam pure, & dicto uſu
fructu durante, nihilo minus hoc ſolum operatur, quod dictæ
mulieres non poſſint eſſe hęredes uniuerſales inſolidum, ſicut
ſunt in caſu Bal. Ang. & Bar. ſed per hoc non fit, quominus ſint
ſtatim hæredes uniuerſales pro dimidia, & pro alia dimidia ſi-
militer ſtatim efficiuntur hæredes dicti fratres, ſicut dicitur de
duobus inſtitutis in re certa. d. leg. ex facto. de hæred. inſtitut.
Vnde quantum ad dimidiam, in qua mater & uxor Gandulfi
eſt hæres uniuerſalis, uidetur quod cautionem ad aliquam nõ
teneantur, ꝙ adueniente caſu, quo alij pleno iure ſint inſtitu-
ti, quòd aduerſus eos tanquam per fideicommiſſum uocatos
poſſint Trebellianicam detrahere. Quantum uero ad aliam
dimidiam, pro qua non ſunt hæredes, uidetur, quod etiam ex
forma ſtatuti ad cauendum non poſſint cogi, quia loquitur
ſtatutum de illo, qui habet uſumfructum in bonis alicuius.
Hæc autem bona ſunt dictarum mulierum pro parte, & ſicut
non ſunt ſimpliciter alterius, ex quo ſunt communia ratio-
ne communionis poſſunt dici ipſarum mulierum, quia quod
commune eſt, meum eſt. leg. ſerui electione. §. 1. de leg. 1.
uel ſaltem, uidetur † quod ſtatutum loquens in ſimplici, lo-
cum non habet in caſu miſto, ſecundum Bartol. in leg. om-
nes populi. de inſtitutio. & iureiurand. circa 15. colum. &
colligitur ex dictis Bartol. & Docto. in leg. certu condictio.

§. qm̃. ff. ſi cer. pet. & hoc etiam uoluit Ang. in l. ſi ita ſcriptum.
de libe. & poſthu. & Imo. in le. ſi dignum. ad leg. Falcid. Quibus
non obſt. contrarium eſt dicendum. Et in primis uidendũ eſt,
utrum dictæ mulieres inſtitutæ in uſufructum bonorum do-
nec uixerint, & uitam uidualem ſeruauerint. ſint hęredes uni-
uerſales pro aliqua parte, & eſt dicendum quod non. Cum in
proprietate etiam dicto uſufructu durante, & eo finito ſint
inſtituti dicti fratres pleno iure. Nam interim mulieres præ-
dictæ ſolum habebunt uſumfructum, & quia ſunt inſtitutæ,
potuerunt illum propria authoritate capere, & confirmabitur
teſtamentum earum aditione, iuxta not. per Barto. in dict. leg.
ex facto. & Docto. in leg. quoties. C. de hęre. inſti. & ita tenet
etiam Imo. Alexan. & Are. in d. l. filius a patre de libe. & poſth.
& ſecundum Imo. ſi contingat, ꝙ uſufructu finito non adeatur
hæreditas per dictos fratres, apparebit retro dictas mulieres
etiam fuiſſe hæredes uniuerſales, ſaltem pro dimidia. Si uero a-
deatur hæreditas apparebit eas retro fuiſſe hæredes in re certa
l. hæres quandoque. de acquir. hære. & argum. nota. per Barto.
in d. l. planè. §. ſi coniunctim. de lega. 1. & idem in effectu uo-
luit Benedi. de Plumb. in l. qui duos. §. 1. de manu. teſtamen. ubi
21 vult, quod † ſi quis leget vſumfructum uxori, & poſt eius mor
tem inſtituat alium uniuerſalem hæredem, legatum non ua-
leat, prout conſuluit Dyn. Secus tamen ſi reliquit uxorem do-
minam & uſufructuariam, quia propter uerbum, dominam
intelligitur in vſufructu inſtituta. l. his verbis. in princ. de hæ-
red. inſtituen. Vnde per hoc poteſt propria authoritate capere,
& teſtamentum confirmari, per not. per Barto. in d. l. ex facto.
cum quo tranſeunt Alexan. in d. l. filius a patre. & in d. l. extra-
neum. & idem etiam vult Alexan. in conſi. 58. Habita ſuper nar
ratis, &c. 3. uol. nam ſecundum eum licet ſit dubium, utrum ſi
uxori legetur uſusfructus, & poſt eius mortem alius inſtitua-
tur, an legatum ualeat, per ea quæ habẽtur in d. l. filius a patre.
& in d. l. extraneum. ſi tamen ſit unus inſtitutus in re certa, &
ille agnoſcat, teſtamentum confirmatur, & legatum vſusfru-
ctus ualet. Nec interim illa inſtitutio in re certa trahitur ad to-
tum. & idem uult in l. hæreditas ex die. in quadam additione
magna, de hæredi. inſtituen. Idem ergo eadem ratione quando
ipſamet vxor in vſufructu eſt hæres inſtituta. & pro hac opi-
nione facit, quia inſtitutus in re certa efficitur hæres in ſolidum
alio cohærede non dato. dicta l. 1. §. ſi ex fundo. ne quis dece-
dat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. quoties. C. de
hæred. inſtituen. & l. ſi tu ex parte. de acquiren. hæred. Quæ ra
tio ceſſat in caſu noſtro, quia aut conditio purificabitur, ſub
qua dicti fratres de Gandulfis ſunt inſtituti, quod tunc illi a
morte teſtatoris ſequuta aditione fingentur hæredes fuiſſe. l.
quod dicitur. de teſtamen. mili. & vult Dyn. & Barto. in l. hære-
ditas ex die. de hęred. inſtituen. aut deficiet conditio, & inſtitu-
tio facta de re certa trahitur ad totum, ſecundum Bar. & alios,
in d. l. ex facto. & in d. l. quoties. & ſic non poteſt iſto caſu eue-
nire, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte in-
teſtatus. Vnde text. in dicto §. ſi ex fundo, locum habet, quan-
do alius non admittitur ad totum, nec admitti ſperatur, ſed
ubi ſperatur admitti, ut in caſu iſto, tunc interim partem facit
inſtituto in re certa. l. ſi duobus, in principio, de lega. 1. & no.
Barto. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de leg. 1. Et iſta opi. eſt etiam
verior ſecundum intentionem teſtatoris, & opin. Ang. & alio-
rum ibi, quia mens illius non fuit, quod hæreditatem habe-
rent, & quartam detraherent, ſed quod vſumfructum ſolũ per
ciperent. Et iſta opinio etiam confirmatur. Nam inſtitutio in
re certa per ius accreſcendi trahitur ad totum nullo dato cohæ
rede vniuerſali. dicta l. 1. §. ſi ex fundo, quod ius accreſcendi
cum ſit quædam tacita ſubſtitut. l. Titio & Mæuio. §. Iulianus.
de leg. 2. non poteſt habere locum, quamdiu poteſt habere lo-
cum inſtitutio facta de dictis fratribus. l. quamdiu. la 2. de acq.
hæred. Præterea ex quo ad hęreditatem uniuerſalem vocantur
prędicti ſub condõne, non deficit in totũ eorum inſtitutio, ſed
ſtat in ſuſpenſo, ergo non debet interim habere locum ius ac-
creſcendi, argum. no. per Barto. & Doct. in l. ſi duo patroni. in
princ. de iureiuran. vbi habetur, quod non habet locum ius ac
creſcendi, niſi deficiat portio ipſo iure, nec ſufficit, quòd defi-
ciat ope exceptionis, & ſic ex hoc declaratur, quòd neceſſe
eſt, quòd funditus deficiat. ergo hoc caſu, quo pendet con-
ditio inſtitutionis, cum illa non defecerit, ius accreſcendi ceſ-
ſat.

fat. & in casu nostro tanto magis ista opinio estuerior,& magis de mente testatoris apparet, ex eo ꝙ instituit dictas mulieres in vsufructu,quandiu vel donec vixerint,&vitam vidualem seruauerint.Propter quę vltima verba relictũ censetur annuũ, & pro primo anno purum,& pro sequentibus conditionale,secundum Bar.& Doc.in l.fi.C.de ind.vidui.toll.per l.pater Seuerinam.de cond.& dem. Vnde ex hoc cõstat,ꝙ intentio testatoris fuit,ꝙ istæ mulieres caperẽt relictum titulo singulari,& nõ
23 vniuersali:† hæreditas pro primo anno põt dari in totum purè, & pro sequenti sub conditione, quoniam non potest dari ad diem l.hæreditas ex die.de acq.hær.& postquam quis fuisset hæres primo anno,non possit postmodum desinere hæres esse l.qui soluendo.de hæred.inst.& l.& si fine.§.sed quod Papinianus.de mino.Et ex hoc sequitur, ꝙ mulieres non possunt Trebellianicam detrahere contra dictos fratres adueniente casu institutionis uniuersalis, sed etiam dato quòd dictæ mulieres essent vniuersaliter hæredes pro dimidia,adhuc tamen teneretur præstare cautionem, ad quam tenetur quilibet vsufructuarius tam de iure communi,ex forma statuti,quia licet duo instituti in re certa sint æqualiter hæredes uniuersales,quilibet tamen in solidum retinet rem,in qua fuit institutus,partem,s.iure hæreditario,& aliam partem iure prælegati.d.l.ex facto.& l.qui filiabus.§.fi.cum seq.de leg.1.Ex quo sequitur, quod proprietas omnium bonorum,in qua dicti fratres fuerunt instituti,remaneret apud eos pro parte iure hæreditario,& aliam partem dicerentur habere iure prælegati a dictis mulieribus cohæredibus.Et similiter usufructus formalis omnium bonorũ remaneret apud dictas mulieres partim iure hęreditario scilicet pro illa parte, pro qua intelliguntur grauatæ iure legati dare proprietatem suis cohæredibus, sicut si hæres quilibet institutus vniuersaliter esset grauatus iure legati proprietatem omnium bonorum,vel aliquam quotam illius alteri dari,quia apud eũ vsusfructus formalis iure hæreditario remaneret, & alteram partem vsusfructus retinerent dictæ mulieres iure prælegati relicti cohæredibus. Cum ergo etiam secundum opinio. Bald. Ang. & aliorum adhuc in casu nostro proprietas integra omnium bonorum sit apud dictos fratres, & usufructus formalis apud mulieres,illæ tanquam usufructuariæ, etiam si sint ꝓ dimidia hæredes uniuersales,tenentur cauere de iure communi.leg.si tibi.ff. usufruct. quemadmod.cauea. & etiam ex forma statuti,quia & isto casu uerificantur etiam uerba eius,quia ex quo proprietas est dictorum fratrum, illę mulieres non dicuntur habere usumfructum in re sua,sed in re aliena, quia res dicitur alterius solum ratione proprietatis,quamuis alienus sit usufructus.leg si quis suos.ubi est casus,de leg.3.nec in re ꝓpria potest quis usumfructum formalem habere.le. uti frui, in princ.si usufruct.pet.Nec est uerum, quod bona sint communia,etiam secundũ utraque opi.& ubi etiam cessaret in hoc dispositio statuti,succederet, & locum haberet ius commune in hoc casu omisso a statuto.leg.commodissime.de liber. & posthu.& leg. si extraneus de condi.ob cau.& interpellatio,de qua loquitur statutum,potest etiam extraiudicialiter fieri, sicut il-
24 la,quæ requiritur † ad constituendum quem in mora de iure communi,secundum glo.& Docto. in leg.si ex legati causa. de uerbo.oblig.& in leg.qui Romæ.§.cohæredes eod.tit.& in leg. si fideiussor obligari.§.fin.de fideiu.& a quo iure communi statutum recipit interpretationem.leg.2.C. de noxa.& c. cum dilectus.de consue. Pro rebus igitur,quæ seruando seruari possunt debet præstari cautio de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri,& de rebus restituendis finito usufruct. leg.j. in princ. usufruct.quemadmod.cauea. & in leg.usufruct.C. de usufruc. & fideiussores debent esse idonei arbitrio boni uiri, ut ibi no-
25 ta.gloss.& ubi non inueniretur † fideiussor,non staretur tunc curatoriæ cautioni,secundum gloss. & Docto. etiam ibi,sed deberent bona sequestrari apud idoneum, qui de fructibus haberet respondere dictis mulieribus,secundum Guliel.Barto.& Docto.in ead. leg. usufructu. Quò uerò ad alia bona, quæ usu consumuntur, sicut est uinum, frumentum, uestes, & similia, præcedere debet æstimatio, & caueri, quod finito usufructu dicta æstimatio restituetur.leg. si tibi. uini. de usufruc. earum rerum quæ usu consu. & institut. de usufruct. §. constituitur. & nota. in c. fina. de pignor. & ibi dicit Pet. de Ancha. & Anto.de But.quod uestes inter istas res connumerantur. Et cum eis etiam transit Alexan.in d.consil. 58. incip. Habita super narratis, &c.3.colu. ubi plene declarat,quòd dicta cautio est dicto modo pręstanda.Nec ante ususfructus est constitutus ut ibi. & leg. hoc senatus. §. 1.de usufruc. ear.rer.quę usu consu. Est enim quò ad istas res dicta cautio de substantia, sed quo ad alias, quæ usu non consumuntur, non est necessaria ad originem, sed solum ad traditionem, secundum Barto. & Docto. in le.1. C.de usufruct.& Bald.in leg.2.in fin. C. commun. de leg. Si ergo cautio petatur, & non præstetur res, quę non consumuntur, uendicantur. leg. si usufructus nomine. de usufruct. quemadmo. cauea. uel potest etiam sti-
26 pulatio, & cautio condici, ut ibi, & etiam † usufructuarius fructus perceptos post cautionem petitam non facit suos, iuxta not.per Bart.in leg. uxori usufructu. de usufruc.lega.cum concordan. de quibus ibi per eum. Si uero cautio pro rebus quæ usu consumuntur, non præstetur, illa condici potest. l. hoc senatus. §. primo. de usufruct. earum rerum, quæ usu consu. Quo ad quintum, de quo quæritur, scilicet ad quem spectet exactio debitorum, & ad cuius cõmodum fieri debeat exactio,& apud quem debeant libri stare,& permanere.Et prima facie uidetur,ꝙ exactio spectet ad vsufructuarias, & ad earum commodum.Item quod apud eas libri dimitti debeant, ut uidetur de his omnibus esse casus in l. uxori meæ. de usufruct. leg.ubi dicitur,quod legato usufructu omnium bonorum uxori, quod vsusfructus bonorum mobilium & immobilium, &
27 calendarij spectet ad uxorem. Calendarium † autem nihil aliud est, quam liber, in quo nomina debitorum continentur, ut est text. melior de iure in l. qui filium. in principio secũdum Bartolum, ibi de lega.3. & sic in legato uenit usufructus libri & dictorum nominum, ut ibi declarat Barto. Ergo actio contra debitores legatos ipso iure transit in dictas mulieres. l.ex legato nominis. C.de legatis. Et ita tenet in terminis Pet. de Ancha. in consilio 3. incip. Non est dubium, &c. ¶Sed contra-
28 rium puto uerius, uidelicet quod † exactio dictorum nominum pertineat ad proprietarium, ut probatur in l. uxori usufruct.de usufruct.leg.iuncta glo.in uerbo,præstabitur, dicitur enim ibi, ꝙ uxori usufructu bonorum legato, fœnus quoque sortium,quas defunctus collocauit post præstitam cautionem, præstabitur. & gl. super hoc uerbo dicit ab hærede uxori legatariæ.& sic ibi probatur, ꝙ exactio usurarum exactarum a debitoribus spectat ad hæredem,& quod illas tenetur usufructuarię præstare tanquam fructus sortis, ut ibi declarat glo. Actio ergo ad sortem est apud hæredem, & non apud usufructuariam,quia ad ipsam tantum pertineret exactio usurarum;quia sicut ipsa sola posset exigere sortem, & non hæres, secundum Bal.& Alexan.in d.l. ex legato nominis. C. de leg.ita etiam illa ageret ad usuras.& quamuis Petr.de Anch.in d.consi.3.dicat, quod illa gloss.male loquitur,nihilominus quod illo casu usuræ percipiantur ab hærede,tenet etiam Barto.ibi in q.formata per eum,pecunia tamen,quæ exigitur, debet esse usufructuarij pręstita cautione de ea restituenda,ut ibi dicitur.& in l.post quam,cum l.seq.de usufruc. earum rer.quæ vsu cõsu. Et quod vsufructuario non competat actio contra nomen debitoris,tenet etiam in terminis Petr. de Mathe. in quodam consi.inserto inter consilia Petr.de Anch.num.369.incip. principale du-
29 bium.Mouetur,quia† dominium rei corporalis,quæ usu consumitur, etiam pręstita cautione ipso iure non transit in legatarium, ut ibi nititur probare, ergo non debet contra debitorem ipso iure & sine cessione actio quæri, & quia non reperitur iure cautum, quod isto casu non sit cessio necessaria, de quo consi. facit mentionem Alexan. in leg. prima, de leg.1.in princip.9.colu.& quamuis dubitet, an assumptum sit uerum, scilicet,quod dominium dicto casu post cautionem non transeat,quia ꝓm eum in contrarium facit.l.fin.de usufruct. earum rer.quæ usu consu. ubi dicitur. quod est legata proprietas tamen uerius est, ꝙ dominiũ ipso iure non transit dicto casu ut probatur in l.j.§.si decem.ut lega.nom. cauea. & ita per illum tex.tenet Bar.ibi.Et est ratio,quia licet proprietas intelligatur legata.d.l.fi.tamen non debetur ex uerbis testatoris,sed ex quadam necessitate,ideo non transit ipso iure.l.seruum filii.§.fin. de leg.j.& per hoc respõdetur ad d.l.fi.& illum.§.si quis decẽ, cum ibi no. per Bar.ad hoc etiam allegat Are.in d l.j.in fi.antep.col.de leg.j.Si ergo non transit dominium rei corporalis ipso

ſo iure in uſufructuarium, ergo nec actio contra debitorem ſi
ne ceſsione, quia iſta procedunt a pari, ut fatetur etiam Pet. de
Anch. in d. conſ. 3. Si ergo exactio ad proprietarium pertinet,
ergo apud eum debet eſſe liber debitorum, ſine quo ignora-
ret nomina eorum, & per cōſequens impeditetur exactio, ar. l.
2. de iuriſ. om. iud. & l. ad rem mobilem. de procu. Nec ob. d. l.
uxori meæ. quia concedo, ꝙ venit vſusfructus calendarij, i. pe
cuniæ debitæ, quia pecunia, quæ exigitur, fructuario dari debet
cum cautione, vt dixi. Et iſto mō dicitur habere vſumfructum
calendarii, ſed actio non acquiritur ipſo iure uſufructuario cō
tra debitores. d. l. uxori uſufructu cum ibi no. per gl. & Bart. &
alia, de quibus ſupra, & ita tex. in d. l. uxori. ſatis aperte declarat
Ale. in d. l. diuortio. §. ſi fundum. ſol. ma. circa fi. pe. col. Nec ob.
l. ex legato nominis. C. de lega. quia loquitur ille tex. quando no
men debitoris legatur pleno iure, tunc. n. in legatarium tranſit
actio utilis ſine ceſsione. Sed quādo legatur ſolum uſusfructus
dicti nominis, tunc ſecus, ut probatur in loco præall. Et ita etiā
reſpondet Math. in d. conſi. Ex quibus apparet, quod male loq
tur Pe. de Anch. in d. conſi. Præterea ipſe loquitur, quando uſu
fructuarius uult agere ad penſionem contra colonum, quæ
uſufructuario debetur tanquam fructus. l. defuncta. de uſuf. &
ſic de actione, quæ competit ad exactionem fructuum, qui ſpe
ctant ad fructuarium ſuo iure, & quos fructus percipit ꝓpria
authoritate, & quos non tenetur reſtituere, nec pro illis caue-
re, ſed nos loquimur, quando uult agere ad ſortem, quæ nō eſt
in fructu, ſed ex qua ipſe percipit uſumfructum. & quam reſti
tuere tenetur, & de reſtituendo cauere. Et ita etiam inter iſtos
duos caſus differētiam facit etiam Pe. de Anch. in d. conſi. 3. iux
ta fin. & fatetur, ꝙ iſto ultimo caſu eſt magis dubium, utrū fru
ctuario quæratur actio ſine ceſsione, nec iſto caſu aliter deter-
minat, ſed ſolum alio caſu actionem concedit uſufructuario,
licet etiam tunc, vt dixi, gl. & Bar. in d. l. uxori dicant contrariū.
Sexto quęritur, per quem & qūo ſatisfaciendum ſit creditori-
bus hæręditariis & etiam legatariis. & uidetur, ꝙ per ipſum hæ
redem ſit ſatisfaciendum ſaluo uſufructu, quia uſufructuarius
illis non eſt obligatus, ſed ipſe hæres. l. 1. §. ſi hæres. ad Treb. &
l. fi. §. fi. de cōtrah. emp. & ita per iſta iura tenet Albe. in l. hacte
30 nus. de uſuf. Contrarium tamen, & aliter† eſt dicendum, quia
immo creditoribus ſatisfaciendū eſt de rebus hæreditariis, ſeu
de precio earum, quia uſufructu omnium bonorum legato an
te omnia æs alienum deduci dēt, ut eſt tex. in uſufr. ad l. Falc. &
venditio etiam talium rerum pertinet ad hęredem, quia ipſe eſt
obligatus, & non ad uſufructuarium, ut declarat Alexā. ibi, qui
etiam tenet, ꝙ dicto mō dictis creditoribus ſatisfieri dēat. & re
fert, ꝙ ita etiam conſuluit Bal. in conſi. inc. Vſufructuarius om
nium bonorum, &c. & idem tenet Pau. de Ca. in conſi. 380. īc.
In cā, quæ uertitur Bononiæ, &c. principaliter per d. l. uſūfruc.
& per l. fi. §. ſin autem æs alienum. C. de bo. quę libe. plus etiam
uoluit Bar. in l. fi. de uſuf. leg. ꝙ uſufructuarius omnium bono
rum teneretur creditoribus ſalua in totum proprietate, quod
ultimum non firmo per prædicta, per quæ etiam Alex. non te-
net cum Bar. in d. l. uſufr. & prius uendi debent bona mobilia.
Et ubi non ſufficiunt, immobilia uendenda ſunt, ut dicit tex. in
d. §. ſin autem æs alienum. & facit. l. a diuo Pio. §. in uenditione,
de re iud. & eodēm modo legatis puris, & quæ ſemel debentur,
eſt ſatisfaciendum, ſed legatis annalibus eſt ſatisfaciendum per
uſufructuarium de fructibus, ſi illi ad legata ſufficiunt d. §. ſin
autem æs alienum. Et quamuis loquatur ille tex. in patre, q eſt
uſufructuarius omnium bonorum ex diſpōne legis, tamē etiā
locum hēt in uſufructuario ex ultima uoluntate, ſecundū Bal.
Sal. Raph. Pau. de Ca. ibi. & licet Ale. in d. l. uſufructu. in hoc ali
ter dicat rōnem Bar. in d. l. fi. de uſuf. l. tamen illa poteſt proce-
dere in legatis puris, & ſemel præſtandis, de quibus non loqui-
tur. d. §. ſin autem. ut. ſ. ꝙ præſtētur per uſufructuarium. ſed ui
detur uelle in iſtis idem ꝙ in creditoribus, ſed in legatis annali
bus, prout loquitur ille tex. procedere poteſt opi. prædictorū,
quæ eſt communis, ut eſt præmiſsis colligitur. Nec præmiſsis
ob. ꝙ actio creditoribus competat ſolam contra hæredē, quia
concedo, ſed tamen debent & poſſunt de rebus hæreditariis ſa
tisfacere, quamuis in illis uſusfructus amittatur. d. l. uſufructu.
nec contrarium quantum ad ſortem dicit Alb. in d. l. hactenus.
ſed quantum ad intereſſe loquitur, ꝙ ex mora incæpit currere
quia in hoc de ſuo debent hæredes ſatisfacere, ex quo illi ſunt
obligati, & in moga ſunt obligati, & in mora ſunt conſtituti.
31 Quantum† uero ad expenſas, quæ occurrunt in rebus hæredi
tariis, ad quas pertineant, ad uſufructuarium ſ. an ad proprieta
rium, de hoc eſt caſus in l. hactenus de uſuf. ubi habetur, ꝙ im
penſa refectionis modica pertinet ad uſufructuarium, magni
expenſa ad proprietarium. Et quæ dicatur modica uel magna,
arbitrio iudicis committitur, ut ibi no. & facit, quod no. Bal in
l. 1. in 1. col. C. de iure emphy. ubi eadem diſtinctione vtitur in
emphyteuta, & ꝙ etiam in ſimili no. Bar. & Doc. in l. diuortio.
§. impendia. ſo. ma. & vbi fructuarius non reficit, quando ad eū
refectio pertinet, expelli poteſt. l. hoc amplius. §. fin. de dam. in-
32 fec. & ibi no. Poſtremo† dubitatur, utrum uſufructuarius, qui
incidit arbores uirides & fructiferas, vſumfructum amittat. Et
ſine argumentis reſpondetur, ꝙ ſic, ut probatur in l. diuortio.
§. ſi fundum. ſol. ma. & ibi Bar. Bal. Ang. & alii Doc. ꝙ emphy-
teuta, uſufructuarius, & ſimiles, qui habēt vtile dominium, nō
poſſunt dictas arbores incidere. & dicit ibi Bal. & Alexā. quod
poterunt propria authoritate expelli, quia rem faciūt deterio-
rem, & in vſufructuario probatur in d. l. hoc amplius. §. fin. de
dam. infe. & no. etiam Bal. & Pa. de Ca. in aut. qui rem. C. de ſa-
croſ. eccl. & idem ſi arbores alius incidit de mādato vſufructua
rii. l. 1. §. deieciſſe. de vi, & vi armata. vel ſi inciſionem ratam ha
buit mandato non præcedente, quia & hoc caſu ratihabitio æq
paratur mandato. d. l. 1. §, ſed & ſi cum quis. & dicitur ratum ha
buiſſe eo ipſo, ꝙ ligna inciſa recipit vſufructuarius, ſicut quis
apprehenſionem poſſeſsionis nomine ſuo factam dicitur ratā
habere, ſi fructus percipiat. l. litibus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. &
prout vult Ale. in conſi. 88. col. pe. 5. vol. Et quia do. Genebra
vendidit res mobiles, q̄ vſu conſumūtur, nulla præcedēte æſti-
matione inter eam & proprietarios, & cautione non præſtita,
arbitror ꝙ ab uſufructu ceciderit, quia dicitur male uerſari in
dictis rebus reſpectu contractus, iō expelli poteſt, per not. per
Bal. in l. æde. C. locati. ubi dicit, ꝙ ſi colonus rem conductā uē
dat tanquam proprietarius, quod expelli pōt, quia in ea male
uerſatur reſpectu contractus, per l. fi. C. de acq. poſ. & §. finitur
inſt. de uſuf. Idem ergo & in caſu noſtro, ex quo uendidit ante
dictam æſtimationem & cautionem præſtitam & petitam, dici
tur male uerſari circa dictas res. Ex quibus ad omnia, de quib.
in puncto eſt data reſponſio. Laus Deo.

Finis Secundi vol. Conſiliorum Domini Caroli Ruini.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN.

Omnes ſunt quaterniones, præter N N, ternionem.

CAROLI
Ruini
Consilia
Tom. 2.

colorchecker CLASSIC









calibrite

mm